

RESOLVTIONVM CRIMINALIVM

PETRI CABALLI, I. C. PONTREMVLENSIS.

PRO SERENISS. MAGNO DVCE HETRVRIAE Vniuersarum Militarium Legionum Auditoris.

AC SACRAE RELIGIONIS EQVITVM DIVI STEPHANI PRAESIDENTIS.

NECNON IN SIGNATVRA LIBELLORVM SVPPLICVM GRATIAE ET IVSTITIAE CONSILIARII.

CENTVRIAE DVAE

IN QVIBVS OMNIA PENE AD CRIMINOSORVM IVDICIORVM materiam pertinentia, ita excussa apparent, vt iudicantium futurus sit nemo, qui vel minimo negocio quoslibet maleficiorum nodos non dissoluat, & cunctos fere casus magis dubitabiles, & quotidie in foro vertentes, tuto non decidat, tam attenta vtriusq; Iuris dispositione, quam Curiarum hodierni temporis Consuetudine.

ADIECTIS SVMMARIIS, ET DVPLICI INDICE, VNO ARGVMENTORVM Casuum omnium, altero verborum, rerum, & sententiarum, quæ in his duabus Centurijs continentur.


CVM PRIVILEGIO.





VENETIIS,

Apud Matthæum Valentinum, & Socios.
M DC VII.







ERDINANDO MEDICES, Magno Duci Hetruriæ Tertio; ſacræ Religionis militum diui Stephani Magno Magiſtro; Principi Sereniſsimo; Magnanimo; Magnificentiſsimo; Fortiſsimo; Inuictiſsimo; ac Fœliciſsimo; theſauris, gente bellica, ac claſsibus, terra, mariq; potentiſsimo; Imperio & Maieſtate admirabili; malorum hominum punitori; deperditorum, atq; nephariorum exulum inſectatori: barbararum nationum domitori: munitiſsimarum earundem vrbium, & arcium expugnatori: bonorum hominum præmiatori: literatorum receptatori: eccleſiarum, locorumq. piorum benefactori: arcium templorum, pluriumque magnorum ædificiorum instructori; vrbium reſtauratori; omnium bonarum artium fautori; publicæ, ac priuatæ pacis, & tranquilitatis authori; religionis, pietatis, & iuſtitiæ cultori; ſingulari, admirabilique prudentia, atq. prouidentia ornato: & denique vniuerſi orbis terrarum ſplendori:

Petrus Caballus, inter Iuris Conſultos minimus, ab ipſo Clementiſsimo Principe varijs beneficijs ornatus, pluribusque ac ſummis honoribus decoratus, cum pro virium tenuitate nulla alia facultas ſibi ſignificandæ perpetuæ deuotionis, ac obligationis præſtetur: Hos vigiliarum ſuarum fructus (qualeſcunq; ſint) dicandos duxit, CELSITVDINIQ; SVAE, ILLIVSQ; SERENISSIMIS POSTERIS omnibus longiſsimam, ac fœliciſsimam vitam ab Omnipotenti DEO OPTIMO MAXIMO deprecatur.

† 2

PETRVS CABALLVS
IVRECONSVLTVS LECTORI S. D.



TSI nunquam (humanissime Lector) mea scripta tanti esse censui, vt ea tuto, & sine reprehensione posse in eruditorum hominum manus peruenire, existimarem, his præsertim temporibus, quibus tot, tantaq; extant Iureconsultorum volumina, ut fortasse consultius esset plura ex illis deleri, quam alia addi, eoque magis, cum non, vt diuulgarentur, ea compilauerim, sed pro laboris alleuiatione in futurum, meæque memoriæ subsidio, in qua senescens homo in primis læditur, tamen deuictus precibus, & suasionibus amicorum, aliorumq; doctissimorum Virorum, qui multa ex his, quæ in Iure præcipue circa criminales causas scriptis mandaueram, viderunt, & commendarunt, atque si in lucem prodirent, legum studiosis vtilia fore iudicarunt, has criminalium casuum resolutiones duobus centurijs compræhensas, eorum voluntati concessi; easq; typis excudendas mandaui, in quarum elucubratione, quia viris præstantibus verbositas; et prolixitas summe semper displicuit, conatus fui, semota pomposa allegationum congerie, quantum materia patiebatur, vti paucis, satis habens ea tantummodo in medium afferre, quæ medullam rei tangunt, quæstiones occurrentes non per argumenta ad partes discutiendo, sed resolutiue procedendo, & decisiue sententiam meam proferendo, eamq; iuribus, rationibus, & authoritatibus ad subiectam materiam facientibus in specie, & in proprijs, vt aiunt, terminis confirmando, & per particulares decisiones, & non per generales traditiones respondendo. Scio autem multa esse, quæ fortasse emendatione digna iudicabuntur, nec me excusatione dignum profiteor, cum aduersus prudētum præcepta opus immaturum, non perpolitum, nec purgatum, nec sursum, ac deorsum, sæpius reuolutum in publicum exire permiserim. Illud solum dicam, quod cum hæc faciendi nulla mihi commoditas esset, malui aliorum voluntati obsequi, quam mihi ipsi satisfacere. Noueris autem benigne Lector hominem errare nouum non esse, nec ægre me vnquam laturum ab eruditioribus repræhendi, quin, & ante aliorum castigationem me ipsum in male traditis libenter correcturum, cum primum lapsum me esse cognouero, nam mihi satis erit, si quid noui excogitauerim, non id pertinaciter defendere velle, sed locum vnicuiq; rectiora afferenti, rationibusq; ualidioribus vtenti relinquere, vt veritati (cuius semper cupidus extiti) lumen inferatur. Mirum autem nemini esse debet, quod in editione ipsa plurima reperiantur menda, quæ lectorum animos offendant, quia vix fieri potest, quin talia vitia typographorum ineptia, & incuria sequantur, quibus erroribus mederi ipse non potui, qui operis correctioni, dum imprimeretur, innumeris, continuisq; ac grauissimis negotijs impeditus vacare non potui, quo factum est, vt longe plures commissi fuerint, quam forte fas esset; Sed hoc unum me consolatur, quod omnes alij libri, quicunq; sint, erroribus scatent, nec id authorum vitio tribuitur, eorum autem, qui notabiliores videbantur, correctionem imprimendam curaui, leuiores vero discretioni tuæ emendandos commisi, circa quos ex præcedentibus, uel sequentibus, aut ex subiecta materia, vel ex iurium, & authorū allegatione, non quod scriptum est, sed quod scribendū erat, intelliges, & male impressum humaniter corriges. Vale. Florentiæ die prima Decemb. Anno M DC V.

LAV-



LAVRENTII CANOSSAE

PRESBITERI PONTREMVLENSIS,
ET PAROCHIALIS ECCLESIAE
Fusdinoui Rectoris.

AD FRANCISCVM CABALLVM V. I. D. ET AVTHORIS FILIVM, CARMEN.



EXCITAT ut Francisce tui te gloria patris?
Quos animo stimulos admouet illa tuo?
Nobilitant patres natorum nomina clari,
Sectantur nati si bene facta patrum.
Contra dedecorant summæ natalia laudis,
Degeneres si quos arguit ulla dies.
At tu, quem natura manu ditauit utraque
Ingenij & mentis laudibus eximiæ,
Artibus insistas patrijs, uestigia lustres.
Qua liceat nomen tollere ad astra tuum:
Namque uides quantos illi iam reddat honores,
Qui tenet Hetrusci sceptra beata soli,
Iustitiæ: & Regni laxas dum præbet habenas,
Et uirtute uiri lydia regna regit.
Læti dum populi regno, rebusque quietis,
Viue diu, clamant, uiue Caballe diu.
Hæc tamen inter tot rerum molimina scripsit
Hos iuris libros, & monimenta sacri.
Vnde sciat Iudex, Accusans, unde Patronus,
Vt tegat, ut perdat, iudicet, utque reos.
Luce noua ueluti depellit sidera Phœbus,
Sic decus obscurant hæc noua scripta uetus.

AEter-

Æternum his scriptis toto celebraberis orbe
Grande domus, patriæ, grande CABALLE decus;
Italiæque tuo cumulabis nomine laudes,
Illustrant totum dum tua scripta genus.
Specta igitur Francisce tui iam facta Parentis,
Inflammet pectus gloria tanta tuum,
Iam patrium proprio comiteris nomen honore,
Iam laus accedat parta labore tuo.
Ille sui videat, cum te firmauerit ætas,
Expressam effigiem corporis, ac animi.
Viderit, vt, cum te propria clarescere laude,
Percipiat patriæ munera lętitiæ.
Nestoris ac tecum fælix cum vixerit annos
Hauriat in cœlis Nectar, & Ambrosiam.

AD LECTOREM IN OPERIS TITVLVM.



T iuga deducto soluit fatalia clauo,
Orbis cui partus non satis vnus erat,
Explicuitq; velut perplexa ænigmata Sphingis,
Cognita cui virtus regna paterna dedit,
Publica iudicij tractat sic iura CABALLVS,
Et reddit claro lucidiora die.
Ambiguos Iuris nodos ambage soluta
Explicat, & verum ius ratione docet.
Qui studet insontes præsenti abducere letho,
Veris vel sontes perdere criminibus.
Et quicunque mouet suspectam sontibus vrnam,
Hunc sibi præstantem deligat ille ducem.
Errorum Hic illos ducet sic fraude remota
Per cæcum certo tramite iuris iter,
Vt tua direxit filo vestigia Thæseu
Ceca per implexæ Cressa puella domus.

IN INVIDVM.



NVIDE iam fias (celebrantur scripta CABALLI)
Cæcior Hypsæa, surdior & scopulis.
Ne percepta Viri summæ præconia laudis
Diuexent pectus nocte, dieq; tuum.
Auribus aut superes Talpas, & lumine Lyncas;
Afferat vt curam sensus vterque grauem.
Lento membra tibi tandem consumpta dolore
Destituant vires, vitaque destituat.
Gaudeat vnde manus Thyrrena, ac Lætior Arnus
Inferat Hetrusco grata tributa mari.

IN EVNDEM.

NVIDVS hæc tractans Petri monimenta CABALLI
Heu, dicet, fines præterit inuidiæ.

AD CLARISSIMVM VIRVM, ET EXCELLENTISS. I. C. Dominum Petrum Caballum, Consanguineum & Affinem suum Colendissimum.

ANTONII CVRINI I.C. ET EQVITIS Pontremulensis atque Rotæ Florentinæ pro secunda vice Auditoris, Epigramma.

ANGVINE iuncte mihi multum, virtutis amore
Sed magis, haud Itali gloria parua soli,
Sic te longæuos videam superesse per annos,
Vt dabit æternum, hæc pagina docta decus.
Illa bonis scelerum facies, ac turpia monstra,
Illa malis pœnas detegit æqua graues,
Vt bonus inuidia fœdi, sectetur honestum,
Vt metus horrentes arceat inde malos.
At si quod viuum exemplar, fortasse requirant,
Illud, es hinc rectum discere, Petre licet.

EIVSDEM AD LECTOREM.

VISQVIS ades, versasq; noui compendia libri,
Iuraq; probrosis exitiosa viris,
Seu te Iudicio sontes damnare, tueri
Contigerit ue foris, aut agitare reos,
Nocturnis ne parce operis, ne parce diurnis,
Et lege, quod iusti, nobile monstrat iter.
Talia, crede mihi, chartis CABALLVS in istis
Disserit, oraclis, & propiora Dei.
Vt si Tartareas descendat fama sub oras,
Scrutari Minos, hæc quoque scripta velit.

AVTHORIS RESPONSIO.

LVS Curine meum ornabunt tua scripta Libellum;
Quam mea scriptorem qualiacunque suum.



INDEX

INDEX ARGVMENTORVM AD CASVS IN HOC VOLVMINE CONTENTOS, VT QVID IN SINGVLIS DISCVTIATVR, ILLICO PERQVIRENTI OCCVRRAT.



An

De ma

De

cuius

Finis Indicis Argumentor.

RESOLVTIONVM CRIMINALIVM PETRI CABALLI PONTREMVLENSIS IVRISCONSVLTI.

ET PRO SERENISS. MAGNO DVCE AEtruriæ vniuersarum Militarum Legionum Auditoris, ac Sacræ Religionis diui Stefani Præsidentis.

Centuria Prima.

EPITOME.

An omne quod illicitum est, & contra bonos mores, dicatur delictum ita vt de eo quis possit criminaliter molestari, & puniri.

SVMMARIA.



ACTIONVM hominis iniustarum illa tantum sapit delictum pœna dignum quam lex voluit esse delictum nu. 1.

Contra prohibentem funerari ab eo, quem Testator elegit, non reperietur pœna statuta licet non recte ipse agat. 2.

Non omne illicitum punitur. 3. 4. 5. 6. 10.

Nec omne vel inhonestum. 10.

Vel inciuiliter factum 9.

Hæres impune demolitur villam positam in fundo, cuius vsusfructus est alterius antequam vsufructuarius prohibuerit. 4.

Corpus defuncti per vicos sine permissu transuehi non licet, pœnam tamen non meretur contrafaciens: 5.

Eximens eum, qui iniuste in ius vocatus est, non delinquit. 6.

Delictum non est, quod fit illicite si pœnam non meretur, & hoc non attenta veritate, sed iuris interpretatione. 7. 13.

Licita multa reputantur, quæ non sunt honesta, nec bono viro conuenientia. 8.

Pœna nūquā imponitur, nisi expresse lege caueatur. 11.

Delictum vbi non est, ibi pœna non cadit, accusatio non recipitur, nec inquisitio formatur. 12.

Actio criminalis reipub. non oritur ex delictis contra priuatos, nisi ciuilis orta sit parti. 14.

Dolus criminaliter non punitur, si purgari possit actione ex contractu, in quo interuenit, & cessat actio de dolo Ciuilis; quæ in subsidium datur. num. 15.

Faciens contra legem, quæ pœnam non determinat, congrue punitur iudicis arbitrio, tanquam legis contemptor. 16.

Pœna illa imponi debet, quæ a lege reperitur statuta. 17.

Natura ipsa, delicti pœnas sumit, & conscientia continuo facti supplicium infert. 18.

Iustitiam de criminosis facere sanctissimum est, & inter elemosinarum genera connumeratur, nec pinguior Deo mactatur victima, quam homo iniquus. 19.

CASVS PRIMVS.



ET si in explicatione eorum casuum criminaliū, quos hactenus in vnum colligere potui, ordinem non obseruare proposui (cum male eum obseruari posse præuiderim) & singulos casus, prout se se obtulerunt, compilauerim, cum tamen de delictis, & delinquentium pœnis agendum sit, non abre hoc primo loco collocanda videtur quæstio non spernenda, & ad criminum causas diiudicandas necessaria. Num scilicet omne, quod male aut dictum, aut factum apparet, illicitumue, aut contra bonos mores, existat, delictum censeri debeat, ex eoque pœna indicen-
1 da veniat. In qua re negatiue respondendum est, quoniam non quælibet iniusta hominis actio sapit delictum pœna dignum, sed ea tantum, quam lex delictum esse voluit, puniendamque expresse statuit; Quam propositionem optime probant intrascripta iura, in primis scilicet Tex. in l. & si quis §. diuus ff. de relig. & sumpt. Funer. vbi Vlpianus ex rescripto

Diui Marci formaliter inquit heredē, qui prohibet funerari ab eo, quem testator elegit, no
recte facere, pœnam tamen in eum statutam
non esse, vnde gl. notat non puniri illicitum.
3 Secundo text. in l. hæres ff. de vsuf. legat. vbi
4 Alphenus vult hæredem impune posse demoliri villam positam in fūdo, cuius vsusfruct. est
alterius, antequam vsufructuarius prohibuerit, & ibi pariter notat gl. non omne illicitum
5 puniri; Tertio tex. in l. 3. §. diuus. ff. de sepulcr.
violat. vbi Vlpianus ex rescripto Diui Marci
punctualiter ait nullam pænam meruisse eos,
qui corpus defuncti in itinere p vicos, aut oppida transuexerūt, quamuis talia sine permissu
eorū, qui bus pmittēdi ius est, fieri nō debeāt,
quo in loco dicit gl. nota delictum sine pena.
6 Quarto tex. in l. 1. per totam, iuncta l. 2. ff. ne
quis eum qui in ius vocat. est vi exim vbi φ qui
in ius vocatū vi eximit contra edictum facit d.
l. 2. quod edictum penale est d. l. 1. in princip. &
nihilominus qui vi eximit eū q vocatus est in
ius, cum tamē vocari non debuisset, non delinquit, vt dicitur in d. l. 1. §. ofilius, ex quo textu
colligit ibi Bald. in 2. notab. num. 3. quem sequi
7 tur Castr. num. 4. quod illud, quod fit illicite, si
pænam non meretur, delictum non est; Quod
tamen verum esse declarat ibi Bald. a Castr. sequutus iuris interpretatione, secundum quod
non est delictum, cum non puniatur, sed non
attenta veritate, quia licet non puniatur, vere
tamen delictum est cōtra bonos mores, & hoc
est de mēte gl. in eodem §. ofilius. & aperte tradit Blanc. infra citandus sub nu. 42. & optime
8 seruit vulgaris traditio, quod multa quæ non
sunt honesta, nec bono viro conuenientia, ne
dum non puniuntur sed a lege permittuntur,
& licita reputantur, vt in l. semper in contractibus 157. & in l. non omne quod licet 186. ff. de
reg. iur. & in l. semper in coniunctionib. ff. de ritu nupt. cum vbique not. per scribent. quod &
probare videtur l. 3. C. de pignor. & hypot. iuncta gl. fin. in fine, quæ notat ibi inciuiliter fa-
9 ctum non puniri. Et vltra prædicta quod non
10 sit nouum, quod quædam inhoneste fiant, &
contra bonos mores, & tamen vltionem non
habeant, tenuerunt in pulchris casib. consulendo Bald. consi. 14. & cons. 15. lib. pr. cons. 299.
lib. 5. Gozad. consi. 46. num. 3. versic. præterea,
& secundo. Natta consi. 595. num. 8. & seq. cōs.
597. nu. 9. & seq. Crauet. consi. 6. nu. 105. vers. secundo contra opinionem, Vulpel. responso
crim. 6. nu. 5. & respons. 129. nu. 9. & late etiam
ostendit Ias. in l. 1. nume. 12. & seq. C. de transaction. & in l. si procurator in vltimo notab. nu.
18. ff. de cōdict. indebit. Menoch. de arbitr. iud.
lib. 2. cent. 4. casu 319. nu. 28. & seq. sequēs Bal.
11 d. cons. 299. li. 5. non enim, vt ipsi dicunt, & bene, pæna vnquam imponitur, nisi expresse lege
caueatur §. cum igitur, vers. optimum itaque.
ibi, nec quælibet est lex aliquid tale dicens, in
auth. de non eligend. secund. nuben. Alex. cons.
103. n. 15 li. 1. cons. 92. n. 17. lib. 6. & in l. etiā §.
licet nu. 7. ff. solut. matrim. Ias. in l. diuortio, §. si
fundum, sub nu. 4. vers. 1. moueor, eod. tit. Dec.
cōs. 90. col. 2. sub nu. 1. vers. ita conclusio, consi.
581. n. 10. & in l. factum §. in penalibus, nu. 9. ff.
de reg. iur. & alibi sæpe doctores, quos consulto pretereo: Eandem propositionem latè probat, & ex pluribus confirmat Menoch. de arb.
iudic. li. 2. cent. 3. casu 276. per totum, & ex criminalistis Blanc. in pract. crimin. in verbo, visis
indiciis, num. 42. fol. mihi 47. Decian. in tract.
crim lib. 1. cap. 7. de delicto nu. 3. & plurib. seq.
vers. sed nō spernēda, & Farinac. in tract. crim.
tit. de delictis & penis, quæst. 18. nu. 6. & 7. vers.
aduerte tertio, lib. p. sicut ergo vbi non est de
12 lictum, ibi non cadit pena, nec proinde accusatio recipitur, nec inquisitio formatur, Bart.
in l. vbi pactū. nu. 10. vers. & ideo C. de transact.
& in l. si seruus nu. 3. C. de iis qui ad Eccles. confug. Bald. cons. 415. n. 1. vers. quarto probatur,
lib. 4. Dec. cons. 356. nu. 2. Mars. cons. 128. n. 25.
& 26. & in pract. crim. §. constante nu. 34. & plurib. seq. vers. attende etiam, Ias. in Rub. C. vt ne.
priuat. titul. num. 2. & Farin. d. tit. de delict. &
13 pen. quæst. 17. in princ. nu. 1. Ita pariter vbi nō
est pæna a iure expressa, ibi non dicitur delictum, etiam quod sit quid illicitum & contra
bonos mores vt supra probatum est ex pluri-
14 bus, quib. addendum est, quod vbi agitur de
delicto commisso contra priuatos, ad hoc vt
contra delinquentem inquisitio de iure procedat, necesse est vt illud appareat tale, ex quo
actio ciuilis contra eum orta sit parti, alias. n.
si actio ciuilis non oriatur parti, nec actio criminalis oritur reipub. & sic inquisitio fieri non
potest, ita dicit Mars. plura afferens exempla
in d. §. constante, num. 34. cum seq. vers. attende
etiam. quem sequitur Foller. in pract. crimin.
15 in 2. par. in verbo capiat informationem n. 56.
vers. item ad hoc, quinimo & vbi dolus commissus contra aliquem purgari potest actione
ex contractu, in quo dolus ipse interuenit, cessat actio de dolo ciuilis, quæ in subsidium datur, & ideo non procedit accusatio criminalis,
nec punitur dolus criminaliter vt eleganter in
pulchris admodum casibus consulendo voluit
Bald. consil. 14. ad fin. versic. sed & illud. & cons.
15. circa princip. li. 1. & cons. 299. circa mediū,
vers. præterea & hoc probatur lib. 5. Castr. cōs.
412. sub n. 5. vers. sed nunc queritur li. 1. & Cra.
cons. 6. nu. 105. vers. secundo contra opinionē
16 Cornei. Illud tamen omittendum non est,
quod faciens simpliciter contra præceptum
legis, & non delinquens, vt legis contemptor
punitur arbitrio iudicis pro qualitate excessus, vt pena contemptui congruat. glo. & Bart.
in l. nemo martires C. de Sacrosanct. eccles. et
melius Bald. in l. legis virtus nu. 1. et seq. ff. de legi. et post eos Alex. in addit. ad Barto. in l. hodie in j. appostilla, vers. et quando quis ff. de pœnis; et hoc quando lex ipsa non determinat pœnam contra transgressorem, nam si eam statue
17 ret, ea imponenda esset, vt declarat Bald. in
loco

loco citato, & videtur hoc totum probari in l.
sanctio legum, cum ibi not. per gl. in verbo, pæ-
18 nam ff. de pæn. & quamquam vbicunque nullis
legib. punita sunt crimina, natura ipsa sumit
pænas, & crudelius auctores vexat & punit,
quum si latis legibus pænæ inflictæ fuissent, &
sæpe ipsa cōscientia in leuissimis etiā peccatis
tormento continuo supplicium facti infert, vt
tradit Iodoc. in pract. crim. c. 155. quod est vlt.
nu. 51 & seq. vers. porro vt crimina, & dicit Ca-
str. in l. nemo nu. 4. C. de Episc. audient. quod si
19 criminosi dimittuntur impuniti, turbantur
gaudia & lętitię hominum, vt ideo sanctissimū
sit iustitiam facere de criminosis, nec possit
pinguior victima mactari Deo, quā homo ini-
quus, ex sententia Senecæ in tragedijs, & gra-
ta sit diuinę maiestati debita malorum puni-
tio, & connumeretur inter elemosynarum ge-
nera a sacris canonibus vt in c. tria genera 45.
distinct. scriptum est enim maleficos non patia-
ris viuere super terram, Gram. consi. crim. 4. nu-
me. 16. & dicit Ang. in l. 1. in fine C. de abigeis,
loquēdo de punitione prædantium animalia.
hæc verba, cum inuenies eos facias furca figi,
quia amicus Dei eris interficiendo inimicum
eius, non propterea tamen irroganda est pas-
sim pæna, & pro omni illicito, sed pro eo solū
pro quo lex punitionem dari iubet vt supra di-
ctum est.

EPITOME.

An pęna imposita per statutum pro cer-
to maleficio tollat pœnam a iure com-
muni pro eodem delicto inductam, &
an quando statutum reseruaret expres-
se alias pænas per alias leges indictas,
omnes locum habeant, an verò vna tā-
tum, & quid quando circumscripta di-
cta reseruatione crimen diuersis legi-
bus variis pænis cohercetur.

SVMMARIA.

*QVESTIO de qua hic agitur, est Cesaris deter-
minatione digna. nu. 1. & 3.*

*Statutum imponens pænam nouam pro maleficio tollit
pęnam antiquam iuris com. secundum aliquos. 2.*

*Quod procedit quoad originem, non quoad executio-
nem eodem. et. 8.*

*Contraria opinio quod per statutariam sit pænitus su-
blata pæna iuris com. refertur d. nu. 31. & ibi di-
citur verior consuetudine approbata magis com.
& magis ęqua. 3.*

*Statuto saluante alias pęnas aliarum legum in eadem
re, omnes pęnæ debentur. 4.*

Contrarium fuit quandoque seruatum ex ęquitate. 6.

*Prociama, quod prohibens citra preiudicium aliorum
ordinum super eadem re & in augumentum, non
in diminutionem aliarum legū. & pænarum pro-
ut plura adsunt in partibus Aetruriæ sustinetur
de iure. 5.*

*Crimen subiacens varijs plurium legum pænis vnica
tantum puniri debet ad iudicis electionem. 7.*

CASVS SECVNDVS.

1 ANTIQVA est quæstio
& Cęsaris determinatione di-
gna, an pænæ statutorum pro
delictis impositæ, tollant pæ-
nas pro eisdem delictis a iu-
re com impositas; & maxime
vbi ipiæ pænæ statutorum sunt minores pænis
iuris communis; in quo dubio variæ olim fue-
2 runt doctorum opiniones, multi enim tenue-
runt quod statutum imponens pænam nouam
pro aliquo delicto, non tollat pænam antiquā
iuris cōmunis, quin ab initio agi possit ad vtrā-
que, licet vna exacta, cesset alia, etiam in eo ꝙ
plus in ea esset, ex eo quod cum agatur ad vin-
dictam indistincte vna tollitur per alteram,
vt post antiquiores tradit Bar. in l. 1. ff. vi bon.
rapt. quem sequuti sunt Salic. Ancar. Ang. Aret.
Io. de Anan. Abb. Caccialu. Bero. & alij relati
p Clar. in pract. crim. q. 85. nu. 5. vers. debet etiā
iudex, & per alios infra statim allegandos, qui-
bus addo ego eundem Ancar. idem late tenen-
tem in cap. 1. col. 2. in q. notab. de senten. &
3 re iud. lib. 6. Alij autem voluerunt quod per pæ-
nam statutariam sit pænitus sublata pæna iu-
ris communis, ita vt sola statuti dispositio attē-
datur pro vt post multa hinc inde deducta te-
net Albert. de Gandin. in tracta. malef. ritu. de
aliq. quæst. varijs in malef. num. 4. vers. quid de
quæstione. vbi ait credere esse veriorem opi-
nionem, quæ etiam de consuetudine seruatur,
& quod secundum eam fuit iudicatum Bono-
niæ per collegium dominorum iudicū, & post
eum Alb. de Rosat. de statut. lib. 1. quæst. 8. vbi
re ad partes late discussa sic resider n. 7. & seq.
vers. in contrarium, subiungens nu. 9. audiuisse
quod antiquitus fuit mota hęc quæstio Ge-
nuæ & habitum consilium in multis locis & a
multis Doctoribus, & obtentum fuisse quod
per pænam statuti, in totum tolleretur pæna
iuris communis, refertque nu. 10. Gandin. in lo-
co supra citato dicentem ita determinatum
fuisse per collegium Doctorum Bononien. &
tandē dicit nu. 11. quod licet quæstio hæc du-
bia sit & indigeat declaratione Imperatoris,
tamen totus mundus seruat quod per pænam
statuti tollatur in totum pæna iuris commun.
eandem opinionem tenuit & Bonif. de Vital.
in tract. malef. rubr. quid sit accusatio in forma
accus. porrect. per sindic. nu. 95. vers. sed quid
quidam commisit maleficium. vbi ait hoc esse
verius, idem voluit Bal. in l. data opera, nu. 12.
& 13. vers. item notandum est quod dictæ pęnę,
C. de ijs qui accus. non pos. subdens quod fa-

tuus esset iudex qui aliam pœnam imponeret
quã statuti, quod obseruare iurauit, eam etiã
tenent Ang. de Perus. in §. fi. in princi. in auth.
de Sanctissi. Epis. Salic. in l. q sepulcra. sub n. 6.
& 7. vers. quæro nunc secundo C. de sepul. viol.
& Cast. qui eam obseruari dicit in l. 1. §. dixe-
rit aliquis n. 6. ff de Publican. & post prefatoa
patres dictam sententiam amplexi sunt Cepol.
cons. crim. 14. n. 2. vers. præterea per impositio
nem pœnæ, Corn. cons. 114. col. 2. vers. & licet
de iure cõmuni lib. 1. Aret. in §. quadrupli nu.
16. versi an autem pœna introducta institu. de
action. Io. Ant. Rub. Alex. in tract. de potestate
procuratoris, & defens. in caus. crim. num. 297.
3 dicens hanc opinionem esse veriorem Nel. in
tract. de Bann. in part. 2. tempor. q. 6. n. 6. circa
principium, Carret. in practica. crim. in §. circa
secundum nu. 36. & seq. vers. sed quid si diuer-
sæ pœnæ fol. mihi 229. aiens quod hanc opinio
nem tenent omnes doctores. Blanc. in pract.
crim. in verbo postquam vidimus nu. 61. & plu
rib. seq. vers. sequitur vt videamus fol. mihi 71.
& 72. inquiens esse cõmuniter receptã & verio
rem, quam ex pluribus confirmat & facienti-
bus in contrarium respondet Grammat. consi.
crim 35. nu. 56. & seq. vers. quinimo & plus te-
neo Mars. cons. 61. n. 17. & plur. seq. vers. & post
quam consi 101. nu. 51. & 52. & in pract. crim.
§. quæritur num. 1. 2. & seq. dicens hanc partem
esse tenendam, quia est magis com. & magis
equa, August. de Arimin. in addit. ad Angel. de
malef in verbo, & caput a spatulis nume. 9. vbi
late insistit. Gomez. lib. var. resol. tom. 3. de de-
lictis cap. 1. sub num. 38. in fine post vers. quarta
conclusio vbi residet in hac opinione, asserens
quod licet altera opinio sit magis communis,
tamen ista seruaretur in iudicando & consu-
lendo, Pet. Calefat. in Decis. crim Rot. Senen.
positis post secundum vol. cons. crimin. diuers.
p. loco collectorum in parua forma decis. 9. nu.
3. attestans quod hęc opinio pręualuit & est
approbata per vsum, & Clar. in loco iam rela-
to vers. contrariam autem opinionem dicens
quod cum hæc opinio sit procul dubio magis
communis, & consuetudine approbata, non es-
set ab ea in iudicando recedendum & cum ea
veluti communi paucis se expediens transit
nouissime Bertazol. consi. crimin. 35. nume. 23.
consi. 55. nu. 14. cons. 237. nu. 1. cons. 141. n. 24.
25. lib. p. Bonacos. nuper visus li. 2. com. concl.
crimin. in versic. statuti pęna dicens de magis
com & in quęst. crim. in verbo pœna vers. com
muniter totus mundus vbi pariter testatur de
magis communi & seruata sententia per totũ
mundum, & quam ego semper vidi vbique ob
seruari per omnes iudices. Sane quando sta-
tutum expresse saluaret alias leges in eadem
relatas, tunc vnius electio aut exactio non tol-
leret alteram, sed omnes haberent locum, &
delinquens pluribus pęnis pro eodem facto
castigaretur vt est tex. ad litteram in c. p. ad fi-
nem in vers. saluis alijs constitutionibus, quæ
iudicantibus pęnam ingerunt & infligunt; &
ibi gl & scribent. de senten. & re iudicat. lib. 6.
& ex hoc dixi alias quod de iure sustineri pos-
5 sunt proclamata aliquid prohibentia sub cer-
ta determinata pęna citra preiuditium & de-
rogatonem aliorum ordinum super eadem re
editorum, & in augumentum non autem in di
minutionem aliarum pęnarum, prout multa
huiusmodi reperiuntur in partibus Tuscię, li-
6 cet in contingentia facti viderim vnam tantũ
pęnam transgressoribus imponi, maiorem. &
quod potius ex equitate quam stricto iure de-
fendi posse videtur. Ceterum circumscriptis
7 talibus proclamatibus quando quia commit-
tit crimen diuersis legibus punitum diuersis
pęnis, est in electione iudicis qua pęna volue-
rit delinquentem punire l. quoties. ff. de act. &
8 obligat. licet enim plures pęnę pro vno delicto
imponantur, non potest tamen delinquens ni-
si vna pęna puniri l. senatus ff. de accusat. nec
vna lex tollit aliam quoad originem, cum de-
linquens omnibus tentatur. sed quoad execu-
tionem bene tollit, vt declarat Bar. in d. l. sena
tus in princip. sequitur Boss. in pract. crim. tit.
de official. corrupt. nu. 7. 8. 9. 10 & ita etiam p-
transit Rota decis. 812 quę est penultima n. 14.
25. 26. in prima parte in nouissim diuers.

EPITOME.

An delinquens sortiatur forum in loco originis vel domicilij, personæ offensę alibi & sic an Florentinus occidens Romæ Placentinum possit Placentiæ conueniri.

SVMMARIA.

LAICVS offendens clericum efficitur de foro Ecclesiæ. nu. 1.

Et quare. 12.

Loci ratione sortitur ibi forum delinquens licet sit forensis. 2.

Delinquens sortitur forum in loco personæ offensæ etiã alibi secundum aliquos. 3. 4. 5.

In contrarium est veritas. 6. & ita fuit pluries iudicatum. 15.

Reus quandoque sequitur forum actoris. 4. & an sit verum vel quomodo procedat. 14.

Forum sortitur delinquens, in loco originis, vel domicilii, vel delicti. 7.

Persona offendens non offensa attenditur in delictis ad tribuendum iudici iurisdictionem. 8.

Reipub. interest vt subditi origine vel domicilio recte viuant & vbicunque delinquant, ab ipso etiam suo præside puniantur. 9.

Statutum non valet quod offendens Perusinum in quacunque parte mundi possit puniri Perusii. 10.
Declaratur tamen. 14.

Fiscus

Fiscus loci personæ offensæ non consequitur bona occisoris in suo territorio sita si occidens alibi deliquerit, & fuerit condemnatus cum publicatione bonorum. 11.

Argumentum de loco delicti ad personam offensam non procedit. 13.

CASUS TERTIUS.



QVAESITVM fuit, an Florentinus occidens Romæ Placentinum possit Placentiæ conueniri, & prima facie videbatur quod sic, primo quia cum persona occisa sit subdita ciuitati Placentiæ, videtur iniuria ei principaliter facta, propter quam ad eam etiam pertinere videtur criminis executio, ex hoc enim videtur
1 delinquens sortiri forum personæ occisæ sicut laicus offendens clericum efficitur de foro Ecclesiæ c. cum sit. de for. compet. secundo quia
2 ratione loci in quo delictum cōmittitur, quis efficitur de illa iurisdictione, etiam si sit forensis l. 3. ff. de off. præsid. & l. 1. & authen. qua in prouincia C. vbi de crim. arg. oport. & l. 1. C. vbi senator. vel Clarissim. ergo & idem ratione personæ in quam delinquitur, cum & illa sit subiecta ciuitati, prout subiectus est locus, in
3 quo fit delictum. tertio quia ita dicit in terminis gl. in l. ne quid. § de iis. in gl. in verbo remittantur, ff. de incendi. ruin. naufrag. quę notat ibi esse casum, in quo actor in criminalibus trahit reum ad suum iudicem, dum enim text. ait quod in casu subreptionis rerum ex naufragio amissarum permissum est damnum passis, vt facilior sit huiusmodi amissi probatio, adire præfectum & petere vt rei pro modo culpæ vel victi, vel sub fideiussoribus ad Præsidem remittantur, intelligit glo. de Præside cui subest actor, vt sit casus in quo reus sequitur forū
4 actoris, quod dictum glo. refert & sequi videtur Barto. in d. l. ne quid, ad finem sub nume. 7. & in l. cunctos populos. in 8. quæst. principal. sub num. 44. 45. C. de sum. trinit. & fide cathol. quarto quia hoc decisum videtur per Angel.
5 de Perus. in repet. l. vacantia. C. de bon. vacant. lib. 10. num. 94. vers. quidam Eugubinus, vbi in quæstione Eugubini, qui interfecit Perusinum in territorio Eugubii, & ibi fuit inquisitus & condemnatus secundum formam statuti in pænam pecuniariam & illam soluit, & postea iuit Perusium & ibi captus fuit & de eodem homicidio inquisitus tempore D. Cirici de Narnia Capitanei Perusii & condemnatus ad pœnam mortis secūdum formam statuti Perusii quod quicunque forensis occiderit Perusinum capite puniatur, dicit se dixisse de facto, quod non obstante prima condemnatione & executio-
6 ne ipsius, talis homicida poterat decapitari.

In contrarium tamen est veritas quod scilicet talis delinquens non possit Placentiæ conue-
7 niri, quia regula iuris est quod de criminibus agitur duntaxat in loco commissi delicti, vel in loco originis vel domicilii delinquentis l. 3. ff. de off. præsid. l. 1. & 2. C. vbi senat. vel Clarissi. l. 1. & 2. auth. qua in prouincia C. vbi de crim. ag. oport. cum vbique not. per gl. & DD. & patet ex congestis per Clar. in pract. crimin. q. 38. & q. 39. & per Conrad. in pract. crimin. tit. de inquisit. sub num. 9. vers. mox vt inquiren-
8 dus fol. 248. non enim ad tribuendam iurisdictionem iudici pro delictis commissis consideratur persona offensa, sed attenditur tantum persona offendens, quæ est illa quæ offendit principaliter locum, in quo delinquit, & etiā secundario locum suæ originis & habitatio-
9 nis, cum publice intersit vt hi, qui origine vel habitatione sunt subditi, recte viuant, & vbicunque delinquant ab ipso etiam suo preside puniantur vt in dictis locis considerant gloss. DD. & Clar. & ita in terminis nostris ex facto consultus respondit Alciat. consil. 13. rogatus in præsenti casu lib. 7. pro qua conclusione vl-
10 tra Alc. adduco Barto. in d. l. ne quid, ad finem sub nu. 7. vbi ait se alias determinasse quod nō valeat statutum quod quicunque offenderit Perusinum in quacunque parte mundi, possit puniri Perusii, quia ciuitas facit statutum de eo quod nō pertinet ad suam iurisdictionem, & clarius hoc ipsum voluit idem Bar. in l. cunctos populos in 8. q. principali sub num. 44. 45. vbi dicit quod si extra territorium Perusii forensis offendit ciuem Perusinum, non poterit puniri Perusii etiam stante statuto quod forensis delinquens in ciuem possit ibi puniri, quia ibi delinquens nō sortitur forum ratione personæ ciuitati illi subiectæ, & statutum non valet, quia non potest disponere extra territorium in personis sibi nō subditis, & ita etiam
11 sentire videtur add. ad Alber. de stat. lib. 3. q. 2. dum vult fiscum loci personæ occisæ non posse consequi bona occisoris in suo territorio sita, quando occidens alibi deliquit & in alio foro condemnatus est cum publicatione bonorum. & in terminis nostris quæstionem pro hac parte decidentem allego Ancar. de for. compet. in repetit. c. postulasti, in quinta quæstio. principali, versi. sed posset contra hoc in stare, vbi allegat Bar. in d. l. cunctos populos, & infert ꝙ Paduanus offendens Ferrariensem Paduę non potest Ferrariæ conueniri. Nec obstant in contrarium allegata. Ad primum
12 enim respondetur quod procedit in Clerico offenso ea ratione, quia laicus committit sacrilegium, quod est crimen Ecclesiast. & ideo quo ad hoc pertinet ad Eccles. ita punctualiter respondet Bart. in d. l. cunctos populos, d. q. 8. princip. sub nume. 45. & Ancar. loco supra
13 citato. Ad 2. respondetur quod non est idem in persona offensa quod est in loco cōmissi delicti, quia ꝙ dicitur quem sortiri forum ratio-

ne suppositi iurisdictioni alterius, quam iudicis proprii delinquentis, intelligitur ratione rei immobilis vt territorii, non autem ratione rei mobilis vel se mouentis, & ita etiam respondet formaliter Bar. in d. l. cunctos popu-
14 los sub d. nu. 45. Ad 3. respondetur quod gl. in d. §. de iis. loquitur quando reus inuenitur in loco personæ offensæ, tunc enim forte posset ibi conueniri, ita dicit Alc. d. cons. 13. sub nu. 5. post vers. rursus non obstat. Aliter etiam & melius respondetur quod dicta gl. reprobatur per Iac. de Rau. & Petr. in d. auth. qua in puincia, vt refert ibi Cin. in 4. q. col. penul. dicēs qđ non est verum quod in illo text. reus sequatur forum actoris, sed quod imo reus remmittitur ibi ad locum delicti, & sic ad forum quem sortitus est propter commissum delictum iuxta iuris regulas & ita etiam respondet Alciat. sub d. nu. 5. vers. præterea glo. quam responsionem reperio etiā approbari per Bat. in d. l. ne quid ante fin. nu. 7. dicentem quod ista opinio Iac. de Rau. & Petr. & Cin. contra d. glo. sibi magis placet. Rursus respondetur quod admissa opinione gl. pro vera, ea non obstat conclusioni nostræ quia loquitur in casu speciali dicit. n. esse ibi casum specialem, quod reus remittatur ad iudicem actoris & sic quod odio rapientiū ex naufragio iudicetur a iudice personæ offensæ & ita dicit Bar. in d. l. cunctos populos, in d. 8. q. principali sub nu. 45. vers. fallit in capientibus ex naufragio, sequitur Alc. d. cons. 13. sub nu. 5. d. vers. præterea glo. & idem dicit Bar. in d. l. ne quid in fine. si igitur hoc est speciale in isto casu, sequitur quod in aliis casib. sit diuersum & in contrarium sit ius commune vt arguit Cin. in d. auth. in d. 4. q. Ad 4. & vltimum respondetur quod opinio Angel. in d quæstione Eugubini, non est vera, quia forensis non sortiebatur aliquo modo forum Perusii ex delicto alibi commisso, nec statutum in contrarium valebat vt probatum est supra in fundamentis conclusionis nostræ iuribus & aucto-
15 ritatibus quibus responderi congruè non potest. Præterea dicitur quod quando d. opinio Angel. admitteretur, ea tantum posset procedere, quando reus inueniretur in loco personæ offensæ, secus autem si ibi nō reperiatur ita dicit Alciat. d. consi. 13. sub nu. 5. post vers. rursus non obstat. restat ergo firma & stabilis conclusio quod in casu proposito non potest Florentinus conueniri Placentiæ ob personam citurati Placentinæ suppositam alibi occisam, secundum quam infinitis vicibus iudicari vidi & ipse etiam pluries iudicaui & votaui, vt ad cognoscendum de criminibus non attendatur locus personæ offensæ sed tantum locus commissi delicti, vel originis, vel domicilii delinquentis.

EPITOME.

QVOD statuta loquentia de delictis carnis comprehendant iudæos & saracenos ac alios deuiantes a vera IESV CHRISTI Saluatoris nostri fide.

SVMMARIA.

IVDAEI & alii infideles sunt de corpore ciuitatis licet non de corpore spirituali, nu. 1.

Et comprehenduntur sub statutis punientibus adulterium stuprum, & alia carnis delicta. eo.

Quod declaratur procedere, si infidelis cognoscat infidelem. 3.

Coitus infidelis cum Christiana vel econtra est grauius delictum quam infidelis cum infideli, vel Christiani cum Christiana, & ideo grauius punitur iudicis arbitrio. 2.

Et comprobatur. 4.

Coitus cum meretrice etiam nupta non est punibilis sal tem quoad accedentem. 5.

Coitus Iudæi cum Christiana meretrice vel econtra nō dicitur punibilis secundum aliquos. 6.

Contrarium tamen est verum & in praxi receptum quia punitur extraordinarie iudicis arbitrio citra mortem & mutilationem membri. 7.

Imo etiam corporaliter id suadentibus circumstantiis. 8.

Et prædicta de Iudæis procedunt etiam in Turcis, & hæreticis, & aliis quibuscunque infidelibus. 9.

CASVS QVARTVS.



QVOD statuta de pœnis committentium adulterium, vel stuprum, vel alia carnis delicta comprehendant Iudæos, & alios infideles & a IESV CHRISTI Saluatoris no-
1 stri vera fide deuiantes, eo quod sint de populo & corpore ciuitatis, quamuis nō sint de corpore spirituali, & eisdem statutis & pœnis, quibus alii de ciuitate alligentur, tenuerūt in indiuiduo in terminis nostris Alex. cons. 99. nu. 3. & seq. vsque ad finem lib. 6. & consi. 13. n. 10. & seq. lib. 7. Corn. consi. 114. in toto lib. 1. Alciat. consi. 11. sub num. 8. lib. 7. Marf. consi. 101. nu. 42. & seq. consulētes quod Iudæus vel alius infidelis mulierem Christianam carnaliter cognoscens, debeat puniri pœna statuti de tali delicto loquentis, & non pœna iuris communis, vel alia grauiori & prædictos excepto Alciato refert Gabriel. tit. de Malef. concl. 21. num. 3. &
2 4. Verum cum negari nō possit quin fœdius sit iudæū vel aliū infidelē cū Christiana cōmisceri, quā iudæū cū iudæa, vel Christianū cū Christiana vt probat text. in c. in nōnullis, extra de iud. & sarace. verius vt, hoc casu pœna grauior iudicis arbitrio imponatur, q̄ ex statuto indicar,

vt

vt punctualiter tradit. Boss. in pract. crim. ti. de
coit. damn. & punibil. num. 20. & tenent multi
relati per Gabriel. titul. de malefic. concl. 21. in
prin. & consuluit Vulp. resp. crim. 42. nu. 6. ver.
cęterum. & clarius nu. 11. vers. præterea quate-
nus, idem colligitur ex Clar. in §. adulterium
nu. 9. vers. pone stat statutum, vbi ait quod præ
fatorum Doctorum initio relatorum opinio-
nem vti communẽ ipse sequitur in iudęo cum
3 iudęa se carnaliter commiscente, non autem
4 cum Christiana, quia est grauius peccatum, ꝓ
pter quod illum transmitteret perpetuo ad tri
remes, quam sententiam ego sequor existimãs
statuentes si de hoc casu cogitassent, grauio-
rem pænam imposituros fuisse, pro vt & econ
uerso si Christianus iudęam vel aliam infidelẽ
mulierem cognosceret, quia & hoc casu mini-
me statutum seruarem ex ijs quæ statim dicam
& per tex. in d. c. in nonnullis extra de iude. &
saracẽ. qui videtur æquiparare casum, in quo
Christiani iudęorum vel saracenorum mulieri
bus. cum miscentur, casui in quo iudęi vel sara
ceni Christianorum mulieres cognoscũt. Nec
omitto quod Iac Bellouisu in pract. cr. titu. de
lenonib. ad finem nu. 50. vult quod christianus
cognoscens Iudęam vel econtra Iudęus Chri-
stianam tenetur pena adulterij. Quid autem
sit quando Iudęus cognoscit mulierẽ Christia-
nã impudicã & meretricẽ, & ecõuerso christia
nus cognoscit mulierem ebream impudicã &
5 meretricem nõ parũ dubitatur, cũ. n. coitus cũ
meretrice etiã nupta nõ sit punibilis, saltem se
cundum omnes quoad accedẽtẽ, quicquid sit
respectu ipsius mulieris nuptæ, de quo nũc agẽ
dum nõ est, Alex. cons. 99. nu. 9. lib. 6. cons. 13. n.
5. & 6. lib. 7. Affl. in const. Reg. lib. 3 rubr. 42. de
de adult. & lenocin. in const. legũ asperitate ii.
5. Alc. cõs. 11. nu. 1. lib. 7. Mars. cons. 101. nu. 49.
& in singul. 150. in prin. Clar. in §. adulterium.
nu. 3. vers. quæro nunquid, & in §. fornicatio. n.
2. ver. hoc autẽ multomagis Vulpel. resp. crim.
42. nu. 13. & alij per eos allegati, per l. verũ. ff.
de furt. & l. 3. in prin. ff. de cõdict. ob turpi caus.
& nulla lex sit quæ prohibeat iudęis accessum
ad meretr. Christ. vel econtra, nec in hoc repe-
6 riatur in iure aliqua distinctio personarum, vi
detur quod iste casus veluti sub regula permis
siua comprehensus nulla prorsus pæna sit di-
gnus & ita dicit Alc. d. cons. 11. in princ. sciens
opinionem hanc iuditio suo esse veram secun
dum leges nostras, quæ non distinguunt.
7 Sed quod talis coitus sit punibilis pęna extra
ordinaria iudicis arbitrio declaranda citra ta
men mortem vel membri mutilationem & vt
plurimum pecuniaria subdit in dicto loco Alc.
nu. 3. sentire Doctores magis communiter, &
verũ est, ita enim expresse firmãt Paul. Grillãd.
in trac. de pęn. omnifar. coit. in 12. q. n. 8. & seq.
vers. quidam tamẽ Alex. d. cons. 99. nu. 9. & 10.
lib. 6. & d. cons. 13. nu. 15. & seq. lib. 7. Mars. cõs.
101. nu. 58. vers. dico præterea Boer. dicens cõ
munem decis. 516. n. 5. & 6. Dec. in l. si fugitiui.
nu. 21. & 25. C. de seru. fugit. Boss. tit. de coit. dã
nat. & punib nu. 21. Clar. in d. §. fornicatio, nu.
26. vers. cum iudęis & in d. §. adulterim, num. 9.
post vers. pone stat statutum ad finẽ, Gabriel.
d. tit. de malef. concl. 21. sub nume. 4. ad finem
& nouissime Vulpel. d. respons. 42. nu. 14. inqui
ens quod non audet affirmare dictum illud Al
ci. primum, communi praxi in contrarium pu-
8 gnante. Posset tamẽ factum habere aliquas cir-
cumstantias vel qualitates, quæ pænam nedũ
peculiariam vel exilij aut similem, sed etiam
corporis afflictiuam mutilationis mẽbri, aut
triremium, vel mortis naturalis imponendam
esse suaderent, vt patet ex dictis per Grilland.
Boer. & Boss. in locis citat. & per Alex. d. consi.
13. nu. 15. & seq. lib. 7. & per Clar. in d. §. forni-
9 catio. nu. 26. Et quæ dicta sunt in iudeo cogno
scente Christianam & econuerso in Christiano
cognoscente iudęam, procedunt etiam in Tur
cis, Mauris, Hereticis, Saracenis, vel alijs qui-
buscunque extraneæ fidei professoribus rem
carnalẽ cum Christiana habentibus, vel econ-
tra in Christianis cum talibus infidelib. mulie-
rib. coeuntib. vt punctualiter ait Grillan. in d.
q. 12. sub num. 11. vers. iuxta hæc quæro & vult
etiam Boer. d. decis. 316. num. 5. ad finem, & nu
me. 6. & videtur probari in d. c. in nonnullis, dũ
loquitur de iudęis & saracenis, & ex eo quod
norat. Afflict. in constitut. Regni lib. 1. rub. 26.
de maleficijs clandest. in Constitutione super
incisionibus in 8. not. sub. num. 16. vbi ait quod
dicta in iudęis & saracenis procedunt etiam
in paganis.

EPITOME.

An statuto præfigente terminum ad accusandum in causis criminalibus iudex vltra tempus a statuto assignatum posit ex officio contra reum procedere, & illum inquirere, & dato quod nõ possit an hoc procedat in reo sponte confitente delictum dicto termino transacto.

SVMMARIA.

STATVTVM valet præfigens terminum ad accusandum, quo elapso quis ab accusatione excluditur nu. 1.

Statuti termino ad accusandũ elapso non potest iudex etiam ex off. inquirere 2. cum seq. & ita fuit iudicatum.

Via ad agendum parti præclusa, & iudici censetur ad inquirendum sublata. 3.

Iudicis inquirentis offitium succedit in locum accusationis partis. eo.

Didaci Canter. distinctio reprobatur. 4.

Confessio emanata post terminum a statuto, ad accusandum præfixum non valet nec nocet confitenti. 5.

CASVS QVINTVS.

STATVTVM quod quis de
crimine accusari non possit
1 elapso certo termino, de iure
valet, quia statuto præscribi
potest tempus ad accusandū,
quo elapso excluditur quis
ab accusatione vel ab actione ita concludit Di
dac. Canter. in suis quæst. crim. tit. de quęst. tan
gent. iudicem q.6. post princip. nu. 2. & proba-
tur ex late & eleganter deductis per Socin.
quem ipse non allegat consi. 108. in primo du-
bi o per totum lib. 4. & hoc non habet dubium.
2 sed non semel dubitatum fuit, an stante dicto
statuto, iudex post lapsum tempus ab eo præ-
fixum, possit ex officio procedere & inquirere
contra reum. Bart. in l. non solum, §. fi. ff. de in-
iurijs & in l. querela in fi. C. ad l. Cornel. de fals.
3. tenet indistincte quod non, ea ratione, quia vbi
est præclusa via parti ad agendum, ibi etiam
sublata intelligitur iudici ad inquirendum, cū
officium iudicis inquirentis succedat in locum
accusationis partis, & hanc opinionē sequun-
tur Rom. consi. 214. nu. 4. vers. in contrarium ta
men, vbi eam comprobat, contrarijs respon-
det, & ita se habere veritatem & communem
opinionem, dicit Salic. in l. adulter. sub num. 1.
C. ad leg. Iul. de adult. & in l. ita demum. nu. 4.
C. de procur. & in d. l. querela. nu. 3. C. ad l. Cor
nel. de fals. vbi late insistit & hoc verius esse as-
serit, Nell. licet non multum clare in tract. de
bannit. 3. p. 2. temp. q. 1. nu. 1. Ang. de Castro &
Io. Bap. Rosel. inter consi. crim. diuers. cons. 94.
num 15. & 16. dicentes esse verissimum lib. 1. in
collect. p. loco per Zilettum in parua forma,
Alex. consi. 64. sub nu. 3. in fin. post vers. & pro
hoc bene facit lib. 1. Mars. in pract. crim. §. con-
stante nu. 81. & seq. vers. & scias etiam Balb. in
tract. de præscript. in 4. p. 4. par. princip. q. 2. nu.
3. vers. ex quo infertur, Bonacos. his scriptis vi-
sus lib. 1. com. opin. crim. in vers. statutum præ
figens certum terminum, vbi de mag. com. atte
statur, & ante eum Clar. in pract. crim. q. 51. nu.
2. vers. & hæc quidem conclusio, vbi plures re-
fert de com. attestantes, & secundum hanc opi
nionem vidi iudicari, licet sciam non deesse te
nentes contrariū vt patet ex allegat. per Rom.
d. consi. 214. sub num. 3 versic. aliquando vero
statutum, per Abb. in c. nullí Episcoporum, nu.
3. extra de accus. & ibidem per Felin. num. 2. &
latissime per Didac. Canter. in d. q. 6. sub nu. 3.
post vers. quoad nostram quęstionem, vbi etiā
nonnullas refert distinctiones, vni quarum (iu
dicio meo verbali) videtur tandem postquam
4 se multum inuoluit, adhærere, nullum ex DD.
per me adductis pro opinione Bart. pter Mars.
afferens. Quę conclusio videtur procedere etiā
5 quando post elapsum statuti terminum quis
confiteretur delictum, nam nec tūc de illo pos
set iudex eum inquirere ex offitio, cum etiam
ex statuto non competat actio & per conse-
quens nec cadit inquisitio, quia est pręscripta,
non valet confessio, nec confitenti nocet. ita di
cit Mars. in pract. crim. §. postquam. nu. 10. vers.
alius est etiam casus, quem refert Didac. Can-
ter d. q. 6. ad fin. nu. 4. vers. dubium tamen po-
no, qui tamen in contrarium allegat Alex. in l.
fin. nume. 5. C. de dol. cuius opinionem in ri-
gore credit veriorem, sed vltra Mars. citatum a
Canter. eandem sententiam tenere reperio So
cin. d. cons. 108. in 2. dub. lib. 4. vbi n. 15. & seq.
vsque ad fin. disputat articulum ad partes &
concludit pro negatiua, inquiens quod tenen
tes affirmatiuam valde errarunt pro certo, &
quod alias in ciuitate Bononiæ dum hæc quæ-
stio verteretur, ita fuit consultum & obtentū,
& respondet ijs quę in oppositum adducuntur,
& recenset plures eandem sententiam sequen-
tes, a qua recedendū in consulendo & iudican
do non existimarem, quam nouissime tenet &
magis communem dicit Bonacos. in d. vers. sta-
tutum præfigens certum terminum.

EPITOME.

An statutum de quo in pręcedenti casu quod de malefitijs non possit cognosci post certum tēpus, procedat in delictis occultis, an verò tantum in manifestis, & sic an currat hoc tempus a die scientiæ, an a die commissi malefitij, & dato quod currat non à die sciētię sed a tēpore facti delicti, an dies ipsius cōmissi criminis imputetur in termino.

SVMMARIA.

STATVTVM præfigens certum tempus ad accusandum comprehendit etiam occulta maleficia, & a die commissi malefitii connumeratur tempus. nu. 1.

Dies termini prædicti non computatur in termino. n. 2.

Quod & in aliis regulariter procedit. 3.

CASVS SEXTVS.

PRAESVPPOSITO quod statutum de malefitiis non cognoscendis post certum tēpus, comprehendat tam accusationem quam inquisitionem vt dictum est in proximo præcedenti casu, quæsitum fuit, an illud procedat non dum quando malefitium est manifestum, sed etiam quando est occultum & consequenter an dictum tempus ab initio sit vtile & currat a die scentiæ, an verò sit continuum & currat a die ipsius commissi criminis, & admisso quod habeat locum etiam in occulto, & sic quod terminus sit continuus, an

dies

dies ipsius facti delicti cõputetur in termino.
1 Quoad primam quæstionem veritas est quod statutum militat siue malefitium sit manifestum siue occultum, quia non a die scientiæ sed a die commissi delicti connumeratur tempus, & regulariter præscriptiones currũt ignorantibus & habent tempus continuum, ita in puncto ex prædictis & alijs rationibus re ad partes discussa concludit Socin. in consil. 108. in pri. dubio per totum lib. 4. sequitur Marf. in pract. crim. §. constante nume. 85. & seq. vers. & sciasér q̃ stãte statuto, vbi attestatur hanc esse communem opinionem, idem tenet (nullã de prædictis patrib. faciens mentionem) Didad. Canter. in suis quæst. crim. tit. de quæst. tangẽt. iud. q. 6. post princ. sub nu. 1. vbi citat Salic. in l. fi. C. de dol. num. 3. in fin. & Boss. in pract. crim. tit. quomodo procedat. per action. nu. 24. qui idem aperte tenent, & hanc partem sequitur & veriorem esse credit Alex. in d. l. fin. sub. num. 2. & 3. C. de dol. & optime facit D. Alex. Turram. his scriptis visus in repet. l. non puto. ff. de iur. fisc. in vlt. p. q. 2. num. 33. fol. 100. vbi tradit quinquennium, quo accusationi de adulterio præscribitur, esse continuum quo ad initium & cursum per l. 5. C. de adult. & quod statutum hoc procedat etiam in delictis occultis tenet Bonacos. nuper ad manus peruentus li. 1. com. opin. crim. in vers. statutum præfigens, vbi etiã de magis commum testatur, idem ante eum tenuit Clar. in pract crim. q. 51. num. 5. vers. sed quæro vbi referens non nullos ex citatis auctoribus dicit esse magis communem opinionem quod terminus illi statuti currat statim a die commissi delicti, quia omnis præscriptio regulariter currit ignoranti, vt propterea opus nõ sit vlterius de ea agere cum maxime Socin. plenissime quæstionem examinet & hac parte firmata concordantes citet, & tenentibus contrarium, respondeat, ad cuius dicta sufficiat remissio, quę sententia facilius admitteretur, quando per diligentem officialis inquisitionem, & inuestigationem tale maleficium occultum potuisset in noticiam curię deuenire, vt per Cast. cons. 17. nu. 5. & 6. lib. p. & cons. 183.
2 in toto lib. 2. Quoad 2. questionem dicas quod dies termini nõ computatur in termino, quia in fauorabilibus termini extenduntur vt tradit Dec. in l. vbi lex in finalibus verbis ff. de regu. iur. & in quæst. nostra videtur quod ratione reipublicæ agatur de fauore vt ideo terminus extendi debeat, ita in puncto dicit Didac. Canter. in d. 6. q. ante num. 2. nihil aliud adducens nec ab alio tactum præcise inuenio, potest ta-
3 men comprobari ex illa Doctorum traditione quod dies assignationis termini non computatur in termino, quia intelligitur de tempore proximo, quicquid alij velint in contrarium, secundum magis receptam opinionem & de consuetudine obseruatam in Palatijs de qua attestatur Ias. in l. 1. nu. 20. & seq. ff. si quis caut.

EPITOME.

Vtrum ad præcludendam viam accusatori vel iudici contra delinquentem ob statutum mandans de maleficio vltra certum tempus cognosci non posse, in delictis reiterabilibus puta adulterij vel similis longo tempore continuatis, inspiciendum sit tempus principij vel finis delicti.

SVMMARIA.

PRAESCRIPTIO in delictis continuatis vt adulterii & similium, incipit ab vltimo actu. nu. 1. & per totum.

Declaratur non procedere quando de vno actu præciso esset accusatio quia ab illo inciperet. 2.

Adulterium & similia delicta continuata vnum dicitur non plura delicta. 3.

CASVS SEPTIMVS.

PROPOSITA per imputatum de adulterio per plures
1 annos continuato exceptione prescriptionis ex lege municipali, dubitatum fuit an in tali præscriptione attendendum esse principium an vero finis delicti, & sic an tempus a statuto assignatum connumerãdum sit a die primi commissi criminis, an vero vltimi, glo. in l. mariti. §. sex mensium ff. ad leg. iul. de adult. in gl. in verbo, commissi criminis. in fine dicit quod si quis trib. annis continuis perseuerauerit in adulterio, tempus prescribendi tali delicto computabitur a die primo cõmissi arg. l. ei q. ff. de furt. vbi ex assidua contrectatione rei furatæ non nascitur actio furti postquam nata est in princ. sed statim postea subdit quod hoc est absurdum p not. in l. si diutino. ff. de pæn. vbi reiteranti delictũ debet augeri pœna, adeo quod videtur tenere quod non a die primi commissi delicti sed a die vltimi computari debeat tempus in præscribendo hoc vel alio simili delicto reiterabili continuato, & ita illam gl. intelligit & sequitur Bart. in eod. §. sex mensium in fine & hanc esse magis communem oppin. affirmant Angel. de Cast. & Ioann. Bapt. Rosel. inter consi. crim. diuers. cons. 94 num. 10. vers. et si dicatur lib. 1. in recollectis p. loco per Zilettum in parua forma. vbi ad idem allegant Salicer. in l. adulter. C. ad l. Iul. de adult. qui sub nu. 5. vers. quid si mulier, hanc questionem ponit et recitata vtraq; opinione glo. in d. §. sex mensium videtur vltimam approbare, subdit tamen q̃
2 toties adulterium est commissum, quoties fuit luxuriatum, et quod ideo si delinquens de priori actu accusetur ab illo incipit tẽpus currere

rere, si de medio, à medio, & sic de ceteris, & quod ista videtur fuisse mẽs illius glo. & respõdet ad leges allegatas in contrarium, quod loquuntur in furto quod ex assidua contrectatione non committitur, & quod committitur in re inanimata consensum contrectationi non prębente, quę Salic. opinio probabilis videtur quando imputatio esset de vno preciso actu venereo & non cõstaret de reiteratione eiusdem delicti postea, vbi enim aliter se haberet accusatio vel inquisitio vel appareret crimen cõtinuatum post tempus in accusatione vel inquisitione expressum, secus esset, & non ab illo tẽpore sed a fine temp us esset connumerandum,
3 quia dicitur vnicum tantum delictum continuatum, non plura vt dicunt scribentes in d. l. si diutino ff. de pen. & ego late demonstraui infra casu & hanc opinionem quod scilicet in huiusmodi delictis reiterabilibus per plura tempora continuatis in eadem personas, initium prescriptionis sumatur non a principio, sed a fine, tenet Clar. in pract. crim. q. 51. nu. 3. vers. sed hic quero, vbi dicit esse magis communem, quam etiam tenuerunt Cast. cons. 17. n. 1. in fine li. p. & Alber. in d. §. sex mensium nu. 2. & 3. vbi pulchrè loquitur, & secundum eam iudicari vidi, & ita ego etiam non semel votaui.

EPITOME.

Qua pœna puniantur vi alios vel semetipsos ex carcere vel de manu curiæ eximentes aut familię resistentes & auxilium, consilium vel fauorem in prædictis præstantes, tam in ciuilibus quã in criminalibus, & quid in eximẽtibus remiges, seu damnatos ad remigandũ ex triremibus, vel de manu familiæ cõducentis eos ad portum, quid ve in ipsis remigibus seu damnatis se eximentibus & fugientibus.

SVMMARIA.

EXIMERE aliquem ex carcere uel e manu famlię a pari procedunt. nu. 1.

Carceratus dicitur non solum qui in carcerum mansione degit, sed & qui sub satellitum custodia & in manu familiæ reperitur. eo.

Vi eximens carceratum pro crimine & condemnatum uel de proximo condemnandum aut confessum uel conuictum tenetur l. Iul. maiest. & pœna mortis 2. & ita fuit pluries iudicatum. 5.

Quod procedit si detentus erat ob crimen capitale. 3. 5.

Et secundum aliquos si pro crimine lesę maiestatis. nu. 4.

Quod tamen reprobatur. num. 5.

Eximens non condemnatum, nec confessum, nec conuictum sed simpliciter carceratum uel captum tenetur eadem pœna qua tenebatur ille captus, secundum aliquos. 6.

Vel pœna l. Iul. de ui pub. si cum armis & de ui priuata si sine armis secundum alios. 7. 9.

Eximens reum magicę artis tenetur pęna capitis. 8.

Pœna l. Iul. de ui pub. uel priuat. hodie non est in usu, sed incidens in eam punitur iudicis arbitrio. 10.

Eximens ut supra carceratum uel captum punitur arbitrio iudicis etiam in plus vel minus quàm teneretur exemptus, & hęc opinio dicitur verior & obseruata. 11.

Pena varię talibus eximentibus in casibus successiuè insfracta recensentur. 12. 17.

Eximens detentum in Palatio, domo vel alio loco sibi a iudice in carcerem assignato, tenetur ut eximens carceratum. 13. 15.

Carcer dicitur omnis locus a quo quis ad libitum voluntatis suę recedere non pont. 14.

Eximens simpliciter arrestatum tenetur vt eximens carceratum. 16.

Ampliatur siue arrestatus in alio quam in solito loco, & siue cum custodia, siue non, detineatur. 17.

Auxilio, fauore, instigatione, consilio vel aliter fugam causantes tenentur vt eximentes. 18.

Opem prę stans damnato ad triremes accomodando ei limas malleos vel similia pro fuga arripienda qua pęna teneatur. 19.

Et quid in facti contingentia fuerit obseruatum. 20.

Pęna furcarum, vltimi supplicij prima dicitur. 21.

Eximens aliquem pro debito publico vel priuato detentum in carcere vel captum tenetur parti, ac si pro debitore fideiussisset. 22.

Et si plures fuerint eximentes quilibet ex ipsis tenetur insolidum, vni. tamen solutione sufficiente. 24.

Exemptus qui pro debito detinebatur vt supra, nihilominus remanet obligatus. 23.

Eximens non audiatur si ad pœnam euitandam velit probare quod exemptus non esset debitor. 24.

Eximens non excusatur si exemptus ad carcerem reducatur. 25.

Eximens vt supra vltra prędictum interesse pro quo parti tenetur, punitur criminaliter arbitrio iudicis in ære vel in corpore. 26.

Eximens vi vel liberans seipsum pro causa criminali detentum tenetur pœnã mortis. 28.

Pęna capitis qualis dicatur. 29.

Eximens vt supra se ipsum habetur pro cõfesso de principali delicto pro quo erat detentus. 30. declaratur. 32.

Prędicta de eximente se ipsum procedunt etiam in detento in Palatio uel in alio loco pro carcere uel in simpliciter arrestato. 31.

Eximens se ipsum sine fractura & uiolentia non habetur pro confesso nec tanquam effractor, sed mitius punitur. 32.

Detentus in uinculis uel compedibus & illos infringens & postea aufugiens licet per ostium aper-

CASVS OCTAVVS.



EXIMENTES violenter carceratum ex carcere vel captũ de manu familiæ, variis solẽt affici pęnis, pro vt & se ipsum eximens & familiæ resistens, & huic rei consilium auxiliũ vel fauorem præstans, quod sicut frequenter in controuersiam venit, ita clare, perfecte & distincte tractandum est, vnde in primis
1 sciendum est quod in hoc proposito a pari procedit, qꝫ quis vi eximatur e carcere vel a manu familiæ, quia cum & is qui est sub custodia satellitum & in manu & potestate familiæ, dicatur carceratus & in vinculis constitutus, sicut & ille qui in carcerum mansione degit, & vtroque casu maiestas principis in ministerio iustitiæ pariformiter lędatur, nulla est differentia, an quis eximatur ex carcere vel ex manu curiæ, ita punctualiter dicit Addit. ad Guid. Papa decis. 579. in apostilla in verbo, in crimine læsæ maiestatis, sub littera b. idem aperte tenent Bar. in §. arripiat, in finalibus verbis, in authen. vt omn. obed. Iud. prouinc. & August. de Arim. in addit. ad Angel. de malef. in verbo, quod fama pub. præcedente, sub nu. 55. & 56. vers. adde & dic, & Ias. in §. pœnales, nu. 106. vers. item prędicta, instit. de act. & late ostendit Farinac. lib. 1. quæst. crim. ti. de carcerib. & carcerat. q. 32. nu. 3. vers. & licet textus, vbi tamen nõ omnes supra citatos adducit, & idem tenet Clar. in pract. crim. q. 29. nu. 5. vers. quæro etiam, si bene inspiciatur, quando vi & magna cum violentia se eximit, licet secus quando simpliciter aufugit, quia tunc mitius punitur, quam si ex carcere aufugisset, quod ante Clar. voluisse videtur Boss. in pract. crim. titu. de capt. num. 19. vers. aliquis captus. Hoc præmisso vt materia hæc clare & distincte omnibus pateat & ad decisionem omnium occurrentium casuum cum omni facilitate seruiat, primo agendum est de talibus excessibus factis in causis crimin. mox
2 vero in ciuilib. Quando igitur quis vi eximit carceratum ex carcere vel captum ex manu familiæ pro delicto seu crimine, communis doctorum traditio videtur esse, quod si eximat iam condemnatum vel confessum aut conuictum & sic de proximo condemnatum, eximens teneatur lege Iul. maiest. & sic pœna mortis per l. 4. in fin. vers. item qui confessum ff. ad l. Iul. maiest. vbi ita tenet Barto. num. 3. & idem Barto. in d. § arripiat, nume. 2. in auth. vt omn. obed. iud. prouin. Angel. de malef. in verbo, quod fama pub. præcedente, nu. 55. vers. secundo quæro. Alex. cons. 35. sub num. 4. lib. 2. quem sequitur Mars. in pract. crim. §. attingam sub nu. 49. Guid. PP. decis. 579. nu. 1. & melius n. 2. vers. circa hanc materiam. & ibi Addit. in apostilla in verbo. in crimen læsę maiestat. sub littera b. Iodoc. in pract. crim. c. 18. tit. de effract. carcer. num. 4. in fin. Boss. in pract. crim. titu. de captur.

captur.n.16.ver.sed pro maleficio & tit.de cri-
min. læs.maiest.nu.61. Clar. in pract. crim. q.
68.nu.10.vers.eximens. vbi ita pluries obser-
uatum dicit in statu Mediolani, Bertaz. cons.
crim.35.n.25.vers. additur quarto, iunctis ibi
additis per Claud. eius filium in apostilla
sub littera D. lib.1. Gomez. tom. 3. var. reso-
lut.de delict.cap.2.rub.de crimin. læsæ maiest.
nu.7.vers.item etiam committitur. Ias.in l.1.§.
quod pretor n.11.ff.ne quis eum qui in ius vo-
cat.est vi exim.& in §.pænales sub n. 104. vers.
si vero erat incarceratus, inst. de actio. Io. Fa-
ber.in §.item aduersus eum,nu.9.vers.sed quid
si esset inst.de actio. & Farin. ceteros referens
d.tit.de carcer.& carcerat.q. 30. nu. 101. vers.
amplia secundo,& d.q.32.nu.2.& 3.vers.regu-
la prima,loquens priori loco in eximente car
ceratum ex carcere,posteriori vero in eximen
te captum ex manibus familię,quos casus nos
simul coniungimus & tractamus ac sub vna
& eadem censura ponimus ex ęquiparatione
3 eorum initio facta. quod tamen ita procede-
re multis videtur si exemptus ex carcere vel
liberatus e manu familiæ erat detentus vel
captus ob crimen capitale, tunc.n.eximens te
netur lege Iul.maiest.alias secus, vt punctua-
liter tradit Farin. d. q. 30. nu. 102.vers.limita
primo & d.q.32.n.4.vers.amplia primo,in qui
bus locis ad hoc inter ceteros adducit Claud.
in addit.ad d.cons.Bertaz. partis vbi hoc cla-
re dicit ex mente aliorum, & quidem multi
ex citatis Doctoribus loquuntur in condem-
nato vel confesso aut conuicto de crimine ca-
pitali, vt faciunt Bar.in d.§.arripiat,nu.2. Iod.
& Clar. qui tamen postea variare videtur vt
4 infra dicetur, Quinimmo nō desunt qui velint
non sufficere quod ereptus vel liberatus, sit
condemnatus vel confessus aut conuictus de
crimine capitali, sed etiam requiratur quod
sit detētus vel captus pro eodem crimine læ-
sæ maiest. & hanc esse commun. opin.attesta-
tur Gomez.tom.3.variar.resolut.de delict.c.2.
rub.de crim.læsæ maiest.sub n.7.vers.quod pri
mo notabiliter intellige, quem refert Farin.d.
q.30.nu.103.vers.limita 2.& d.q.32.nu.4.& 5.
vers. amplia 1. in quibus locis alios idem te-
nentes allegat, contra quos tamen sentit ip-
se Farin.vtrobique aiens verius esse de iure, vt
5 d.l.4.ff.ad l.Iul.maiest.procedat indistincte in
condemnato aut confesso vel conuicto de quo
cunque crimine capitali, quod est de mente
gl.ibi in verbo reum, & sentit manifeste Clar.
supra allegatus in exemplis per eum traditis,
& non dissentit Gomez. loco citato; licet af-
firmet communem sententiam esse in contra
rium, secundum quam nimis certe restringe-
retur d.l.4.quæ magis admittit priorem intel
lectum,nempe vt satis sit quod crimen sit capi
tale, vt alij doctores,quos supra retuli, volūt,
quibus assentior, & secundum hanc determi-
nationem, vidi ego plusquam semel pęna mor
tis condemnati, qui animo deliberato arma-

ta manu carceratos ex carceribus vel captos
ex manu familiæ pro maleficijs grauibus vi
eripuerunt, nulla etiam, quod plus est, habita
distinctione an essent condemnati vel confes-
si aut conuicti, nec est rigorosa sententia, sed
conformis menti Excellent. Senat. Mediolan.
qui solitus est summa cum æquitate reos puni
re, quod ipsum demonstrant exēpla per Clar.
relata in loco sæpius citato, nec dissentit Fa-
6 rin.d.q.32.nu.5. vers. & licet ad finem. Quod
si quis exemit nondum condemnatum vel con
fessum aut conuictum de crimine, sed simpli-
citer carceratum vel captum, aliqui dicunt
quod indistincte qualecunque sit crimen, te-
neatur eadem pæna, qua ereptus vel liberatus
pro delicto pro quo erat detentus vel captus,
puniendus erat, si ereptus vel liberatus nō fuis
set, ita tradunt Bar. non tamen multum clare
in l. sed & si eximendi §. item si quis, in fin. nu.
4. ff. ne quis eum qui in ius vocat. Ias. in l. 1. §.
quod prætor in fin. post nu. 12 vers. in alijs au-
tem casibus ff. eo tit. Alex. cons. 35. sub nu. 4. ver
sic. in alijs autem casibus lib. secundo. Iodoc. in
pract. crim. c. 15. ti. de citatione reali idest cap-
tura nu. 30. in vers. quisquis. Menoch. de arbitr.
iud. lib. 2. cas. 301. n. 16. vers. tertius est casus, &
alij adducti p Farin. d. q. 30. nu. 92. vers. amplia
decimotertio, & d. quæst 32. num. 63. vers alii
demum voluerunt, vbi infinitos huius sen-
tentiæ refert, & nouissime Hyeron. Magon.
quem Rotæ Flor. auditorem cognoui & cum
7 eo sæpius iudicaui decis. Lucens. 90. deue-
nerat in fortiani num. 3. versic. & inspecta, &
hanc esse communem opinionem dicit Farin.
d. quæstio. 30. nume. 93. versic. hæc ampliatio.
Alii volunt quod teneatur pæna legis Iuliæ de
vi publica, si vis fiat cum armis, vel de vi pri-
uata, si fiat sine armis iux. tex. in d. §. arripiat,
8 in authen. vt omn. obed. iud. prouinc. & ita ibi
tenet Bart. in princip. & in d l. 4. ff. ad l. Iul. ma-
9 iestat sub n. 3. prætcrquam in eximente reum
magicæ artis, qui tenetur pæna capitis per l. fi.
C. de malefi. & mathemat. & Bart. sequuntur
Angel. de malef. in d. verbo quod fama pub.
præcedente num. 55. Alex. d. cons. 35. sub nu. 4.
lib. 2. Ias. in d. §. quod prætor sub nu. 12. & cla-
rius in d. §. pænales sub n. 104. in fi. inst. de actio.
Guid. Pa. d. decis. 579. nu. 1. & clarius sub nu. 2.
vers. circa hanc materiam & ibi Addit. in apo-
stilla in verbo punitur iux. d. §. arripiat, sub lit-
tera d. Farin. d. q. 32. sub num. 62. post vers. limi
ta primo ibi aliqui alii voluerunt, in quo non
10 insisto, quia quoad effectum hæc pæna eadem
est cum ea de qua statim dicam, cum hodie pæ
na legis Iul. de vi pub. vel priuata nō sit in vsu.
& qui in eam incidit, arbitrio iudicis puniatur
secundum circunstantias factorum & qualita-
tes personarum ex generali curiarum consue-
tudine, vt post Iod. in pract crim. cap. 100. ritu.
11 de vi priuata num. 9. & alios, attestatur Clar.
in prat. crim. quæst. 82. nu. 4. vers. vim publicam
Qu dam alii dicunt quod hæc pæna arbitrio
ind.cis

iudicis commissa est. Bart. in l. 1. §. is videtur,
in fin. nu. 6. & ibi Cagnol. nume. 27. in fine. ff. si
quis iusdicen. non obtemperau . Io. Fab. in §.
item aduersus eum, num. 9. vers. sed si non esset,
inst. de action. Bosi. in pract. crimin. titu. de ca-
ptura nu. 16. in fin. & num. 17. Farin. d. q. 30. nu
me. 93. & 94. vers. hæc ampliatio. dicens hanc es
se veriorem & quod eam obseruaret, si esset iu
dex, & quod alias sequeretur absurdum, quod
eximens carceratum vel captum pro leui deli
cto non teneretur nisi minima pœna, cum tamē
eius audatia temeritas & insolentia maiorem
exigat punitionem , quam ereptus vel libera-
tus habiturus erat, & cum hac sententia tran-
sit etiam postea d. quæstio. 13. num. 64. vers. sed
quicquid præfati D D. dicant , & pro eo facit
si bene perpendatur Iodoc. d. c. 15. sub nu. 30.
post vers. quisquis autem. & melius August. de
Arimin. in addit. ad Angel. de malef. in verbo,
quod fama pub. præcedente, num. 57. vers. & te
ne menti. vbi quod in criminalibus eximens
potest teneri in plus quam exemptus tenere-
tur, & hanc opinionem sæpissime obseruari vi-
di: cum enim hominum natura pronior sit ad
malum, quam ad bonum , & quamplures erga
iustitiæ executores sint affecti, & ad impedien
das executiones alacritet currant, & offitiales
in periculo vitæ ponant , opere pratium est vt
ex recto iudicis arbitrio timore pœnæ exem-
plaris a malo hoc coherceantur, vt eleganti sti
lo prosequitur Iodoc. d. cap. 15. num. 41. & seq.
vers. porro cum hominum, & proinde diuersi
12 mode vidi in his terminis iudicari. scio enim
quandoque in tales eximentes grauiter fuisse
animaduersum pœna vltimi supplitij, quando-
que verò exilii temporalis, aut etiam pecunia
ria pœna cum duobus ictibus funis, secundum
quod visum fuit conuenire iudici attentis cir-
cunstantijs casuum occurrentium, & qualitati
bus personarum, ac causis detentionum vel ca
pturarum ipsorum liberatorum , ita vt certus
diffinitionis modus minime dari posse videa-
tur , cum & in ciuilibus non sit inconueniens
quandoque talib. eximentibus, pœnam mortis
13 inferre, vt infra suo loco subijcietur. Quod
autem de carceratis dicitur, intelligendum est
non solum de detentis in arcto & clauso carce
re, sed etiam de retentis in Palatio, domo, ca-
mera , vel alio loco in carcerem a iudice assi-
gnato, quia carcer est omnis locus , a quo quis
14 ad libitum voluntatis suæ recedere non po-
test, adeo quod qui vi sic detentum eximit, pu-
niatur , non secus ac si detentum in compedi-
15 dibus, arctis, ac clausis carceribus exemisset,
ita in puncto super statuto Lucensi punientè
facientem euadere aliquem e carceribus pu-
blicis eadem pœna, qua puniendus erat is qui
aufugit, decisum fuit per Rot. Lucen. vt refert
Hyeron. Magon. in decis. d. Rot. decis. 90. num.
16 3 & seq. vbi etiam, num. 9. vult hoc procede-
re in vi eximentibus arrestatum, idest eum, cui
factum est preceptum, ne exeat domum, ciuita
tem, aut alium locum, quia & is dicitur carce-
ratus, quod verissimum credo, & procedere in-
17 distincte , siue dictus detentus aut arrestatus
in alio loco, quam in solito publico carcere, re
tineretur sub custodia, siue sine custodia, quia
hoc nihil refert respectu eximentis vi, qui, qua
litercunque retineretur , qui aufugit , tenetur
ac si pro eo in omnem casum fideiussisset vt di-
cit Magon. d. decis. 90. num. 3. licet respectu ip
sius fugientis hoc indistincte non procedat ,
sed secundum ea quæ inferius dixi post versic.
18 ipse autem detentus, vbi etiam aliqua repe-
riuntur huic conclusioni deseruientia. Et quæ
dicta sunt in eximente carceratum vel captū ,
procedunt in fautore, instigatore, auxiliatore,
vel consultore, aut alias fugam causante , qui
& ipse eodem modo tenetur , prout eximens.
Claud. de Battandier. in pract crimin. reg. 142.
carcerum effractores nume. 8. & 9. & in fine
sub nume. 15. loquens de eo qui instrumenta
ferrea ad euadendum & frangendum carceres
tradiderat carcerato . Bertazol. d. consil. 35.
nume. 16, & seq. vbi pariter loquitur de submi-
nistrante instrumenta carcerato, ad rumpen-
dum carcerem apta. Menoch. d. cas. 301. nume.
21. vers. extenditur pr. Alexan. d. consi. 35. num.
4. in fin. lib. 2. & post istos & plures alios Fari-
nac d. quæst. 30. nu. 97. vers. amplia primo hanc
decimam tertiam ampliationem. Vnde cum
19 alias dubitaretur in contingentia facti, qua
pœna puniendus esset qui condemnatis ad vin
cula nautica seu ad triremes opem tulit ad fu-
gam arripiendam , accomodando eis limas,
malleos , scalptra , & alia instrumenta ferrea
ad præcidendum & amputandum compedes
seu catenas , quibus alligati detinebantur in
triremibus, dixi de iuris rigore posse eum pœ-
na vltimi supplitij condemnari vel mitius agē-
do eadem triremium pœna vel perpetua vel
temporali, qua fugitiui adstricti & condem-
nati reperiebantur, cum enim essemus in con-
demnato ad Triremes pro crimine , quod nisi
sit graue talem condemnationem non recipit,
patet hunc causantem fugam teneri pœna mor
tis vel saltem eadem pœna , qua condemna-
tus erat fugitiuus , vt enim ex superius dedu-
ctis apparet , cum essemus in iam condemna-
to ad triremes ex causa graui , potuit impo-
ni pœna mortis, pro vt etiam imponi potuis-
set si concederemus punitionem ex iudicis ar
bitrio pendere , licet mitius agendo eadem
pœna indici potuerit , qua remex tenebatur
vel ex iuris determinatione vel ex iudicis ar-
bitrio, & ita in indiuiduo reperii quæstionem
hanc decisam per Iodoc. in d. pract. crim. c. 151.
tit. de relegat. ad Ergastult seu vincula nauti-
ca nu. 17. & seq. vers. nonnulli vagabundi , vbi
cum in facto euenisset quod quidam vaga-
bundi, condemnati ad vincula nautica duce-
rentur per satellites ad portum destinatum &
in itinere per quosdam vi atque armata manu
fuerint intercepti, & e satellitum manibus ex-

tracti, atque in libertatem ſeu fugam emiſſi, & quæreretur quo ſupplicio huiuſmodi violenti extractores eſſent afficiendi, exiſtimat ipſe eos capitaliter eſſe puniendos arg. l. 1. ff. de extractor. & expil. & l. ad commentarienſem C. de cuſtod. reor. cum gl. ibidem in verbo qui fugerit, aut ſi quis eos mitius punire velit, eiſdem pœnis & ſupplicijs, quibus ijdem fugitiui fuiſſent affecti, ſi erepti non fuiſſent, nempe eadem ipſorum relegatione in eadem ergaſtula ſeu vincula nautica d. l. ad commentarienſem, cum d. gl. in verbo qui fugerit, quæ deciſio in terminis inſignis huius Doctoris & valde elegantis non paruifacienda eſt, propter
20 cuius auctoritatem in ſpecie propoſita obſeruatam & exequutam fuiſſe ſcio rigoroſam opinionem pœnæ vltimi ſupplicij, quæ fulcita eſt alijs approbatis opinionibus ſupra generaliter relatis in materia eximentis condemnatum vel de proximo condemnandum aut alias criminis reum ex carcere vel ex manu familiæ, & licet loquatur Iodoc. de ereptis ex manu familiæ, & propoſita ſpecies de ereptis ex triremibus, nihil tamen refert, quia idem eſt in vtroque caſu, & valet argumentum de eximente relegatum ex triremibus ad extrahentem ductum ad triremes ex manibus familiæ, vt in princ. præſentis reſolutionis diximus, & plene probauimus. Et ſecundum d. opinionem rigoroſam alijs vicibus votaui contra contumaces, quorum opera & auxilio remiges ex triremibus aufugerant, vt ſcilicet in pœnã fur
21 carum cõdẽnarentur, quæ vltimi ſupplicij prima eſſe dicitur l. capitalium, in prin. ff. de pœn.

In Ciuilibus autem alia inſpectio habenda eſt, qui enim pro debito publico aut priuato
22 detentum in carceribus vel captum a familia exemit & liberauit, parti ad intereſſe ſeu ad debitum & expenſas tenetur, ac ſi pro debitore fideiuſſiſſet. Iaſ. in l. 1. §. quod prætor, ſub nume. 12. ff. ne quis eum qui in ius vocat. eſt vi exim. 10. Fab. in §. item aduerſus eũ nu. 7. & nu. 9. inſt. de actio. Auguſt. ad Angel. de Maleſ. in verbo quod fama pub. ſub nu. 56. in prin. Guid. pap. d. deciſ. 579. nu. 1. & 2. DD. in §. pœnales, in ſtit. de action. vbi præcipue Iaſ. nu. 102. & 104. Bal. in tract. de carceri. c. 2. ſub n. 2. in fin. Strac. de Mercat. ti. de decoctor. in 2. pat. vltimæ par. Rubr. quomodo procedendum ſit in illos qui decoctoribus opem præſtant nu. 10. verſ. plane. Vincent. de Franch. deciſ. Neapolit. 442. ſub num. 3. in 3. p. Hyeron. Magon. d. deciſ. Lucenſ. 90. nu. 3. Claud. Battand. in pract. criminal. reg. 142. nu. 13. Plot. de in lit. iurand. §. 25. nu. 6. ſubdens nu. 7. quod nihilominus exemptus rema-
23 net obligatus. Boſſ. in pract. crim. tit. de captura nu. 15. & tit. de carcere num. 17. late Cepol. conſ. crim. 14. nu. 4. vbi etiam dicit quod eſt mera pœna, quia per eam non liberatur principalis debitor. Marſ. in Rub. ff. de fideiuſſor. num. 16. Menoch. d. cauſ. 301. nu. 23. verſ. extende ſecundo, Farinac. plures adducens d. q. 30. n. 107. verſ. amplia tertio d. decimam tertiam principalem ampliationem & d. quæſt. 32. num. 8. & amplia primo hanc ſecundam ampliationem, & videtur tex. in l. penult. §. hoc iudicium & in l. fin. cum gloſ. ff. ne quis eum qui in ius vocat. eſt vi eximat, & in l. quoties C. de exactor. tribut. lib. 10. In tantum vt ſi plures fuerint, qui exemerint, quilibet ex ipſis teneatur in ſolidum vnica tamen ſolutione ſufficiente. Cepol.
24 d. conſ. 14. nu. 14. & Plot. d. §. 26. nume. 7. & eſt text. in d. §. hoc iudicium; Nec audiretur volens probare quod ille exemptus non eſſet debitor Marſil. in pract. crim. §. opportune, num. 20. & in §. attingam, nume. 48. Menoch. d. caſ. 301. ſub num. 23. Plot. vbi ſupra num. 6. Boſſ. d. tit. de carcer. nu. 17. in fin. Cepol. d. conſ. 14. nu. 13. verſ. quia ad hoc vt illa pœna. Farinac. d. q. 30. num. 109. verſi. amplia primo hanc tertiam ampliationem & d. q. 32. nu. 8. & ſeq. verſ. amplia primo hanc ſecundam ampliationem, atte
25 ſtans vtrobique de com. opinione, nec excuſaretur ſi exemptus ad carceres reduceretur. Magon. d. deciſ. 90. num. 4. verſ. imo eximens, poſt Parid. in tractat. de Sindicat. in verbo, probatio in ſindicatu nu. 2. fol. mihi 382. Addo ego Menoch. d. caſ. 301. nu. 23. verſ. extende ſecundo in fi. & Farinac. d. q. 30. nu. 111. verſ. amplia
26 ſecũdo, qui dicit cõem, & vlterius punitur criminaliter arbitrarie, pecuniaritar vel in corpore ꝓ motu iudicis iuxta facti & perſonarũ qualitatẽ. Alex. d. cõſ. 35. n. 4. in fine & ſeq. verſ. ſed vbi eximit quis li. 2. Iaſ. in d. §. quod prætor, ſub nu. 12. ante finẽ, Io. Fab. in d. §. itẽ aduerſus eũ, ſub n. 7. in ver. ſed poſtq́, inſt. de action. & eſt de mẽte Iaſ. in §. pœnales, nu. 105. verſ. aduertite tñ, Inſt. eo. tit. de actio. Boſſ. d. tit. de captura num. 15. in fine & tit. de carcere n. 17. late Cepol. cõſ. crim. 14. ſub nu. 4. & plur. ſeq. Claud. Battand. d. reg. 142. nu. 14. & ſeq. Guid. PP. d. deciſ. 579. nu. 1. & 2. & alij quos refert & ſequitur Farin. d. q. 30. nu. 112. verſ. amplia tertio dictam tertiã ampliationem & d. q. 32. nu 7. verſ. de iure au-
27 tem communi, in tantum vt dixerit Caranit. relatus per Clar. in pract. crim. q. 68. nu. 10. verſic. eximẽs. quod in Ciuitate Neapol. quatuor qui exemerant ex manibus familiæ quendam nobilem, qui propter debita ducebatur ad carceres, fuerunt iuſſu Viceregis ſtatim ſuſpẽſi & in fruſtra ſciſſi, quod ex ſpeciali principis mandato ex cauſa vt credibile eſt aliqua particulari potiuſquam de iure communi executum videtur, vt etiam iudicat Farinac. in d. verſ. de iure autem communi ad fin. & æquius ſe geſſit cõſilium Grationopolitanum, per quod de facto eripiens de manu familiæ captum pro debito quinquaginta ſcutorum auri fuit condemnatus in libris triginta erga Fiſcum & damnis, intereſſe & expenſis erga partem, teſte Guid. PP. d. deciſ. 579. nu. 1. 2. qui fateri tamen videtur quod potuiſſet dãnari in pœnã corporalẽ, quã ex æquitate mitius agendo mutauit Conſilii in pecuniariam, & dicit Vincent. de Franch. d.

deciſ.

decis.444.in 3.par.nu.1. quod eximens carce-
ratum pro debito ciuili a posse Alguaeriorum
seu biruariorum committit crimen l. Iuliæ de
vi priuata & nu. 2. quod propterea punitur pæ
na relegationis, & nu. 3. quod in facti continge
tia sic delinquens fuit condemnatus ad trire-
28 mes per biennium loco relegationis, cum es-
set plebeius, & ad interesse partis. Ipse autem
detentus in carcere vel captus a familia, se ip-
sum vi eximens & liberans, si causa criminalis
est, pæna capitis punitur. Mars. in pract. crim.
§. attingam, num. 36. versi. quæri etiam potest,
Menoch. d. cas. 301. nu. 5. ver. secūdus est casus,
in fin. Claud. de Battand. d. reg. 142. in princi.
Boss. in pract. crim. tit. de effract. carcer. in prin
cipio. Cuman. cousi. 106. sub nu. 2. vers. interdū
vero detenti, & n. seq. & alii plures adducti per
Farinac. d. q. 30. n. 9. in prima opinione & vide
tur tex. apertus in l. 1. ff. de effractor. & Expila-
29 tor. in illis verbis capite puniendos, quæ ver-
ba de pena mortis & vltimi supplicij intelligē-
da esse volunt multi, quos citat Farinac. d. q.
30. nu. 3. versic. altera, licet alii de alia mitiori
citra mortem eam intelligant, & forte verius
vt per ipsum Farinac. d. q. 30. nu. 4. & seq. in 3.
opinione, quam opinionem postea firmat nu.
12. versi. primus erit casus. dicitque ab ea in iu
dicando & consulendo non esse recedendum,
& hoc indistincte siue esset condemnatus siue
non, quia in hoc nulla est differentia, licet in
alio sit differentia, quia si non sit condemna-
30 tus, vltra incursum d. penæ habetur pro con-
fesso de delicto principali, pro quo erat deten-
tus vel captus. Claud. Battand. d. reg. 142. nu. 3.
Boss. tit. de carcer. sub nu. 12. vers. nec sufficeret,
Angel. de malefi. in verbo quod fama pub. præ
cedente nu. 82. vers. tertio quid. & ibi etiam Au
gust. in addition. Mars. in d. §. attingam, nu. 44.
vers. scias vlterius. & Menoch. d. cas. 301. n. 5. in
principio. Clar. dicens communem in pract. cri
min. q. 21. num. 25. vers. tertio autem modo, &
alii plures pariter de communi testantes, quos
congessit Farinac. d. q. 30. n. 7. vers. quarta subin
31 trat opinio; & quod dicitur de detento in car
cere, intelligitur non solum de retento in soli-
to & publico carcere, sed etiam in Palatio, ca-
mera, domo, vel alio loco pro carcere per iudi
cem assignato, imo & in arrestato seu seque-
strato cum iudicis præcepto, ne exeat domum
vel Ciuitatem aut alium locum, qui dicitur
carceratus, & fugiens tanquam effractor car-
ceris punitur, & pro confesso habetur, vt in
primo casu decidit Menoch. d. cas. 301. nu. 7. 8.
vers. extenditur secundo, & in 2. casu nu. 9. 10.
vers. extenditur tertio, iunctis antea dictis. nu.
5. vers. secundus est, sequitur vtrunque dictum
Farinac. d. q. 30. n. 46. & seq. vers. amplia tertio
& nu. 51. & seq. vers. amplia quarto, vbi plures
idem tenentes allegat, qui tamē postea nu. 50.
vers. limita hanc. & nu. 53. & 54. vers. sed certe,
32 hoc videtur intelligere quando talis detētus,
muris, aut ostio loci, in quo detinebatur, fra-
ctis, vel si custodia apposita erat e manibus
custodum aufugit, & non aliter, quia si sine fra
ctura & violentia recessit, non punitur tan-
quam effractor nec habetur pro confesso, sed
mitiorem pænam patitur vt ibi per eum, cu-
33 ius opinio mihi non displicet. Porro de de-
tento in vinculis seu compedibus, non tamen
in carcerem clauso, qui illis fractis per ostium
apertum aut per fenestras apertas aufugit, nul
lum est dubium quin tāquam carceris fractor,
puniatur & pro confesso habeatur Menoch. d.
casu 301. nu. 6. vers. extenditur hic casus. & la-
tius Farinac. d. q. 30. n. 82. vers. amplia octauo.
vbi alios refert & de communi opinione & si
ne contradictore testatur, quia nihil interest
an quis compedibus vel parietibus detineatur
l. succurritur in fine ff. ex quibus caus. maior. &
l. si quis in graui. §. subuenitur, vers. clausos. ff.
34 ad S. C. Syllan. Quod si causa ciuilis sit, siue
debitum sit publicum siue priuatum, licet iu-
re stricto in fugientem eadem pæna sit, quæ
in criminali, & sic pena capitis, vt per Boss. in
pract. crim. titu. de effract. carcer. nu. 1. versi. &
procedit hęc pena, post Commens. in consil.
106. nu. 2. & in fin. & nu. 3. ea ratione quod nō
attenditur causa, sed consideratur violatio lo-
35 ci publici & carceris, qui dicitur sacer, & cō-
tēptus superioris & eius ministrorum, vt etiā
aduertit Farinac. d. q. 30. nu. 81. vers. amplia se
36 ptimo, tamen nunquam de facto vidi hoc
obseruari, solent enim mitius puniri & ad sum
mum in pænam exilii temporali, vel pecunia-
riam aut ictuum funis, prout iudici conuenire
37 videtur. Sane vbi quis nondum esset a fami
lia captus & in eius potestatem & custodiam
reductus, sed dum familia vellet eum capere
eidem resistit, non eadem tenetur pæna, qua
ex fracto carcere fugiens vel iam captus & de
tentus, & sic carceratus a familia se vi eximēs,
sed alia Iudicis arbitrio, veluti officialibus &
executorib. Curię resistens. ita scribit Farinac.
d. q. 32. nu. 24. & seq. vers. de iure autem cōmu-
ni & nu. 87. vers. resistens autem, & ante eum Io
doc. in pract. crim. c. 15. titu. de citat. reali idest
38 captura n. 29. vers. quisquis violenter. & Clar.
in pract. crim. q. 29. nu. 5. vers. quarto etiam. po-
test tamen talis esse resistentia vt in grauissi-
mam pænam etiam corporalem & quandoquę
etiam mortis condemnari possit, vt si cum ar-
mis & notabili satellitum offensione facta es-
set vt aduertit Farinac. d. q. 32. nu. 27. vers. si vę
ro violenter. post Boer. decis. 170. sub nu. 5. ver.
vnde in casu nostro, qui tamen dictam pænam
vltimi supplitii moderatam a Burdegalensi se-
natu fuisse ad fustigationem bis diuersis dieb.
infligendam asserit. Et differt iste casus ab
alio, in quo vi ereptus sit iam captus & infor-
tiam familiæ cōstiturus, de quo supra egimus,
illum æquiparando ereptioni factæ a carceri-
bus, quia hic loquimur de eo, qui resistit fami-
liæ in actu capturæ tentatæ, idest dum fami-
lia illum vult capere, & nondum cepit, ibi au-

tem de iam capto & in poste ipsius familiæ po
sito, vt ideo mirum non sit, si non idem vis in
vtroque statutum sit, & ita colligitur ex dictis
præfatorum doctorum & clarissime ex Iodoc.
d.c.15.nu 29.&30.qui primo loco loquitur de
39 erepto a familia apprehensura, mox vero de
erepto iam capto & victo, diuersam pænam
ponit. Vnde & huic resistenti auxilium, con-
silium vel fauorem præstantes eodem modo
arbitraria pæna tenebuntur, cum vt supra di-
ctum est, eadem qua principales teneantur. &
optime seruit. Alberic. de Rosat. de statu. lib.
4.q.34.nu.1.vbi ait quod si homicida vel alius
delinquens facto crimine cepit fugere, & cum
multi eum sequerentur, alij eis se opposuerunt
& fecerunt ita, quod fugit, isti fugam causan-
tes puniuntur de ope & auxilio arbitrio Iudi-
cis, cum pæna non sit determinata secundum
Gandi.ti.de homicid.nu.8.vers.item pone quę
stionem, dicentem se vidisse hanc quæstionem
Florentiæ, subdit tamen Alberic. sub eo. nu. 1.
quod alii tenent quod puniantur eadem pęna,
40 qua aufugiens tenebatur vel teneri debebat
per l.si quis C.ad l.Iuliam maiestat. l. ad com-
mentariensem. C. de custod. reor. & l.quoties
C.de exactor.tributo.li.10.quod etiam sentie
Gandi.d.loco. Et ex his non ineleganter infer
ri potest ad decisionem quęstionis sæpe in fa-
cto occurrentis quod scilicet condemnati ad
41 triremes, qui ex ipsis triremibus aufugerunt
pæna capitali idest mortis puniendi sint, quan
do vi & fractis catenis fugam arripuerunt, cũ
tali pæna puniantur aufugientes ex carcere cũ
eius fractura, vt ex dictis superius apparet, qui
bus addebam ego alias dum casus accidisset
tex.in l.capitalium, §.in exulibus.ff.de pæn.vbi
expræsse dicitur quod deportatus in insulam
qui euaserit capite punitur, & rursus quod q.
in metallum damnatus est, si id admiserit, sum
mo supplitio afficitur quod de morte natura-
li intelligendum esse nun dubitatur l.vltimum
supplitium.ff.eo.titu.de pæn. ad idem est text.
in l.relegati, ff.eo. tit.de pæn.vbi dicitur quod
deportati in insulam, qui condemnationi non
obtemperant, pæna capitis puniuntur, quam
pænam glo.ibi in verbo capitis, de ipsius capi-
tis amputatione intelligit, prout etiam intel-
ligit Cumian. de sindicat.c. 24.titu. de senten-
tijs nu.53.in fine dum ait quod ad mortem cõ
42 demnantur. Quę iura casum mihi decidere vi
debantur, ponderando quod hodie deporta-
tio in insulam & damnatio in metallum non
sunt in vsu, & earũ loco successit pęna arbitra
ria Imol.in l.2.sub num.2.vers.& aduerte quia
pæna ff. de public. iudit. Menoch.de arbitrar.
iud.lib.1.q.80.sub n.89.& melius li.2.cas. 330.
ad finẽ.nu.5.Crauet.cons.18.nu.17. Clar. in §.
falsum nu.40.post vers.sed quęro quæ sit pęna,
43 Osascus decis.105.n.7.quinimo quod loco ip
sarum pænarum verius successit de consuetudi
ne pæna damnationis ad triremes, vt de dam-
natione in metallum dicunt Capijc. decis. 353.
num.3.Carter.in pract.crimin.in materia ap-
pellationis in vers.decimussextus casus est nu
me.32.fol.mihi 29.Foll.in pract.crimin.canon.
in 2.par.cap.9.in verbo reperti culpabiles nu-
me.8.& 9.fol.mihi 131.Ioseph.Cumian.in tra-
ctat.de sindicat.cap.24.titu.de sententijs, nu.
47.Carrer.vbi supra §.circa quartum nume. 8.
& 9.versi.multoties fol.252.& nouissime Fari-
nac.his iam scriptis visus lib.1.quęstio.crimin.
titu.de delict.& pæn.quæstio.19.num.14.versi.
pæna damnationis in metallum, & plurium au
44 ctoritate firmat Clar.in pract.crimin.q.67. nu.
7. vers. item damnatio ad metallum. Et de de-
portatione colligitur ex dictis per eundem
Clar.eod.q.nu.8.vers. deportatio etiam & per
Farinac.d.q.19.nu.15.vers.pæna etiam depor-
45 tationis, & tradit.Carrer.in loco citato, licet
verior opinio videatur, quod in hoc non pos-
sit dari certa doctrina, sed sit in arbitrio iudi-
cis loco talis pænæ in locis, in quibus non est
in vsu imponere aliam pænam vt per Clar. &
Farinac.in dictis locis, qui etiam attestantur
de obseruantia talis penæ in prouintijs non ha
bentibus insulas, adeo quod cum deportatis
in insulam vel damnatis in metallum mandata
superiorum non oseruantibus pæna mortis im
ponatur, eadem etiam imponenda sit damna-
tis ad triremes præcepta iudicum transgrediẽ-
tibus, quorum pæna subrogata est in locum
pænæ ipsorum deportatorum in insulam vel
damnatorum in metallum, cum subrogatum
debeat sapere naturam eius, in cuius locum su
brogatur l.si eum.§. qui iniuriarum ff. si quis
46 cautio.& licet in regno Neapol.deportatio in
insulam sit in vsu, & pariter in aliis prouintiis,
in quarum teritoritorio sunt insulæ, vt aliqui
ex citatis doctoribus testantur, seruient tamen
hæc pro locis in quib.recessit ab aula.
47 His adiungebam tex.in l.aut damnum.§.in-
ter eos & in §.quisquis autem.ff.de pæn. vbi re-
fugientes & non obseruantes formam pęnarũ,
quibus suppositi fuerunt, grauioribus semper
afficiuntur supplicijs, propter quod gl. in d. §.
inter eos in verbo grauius, dũ text. dicit quod
refuge ex opere metalli, in metallum damnan
tur, & ex metallo refugæ cohercentur grauius,
dicit putà capite iux.d.legem capitalium.§. in
exulibus, & est conclusio clara per text. in d. l.
relegati & in d.l. capitalium d. §. in exulibus,
quod scilicet augeatur pæna condemnatis, si
non pareant indictis pænis, ex quo vt in dictis
iuribus dicitur relegatus minori tempore de-
cennii relegatur in duplum eius temporis, qđ
supererat, & relegatus per decennium relega-
tur in perpetuum, vel deportatur, & perpetuo
relegatus vel deportatus punitur ad mortem,
& tradunt Gomez.titu. de exil. & relegat. nu.
1.Clar.q.71.num.13.Iodoc.c.58.nu.7. Cumian.
de sindicat.c.24.tit.de sententiis num.53. latè
don.Ludouic.de Peguer.in suis decisionib. seu
quæstionibus crimin. cap. 41. per totum & D.
Alex.Turramin.infra citandus num.66.quod si
verum

verum est, pro vt verissimum credo, clare ostenditur condemnatis ad Triremes condemnationem non obseruantibus pœnam mortis esse imponendam, nam si propter inobseruantiam grauius puniri debent, vtique morte puniendi
48 sunt, ex quo alia pœna maior seu grauior reperiri non potest, nec vlla ita morti proxima est, sicuti ipsa ad Triremes damnatio vt formaliter dicit tex. de pœna damnationis in metallum & deportationis in insulam, quibus, vt dictum est, succedit hæc ad triremes damnatio in d. l. capitalium, in princip. in illis verbis deinde proxima morti pœna metalli coercio, deinde in insulam deportatio. ff. de pœn. & in terminis adducebam Bald. consil. 271. queritur vtrum sub nume. 1. lib. 2. vbi loquens in eo, qui noluit ire ad confinia sibi assignata per Principem, dicit quod si deportatus a Principe recedit de insula, pœna plectitur capitali per l. capitalium. §. in exulibus. ff. de pœn. licet postea in casu suo concludat esse locum pœnæ extraordinariæ pro motu ipsius Principis, & a fortiori dicebam facere not. per Gomez. tom. 3. var. resol. c. 8. titu. de exilio & relegatione sub nu. 1. vbi ex commun. Doctorum opinione tradit, quod iussus exulare in perpetuum, si exilio non obtemperat, punitur pœna mortis, quod dictum refert & sequitur Clar. in pract. crimin. q. 71. nu. 13. vers. quæro qua pœna puniatur frãgens fines exilii, quod videtur probari in d. l. relegati ad finem. ff. de pen. & dicit Peguer. d. c. 41. n. 4. quod est vera sententia, & licet postea nu. seq. nonnullas declarationes circa hoc tradat, tamen quando sumus in deportato non obseruante fines deportationis, vult eum mortis pœna teneri, & dicit. nu. 13. ita fuisse conclusum in Regio consilio criminali Cataloniæ cõtra quendam, qui fuerat condemnatus ad seruitium regiarum triremium in perpetuum, & propter inhabilitatem ex gratia postea damnatus ad perpetuam relegationem in insulam Sardiniæ, qui cum fines dictæ relegationis fregisset, & ob id deportatus esset in quandam arcem, & fines talis deportationis fregisset,
49 fuit condemnatus in pœnam furcarum & summo supplicio affectus. Verum postea peruenit ad manus meas Vincent. de Franch. qui in decis. 140. in prima parte. nu. 8. & seq. vsque ad fi. ponit hãc quæstionem in terminis, & dicit dubitatum fuisse, an cõdẽnati ad regias Triremes perpetuo scilicet eorum vita durante, quæ condemnatio solet fieri in distincte contra plebeos & successit loco damnationis in metallum, aufugientes a triremibus debeant pœna mortis naturalis puniri, an vero redire ad seruiendum pro vt prius, & dicit duos Doctissimos Consiliarios tenuisse eos debere mori, ex quo d. pœna successit loco damnationis in metallum, post quam alias non superest nisi mortis, quæ datur post illam per d. l. capitalium, quæ ponit gradus pœnarum, & quando post vltimam alia non superest, dat pœnam capitis, ponderando etiam tex. in d. l. aut damnum. §. in calcariam, eod. titu. vbi non fit differentia, an quis condẽnetur in pœnam metalli, vel in calcariam, vel in sulfurariam, quod aliud opus est, quam metalli, vt non parens, morte puniatur, quia condemnatio in proximum gradum mortis erat illa quæ operabatur contra delinquentem pœnam mortis naturalis, & quod ita debebat esse in casu, de quo agebatur, quia condemnatio perpetua ad Triremes, quæ successit in locum d. damnationis in metallum, proxima est morti, & ex contemptu alia pœna dari non posset, Quibus tamen non obstãtibus dicit cęteros Dominos tenuisse contrarium, & decisum fuisse, hos aufugientes debere redire in pristinam causam, nisi iudex in sententia comminatus fuerit pœnam mortis naturalis, vbi extra triremes reperti fuerint, ea potissimum ratione quod hæc triremium pœna non fuit a iure consultis, nec a legum latoribus cognita, sed est introducta consuetudine Tribunalium per Iudices, nec reperitur lex expræssa, quæ in hoc casu det pœnam mortis, & eo magis quia consueuit in talibus sententiis condemnatoriis apponi comminatio pœnæ mortis in euentum contrauentionis, quod non ex alio fit, nisi quia simplex condemnatio hoc non operabatur, & ad allegata in contrarium respondebatur, quod cum simus in pœnalibus, facienda est interpretatio vt potius pœnæ molliantur, quam exasperentur, & quod nihil refert quod hæc pœna triremium successerit in locum damnationis in metallum, post quam damnationem leges irrogant pœnam mortis, ex quo subrogatio hæc non a lege facta est, sed ab homine, & propterea intelligenda pro vt iidem homines intellexere, qui in condemnationibus ideo solent apponere dictam clausullam comminationis mortis, quia alias non intelligunt ei esse locum, & vt latius dicitur in d. decisione, propter quam tamen ego non arbitrabar recedendum esse ab opinione mea ex iuribus, rationibus, & auctoritatibus pro
50 ea adductis: quibus conueniunt omnia ea, quæ ipsemet Vincent. de Franch. ponit in dicta decis. 140. in p. quæst. nu. 1. & seq. vsque ad n. 7. ex quibus in quæstione tunc vertente de deportatis, qui ab insulis eis assignatis recesserant, & deinde in potestatem curiæ venerant, decisum fuisse refert in sacro consilio adiunctis ei omnibus regijs consiliariis, dd. deportatos debere in pœnam mortis naturalis condemnari, & sic exequi non obstante quod tres ex ipsis Dominis tenerent contrarium, & subdit quod iuxta hanc conclusionem fuit publicatum decretum in modum legis, ibi enim multa leguntur, quæ rem hanc oprime confirmant, nec discrepant ab allegatis in idem per me, quibus addi potest Cumian. d. c. 24. de sententijs nu. 53. Nec rationes per ipsum adductę huic rei refragati videbantur, quoniam considerabam nihil referre, quod pęna triremium iure consultis

fultis & legumlatoribus incognita fuerit,quia
satis est ab illis decisum fore transgressorem
grauiori pœna afficiendum esse, & ea quidem
quæ pœnæ non obseruatæ magis proxima esset
per iura clara supracitata, & quod de commi-
natione dicitur vel nô facit ad rem, ex quo ad
tollendam omnem dubitationem & ad maio-
rem declarationem facta intelligitur, vel re-
torqueri potest ex eo, quod si ita iuri & iusti-
tiæ non conueniret, de iniquitate & improbi-
tate redargui posset Iudex, vltra quod quic-
quid seruetur in Regno Neapolitano, scio ego
alibi & præsertim in magno ducatu Etruriæ
clausulam hanc comminationis mortis natu-
ralis in euentum transgressionis condemna-
tionis triremium apponi non consueuisse per
Iudices in sententijs condemnatorijs, neque
hic agi videtur de mollienda pœna aut minu-
enda,vt arbitratur D. Vincent.de Franc.sed de
aufugienda & penitus euitanda contra regu-
lam legis,ita vulneratus ff.ad l.Aquil.nam si ex
fuga, damnatus perpetuo ad Triremes aliud
pati non debet,quam redire in pristinam cau-
sam,vtique delictum hoc pœnitus impunitum
remanet,quod est absurdum & contra publi-
cam vtilitatem,cum reipublicę intersit ne de-
licta remaneât impunita. d.l.ita vulneratus; &
quod peius est omnibus patebit aditus & ape
rietur via aufugiendi vt pote scienribus id im-
51 pune fieri posse,cum tamen leges soleant ma-
litiis hominum obuiare & pœnas introducere,
vt earum timore boni omnes efficiantur iux.
l.1.ff.de iust.& iur.& mali coherceantur & a fa
cinoribus abstineant & pœna vnius sit metus
multorum vt dicit text.in l.1.C.ad l.Iul. repe-
tund.& probatur etiam in l.aut facta.§.finali,
& in l.capitalium.§.famosos,ff.de pœn. Hisque
scriptis reperii D.Alexand.Turaminum Seuen
sem mihi bene cognitum & magna amicitia
coniunctum, in repet.l.non puto,ff.de iur.fisc.
in prima parte,cap.3 nume.62.& seq.vsque ad
nume.76.hanc quæstionem ex professo ad par
tes disputantem,& tandem in specie proposita
per D.Vincent.de Franch.de condemnato per
petuo ad Triremes, qui ab eis aufugerat, te-
nentem contrarium sequendo opinionem eo-
rum, qui dictæ decisioni contradixerunt, quã
opinionem ipse subtiliter defendit, & omni-
bus in contrarium per d. D. Vincent.de Fran
ch. adductis copiose & eleganter respondet,
vt ibi videri potest, cum eius dicta hic tran-
sportanda non existimauerim, cum præsertim
ex dictis per me sublata sint, cum quibus idẽ
D. Turrami. conuenire videtur, licet aliter
etiam & latiori calamo eisdem fundamentis,
D. Vincent.respondeat, & ita tenendum esse
52 non dubito, quando fugientes condemnati
sunt ad dictam pœnam triremium in perpe-
53 tuum, secus autem si ad certum tempus tan-
tum, quia tunc superius allegata non procede
rent & daretur medium inter dictam pœnam
triremium & pœnam mortis,& fuga impunita
non remaneret;si enim tempus esset minus de
cennio, duplicaretur tempus quod supererat
exulandum:si vero esset de decennio vel vltra,
perpetuaretur pœna per totum tempus vitæ
condemnatorum,ita enim in relegatis vel de-
portatis aut damnatis in opus publicum ad tẽ
pus,decisum apparet,in l.relegati.in l.aut dã-
num,§.quisquis autem in opus & in l. capita-
lium.§.in exulibus.ff.de pœn. & vbique gloss. &
D.D.Clar d.quæstio.71.nume.13.versic.quæro
qua pœna, dicens ita distinguere communiter
dd.ex testimonio Gomez. tom. 3. var. resolut.
cap.8.titu.de exilio & relegat.nume.1.post ver
sic.primo iudex,Iodoc.in pract.crim.cap.58.ti
tu.de exiliis siue bannis.num.7. vers. quis quis
semel. Ioseph.Cumian.de sindicat.c.24 titu.de
sentent.nu.53 & D.Ludouic.de Peguer.d.cap.
41., & dictum est supra, & tangit aliquantulũ
D.Turram.d.c.3.num 66.ex text.in d.l.relega-
54 ti.& in d.l.capitalium.§.in exulibus, & ita se-
mel factum fuisse legi in casu,in quo remiges
aufugerant cum triremi & in longiuquas par-
tes se contulerant & propter tempora nauiga-
tioni aduersa non valentes sequi destinatum.
iter,fuerunt in portu quodam retenti, & po-
stea ad locum vnde aufugerant transmissi,nam
quibusdam ex illis grauiter, vt scelus exige-
bat,punitis,fuit factum decretum quod cęte-
ri omnes perpetuo triremibus seruirent, tan-
quam si ab initio ad perpetuas triremes dam-
nati fuissent, quod & iustum & æquum fuisse
55 præmissa demonstrant. Porro vbi cum fuga in
teruenisset aliud delictum,vel concurreret ali-
qua circunstantia ipsam fugam aggrauans,
aliud dicẽdum esset,& grauius in eos animad
uerteretur, nec obseruaretur forma prædicta
duplicationis vel perpetuæ damnationis, vt
si cum triremi ad infideles ducenda per eos au
fugissent, vel in fugiendo custodes aut alios fu
gam prohibere volentes offendissent, aut of-
fendere statuissent:vel quid aliud quod tradi-
tionis crimen vel insidiarum saperet,commi-
sissent,vel facere moliti essent,iis enim casibus
56 & similibus vltimo supplitio afficiuntur, ne-
dum quidem fuga secuta, sed etiam ea effectũ
non sortita, nam grauissimum est delictum
eorum, qui talia moliuntur & grauius eo-
rum qui eadem molita exequuntur, & dignĩ
57 morte vel percapitis detruncationem uel per
triremium malo suspensionem uel per proie-
ctionem in mare delinquentium inclusorum
uel insutorum in sacco uel per alligationem
pedum ad diuersas triremes, vt illis incitatis
remis disiunctis dilacerentur corpora, ut do-
cet Iodoc.d.c.151.num.78. versi. grauissimum
vero.& nu.80.uersi.cum uero corporaliter.ubi
loquitur in iis qui ignes flammasque emittere
in triremes, eiusque monimenta moliuntur,
uel aliter crimen traditionis aut insidiarum
committunt.& memini quod cum quam plu-
58 res ex remigibus triremium Serenissi. Don.
Ferdinandi Medices Mag. Ducis Etruriæ me-
ritissimi,

tissimi, annis præteritis deliberassent aufuge re & Triremem, in qua manebant ad Turcas conducere & ministros Officiales, milites ac alios, qui fugæ obstarent, interficere, tractatu patefacto per nonnullos ex ipsis machinatoribus pœnitentia ductos, tres qui videbantur fuisse sceleris autores, fuerunt suspensi malo ip
59 sius triremis, alij autem in hoc fuerunt puniti, quod illis nares & aures fuerunt incisæ & amputatæ, quod genus pœnæ in vsu est in delictis puniendis, quę in triremibus fiunt, vt experientia docet, & tradit Iodoc. d. c. 151. nu. 61. vers. sepius autem. quod ita me votante factum
60 est pro vt etiam alias antea ferè consimili tractatu facto tempore gloriosissimæ memoriæ Serenissimi Don. Francisci Medices Magni Ducis Eturiæ secundi, & nunquam satis laudati Principis obseruatum fuerat, quia scilicet & tunc tres ex principalioribus molitoribus fuerunt malo triremis suspensi, alii vero amputationem narium & aurium fuerunt passi. nec enim in omnes solet grauiter animaduerti, ne Principes nauticorum mancipiorum peritorũ & instructorum opera careant, cum difficile sit alios statim inuenire, qui illis in artem & labo tem ac experientiam succedant, & qui post
61 quam repetti sunt, in triremibus diu viuant, de facili enim in illis moriuntur remiges ob multa & varia accidentia vt dicit Vincent. de Franch. decis. 139. num. 2. in 1. part. & dicuntur millies mori, eo tumque pœna morte naturali terribilior dicitur ex grauissimis miseriis & innumeris erumnis, quibus continuo afficiuntur vt dicit Iodoc. d. c. 151. nume. 45. versic. qui vero ad nautica vincula, vnde rectè admonet In-
62 dices Crauet. consil. 18. num. 13. vt semper abstineant ab huiusmodi condemnatione triremium, & eam nunquam imponant, quando aliam imponere delinquentibus possunt, sequitur Cumian. de sindicat. c. 24. de sentent. num. 49. miror autem non parum quod Iodoc. ipse qui ita diligenter & ex professo cuncta quæ ad hanc relegationis ad triremes materiam faciunt, pertractauit, nihil specialiter de ipsis remigibus fugitiuis puniendis dixerit, cum tamen de delictis quæ in triremibus fiunt etiam minimis & de eorum punitione egerit: verum mihi satis erit aliis ansam meliora & pulchriora dicendi præbuisse, & quæ lectione & experientia didici in medium attulisse, & saltem ti
63 ronibus in aliquo prodesse posse. Quæ autem de condemnato ad perpetuas triremes dicuntur, in condemnato ad Iudicis vel Principis beneplacitum procedere intelliguntur, nam & is perpetuo damnatus dicitur, nec condem-
64 natio Iudicis aut superioris morte extinguitur, sed durat quousque ab ipso iudice vel superiore aut successore, in quem transit, expressè non reuocetur. Gomez. ritu. de exilio & relegat. num. 5. vers. aliquando & quarto, vbi latissime insistit, & tandem ait quod hæc est opinio iuridica & tenenda legendo, consulendo, & iudicando, Clar. in pract. crimin q. 71. in fin. num. 14. versic. item quarto. vbi dicit quod ita obseruatur. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. q. 69. nu. 7. vers. declaratur pri. & latius nu. 12. &
65 plur. seq. versic. 2. est casus. Illud postremo pro cõplemento huius nostræ resolutionis adiiciẽdum est, quod ea quæ dicta sunt in condẽnatis non obseruantibus confinia vel relegationes ad tẽpus, & ex triremibus vel aliis locis illis assignatis ante finitum condemnationis terminũ recedentibus, & iudicũ mandata violantibus, habent locum etiã in non euntibus ad ipsa cõfinia, relegationes, vel Triremes infra tẽpora
66 eis statuta, paria enim sunt quod quis debito tẽpore non accedat ad confinia, vel postquam accesserit ante finitum tẽpus recesserit, ita est tex. in l. relegati ff. de pœn. & ibi hoc not. gl. in verbo excesserit & Bart. nu. 2. & ita etiam sentit Bal. consil. 271. quærirur vtrum sub nu. 1. iuncto themate lib. 2. & sentiunt pariter licet non ita clare Gomez tom. 3. var. resol de delict. c. 8. ti. de exilio & relegat. nu. 1. & Clar. in pract. crimin. q. 71. nu. 13. vers. quero qua pœna. & vult expresse Cumian. de sindicat. c. 24. tit. de sent. nu. 53. Et ista in hac materia sufficiant, quæ tamen accuratius & fusius explicari merebãt, vt pote vsitatissima cunctis in regionibus: sed negotiorum multitudo ac varietas, quibus continuo supra vires immersus premor, non est passa me vlteriorem operam prælïare, & ad materiam huius casus vide infra casu 42. & casu 164.

EPITOME.

Quod tempore carestiæ habẽtes victualia possunt cogi vendere non solum iusto, sed etiam viliori pretio & secundũ quod per Principem fuerit taxatum, & quod prouisio ista comprehendit etiam victualia Ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum, & quod dicta in victualibus habent locum etiam in pãnis & aliis mercibus, & in pensionibus domorum, & sic in necessariis ad vitã hominum, pro vt sunt vestitus & habitatio, non secus ac victus.

SVMMARIA.

Principes seculares possunt cogere tempore carestiæ habentes frumentum & fruges ad vendendum certo prætio. nu. 1. Et idem in pannis, domorum pensionibus, & aliis vitæ necessariis. 2. & 4.

Victus nomine, continetur habitatio & vestitus. 3.

Principes possunt vt supra ad vendendum cogere etiã vilius quam par esset d. tempore. Item taxare dotes

doies puellarum maritandarum eodem in fine, & in taxatione compribenduntur frumcuta & aliæ fuges ecclesiarum & personarum ecclesiastica-rum. 6.

Et quid seruatum fuerit Nespo. 9.

Ecclesiæ & personæ ecclesiasticæ non sunt immunes a muneribus in quibus versatur publica vtili-tas. 7.

Ecclesiasticę personę magis tenentur ad exercendam caritatem quam laici, & aliter facientes peccant. 8.

Benefitia, ad vsum pietatis sunt instituta. cod.

Ecclesiastica personæ non possunt vt supra cogi per iudices seculares, sed per ecclesiasticos. 10.

Et recusantes vt supra vendere peccant & non seruantes taxam, tenentur in foro conscientiæ emptoribus restituere id quod vltra constitutum pretiũ receperunt. 11.

Et poterunt vti legis transgressores arbitrarie puniri. 12.

Clerici ligantur edictis Principum secularium prohibentium delationem armorum. 13.

Ad obseruantiam tamen, non possunt per seculares sed per ecclesiasticos iudices compelli. 14.

Et puniendi sunt arbitrarie, vel edicti pæna si sit pecuniaria, non autem corporalis. 15.

Clerici portantes arma vetita capi possunt per familiam iudicis secularis, quæ & arma luceifacit. 16.

Clerici in flagrãti crimine vel de fuga ex delicto suspecti capi possunt per familiam iudicis secularis 17.

CASVS NONVS.

1 CLARISSIMVM est, quod
Principes seculares ex iuris
com. dispositione possunt tẽ-
pore carestiæ compellere ha
bentes frumentum & alias
fruges vendere pro certo &
taxato pretio. Barto. Bald. Salijc. in l. 1. C. de
Episc. audient. Barto. in l. nemo C. de Iude. &
in l. 1. §. cura carnis, sub nu. 1. ff. de Off. præfect.
vrb. & in l. annonam, post princ. ff. de extraord.
crim. Lucas de pen. in l. vnica ad fin. versic. post
ipsam gloss. C. vt nem. li. in empt. spec. se excus.
lib. 10. & in l. 1. in verbo tempus. versic. econtra
quod sic C. de quib. mune. vel pręst. nemi. lic. se
excus. eod. lib. 10. Capel. Tolos. decis. 446. & ibi
late Aufre in addit. Abb. in cap. 1. sub nume. 6.
ex. de empt. & vendit. Rip. in tract. de peste. ti-
tu. de remed. pręser. in princip. nume. 195. &
seq. Couar. lib. 3. var. resolut. cap. 14. num. 3. ver
sic. secundus casus. Strac. in tract. de mercatura
in 4. parte Rubr. Mercatura in quib. cas. poss.
exerce. nu. 49. versi. vnde præfecti annonæ & la
tius nu. 51. vers. mercatoribus tamen, faciunt
2 notata per Francisc. Marc. decis. 540. & 541. in
1. parte; Quod nedũ in victualibus procedit, sed
etiã in pannis & aliis mercibus ad vestitũ per-
tinentibus & in domorum pensionibus, cum
hæc sint necessaria ad hominis vitam pro vt vi
ctualia, & victus, nomine vestitus & habira-
3 tio contineãtur. Aufrer in addit. ad dictam de
cis. 446. post principium versi. ex quo infertur.
Bald. in d. l. 1. ad finem. nume. 3. C. de Episcop.
4 audient. Abb. in d. cap. 1. sub nu. 6. vers. ex quo
infertur, & Strac. sub d. num. 51. post. versi. mer
catoribus tamen, & est de mente Couar. in lo
co citato, qui generaliter loquitur de omni-
bus vitæ necessariis; Quod pretiũ victualium,
etiam vilius, quam par esset, dicto tempore, sta
5 tui potest vt dicunt Bart. in d. §. cura carnis, sub
num. 1. Bald. in l. si pendentes. §. si quid Cloaca-
rijs num. 2. ff. de vsufruct. & ibi Florian. num. 8.
vers. nota etiam text. Lucas de Pen. in d. l. vnica
in final. verb. C. vt nemi. liçe. in empt. speci. se
excusar. & in d. l. 1. in verbo tempus, versicu. &
contra quod sic C. de quib. muner. vel præstat.
nemi. lice. se excus. Addent. ad Abb in d. cap. 1.
sub nume. 6. in addit. in verbo tempore care-
stiæ sub littera. b. Ripa loco citato. Aufer. in ad
dit. ad dict. decis. 446. post medium versic. si ve-
ro non exposuit, & Vincent. de Franch. decisi.
Neapol. quæst. num. 1. 2. Imo & dotium quan-
titas pro puellis maritandis taxari potest, &
lege laicorũ penali prohiberi parẽtes, & alios,
ad quos spectat onus eas maritãdi, ne certam,
taxatamque quantitatem excedant. Couar. in
4. lib. decret. de sponś. & matrim. in 2. parte ca-
pit. 3. §. 9. num. 3. folio. 162. dicens ita cautum
esse in Regnis Hispaniarum, & in Dominio Ve
neto, & veram non esse opinionem Marsil. ali-
ter tenentis singula. 589. alias de anno; facit
Peguer. in suis question. seu decision. crimin.
6 Cap. 44 sub nu. 12. vbi quod antiquæ leges sum
ptuariæ prodigalitatem & luxuriem victus adi
mebant, & modum præscribebant. Hoc stante
dubitari solet, an in huiusmodi taxa seu mode-
ratione pretii victualium, comprehendantur
frumenta & aliæ fruges æcclesiarum & Eccle-
siasticarum personarum, & quod comprehen-
dantur, facit decisio Barto. in l. fin. num. 4. ver-
sic. ex quo nota C. de exact. tribut. lib. 10. & cla
rius & magis in terminis, in l. vnica. nu. 6. versi.
videtur etiam quod æcclesia: C. vt nemi. lice. in
empt. speci. se excus. lib. 10. vbi etiam Ioan. de
Plat. idem aperte tradit, si enim ecclesiæ & æc-
clesiasticæ personæ ad hoc non tenerentur stã-
te publica necessitate, id in earum damnum re
dundaret, si dictę necessitati nõ subueniretur,
7 & multi religiosi seculares, & regulares valde
paterentur, & fame etiam forsan perirent, si
eis venditio victualium per laicos non fieret
pretio taxato, nec æcclesiæ & æcclesiasticæ
personæ sunt immunes ab his muneribus, in
quibus pub. versatur vtilitas, vt elegantissi-
me ex pluribus rationibus & ex multiplici au-
toritate sanctorum Patrum, Canonum, & le
gum firmat Luc. de Pen. in l. 2. in verbo æc-
clesias col. 1. 2. 3. & 4. C. de quib. muner. vel prę
stat. nemi. lice. se excus. libro. 10. & patet ex
traditis

traditis per Rip. in pract. de peste. titu. de re-
med. præser. in §. venio nunc ad modum n. 209.
& seq. versic. secundo quæro an ad alias colle-
ctas & per Festasi. in tract. de est in & collect.
in 4. p. c. 1. num. 15. & plur. seq. versic. limitant,
Balb. in consi. posit. post Cacheran. decis. pe-
8 dem. 68. fere per tot. & Thesaur. decis. etiam
pedem. 234. in fi. nu. 10. in quinta. Fallentia, ma
gisque quam laici tenentur ecclesiasticæ perso
næ ad exercendum caritatem, & aliter facien-
tes peccant, præsertim quia benefitia ad vsum
pietatis sunt instituta Abb. in d. c. 1. col. fin. sub
num. 8. ex. de empt. & vend. & ita nonnullis ex
prædictis rationibus ac alijs, & autoritate in
puncto Domi. de Sot. in 4. sentent. distin. 25. q.
2. artic. secũdo col. 4. vers. 4. conclusio. tenet. in
9 indiuiduo Vincent. de Franch. d. Decis. 9. n. 3.
& seq. concludens propterea quod tempore pe
nuriæ anni 1569. habita matura discussione in
Regio collaterali consilio cum interuentu ali-
quorum ex Regijs cõsiliarijs sacri consilij, fuit
vt supra conclusum, & quod postea dum laici
propter necessitatem famis de facto cepissent
frumenta Clericorum ne fame perirent, & fuis
sent conuenti in sacro consilio ad solutio-
nem pretij, fuerunt condemnati ad solutio-
nem pretij taxati per Pragmaticam Illustriss.
Proregis, & denegantes soluere fuerunt etiam
condemnati ad expensas & interesse, Idem
nuper tenere his iam scriptis inueni. Octauian.
Vulpel. in tract. de libert. ecclesiastic. in 2. par.
nume. 21. versic. & in specie quod clericorum,
& Ecclesiarum frumenta, & postea Menoch.
consi. 1000. quod est vltim. in 10. volu. nu. 23. cũ
multis seq. versic. confert etiã in specie, vbi &
alios adducit, & est quæstio notabilis. quam tã
git & indecisam relinquit Bald. in d. §. si quid
Cloacarii. nu. 4. & dicit se dixisse in l. cum qui-
dam. §. fiscus. ff. de vsur. vbi nihil de hoc loqui-
tur in specie, nec etiã aliquid in suis terminis
firmat, quod huic rei seruire possit, & Barto.
in d. l. vnica, licet nume. 6. teneat opinionem
affirmatiuam sup. relatam, tamen postea in fi-
nalibus verbis nu. 8. dicit hæc verba formalia,
Quod dixi de ecclesia intellige salua tamẽ de
terminatione sanctæ matris ecclesiæ, & Barto-
lum sequutus est Franc. Marc. dicta decis. 541.
nume. 5. & 7. credo tamen quod decisio sit ve-
ra, & audiui secundum eam fuisse obseruatum
in plerisq; Italiæ partibus de anno 1590. quo
tempore maxima fuit frumenti & frugum om
10 nium carestia. Vnum tamen sciendum est, qđ
religiosi non possunt cogi per iudices secula-
res ad uendendum & taxam obseruandum, li-
11 cet nolentes vendere peccent & pariter ultra
taxam vendentes, & in foro conscientiæ te-
neãtur restituere emptoribus quod vltra con
stitutum pretium receperunt, sed ut uendant
& pretium diffinitum seruent compelli debẽt
ab eorum iudicibus ecclesiasticis, ita colligi-
tur ex dictis per Luc. d. pen. in d. l. 2. colum. 3.
ad mediũ vers. igitur ex his & rursus ead. col.
in fin. & col. seq. vers. & licet per Regem, C. de
quib. muner. vel præsta. nemi. lice. se excus. lib.
10. & ex dictis per Couar. d. ca. 14. sub nume. 3.
ad fin. versi. quod si quis, vbi etiam quod pote-
runt pœna arbitraria puniri veluti transgresso
res & contemptores legis, & est de mente Vin
cent. de Franch. d. decis. 9. nume. 6. & apertissi-
me hoc firmant, Rip. de remed. præser. §. venio
nunc ad modum num. 336. versi. 4. intelligo, &
Festas. d. c. 1. num. 37. & nu. 43. & Balb. in d. cõs.
post, d. decis. Cacheran. 68. sub nume. 28. versi.
septimus & ultimus articulus ubi tamen num.
seq. id declarat & limitat, & ita etiam vult. Me
noch. d. consi. 1000. Sub nume. 21. versicu. licet
clerici, & iterum num. 29. uersi. & si compulsio
ipsa, & rursus num. 31. versic. verum ad eorum
obseruantiam, & demum num. 44. uersi. tertia
est conclusio, Et ad prædicta optime facit
13 quod & edicta Principum secularium prohi-
bentia delationem armorum, quorum usus
etiam lege communi uetitus est, ligant cleri-
cos quoscunque ex quo concernant publicam
vtilitatem & quietẽ totius populi Io. de Plat.
in §. item lex Iulia il 2. nume. 108. versicu. item
nunquid statutum inst. de publ. iudic. Couarr.
alios citans in libr. pract. qq. q. 33. num. 7. versi.
est & illud, & lib. 2. var. resol. cap. 20. sub nu. 28.
versi. tricesimo sexto, & Clar. dicens esse com-
munem in pract. crim. q. 36. num. 26. versi. ulte-
rius quæro, sequit. Vulpel. in d. tract. in 2 par.
nume. 37. & seq. versicu. sic clericus cum armis
vetitis inuentus, & tamen ad eorum obseruan
14 tiam compelli non possunt per iudices secu-
lares, nec per ipsos puniri, si contraueniant,
sed per eorum iudices ecclesiasticos ut subdit
Ioan. de plat. sub d. nu. 108. versi. pœna tamen,
& latius tradunt Couarr. & Clar. in locis cita-
tis, qui quidem iudices ecclesiastici nec forte
15 tenebuntur eos punire pœna edicti, licet sit
pecuniaria, sed alia arbitraria eos punient, vt
subiungit Couarr. d. q. 33. sub d. nu. 7. cum quo
tamen non transit. Clar. volens hoc casu eos
debere puniri pęna edicti, quo ligantur, fa-
tendo nihilominus, quod vbi pęna esset cor-
poralis, ad eam non tenerentur, quod & ad-
mittit Couar. in vtroque loco sup. citato; Sa-
16 ne illud certum est quod familia secularis po-
test ipsos clericos arma deferentes contra edi
ctum capere & incarcerare & eorum iudici-
bus ecclesiasticos consignare & arma auferre
& lucri facere absque aliquo excommunica-
tionis vel armorum restitutionis timore, vt eg
gregie tradit. Couar. d. q. 33. ad fin. sub d. num.
7. versicu. vt cunq; tamen sit, & lib. 2. var. resol.
c. 20. ad finem sub nu. 28. uersi. tricesimo sexto
ad finem, ne alias detur clericis facultas libera
deferendi arma vetita, & ex hoc oriatur occa-
sio scandalorum in maximam reipublicæ iniu-
riam & ecclesiastici ordinis ac dignitatis gran
de obrobrium, sequitur Clar. d. c. 36. sub nu. 26.
post, d. versic. vlterius quæro & nouissime Vul-
pel. post hæc scripta visus in d. tracta. de liber-
ta.

ta.ecclesiast.parte 2.nu.27.& seq.Versic.sic clericus,& respectu capturæ vt ministri iurisdictionis secularis possint clericum in flagranti crimine deprehensum, vel de fuga ex delicto suspectum capere & iudici Ecclesiastico tradere, idem voluit Clar. plures huius sententiæ referens in ead.pract.q.28,n.6.vers.si vero loquimur; & ad materiam vide infra casu 12.in fine.

EPITOME.

An bona patris occisi a filio vel fratris occisi a fratre, spectent ad fiscum vel alios venientes ab intestato pro portione ad occisorem spectante? super qua re clara fit distinctio omnium casuum qui in tali materia euenire possunt & totum negotium ad tres reducitur cōclusiones.

SVMMARIA.

FISCVS non capit portionem quæ de bonis occisi spectaret ad interfectorem, si extant proximiores vel æquales in eodem gradu cum interfectore persona occisa secundum Bar. & aliquos, nu. 1.

Contrarium tamē vti verius & cōmunius probatur. 2.

Et contrariis respondetur. 3.

Fiscus capit omnia bona occisi, si occisor uti proximior solus erat successurus. 4.

Fiscus capit partem quæ de bonis occisi spectaret ad occisorem extantibus aliis in pari gradu persona occisæ. 5.

Fiscus nil capit de bonis occisi, cui occisor vti remotior non erat in aliquo successurus. 6.

CASVS DECIMVS.



SI Filius occidat patrem vel frater fratrem extantibus aliis filiis vel fratribus occisi, quæri solet an in bonis d. patris, vel fratris interfecti pro portione ad occidentem spectante, admittatur fiscus, an verò excludatur, & d. portio accrescat aliis filiis vel fratribus existētibus in eodem gradu cum interfectore personæ occisæ? & quod admittantur alii filii vel fra
1 tres, & fiscus nihil possit prætendere ex persona interfectoris, tenuit Barto. in l. 1. num. 1. ff. si quis aliq. testa. prohib. vbi dicit quod quando frater occidit fratrem, nocet omnibus sequentibus in gradu, sed existentibus in eodem cum eo vel proximiori, non præiudicat, per gloss. ibi & per l. cum ratio §. fin. ff. de bon. damnat. vbi idem notauit ipse Bart. aiens quod succedere quis non potest ei, quem ipse interfecit, sed bona vadunt ad fiscum, nisi adsit alius qui sit in eodem gradu cum ipso interfectorē per illum text. & per l. 2. §. fratris. ff. si quis aliq. testa. prohibite. cum quibus conueniunt quæ idem Bartol. ponit in l. fina. nume. 10. versi. & distinctio præcedens. ff. si quis aliq. testa. prohib. inquiēs quod si interficiens cōsanguineum suum erat proximior, bona confiscantur, si erat remotior, non confiscantur, ipse vero interficiēs nullo modo succedit. idem voluit Gandin. in tracta. de malefi. in Rub. de bon. malefacto. nu. 10. versi quęritur si frater, dicēs quod si frater occidit fratrem, bona occisi non pertinent ad filium occidentis, sed publicantur, quando occisus non habet filios vel alios sibi coniunctos in eodem gradu cum interfectore, secus autem si eos habet, quia tunc non publicantur, sed ad eos pertinent, & allegat d. l. cum ratio, ff. de bon. damnat. & d. l. 2. ff. si quis aliq. testa. prohib. & est questio posita per Din. in l. si sequens ff. ad Sen. C. Sillan. de fratre occidente fratrem suum, an bona occisi deueniant ad fiscum, an vero ad filios occidentis, quam reassumit Barto. ibi in fin. princip. & dicit de ea esse casum in d. l. cum ratio. d. §. fin. & quod de ea aliquantulum videbitur in d. l. 1. & in d. l. 2. §. fratris ff. si quis aliq. testa. prohib. adeo vt sentiat ibi Barto. pro vt in aliis locis relatis dixit, & idem in effectu quod Gand. eandem opinionem sequitur Bald. consil. 26. in 2. & 3. dubio, nume. 4. & 5. lib. 3. vbi dicit quod si maritus institutus ab vxore interimit eam, repellitur ab eius successione per not. per Barto. in l. fin. ff. si quis aliqu. testa. prohib. & hæreditas non debet auferri ab eo tanquam ab indigno per fiscum, sed debetur matri mulieris interfectæ, vti legitimæ hæredi filiæ per not. per Bartol. in d. l. cum ratio §. fin. ff. de bon. damnat. quod ante Bald. decisum reliquit Barto. in d. l. fin. sub nume. 11. versic. pono casum in terminis ff. si quis aliq. testa. prohib. vbi tradit quod prohibens aliquem testari vel testamentum mutare, priuatur successione, & bona, si is alias solus erat successurus, applicantur fisco: si vero successurus erat in nihilo, vel in parte tantum, nō præiudicat proximioribus vel æqualibus in gradu, & multa ex prædictis refert Roland. a Val. consil. 56. nume. 4. versicu. nec habet obstare lib. 1. & ante eum Boer. decis. 25. nume. 1. & seq. qui etiam alia dicit ad idem tendentia, & nouissimè cum hac opinione transire videtur Nicolaus Vigelius in pr. centur. suorum responsorum resp. pr. post Schurf. per eum allegatum, qui precise ponit casum, quando erant tres fratres, quorum vnus occidit alterum tertio superstite, & concludit contra fiscum ad
2 fauorem fratris superstitis; Verum tamen quod si filius occidat patrem vel frater fratrem extantibus aliis filiis vel fratribus occisi, & sic æqualibus in gradu personæ interfectæ cum ipso occisore, bona talis interempti pro portione ad interfectorem spectante, pertineant ad fiscum & non accrescant aliis in pari gradu existentibus,

existentibus, facit quod talis filius vel frater occidens non excluditur ipso iure a successione occisi, sed imo ad eam admittitur, sed postea illa ab eo velut ab indigno per fiscum aufertur, ita probat tex in d.l. cum ratio §. fin. & in l. 1. in princip. ff. si quis aliq. testa. prohib. & in l. his consequenter §. 1. ff. famil. ercis. cum vbiqui not. per glo. & DD. & pulchre tradunt Bald. in l. eam quam, nu. 10. vers. hęc faciunt ad quæstionem. C. de fideicom. & in l. hęreditas num. 7. versic. extra quæro, C. de his quib. vt indign. & ibi etiam Salyc. nume. 7. versicu. quæro ab extra. Bald. dicto consil. 26. in 2. dubio nume. 4. libro tertio, & in l. codicillis, §. matre & vxore ad fin. ff. de legat. 2. Corne. cons. 222. colum. 1. sub nume. 2. lib. 4. Ioann. de Anan. consil. 63. in princip. dicens esse commun. opi. late Boer. decis. 25. num. 1. & seq. & Rolan. ceteros referens d. cons. 56. num. 1. 2. 3. lib. 1. Alexand. de Neuo cons. 91. col. 2. 3. & 4. vbi licet consuluerit pro fisco ad exclusionē filiorum occidētis, vel aliorum in gradu sequentium, tamen & in terminis nostris tenet vt supra, & opinio Barto. sup. relata & sequentium non est vera, & contrarium firmat Bald in d. l. eam quam, in d. vers. hæc faciunt ad quæstionem, vbi dicit qđ si frater delinquens habet fratrem, derogat illi in portione ipsius delinquentis, sed non in portione innocentis, & quod si filius patrem interfecit, non succedit nepos sequens in gradu, sed fiscus, quia nec ipse occidens, nec eius filii possunt succedere occiso, sed succedit fiscus vt etiam dicunt Gandi. & Carrer. statim citandi, & idem Bald. in d. l. codicillis §. matre ad fin. & latius in d. l. hæreditas, in fine num. 9. versic. & nota, vbi ait quod si sunt duo fratres & vnus interficit communem patrem, portio sua non confiscatur, sed fratri applicatur secundum Bar. in d. §. fin. sed male & contra casum in d. l his consequenter §. 1. ff. fam. ercis. nam si applicaretur fratri, posset is conuentus iudicio diuisorio excipere de iure suo, quod non admittit ille tex. & idem in d. §. 1. tenuit Florian. num. 4. vers. & aduerte, vbi similiter refert opinionem Bar. eumque reprehendit, dicens eum dixisse contra casum d. §. 1. contra Barto. etiam tenent in d. l. hæreditas, Salycet. nume. 10. vers. quid si vnus, Alexand. num. 6. versic. & iuxta prædicta & Boer. decis. 25. col. 2. num. 9. & plur. seq. & plures alii quos refert & sequitur Rolan. d. consi. 56. sub num. 4. post versi. nec habet obstare, & ita etiam tenere videtur Carrer. in pract. crim. §. nono quæro, num. 37. & 38. fol. mihi 121. & ante eum Gandi. de malefic. rubr. de aliq. quæst. var. in malef. num. 21. vers. itē pone, dicens ita consultum fuisse Bononiæ per
3 DD., nec d. Barto. sententia probatur per iura ab ipso allegata, nam d. lex cum ratio §. fin. ff. de bon. damnat. nihil facit, imo potius contrarium dicit, dum vult, quod ex his quæ per flagitium damnatus acquisiuit, portiones liberorū non augentur, vide gl. ibi in verbo, augentur, hoc ideo esse dicit, quia ea bona sunt fisco applicanda, & ita respondet Barbat. vt dicit Roland. statim citandus, & ad authen. bona damnatorum, secundum Bald. & Salycet. in d. l. hæreditas, illum, nume. 9. hunc, nume. 10. responderi potest, quod fiscus non venit ratione capitalis damnationis, sed propter indignitatem successoris, vt etiam dicit Florian. loco citato, dicta vero l. 2. §. fratris, nihil pariter facit, quia dicit quod fratris factum fratri non nocet, quod verum est. sed hoc non sufficit ad iustificandum dictum Barto. quia oporteret ad illud sustinendum, quod factum fratris prodesset fratri, quia portio fratris occidentis applicaretur alteri fratri, quod non dicit text. qui dicit non nocet tantum, vt sic videatur se restringere ad portionem debitam ipsi fratri, in qua illi frater delinquens non nocet, & ita arguit Barbat. relatus per Roland. d. consi. 56. sub d. nume. 4. ad finem & ante eum eodem modo argumentantur Salycet. in d. l. hæreditas, sub nume. 10. & Alexand nume. 6. ad fin. Addo ego quod nec glo. in d. l. 1. ff. si quis aliq. testa. prohib. in verbo, fisco locum: videtur probare intentionem ipsius Barto. nam si bene videatur dicit quod bona delinquentis deuoluūtur ad fiscum, si is erat proximior aliis, alias autem delictum eius propioribus nocere non debet, nec etiam paribus in suis partibus, sed tantum in parte delinquentis, ita vt d. gloss. potius firmet sententiam contrariam opinioni Barto. quam faciat pro ea, vide & ipsemet Barto. in d. l. fin. sub nu. 11. versic. aut non erat successurus in aliquo vel nō solus ff. si quis aliq. testa. prohib. fatetur in hoc esse opiniones & aliquos velle quod ęquales in gradu nō succedant in totum, sed in eorum portionibus tantummodo, & fiscus portionem delinquentis capiat, & cum dicta opinione contra Bar. & alios qui eum secuti sunt, tenendum semper existimaui: si enim intelligunt communiter DD. male loquitur, nec defendi potest, & ideo Alex. a. eius continuus & accerrimus defensor in d. l. hæreditas, sub nu. 6. ad finem, dicit quod Barto. non videtur dicere pro vt illum refert Bald. sed imo quod occidens non præindicat fratri, sed bene sibi ipsi, prout etiam dicit Bald. ipse, quam intelligentiam refert, & se qui videtur Boer. d. decis. 25. num. 9. & 10. secūdum quam intelligentiam non esset repræhendendus Barto. Carret. etiam sup. cit. videtur intelligere Barto. vt concordet cum Bald. non autem vt discordet ab eo. Et ex prædictis vnico verbo omnia supra dicta reassumendo, infrascriptæ conclusiones verissimæ colligi pos-
4 sunt. Prima, quod vbi occidens patrem vel fratrem, solus erat successurus & sic erat proximior, fiscus capit omnia bona occisi exclusis filiis occidentis & omnibus aliis in gradu remotioribus, quibus præindicauit & nocuit de-
5 linquens. secunda, quod vbi occidens erat successurus in parte tantū, & sic erat in ęquali gradu

du eum aliis personæ occisæ, bona pro portio
ne ipsius delinquentis pertinent ad fiscum, &
non accrescunt aliis in pari gradu existētibus,
aliæ autem portiones ad alios pares in gradu
spectantes, ipsis relinquuntur, quibus alienum
6 delictum nocere non potuit, nec ad fiscum de-
uoluuntur. tertia quod vbi in nihilo erat suc-
cesurus occidens, & sic erat in gradu remotior
aliis personis, fiscus nihil capit, sed bona occisi
debeutur proximioribus.

EPITOME.

Quod statuta punientia homicidia cō-
missa in rixa pęna pecuniaria tantum,
non habent locum in homicidijs qua
lificatis prout est parricidium.

SVMMARIA.

Parricidium est diuersam crimen ab homicidio. nu. 1.
Statutum simpliciter loquens de homicidio non com-
prehendit parricidium. 2.

CASVS VNDECIMVS.



TATVTVM loquens de ho
micidio in rixa commisso, qđ
pro eo non fiat condemnatio
nisi in pecunia, pro vt in mul-
tis locis viget & præsertim in
Ciuitate Senarum & eius sta-
tu, non procedit in parricidio, quod non vide-
tur cōtineri appellatione homicidii: alioquin
frustra, & superfluo iura Canonica & ciuilia
1 ponerent illa tanquam diuersa crimina, pro vt
ponūt iuxta l. 1. in vers. homicidia & parricida,
C. d. Episc. aud. & qui committit parricidium,
committit duo delicta simul, videlicet homici
dium, & parricidium, & ideo statutum sim-
pliciter loquens de homicida, non videtur cō-
2 prehendere talem homicidam ita qualificatū
arg. l. vim passam §. pręscriptione ff. de adulter.
& in terminis hoc videtur decidi per Ioan. de
Anan. in cons. 63. vbi consuluit quod statutum
disponens quod homicida non succedat occi-
so, sed excludatur ab eius successione, non ha-
bet locum in parricida ad excludendum fiscū
a bonis occisi, cui interfector succedebat, quia
statutum illud restringitur ad simplex homici
dium, nec trahitur ad homicidium qualificatū
prout est parricidium, quod ex iam dictis ra-
tionibus & pluribus aliis probat, & eius con-
sultationem latissime confirmat n u'tis iurib.
& authoritatib. Ludouic. Bologniii. in addit.
ad eum, in quo dubio cum habeamus decisio-
nē in puncto duorum non mediocris autorita
tis Doctorum, vlterius non insisto, addens ta-
men quod idem tenet additio. ad Salycet. in
l. 1. C. de his qui parent. vel fili. occid. in vlti-
ma appostil. cum n. taliter delinquens vt ibi di
cit Salycet. nu. 2. duplex committat delictum,
videlicet parricidium in quantum parer, & ho
micidium in quantum homo, non est mirum si
in statuto appellatione homicidij non contine
tur parricidium, & idē tenet Carrer. in pract.
crim. §. nono quęro, n. 38. fol. mihi. 121. qui sim
pliciter in hoc se remittit ad Anan & Bologni.
sup. citatos, Bouacos. etiā in suis com. opinio.
crim. lib. 1. vers. statutum in casu simplici, nullā
de pręd ictis patribus faciens mentionem, vult
statutum de homicidio non habere locum in
homicidio qualificato, & bene seruit Corne.
cons. 19. lib. 4 nu. 1. & 2. vbi quod statutum lo-
quens de delicto non habet locum, quando il-
lud delictum non est simplex, sed habet quali-
tates aggrauantes, quæ causant aliam speciem
delicti, vt est in adult. cui sit iuncta qualitas in-
cestus, & in homicidio, cui cohereat qualitas
particidii.

EPITOME.

Quod edicta principū secularium tem-
pore pestis vel eius suspitionis de ali-
quo faciendo vel non faciendo vt con
sulatur aeris salubritati & hominū sa-
luti, comprehendunt laicos, Colonos,
& conductores æcclesiarum & æcclē
siasticicarum personarum, nec dicun-
tur derogare libertati ęcclesiasticæ.

SVMMARIA.

SALVTIS humana, habenda est ratio. nu. 1.
Mors vt fieri possit homini vitanda. 2.
Pestis morbus alios superat. 3.
Proclamata Prīncipum secularium vt pro aeris salu-
britate aliquid fiat vel non fiat, ligant laicos colo
nos accclesiarum. 4.
Statutum de non exportando fruges comprehendit lai-
cos colonos & conductores acclesiarum, & em-
ptores fructuum æcclesiarum. 5.

CASVS DVODECIMVS.



1 VOD salutis humanæ ratio
habēda sit, docet textus in l.
sed sciendū est, ad finem ff. ad
sen. C. Trebel. & homo quātū
in se est, laborare dēt vt mor
2 tē fugiat. c. si nulla, 23. q. 8. q
maxime faciendū est tempore pestis vel eius su
3 spitionis, cū sit morbus acutissimus & cōtagio
sus & oēs alios superans iux. ca. sicut, il primo,
extra de simon. & ibi notata per scribentes, &
propterea magnopere fugiēda. c. negotiatorē
clericum 88. distinction. vnde tempore quo
pestilentia

pestilentia viget vel de ea suspicatur, plurima solent per Principes seculares fieri edicta, per quæ mandatur aliquid fieri, vel non fieri, per quod aer malus & corruptus purgetur, vel si bonus & salubris sit, conseruetur, & non corrumpatur iuxta copiose tradita per Rip. in tra ctatu de peste in titulo de remed. præseruat. & in titu. de remed. curat. & quandoque dubita-
4 tum fuit an huiusmodi edicta vel proclamata in personas loquentia & eis imperantia compræhendant laicos colonos, vel conductores rerum ecclesiarum idcirco dicendum videtur tales comprehendi, quia sunt sub iurisdictione secularium, & non de foro ecclesiastico. capitu. iudicatum est nobis 89. distinct. & ibi tradunt glo. & DD. Feder. de Sen. consi. 111. nu. 10. vers. item quæritur an rustico ecclesiæ extra de for. compet. & præsertim quia talia edicta non possunt dici facta in fraudem ecclesiarum vel ecclesiasticarum personarum, nec animo infringendi aliquo modo libertatem ecclesiasticam sed respiciunt publicam vtilitatem & cõmunem tam clericis quam laicis, vt scilicet salubritati aeris & bonæ valetudini totius populi cõsulatur, quo casu nulla causa suadet, quod superiores ecclesiastici huiusmodi edictis se opponant, sed potius omnis dictat ratio, quod ea obseruari sinant veluti vallida & in aliquo quod sit considerabilis momenti non præiudicantia ecclesiasticæ libertati ex iis quæ dicunt Feder. de Sen. cons. 85. sub nu. 2. vers. vnde hac causa vel æquitate inspecta & melius sub nu. 4. vers. non obstat quod dicitur quod per statutū tale restringitur, & iterum sub nu. 5. vers. sed in casu nostro illæ conditiones & Felin. in c. eccle sia S. Mariæ nu. 88. 90. & 92. extra de constitu. & ita reperii consultum fuisse per D. Hyeronim. Gabriel. in cons. 37. nume. 3. 4. 5. 6. 7. lib. 2. vbi determinat quod edictum illustrissi. Gubernatoris Mediolani publicatum anno 1575. de mense septembris de non seminando orizam valet & compræhendit colonos & conductores bonorum ecclesiarum & ecclesiasticarum personarum, quodque illis parere debent tanquam factis ob publicam vtilitatem & cõmunem etiam clericis pro salubritate aeris, & bona populi valetudine, ad quæ firmanda plura adducit vltra dicta superius, ad quæ curiosum lectorem remittendum esse existimaui, quod cons. Gabriel. referunt & sequuntur nouissime Octauian. vulpel. in tract. de liber. Ecclesiast. in 3. part. nu. 16. vers. idemque est, & diffusius Menoch. consi. 1000. quod est vltim. vol. 10. nu. 28. vers. & idem concedit, & nu. 43. vers. secunda est conclusio, & nu. 44. & seq. vers. tertia est conclusio & versicu. seq. qui etiam tenet posse tales, si non pareant, per ipsos principes seculares & eorum Iudices puniri pœna in edictis contenta, nec necesse esse ob hoc Iudicem Ecclesiasticum adire, ad quod multa allegat, & est consi. in eodem casu, in quo consuluit Gabriel; Quibus tamen addendum est quod idem colligitur ex Rip. in trac. de peste ti. de remed. præseruat. §. venio nunc ad modum q. 15. num. 124. & plur. seq. vbi post longam ad partes disputationem concludit statutum de non exportando frumentum aut alias fruges compre hendere laicos, & colonos, & conductores bonorum ecclesiæ, & etiam emptores fructuum ecclesiarum vt ibi per ipsum, pro quo facit Menoch. d. cons. 1000. nu. 25. & seq. vers. subdit ēt, & Vulpel. in d. tract. in 2. par. nu. 17. & seq. vers. quid autem si lex mandet, de quorum tamen dicto principali non disputo. & faciunt notata per Conar. in c. alma mater. de sent. excommu. lib. 6. in 2. parte, §. 4. nu. 7. & 8. folio, 452. & supra casu nono.

EPITOME.

An & quando statutum duplicans vel aliter augens pœnam malefitium committenti in domo offensi habeat locū in offendēte non in domo, sed in apoteca statione vel taberna aut in porticu domus ipsius offensi.

SVMMARIA.

DOMVS sua debet esse cuique tutissimum refugium nu. 1.
Statuta duplicantia pœnam delicti commissi in domo offensi, qua ratione edita. 2.
Statutum duplicans pœnam pro delicto commisso in apoteca, statione, vel taberna offensi. 3. cum sequen.
Ampliatur etiam si apoteca sit subtus domum, & per eam sit aditus ad superiorem partem. 6.
Contrarium tamen huius ampliationis magis probatur nume. 7.
Capi quod quis non possit in domo propria, non procedit in apoteca. 4.
Statutum prædictum intelligitur de domo, in qua quis habitat 5.
Statutum prædictum cōprehendit non solum delinquētem in domo, sed & in confinibus domus. 8.
Idem si in porticu domus. 9. cum distinctione tamen. de qua nu. 10.

CASVS DECIMVSTERTIVS.



QVONIAM vnicuiq; domus sua debet esse tutissimum refugiū & receptaculum vt est tex. ad litterā in l. plerique. ff. de in ius voc. & probatur etiam in l. prima ibi maneat vnusquisque domi suæ tutus atque securus. C. de prætor. & honor. prætor. lib. 12. mirum non est si statuta in quampluribus mundi par-

tibus grauiorem æstiment iniuriam alicui fa-
ctam in domo sua quàm alibi, & ideo vt pluri-
nium duplicent pœnam maleficij commissi in
domo offensi; quo statuto vigente dubitari plu
ries vidi, an illud habeat locum in eo qui deli-
ctum fecit nō in domo, sed in apoteca, statio-
ne, seu taberna offensi, & quod non habeat lo-
3 cum volunt in indiuiduo Bart. consil. 107. lib.
2. Angel. de malefi. in verbo, fecit insultum, nu.
3. vers. quid autem si statutum. Castrens. consil.
92. sub num 2. & latius cons. 211. column. 1. 2.
lib. 1. Alber. de Rosat. de statut. lib. 2. quæst. 35.
sub num. 3. vers. quid si ad stationem, Bonacos.
in suis qq. crim. in verbo, percussio. vers. si quis
habet duas domos ad finem, quòd ea ratione
dicitur, quia statutum dum loquitur de domo,
intelligit de ædificio ordinato ad habitādum,
& in quo quis se ipsum & familiam recipit, non
autem de ædificio quod aliud nomen speciale
assumpsit, & non est ordinatum ad habitandū,
sed ad vsum negotiandi, & in quo quis non mo
ratur cum familia nec omnibus diebus pro vt
in domo, & sic prædicta ratio tutissimi refugij
& receptaculi quæ consideratur in domo, non
militat in statione vt late & eleganter decla-
rant Bart. & Castr. in locis citatis, & idem tenet
Bart. in l. lex Cornelia §. si tamen fundum nu. 3.
& seq. & in l. item apud labeonem. §. conuitium
ad fin. num. 3. ff. de iniurijs. quod potest confir-
4 mari ex ea comm. DD. conclusione quod dispo
sitio legis, plerique, ff. de in ius voc. & l. nemo de
domo ff. de reg. iur. quod nemo in propria do-
mo capi potest, non procedit in apoteca seu
statione, vel taberna vt post Salycet. Castr. Ma-
5 rian. Corn. & alios tradit Gabriel. tit. de male-
fic. conclus. 10. in pri. limitat. num. 18. vnde & si
quis duas haberet domos, vnam in qua habita
ret, & aliam in qua non habitaret, & offende-
retur in ea, in qua non habitabat, locus non es-
set statuto secundum Alber. in d. quæst. 35. nu-
me. 3. quem sequitur Bonacos. supra citatus in
versic. si quis habet duas domos, & ante eum
Dec. in d. l. nemo de domo in princip. ff. de reg.
iur. & Gabriel. d. conclus. 10. in 7. limit. num. 31.
32. Quæ conclusio intelligenda est procedere
6 secundum Castr. in d. consil. 211. column. fina.
versic. prædicta puto, etiam si d. apoteca, seu sta
tio, vel taberna esset subtus domum habitatio-
nis offensi, & quod plus est, etiam si per ipsam
stationem, apotecam, vel tabernam sit aditus
ad superiorem partem domus, quia reputantur
duæ partes separatæ, vna superior deputata ad
habitandum, & alia inferior ad alium vsum,
7 De qua tamen Castr. opinione non parum du-
bito, imo contrarium expresse teneo, cum de-
claratione tamen, de qua in fine præsentis reso
lutionis dicetur, quod scilicet statutum habeat
locum in offendente in apoteca statione vel ta-
berna existente subtus domum offensi, vel ali-
ter ei coniunctæ, si ex ipsa domo haberet introi
tum vel aliter clare appareret quod esset pars
ipsius domus ex his, quæ notat ipsemet Castr.

in d. consil. 92. in princip. & latius in consi. 454
num. 1. lib. 1. per l. prædijs. §. fin. & §. antepenul.
& §. penult. ff. de leg. 3. & l. quod conclaue ff. de
damn. infect. l. seiæ §. Tirannæ ff. de fundo in-
struct. & magis in terminis contra Castr, addu-
co Clar. in pract. criminal. quæstio. 82. ad statu-
tum nouum augens vel minuens pœnam num.
8 2. vbi dicit quod statutum duplicans pœnam
percutienti in domo Potestatis, habet locū, nō
solum in percutiente in ipsa domo, sed etiam
in percutiente in confinibus ipsius domus. & di
cit quod ita tenuit Guid. de sus. in suis qq. sta-
tutar. in fine, & quod ita communiter obseruea-
tur, vt dicit Alber. in l. præsenti in fine. C. de his
qui ad Eccles. confug. quem refert Barbat. con-
sil. 33. post numer. 5. lib. 4. sequitur Vincent. de
Franch. decis. Neapol. 402. in indulgentia nu-
me. 4. & vltra Clar. addo ego pro eadem opi-
nione in puncto Alber. de stat. lib. 2. quæstio. 35.
in princip. vbi inquit quod statutum imponens
maiorem pœnam percutienti alium in platea,
vel in domo vel in Palatio quam alibi, habet lo
cum in percutiente in confinibus. & Alber. se-
quitur Bonacos. in d. verbo, percussio, versic. si
statutum imponit maiorem pœnam, & idem
tenuit Angel. de malefic. in d. verbo, fecit insul-
tum num. 3. in princip. & tradit etiam Barto. in
l. item apud labeonem §. cōuitium, sub num. 2.
ff. de iniur. ad idem etiam allegari potest Clar.
in ead. quæst. 82. ad statutum 10. puniens insul-
9 tum num. 1. vbi ait quod statutum puniens fa-
cientem insultum ad domum habet locum in
faciente insultum ad porticum domus, & quod
ita communiter seruatur & tenetur, vt dicit Al
ber. in 2. par. stat. quæst. 208. & quod hanc opin.
com. appellat etiam August. ad Angel. de male
fic. in verbo, fecit insultum post nume. 3. in quo
tamen aduertendum est quod August. cit. per
Clar. non dicit istud, nec aliquid decidit aut fir
mat in d. quæs. sed refert varios doctores varia
in varijs locis dixisse, verum tamen est, quod Al
ber. in d. 2. par. stat. quæst. mihi 203. nume. 1. di-
cit id quod Clar. refert, ex eo quod porticus di
citur pars domus, & licet num. 2. multa in con-
trarium adducat, dicit tamen quod hæc opi-
nio cōmuniter seruat & tenetur licet forte de
stricto rigore dici posset contrarium in statuto
isto cum sit stricti iuris & pœnale, & non reci-
piat interpretationem patiuam. & Clar. in hoc
simpliciter sequitur Bonacos. lib. 1. comm. con-
clus. crimin. in versic. statutum puniens facien-
tem insultum ad domum. licet postea eodem
libro versic. statutum puniens grauiori pœna,
dicat, attendendam esse mentem statuentium,
an ratio per eos considerata verificetur in por
ticu, & dicit Vincent. de Franch. dicta decisio-
ne 402. nume. 8. post Bartol. & alios quod sta-
tutum puniens maleficium in domo non com-
prehendit maleficium commissum in portica,
& subdit num. 10. quod licet relata opinio Al-
berici in dicta lege præsenti C. de his qui ad
eccles. confug. sit comm. recepta, tamen con-
traria

traria opinio est verior, cui videtur adherere in casu suo de delinquente in gradibus ostij cuiusdam capellæ, vt non habeatur pro delinquẽte in capella, ad effectum de quo ibi, & Angel. de malef. in d. verbo, fecit insultum, sub nume. 3. post multa pro & contra allegata, tandem vi
10 detur admittere quod statum ita demum procedat in porticu, si sit affixa domui, & nõ alias, maxime si loquatur per dictionem, ad, & non per dictionem, in, puta de offensione facta ad domum, & non in, domo, & ita etiam dicit Florian. in l. quidam hiiberus ad fin. nu. 6. ff. de seruit. vrba. præd. vbi de porticu affixa domui dat exemplum in iis quæ sunt Bononiæ, quæ pars ędium censentur, & de non affixa in iis quę sũt in Tuscia, quæ non continentur appellatione domus. reperio etiam quod idem Alber. in eadem. 2. p. statut. q. 35. sub nume. 1. & 2. tenet esse locum statuto contra offenden tem ad porticum cohærentem domui insultati, & dicit se dixisse in pluribus aliis locis, & eum sequitur Bonacos. in dd. qq. crim. in verbo, percussio. vers. si statutum imponit maiorem pænam ad finem, & credo quod ista sit veritas, quam etiam tenere videtur licet incidenter & paucis se expediens Menoch. de arbitr. iud. li. 2. cent. 1. cas. 91. n. 12. & 13. licet in contrarium faciãt quæ in terminis dispositionis dictæ legis, plerique, & d. l. nemo de domo, deducit Gabriel. d. cõcl. 10. in 3. limit. nu. 23. post plures per eum citatos, quod scilicet d. dispositio non procedit in porticu domus, quia hoc eorum dictum non potest habere locum, nisi quando porticus non affixa domui, sed ab ea est separata, nam si sit affixa, eius pars censetur, & ab ea non differt, vt ex superius adductis apparet, pro qua re facere videtur Frãch. d. decis. in fi. nu. 11. dum distinguit, quod aut quis est offensus in ostio intra clausuram & dicitur offensus in domo, aut extra clausuram & non dicitur offensus in domo, & secundum prædicta vidi pluries fuisse iudicatum & seruatum, quod scilicet statutum p̃dictum habeat locum in apoteca subtus propriam domum habitationis & in porticu affixa & coherenti domui, ex eo quod tunc videatur militare eadem ratio. quæ in domo, secus autem vbi apoteca & porticus non sunt partes domus, sed potius quid separatum, vel etiam vbi eorum vsum dominus non haberet, sed de illis locationem aliis fecisset, qui illis vterentur, quia tunc statutum non habere locum memini me alias dixisse, quasi quod tunc sint duæ partes distinctæ, & sit idem ac si offensus habens plures domos offenderetur in ea, quam non habitat, quo casu statutum non procedere vidimus supra, & puto quod iusta fuerit pronuntiatio.

EPITOME.

Quod edictum seu decretum aut proclama pænale de non extrahendo blada, seu victualia de territorio, nõ compræhendat forenses possidentes bona in d. territorio; extrahentes ex illo ad eorum domos alterius territorij fructus in dictis bonis recollectos, nec pariter agricultores & laboratores bonorum dicti territorij forẽses, qui eorum portionem fructuum in dictis bonis collectorum ad proprias domos alterius ditionis portant.

SVMMARIA.

EXTRACTIONES frugũ possunt per Principes probiberi & quare. nu. 1.

Edicto extractionis probibitiuo non ligantur forenses, idcirco fruges in eorum bonis in territorio edicti recollectas possunt extrahere. 2.

Quod secundum Thesaur. procedit tantum in quantitate victui necessaria. 3.

Cuius tamen opinio iuridica non censetur. 4.

Extrahere possunt agricultores forenses, fructuum portionem ad eos spectantem in loco prohibitionis recollectam. 5.

CASVS DECIMVSQVARTVS.



SOLENT tẽporibus potissimũ carestiæ per Principes seculares fieri edicta, phibentia extractiones frumẽti & aliarũ frugũ ab eorũ statibus & territoriis sub grauissimis qñ
1 que pænis, prout eis facere licet ad conseruandam in eorum dominio vbertatem, & ne annona carior fiat, & ne subditi fame pereant, vt dicit Guid. pap. decis. 373. in princip. post Cin. in l. 1. in fin. C. quæ sit longa consuetud. & tradit Rip. in tract. de pest. ti. de remed. preser. in §. seu parte incipiente, venio nunc ad modũ, nu. 42. p tex. in l. si quis post hoc C. de ædific. priuat. & ĩ l. cotẽ ferro, in prin. ff. de publica. & vectigal. &
2 in l. 1. & 2. C. quæ res exporta. non poss. & dubitatur, an stãte d. prohibitione forenses habentes in territorio domini prohibẽtis prędia, possint extrahere fructus dictorũ eorũ prædiorũ ex dicto territorio, in quo viget prohibitio, & eos portare ad eorum habitationes alterius dominii impune. Hanc quæstionem ponit Cyn. in d. l. 1. C. quæ sit long. consuet colum. fiu. ad fin. & arguit pro & contra, & tandem videtur inclinare in partem affirmatiuam, videlicet quod possint extrahere & Cyn. simpliciter refert, & ad eum se remittit Guid. pap.

decis. 373. post principium. & ibi etiam Additionarius in prima appostil. qui exprimit mentem Cyn. & eum sequi videtur, & secundum hanc opinionem iudicandum esse censuit consilium status Sereniss. Ducis Sabaudiæ in voto ipsi Duci dato super precibus quorundam de Prato Gelato, qui possidebant bona in territorio suo, in quo vigebat talis prohibitio extractionis granorum, vt refert Thesaur. decis.
3 Pedam. 152. post princ. vbi tamen subdit quod ipse erat in contraria sententia & tenebat temperandam esse opinionem Cyni. vt procederet in eo tantum, quod necessarium esset dominis bonorum pro eorum victu, non autem in eo quod superesset vltra ipsorum vsum, quia illud erat reseruandum subditis Ducis, ex quo edictum fuerat factum propter maximam penuriam, quæ vigebat in partibus pedemontanis, & non erat auferendus panis filiorum, vt pascerentur exteri, sed quod prior opinio æquior visa fuit consilio, vt omnes fructus forensibus liberaliter concederentur. Et ego alias cum in facto venisset hæc quæstio, & forenses inquisiti fuissent de extractione fructuum recollectorũ in eorum bonis quæ possidebãt in statu in quo prohibita erat similium fructuũ extractio, fui in voto quod absoluerentur, nescio tamen an iuxta dictum votum, an vero aliter obseruatũ fuerit, & credidi & adhuc credo quod votum
4 D. Thesaur. sustineri possit potius tanquam votum consultoris Principis, quam vti votum Iu
5 risconsulti, & pro ista opinione optime facit, quia stante prædicta extractionis prohibitione, agricultores forenses prædiorũ loci, in quo facta est prohibitio, possunt impune exportare ad eorũ domos portionem ad ipsos spectantem fructuum in dictis bonis recollectorum, vt voluit Corn. in cons. 241. sub nu. 7. vers. & maxime quia, li. 4. quẽ sequitur Rip. in tract. de peste, ti. de remed. præser, in 5. seu parte incip. venio nũc ad modum q. 10. nu. 107. videtur enim hoc casu cessare ratio prohibitionis, quæ fuit conseruatio vbertatis, quæ magis conseruabitur si Ciuitas non impediat laboratores exteros extrahere eorum partem fructum, quia ex hac exportatione inuitabuntur forẽses ad cultiuãdum agrum ciuitatis, ex qua cultiuatione maior insurgit vbertas, quam ex retentione dictæ portionis resultare possit, vt considerant Corn. & Rip. supra citati, secundum quorũ sententiam in contingentia facti putaui colonos partiarios forenses, qui in vicino territorio ꝓhibitionis extractionis bladorum laborabant possessiones aliorum, non incidere in pænam si ad alienum territorium, in quo familiariter habitant, conducant eorum partem fructuum recollectorum in bonis loci factæ prohibitionis. Dicunt tamen Corn. d. cons. 241. nu. 17. vers. sic. nec obstat, & Rip. d. q. 10. nu. 108. quod si dicti laboratores terrarum venderent eorũ portionem alteri, is non posset eam asportare, quia prohibitio est in personam, non in rem, & priuilegium personale concessum laboratoribus non egreditur eorum personam, quod in istis terminis verissimum puto.

EPITOME.

An dispositio l. diuus. ff. de parricid. excusans patrem occidentem filium, & econtra filium occidentem patrem adulterantem eius vxorem a pæna parricidii & illum solũmodo pæna deportationis puniẽs, procedat nedum quãdo occisus repertus fuit in flagrãti crimine, sed etiam quando nõ fuit repertus, sed postea ex interuallo occisus, & an idem sit in occisione facta propter aliquam ex illis causis, ex quibus licita est exhæredatio & plura de pæna parricidij tam de iure com. quam ex locorum & curiarum consuetudine.

SVMMARIA.

PATER occidens filium vel econtra filius patrẽ adulterantem eius vxorẽ excusatur a pæna parricidii, sed mitius punitur nu. 1. cum plur. seq.

Quod procedit si occidatur repertus in flagranti crimine, secus si ex interuallo secundum aliquos. 5.

Qui tamen rẽprobantur. 6.

Patria potestas non debet in atrocitate consistere. 2.

Filius adulterando vxorem patris amittit priuilegium filii. 3.

Patri non licet in filium, quod sibi permittitur in aliũ secundum Marsilium. 4.

Pater impune occidit filium vt supra in flagranti repertum. 7.

L. Diuus. ff. ad l. Pompe. de Parricid. declaratur. 8.

Marito maiorem quis facit iniuriam vxorem adulterãdo quam filium occidendo. 9.

Pater occidens filium vel filius patrem ex vna causarum, ex quibus licita est exhæredatio, non tenetur pæna parricidii, sed deportationis. 10.

Parricidii pæna de qua in l. penult. ff. de parricid. non est in vsu, & quid seruetur. 11.

CASVS DECIMVS QVINTVS.

1 PATREM qui in venatione filium suum necauerat, qui nouercam suam adulterabat, in insulam Diuum Adrianum deportasse, ꝗd latronis magis quam patris iure eum interfecisset, refert Martianus in l. Diuus, 5. ff. ad l. Pompe. de Parric. nam vt subdit ibi Martianus

nus patria potestas in pietate debet, non in atrocitate consistere, licet ergo filius adulterando vxorem patris amittat priuilegium filij, & ob id patet eum occidens excusetur a pœna parricidij, vt dicit Barto. in d. l. Diuus, circa medium, & post eum Marsil. ibidem sub num. 16. vers. modo veniendo, non tamen debet delictum hoc in totum remanere impunitum, qa debuit pater filium accusare, & non occidere secundum glo. 1. in d. l. Diuus, per l. inauditum, ff. ad l. Corn. de Sicar. & quia pietas paterna non debet in atrocitate cōsistere, nec tam stricta sanguinis coniunctio permittit patri in filium facere, quod contra extraneum sibi licet,
4 & propterea deportatur vt dicit Marsil. in d. l. Diuus, in princip. num. 1. versi. sed licet, & nu. 5. versic. sed tamen contrarium, & cum prædictis conuenit Carrer. in pract. crim. §. 9. quæro n. 21. & 22. versicu. facit ratio, fol. mihi 120. vbi dicit quod si filius concubuit cum vxore patris, pater illum occidens non tenetur pœna parricidij, sed alia mitiori per d. l. Diuus. & ibi notata per Barto. & Marsil. & per alios in aliis locis per ipsum citatis, & Gomez. in legib. Tauri, lege 80. & seq. sub num. 58. vers. tertio & notabiliter, qui referens verba dicti text. inquit esse singularem casum; & idem dicit Carrer. esse contra in patre adulterante vxorem filii, vt filius eum interficiens a pœna parricidii excusetur, & alia mitiori teneatur, prout etiā in d. l. diuus, tenuit expresse Barto. in fin, quem sequitur ibi Marsi. nu. 17. versi. & idem dicit. & clarius patebit ex infra dicendis in versic. & per d. l. diuus.
5 Dubitari autem solet, an dispositio d. legis habeat locum solummodo quando pater inuenit filium in flagranti crimine cum vxore adulterantem, an vero etiam procedat quando eū non reperiit adulterantem, & ex interuallo post commissum adulterium eum interfecit: in qua q. Carrer. in loco cit. num. 23. versi. & intellige, dicit quod text. ille intelligendus est, quando pater incontinenti fecerit & in flagrāti occiderit filium, secus autem si ex interuallo, quia tunc tenetur l. Pompeia de Parricidiis, secundum Marsi. in ipsa l. Diuus, qui quidem Marsil. ante num. 12. versi. noto etiam, ait per illum tex. ex verbo adulterabat, probari qđ pater reperiit filium in facto adulterantem nouercam, & nimirum si eum crudeliter puniuit, & si propter iustum dolorem minorata fuit, sibi pœna, nam multa tolerantur & permittuntur fieri contra repertum in flagranti crimine, quæ aliter non permitterentur, & subdit sub nume. 13. versi. & ideo propter istum textum, quod cum dictum verbum adulterabat, sit tempus præsens, dubitari posset, an ille text. haberet locum in filio, qui iam adulterauerat nouercam, & non fuit repertus in flagranti crimine, inter quæ est longa differentia, & aliter nō disputando nec aliud dicendo subdit formaliter, cogita quia plura adduci possent maxime de vulnerato qui incontinenti potest repercutere, secus ex interuallo, & quod ille tex. loquatur in filio reperto in flagranti crimine, tenet
6 etiam postea sub nu. 17. vers. sed imo ego dico, sed quicquid dicat Mars. ego teneo contrariū, quod scilicet dispositio d. l. Diuus, procedat ne dum in filio reperto in flagranti crimine, sed etiam in occiso postea ex interuallo, quia non est verum quod d. lex loquatur quando pater reperiit filium in facto adulterantem, prout etiam tenet ibi glo. 1. in p. oppositione, & Bar. in prin. pariter in p. oppositione, & etiam An-
7 gel. nam si eum inuenisset pater in flagrāti crimine, impune eum interfecisset, prout quemlibet extraneum, per tex. in l. marito 24. ff. ad l. Iul. de adult. vt dicunt gl. Bar. & Angel. & bene, quia vt dictum est filius amittit priuilegiū filii & reputatur extraneus, dicat quicqd velit contra gl. & Angel. Mars. sub d. num. 17. & 18. versic. item dicit Ang. quod d. l. marito non habet locum in filio reperto in adulterio cum nouerca, & pater etiam hoc casu puniatur pœna deportationis vt in ipsa l. Diuus, quia verior est eorum opinio, quam etiam vt dixi, tenet Bart. de quo in hoc non meminit Mars. contra
8 quem pondero tex. in d. l. diuus, dū dicit quod pater filium in venatione necauit, ex hoc. n. videtur colligi quod pater non occidit eum repertum in adulterio, sed postea ex interuallo, dum eum inuenisset inferarum persecutione, nec est verisimile quod in venatione & ferarū persecutione filius nouercam adulteraret, qđ idem suadent verba eiusdem text. sequentia, dum dicitur quod iure latronis magis, quam iure patris interfecisse dicitur, quasi quod in itinere more latronum hominem interfecerit: si enim in facto filium adulterantem occidisset, iure latronis minime interfecisset, & est noua & peregrina consideratio, & ni fallor verissima, ex iusto. n. dolore & atrocissimi facti oculari inspectione non meretur pater quasi latro nuncupari, maior enim iniuria fit
9 marito adulterando eius vxorem, quam proprium filium occidendo. l. codicillis §. matre & vxore. ff. de leg. 2. & ibi not. Bald. per illum tex. adducens Petr. de Rauen. in eius Alphabet. & additio quædam ad marginem dicti text. & habetur per Nouel. in pract. crim. n. 8. vers. item quærendum post formam inquisitionis pro insultu ad domum fol. 192. & ita his iam scriptis inueni tenere Gomez. in d. l. Tauri 80. & seq. nume. 59. vers. tertio non obstat, vbi itidem considerat, quod non sit verisimile, quod filius in venatione, vbi plures solent congregari, adulterasset nouercam, & quod propterea necessario infertur, quod adulterium antea esset commissum, & quod iste est sensus communis doctorum; Nec obstat ponderatio Mars. de verbo, adulterabat, quo vtitur tex. quia vt omnes sciunt, verbum istud non est præsens, vt opinatur Mars. sed est præteritum imperfectum, quod longe differt a præsenti, & potius innuit rem incohatam & nondum perfectam,

& consumatam, quam præsentem tantum, vt
sic denotet filium iam adulterasse, & nondum
ab vlteriori adulterio cessasse, sed animum ite
rum adulterandi habere, quod grammaticis
notum est, quorum propria esset in hoc dispu-
tatio. Et per d. l. Diuus. generaliter dicunt
10 DD. quod cessat pæna parricidij & subintrat
alia mitior iudici arbitraria, quando pater oc
cidit filium propter vnam ex illis causis, ex qui
bus illum exhæredare poterat, & econtra quã-
do filius occidit patrem propter vnam ex illis
causis, ex quibus illum exhæredare potuisset,
de quibus habetur in §. aliud quoq; capitulũ,
in Auth. vt cum de appell. cognos. ita tradunt
Bart. in d. l. Diuus. & ibidem Mars. sub nu. 16. &
17. vers. & idem dicit ipse Bart. esse in filio, Ias.
in l. ius ciuile. nu. 28. ff. de iust. & iur. Gherard.
de Petr. sanct. singul. 2. prope fi. dicentes puniri
pæna deportationis, quos refert & sequitur
Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 4. cas. 356. nu
me. 1. & 2. subdens ad finem. nu. 3. quod cum de
portationis loco pæna arbitraria successerit, se
quitur iudicis arbitrio pænam indicendam, &
quod ita in specie dicit Plac. li. 1. epito. delict.
c. 22. nu. 28. his addo ego pro eadem opinione
φ pater occidens filium vel econtra filius pa-
trem committentẽ aliquam causam ex illis, ex
quibus potuisset exhęredari, non tenetur pęna
parricidij, sed alia mitiori. Marsil in l. 1. in prin
cip. limit. 20. nu. 105. in l. circuncidere. §. seruo
nu. 8. ff. ad l. Cornel. de Sicar. & in l. si quis vidu
am. sub nu. 16. ad fin. ff. de quæstion. & Carrer.
in d. §. 9. quæro. nu. 21. & 22. vers. facit tatio fol.
120. & in §. 21. excusatur. nu. 1. fol. mihi 220. qđ
summe notandum est. Et postquam de parri-
cidio sermo habitus est, non omittendum cen-
sui, quod pæna parricidii quæ in ascendentib.
& descendentibus est, vt parricida cędatur vir
gis, & insutus culeo cũ gallo gallinaceo, simia,
cane, & vipera eiiciatur in mare aut flumen vi
uus, & aqua non existente feris tradatur lace-
randus vt in l. penult. ff. de parricid. & in §. alia
deinde lex, inst. de public. iudic. & in l. 1. C. de
his qui parent. vel liber. occid. & vbiq; scribẽt.
Clar. in §. parricidium ante finem sub. n. 5. vers.
sed quæro, Iodoc. c. 87. num. 2. in pract. crimin.
Gram. cons. 57. ad fin. nu. 23. & alibi sæpe DD.
& in aliis consanguineis & affinibus est pæna
l. Corn. de Sicar. vt subiicit tex. in d. l. penult. in
versi. qui alias & in d. §. alia deinde lex, in fine
in versi. si quis autem, quæ est mortis iux. l. 3. §.
11 pen. ff. ad leg. Cornel. de Sicar. hodie non est in
vsu, & indistincte quoad omnes imponitur ca-
dem pæna mortis ex d. l. Cornel. de Sicar. vt in
d. l. 1. C. de his qui parent. vel fil. occid. notant
Bald. Salycet. & alii, Barto. & Mars. in l. 1. ff. de
parricid. vterque ante fin. & alii plures quos re
fert & sequitur Carer. in d. §. 9. quæro, num. 35.
& 36. vers. pæna antem parricidii fol. 121. Clar.
& Iodoc. sup. citati, & de consuetudine istos
decapitari dicunt Bald. Salicet. & Care. sup.
cit. subdentes quod etiam sepultura carere de-
berent, vt eorum corpora a canibus comme-
dantur. Ego vidi eos condemnari in pænam
furcarum, & ita pluries votaui & audiui, quod
ita etiam seruatum fuit Pontremuli iussu Ex-
cellentissi. Senatus Mediolanensis contra filiũ,
qui patrem occiderat, eo tamen prius ducto
publice ad caudam equi per totam fere terrã
tempore quo ibi ius reddebat D. Christopho-
rus Magnus, vnus tunc ex generalibus aduoca
tis, fiscalibus status Mediolani, & refert Clar. in
d. §. parricidium, sub num. 5. quod varie solent
puniri secundum consuetudinem diuersorum
locorum, & quod in Ducatu Mediolani solent
decapitari prout alii homicidæ vel furcis su-
spendi & quod non carent sepultura. & memi-
nit etiam de quodam decreto quod trahantur
ad caudam equi, & deinde rotæ ligneæ intexã
tur, quod nunquam ait vidisse in practica ob-
seruari, & refert etiam Iodoc. in pract. crim. ca.
87. de parricid. nu. 3. dicentem quod de consue
tudine damnantur vt ad caudam equi, aut ad
quoduis vehiculorum genus affixi, cratique vi
mineæ insidentes, aut asseri, ita dedecorosi per
trahantur ad supplicij locum, vbi decollentur
& corpus truncatum rotæ in altum erigendæ
affigatur, & subdit nu. 4. quod si res aut ratio
postulet, vt his pænis aliquid propter enormi-
tatem adiiciendum fore, hoc totum in iudicis
arbitrio situm est, cui dictis pænis aliquid adii
cere semper permittitur vt his pænis & exem-
plis alij exterriti, a similibus committendis ab
stineant.

EPITOME.

De pæna eius qui virilia ponens in manibus & intra fæmora & in ore pueri suam effrenatam libidinem & concupiscẽtiam carnalem expleuit, & quod hoc sit species sodomiæ, & plura de pessimo & nefando contra naturam vitio, & eius detestatione.

SVMMARIA.

MEDICI cuiusdam effrenata libido. nu. 1.
Actus venerei quando dicantur species peccati contra naturam 2. cum seq. plurib.
Mollities & immundities quæ dicatur. 3.
Mollities est peccatum mortale. eo.
Pollutio manibus propriis expleta dicitur peccatum contra naturam. 4.
Masturpatores qui dicantur. 5.
Et quomodo puniendi. 6. & 12.
Masturpatores sunt maledicti & possunt appellari sodomitę. 7.
Pollutio etiam cum vxore circa pudenda est peccatum contra naturam. 8.
Pollutio prędicta pro vt etiam mollities non dicitur sodomia. 9.

Actus

Actus venerei cōtra naturam pluribus modis exercentur remissiue. 10.
Constitutio Pii V. Pon. Max. contra sodomitas comprehendit solum exercentem copulam sodomiticam, non autem aliter luxuriantes contra naturam. 11.
Irrumationis actus dicitur obscenissimus 12. & contra naturam. 13.
Sodomia proprie est inter masculum & masculum, fæminam & fæminam secundum summistas 14.
Sodomia committitur etiam inter masculum & fæminam ex coitu in alio vase quam in destinato vbi de com. & veriori secundum nostros DD. 15.
Coitus prædictus cum fæmina extra vas destinatum potius delictum dicitur ferinum, monstruosum, & innominatum, quam sodomiticum secundum summist. 16.
Sodomitico tamen turpius. 18.
Irrumatio est sodomitico delictum grauius. 17.
Et detestabilius enumeratis per Iodoc. de quibus remissiue. 19.
Peccatum veneris contra naturam, est grauius adulterio & incestu etiam cum matre & pessimum omnium fornicationum. 20.
Plura de illius detestatione. eo. cum seq.
Peccatum prædictum multa mala parit. 21.
Ciuitates quæ & quot ob dictum peccatum fuerint a Deo combusta. 22.
Et quæ vestigia vel signa remanserint d. combustionis mirabilia. 24.
Vicinitas mala quam nocina. 23. 25.
Diabolus postquam induxit homines ad peccandum cōtra naturam statim aufugit. 26.
Demones licet incubos & succubos se faciant, non tamē contra naturam exercere dicuntur. 27.
Diluuium in mundo inductum dicitur ab aliquib. propter d. vitium. 28.
Vitium istud quam noceat obsessis a demone declaratur exemplo. 29.
Peccantes contra naturam cur filii diffidentiæ dicantur. 30.
Peccatum istud dicitur mutum ab aliquibus et in Hispania nefandum. 31.
Sodomitæ et cum aliis Virgilius mortui dicuntur in nocte natiuitatis Christi. 32.
Loth proprias filias offerebat stuprandas vt dictum scelus impediret. 33.
Pœna peccantis contra naturam de iure diuino, ac ciuili est mors. 34.
Sodomitæ comburuntur de consuetudine. 35.
Florentia tamen et in aliis quibusdam locis ex legibus particularibus pœna mortis nō infertur. 36.
Interpretatio a consuetudine data est sequenda nu. 37.
Consuetudo non inducitur ex vnico actu, sed quidem exemplum suasiuum. 38.
Iteratio auget delictum. 39.
Coitus cum puero qui non habet nec velle nec nolle, dicitur violentus 40.
Pœna indignationis quid importet remiss. 41.

CASVS DECIMVS SEXTVS.

1 OBSCENISSIMVM est genus hoc libidinis, quo Medicus quidam vsus est cum puero septenni, ita enim salax & propensus in venerem fuit, vt puero illo in domum suæ habitationis adducto & blanditijs & munusculis allecto, suam exrænatam concupiscentiam cum illo pluries diuersis diebus expleuerit, virilia sua in illius manibus & intra femora ponens, eademque illi in ore exugenda præbens, de cuius sceleris vindicta acturus premitto, quod illi duo primi actus venerei dicuntur esse species peccati cōtra naturam, quod com-
2 mittitur quando actus ille taliter fit, quod non potest sequi generatio, sum. aur. armil. in verbo Luxuria. §. 4. vers. contra naturam, etiam si non interuenerit aliquis concubitus, sed volūtarie aliter procurata sit pollutio, causa dele-
3 ctationis, & dicitur proprie mollities seu immundities, vel pollutio & est peccatum mortale sum. arm. vbi sup. §. V. & in verbo mollities, & in verbo pollutio vbique in princ. Sum. Syluestr. in verbo luxuria sub n. 2. vers. prima dicitur, & in verbo pollutio circa fin. & de primo actu videtur hoc probari a fortiori ex gl. in c. omnes accusationes, in verbo, sodomita. 32. q.
4 7. quæ ponit actum propriis manibus se corrumpendi inter modos peccandi contra naturam, & eam sequuntur August. in addit. ad Angel. de Malef. in verbo Che hai adulterato la mia donna. ante num. 54. circa princ. & Iodoc. in pract. crim. c. 96. de peccato cōtra naturam, num. 5. dicens latine a nostris vocari mastupra
5 tionem, & subdit Iodoc. num. 6. quod & si raro aut nunquam delicta hęc ad iudicum notitiam veniant, veluti clam commissa, tamen detecta
6 essent castiganda, & huiusmodi mastupratores damnandi essent aut exilio aut alia extraordinaria pœna propter fœdam enormitatem facinoris, & dicit Bonacos. in tract. qq crim. in
7 verbo sodomia, ad fin. quod sunt maledicti isti ma stupratores, & possunt etiam sodomitæ appellari. Et de 2. etiam probari videtur ex ead. gloss. dum inter dictos peccandi modos connumerat casum de polluente propriam vxo-
8 rem extra claustra pudoris, quod secundū. gl. in cap. extraordinaria. 35. q. 2. & 3. in glo. pr. intelligitur de pollutione facta circumcirca pu-
9 denda & claustra prędicta, & hi duo actus non sapiunt sodomiam, quia non omnis vsus contra naturam est sodomia, vt patet ex d. gloss. in d. c. omnes accusationes, quę de dictis duobus actibus loquitur vti de speciebus differētibus a sodomia, de qua primo loco specialiter locuta fuerat, & tradunt in indiuiduo sum. armil. in verbo sodomia in princ. & sum. Syluestr. in verbo luxuria. nu. 2. vers. vitium vero contra naturā, & probat clare per tex. in c. flagitia. 32. q. 7. vbi inter hęc crimina cōtra naturā cōnumeratur

ratur vitium ſodomiticum tanquam ſpecies,
10 & verum eſt, quia pluribus modis exercetur
huiuſmodi peccatum contra naturam, vt fate
tur eadem ſum. Armil. in verbo luxuria.§. 5. &
habetur per Bonacoſ. vbi ſup. in pluribus locis,
& in 2. parte ſuarum com. opi. crimin. in verbo
ſodomitæ, circa medium, poſt verſi. modo quiſ
que, & per Iodoc. d. c. 96. nu. 4. & ſeq. verſ. tripli
citer, & iterum, nu. 32. verſi. ſuperioribus addi
poſſunt, & per addit. ad pract. Diaz. crimin. ca-
nou. c. 86. in vlt. appollil. ad finem verſic. ſecun-
do quod dicta, vbi propterea infert, conſtitu-
11 tionem Pii V. Pont. max. editam contra ſodo-
mitas, non compræhendere omnes exercen-
tes luxuriam contra naturam, quæ omnem pol
lutionem extraordinariam amplectitur, nec
exercentem omnem ſodomiticum actum, qui
includit omnem pollutionem factam extra vas
ordinarium, ſed ſolum exercentem copulam
ſodomiticam, & dicit Menoch. de arbitr. iud.
lib. 2. caſ. 286. nu. 18. quod iudicis arbitrio pu-
nitur, qui extra vas debitum pollutionem ex-
traordinariam committit, quod latius ante ip-
ſum dixit Afflict. lib. 3. conſtit. regn. rub. 42. de
adult. & lenocin. in conſt. legum aſperitate. nu.
12. & ſeq. verſ. ſed quid ſi fiat, vbi loquens in ex
traordinaria pollutione facta cum puero ita
quod priapus non intret in ano, ſed ſolum fiat
extraordinaria pollutio, ſicut fit interdum cũ
mulieribus corpore virginibus, concludit iſtos
tanquam extraordinarie delinquentes, extra-
ordinarie puniendos, & inquit ita vidiſſe fuiſ-
ſe determinatum per Mag. DD. & non obſtar,
quod fuerit deuentum ad actum proximum
in tam enormi delicto, & ob id quod attenta-
tum habendum ſit pro conſumato & perfecto,
quia de generali conſuetudine etiam in his
grauiſſimis delictis minus punitur, qui deue-
nit ad actum proximum, & non perfecit, quam
qui perfecit: fatetur tamen, quod ſi vltra extra-
ordinariam pollutionem poluiſſet priapum
in ano, commiſiſſet ſodomiam & tanquam ſo-
domita puniretur, & delictum iam poſſet dici
conſumatum, licet ſemen fuerit emiſſum ex-
tra anum, quod volui referre propriis verbis,
Afflict. quamuis in re tam turpi nimis apertis.
obſcenitas enim non patitur tam clarum ſer-
monem, a quo legentium aures offenduntur;
12 Tertius autem actus obſcęniſſimus appellatur
ab Ambroſ. Calepino verbo fello, & latius in
verbo irrumare nec alium de eo ſpecialiter lo-
quutem inuenire hucuſque potui, præter im-
pudicos quoſdam Poetas, quorum dicta con-
ſulto prætereo, cũ adeo turpia & deteſtabilia
ſint, vt nullo modo tranſcribi per me, vel pio
lectori committi debuerint, & contra naturã
13 eſt, quia vir vſus eſt membro ad hoc non con-
ceſſo, c. adulterii. c. flagitia. & cap. vſus. 32. q. 7.
& videtur eſſe ſpecies ſodomiæ, quæ proprie
ſecundum ſummiſtas committitur inter ma-
14 ſculum & maſculum, & inter fæminam & fæ-
minam, & ſum. Armil. in d. verbo luxuria. §. 5. &
in d. verbo ſodomia, poſt principium, ſum. Syl-
15 ueſtr. in d. verbo, luxuria, ſub num. 2. verſic. ſe-
cunda dicitur. licet ex com. opi. noſtrorũ DD.
committatur etiam inter maſculum & fæminã
per concubitum in alio vaſe, quam in deſtina-
to. Clar. in §. ſodomia. num. 2. verſic. vidi quan-
doque, & ante eum Angel. in d. verbo, Che hai
adulterato la mia donna. nu. 53. Boſſ. in pract.
crim. tit. de ſtupr. deteſtab. in maſcul. ſub nu. 2.
Cirill. Fulgeon. in ſumma, ſeu pract. crim. titu.
de publi. iudic. §. 4. nu. 14. & ſeq. verſ. at contra
naturam coitus. Cotta in memorab. in verb. pe
dicones ad finem, Plot. dicens eſſe com. inter
conſ. crim. diuerſ. conſi. 132. nu. 28. lib. 1. in po-
ſterioribus impræſſis in fol. Iodoc. d. c. 96. nu. 11.
verſic. porro in diuerſo etiam ſexu. Bonacoſ. in
ſuis qq. crim in verbo, ſodomia, carta 2. verſi. li-
cet cum muliere. Menoch. dicens eſſe veriorem
ſententiam de arbitr. iud. lib. 2. 286. num. 5. &
ita etiam ſentire videntur, licet non aperte Ad
dent. ad Diaz. in pract. crimin. canon. ca. 86. in
princip. apoſtil. poſt princip. & ex ſententia
Apoſtoli probat tex. expreſſus hoc in d. c. vſus,
32. q. 7. quod delictum innominatum eſſe diſ-
16 ſentientes volunt & potius ferinum & mon-
ſtruoſum, quam ſodomiticum, cum mulier ha-
beat vas conceſſum, quo vti quis poſſit, vt per
ſum. Armil. in d. verbo, luxuria. §. 5. poſt princi.
& in d. verbo, ſodomia etiam, poſt princip. &
per ſum. Sylueſtr. in d. verbo, luxuria, ſub num.
2. verſ. quarta retinet. Et ſalua opinione Theo
17 logorum & ſummiſtrarum, quibus me ſubmit
to, poſſe attentari quod delictum hoc, de quo
agitur, ſit grauius & turpius vero vitio ſodo-
mitico reſpectu vaſis, quo abuſus eſt medicus
in puero, cum os ſit uas pretioſius præſtantius
& nobilius ano, ſeu podice & ad excellentio-
rem finem ab Altiſſimo homini datum, vt de
ſe patet: eſt enim caput principalius cęteris mẽ
bris in homine, & dicitur a capiendo, eo,
quod in ipſo omnes ſenſus in itinere capiun-
tur, ideoque ibi cenſetur eſſe corpus, vbi
eſt caput, tanquam potiſſima pars, excellen-
tius autem membrum capitis eſt os, ita tra-
dit Felin. in cap. ſignificaſti il 2. ſub num. 11. ver
ſicu. nota ibi ratione partis, extra de homicid.
qui inter alias authoritates adducit glo. in ca.
propter gloriam, de conſecra. diſtinct. 4. quæ
eam reddit rationem, quia per os Deus glorifi
catur, benedicitur, & prędicatur; & facit dictũ
18 ſumminiſtarum quod vſus cũ muliere extra vas
debitum vel per alios coeundi monſtruoſos
& beſtiales modos ſit delictum contra naturã
innominatum, & ſodomia turpius, vt dictum
eſt, & tradit Iodoc. d. c. 96. nu. 32. verſ. ſuperio-
ribus addi poſſunt, vbi quinque ponit modos
quos referre non curo, hoc vnum tamen dico
19 quod modus iſte longe enormior, & deteſta-
bilior eſt quouis illorum quinque, vt cuiuis le
genti patebit, & vtcunque ſit, ſatis eſt quod
eſt enormiſſimum, & fœdiſſimum, inſolitum,
& fere inauditum ſcelus, & grauiſſima pœna
dignum

20 dignum, non secus, ac proprium sodomiæ vi-
tium, huiusmodi enim contra naturam pecca-
tũ grauius est adulterio. c. adulterii, & c. vsus,
32. q. 7. & superat incestum, & nefarium coitũ
etiam cum matre commissum, & est pessimum
omnium fornicationum, d. c. adulterii, estque
vbique & semper detestandum, & puniendum,
ita vt si omnes gentes illud facerent, eodem
criminis reatu diuina lege tenerentur, quæ nõ
sic fecit homines, vt se vterentur illo modo, vio
21 latur quippe ipsa societas, quæ cum Deo no-
bis esse debet, cum eadem natura, cuius ipse
auctor est, libidinis peruersitate polluitur, vt
dicit Tex. in d. c. flagitia 32. q. 7. & ob illud in
tantum prouocatur Deus in iram, vt veniant
tempestates, terremotus, pestilentię, & fames,
& integrę ciuitates cum habitatoribus pereãt,
vt dicit Imperatur in auth. vt non luxur. contr.
natur. post princ. Iodoc. d. c. 96. num. 22. Bona-
coss. in qq. dd. Crim. in verbo, sodomia, in prin.
22 & verum est, quia ex hoc vitio quinque Ciui-
tates igne consumptæ sunt. c. Clerici, de exces.
prælat. scilicet Sodoma, Gomorra, Seboim. Se-
gor, & Eleale, quarum tres perierunt ex pro-
prio delicto, duæ autem ex vicinitate, vt decla-
rat ibi glo. vel verius sex Ciuitates igne Domi
23 nus destruxit iuxta Iordanem, videlicet, Sodo
mam, Gomorram, Adamam, Seboim, Segor, &
Eleale, quæ est Bale, vnde effectus est locus A-
spala. seu vt glo. infra allegata legit Asphalte,
qui dicitur mare mortuum, & aqua illa nec
24 est natabilis, nec potabilis, ibique ferrum na-
tat, & pluma mergitur, ibidemque sunt poma
pulchetrima exterius, plena autem cinere, &
fauilla interius, vt refert Ciril. in loc. citato sub
nume. 15. post glo. in cap. sed continuo, de peni
tent. distinct. p. ita ad litteram dicentem, qua-
rum tamen duę vt dictum est, ex vicinitate pe-
rierunt, videlicet Adama, & Seboim, vt expres
25 se dicit tex. illius c. sed continuo, & adeo abo-
minale est vitium hoc, vt postquam diabolus
26 ad sic peccandum homines induxerit, statim
aufugiat, vt nec possit cernere tam horrendum
crimen vt refert addit. ad pract. crimin. canon.
Diaz. capit. 86. sup. alleg. in verbo, detestanda,
versic. & vsque adeo, cui simile est quod dicit
Bonacoss. in verbo, sodomitæ, supra citato, nus
quam in sacra scriptura legi, Dæmones in vitijs
27 quibuscunque contra naturam, non solum de
sodomitico, sed nec etiam de quocunque alio
peccato extra vas debitum, perperam se incu-
bos & succubos fecisse, in quo maxima eorum
peccaminum enormitas ostenditur, cum indif
ferenter omnes demones cuiuscunque ordi-
nis, illa peragere abhorreant, & verecundum
æstiment, dicitque Iodoc. d. cap. 96. nu. 3. quod
detestabile hoc vitium clamat apud Deum in
cælis, & exposcit vindictam, & quod ob hoc si
28 Methodio credimus Deus diluuium induxit
mundo. & duos Iudæ filios interfecit Her. &
29 Onan. & in tantum scelus hoc Deo displicet,
vt propter illud non liberentur vexati a spiri-
tibus immundis, vt testatur Bonacoss. in loco
citato, referens quod in Ecclesia S. Petri de vr-
be adest columna circumferrata, in qua Domi
nus noster Iesus Christus prædicando in tem-
plo Salumonis adnixus est, per cuius virtutem
liberari solent a demonibus obsessi, & quod
vnus occulto Dei iudicio liberari non potuit,
licet per diem & noctem integram circa co-
lumnam inclusus mansisset, & quod cum die se
quenti in concursu populi post varios exorcis-
mos spiritus demonstrasset illammet colum-
næ partem ad quam adnixus fuerat Saluator,
& dixisset se nolle aliquo modo exire, coactus
causam dicere, manifestum fecit id propter hu
30 iusmodi vitium euenire; huiusque criminis
rei, filii diffidentiæ appellantur, quia scilicet
de salute eorum diffidendum est. cap. vt Cleri-
corum, de vit. & honest. cleric. & cap. clerici, de
excess. Prælat. Cirill. in loco cit. sub nume. 15.
Iodoc. d. c. 96. nu. 21. vers. sunt tamen, & addit.
ad Diaz. in d. verbo, detestanda, versic. ideoque
istius criminis rei, vbi etiam subdit totam cæ-
lestem curiam habere illos sceleratos in dete-
31 stationem & abominationem, & ab aliquib.
hoc peccatum vocari mutum, & in Hispania
nefandum eo quod de eo non liceat loqui vel
fari, refertque quod illa nocte qua Christus re
32 demptor noster natus fuit, omnes sodomitæ
mortui fuerũt, & quod etiam Virgilius, quem
fertur illo morbo laborasse, eadem nocte de-
cessit, vnde & tales concubitores non posses-
suros regnum Dei, scribit Paulus Apostolus vt
refert Iodoc. d. c. 96. sub nu. 9. post versic. de his
autem, Bonacoss. in dd. qq. crim. in verbo, sodo-
33 mia, carta, 2. vbi etiam quod in nocte natiuita
tis domini nostri sodomitæ omnes mortui sũt.
Hinc Beatus Loth, proprias filias stuprandas
offerrebat, vt tantum scelus in alijs impediret,
vt dicit Boss. in d. titu. de stupr. detestab. in ma-
scul. post princ. per tex. formalem in c. offerre-
bat. 32. q. 7. non mirum igitur si taliter peccans
34 iure diuino debeat mori, vt habetur Leuitic. c.
20. & Exod. c. 22. & Roman. c. 1. & iure Ciuili
pariter. l. cum vir. C. ad l. Iul. de adultet. §. præte
rea igitur, in auth. vt non luxurietur contr. na-
tur. & ita de vtroque iure tradunt addent. ad
Dec. consil. 90. in princ. & latius confirmando
insistit Apostil. ad Diaz. in loco sæpius citato,
vers. fuit semper, Iodoc. d. c. 96. n. 9. vers. ex his
autem. & nu. 25. vers. tertio notanda est, & re-
spectu iuris ciuilis tantum tradunt Angel. in
d. verbo, Che hai adulterato la mia donna nu.
53. Boss. in d. tit. de stupr. detestab. in mascul. in
princip. Cirill. in d. titu. de publ. iudic. sub nu.
15. post principium, & ad finem. Boer. decis.
319. ad finem, nu. 14. Addit. ad Butr. cons. 58. in
p. appostil. Nouel. in pract. crimin. in forma in-
quisitionis contra sodomitas sub nu. 6. Cott. in
d. memora. in verbo, Pedicones, in principio.
Plot. d. cons. 132. in fin. nu. 32. & communem di
cit Clar. in d. §. sodomia, num. 4. versic. sed quę-
ro quæ sit pæna. subdens, quod quamuis lex vi-

deatur

deatur ponere pœnam gladii, idest amputatio
nis capitis, tamen de consuetudine est quod so
domitæ igne comburantur, & quod ita in fa-
cto pluries vidit obseruari, & reperit etiã ser-
35 uatum fuisse per parlamentum Parisiense, cũ
qua opinione conuenit Bonacoss. in dd. qq. cri.
in verbo, sodomia, ante finem. Addit: allegata
ad Diaz. in verbo hæc equidẽ pęna, & ita alias
Mediolani semel & Nauarıæ bis seruatum fuis
se attestatur Plot. d. cons. 132. sub num. 28. post
vers. & quia, & sic fieri debere dicit Ludo. de Al
fer. inter cons. crim. diuer. cons. 143. nu. 4. eod.
li. 1. post Iacob. Nouel. sub cit. in for. inquis. cõ
tra sodom. nu. 8. concordat Iodoc. d. c. 96. sub
num. 25. vbi quod simplici & leui morte puniri
non debent, sed maximis suppliciis & execran
dis modis ad terrorem aliorum, puta incen-
dio ignis, alii viui, alii prius strãgulatione ene
cti pro qualitate personarum, factorum, & cir-
cunstantiarum Verum cum in Florentino do-
36 minio ab hac iuris com. pœna contra sodomi-
tas, pro vt & in pluribus aliis mundi partibus,
recessum sit per particularem legem super hoc
editam, & secũdum eam alias iam trigiota an-
nis elapsis reperiam fuisse condemnatum quẽ
dam Baricellii, qui cum vna meretrice hoc idẽ
genus libidinis exercuerat, censui iuxta d. le-
gis tenorem delinquentem hunc condemnan-
dum, quia sequenda est interpratatio hæc da-
37 ta statuto a consuetudine Dec. consi. 11. nu. 9.
consi. 48. nu. 2. Socin. cons. 84. ad fin. lib. 3. Curt.
sen. cons. 79. col. fin. post vers. accedat ad præ-
missa, & est tex. in l. minime, & in l. si de inter-
38 prætatione, ff de legi. & licet non inducatur cõ
suetudo per vnicum actum, inducitur tamen
exemplum suasiuum, & si nõ compulsiuum. Flo
rian. in l. item si obstetrix. nu. 4. ff. ad l. Aquil. &
propterea attenta qualitate facti, & personarũ
conditione fuit in voto quod condemnaretur
in pœnam scutorum quinquaginta auri, & ad
Triremes ad beneplacitum superiorum, licet
enim casus iste videatur compræhensus in ea
parte legis, in qua agentibus ętatis annorum
viginti vel plurium habilibus ad offitia eorum
patriæ imponitur pœna scutorum, 50. priuatio
nis in perpetuum omnium officiorum patriæ,
& carceris quadriennalis stincarum pro prima
vice, qua de tali crimine accusati vel delati fue
rint, tamen cum homo hic pluries diuersis tem
poribus cum dicto puero peccauerit, & puerũ
ipsum mali inscium seduxerit, & diuersis mo-
dis illicitis & pene inauditis cum eo vsus fue-
39 rit, longe maiori pęna erat dignus, iteratio n.
eiusdem delicti illud auget & delinquentẽ gra-
uius puniri facit. Castr. in l. 3. sub nu. 7. vers. not
etiam C. de Episcop. audient. per illum tex. Ne
uizz. in Sylu. nupt. lib. 1. nu. 150. & alii passim,
40 aggrauatur etiam delictum ex ætate pueri q
cum non habeat velle nec nolle. l. pupillus. ff. de
reg. iur. & quicquid videt, ignoret. l. 1. §. impube
res C. de fals. monet. non dicitur cõsensisse, sed
potius vim passus fecisse l. in eo. §. pupillus. n. de
reg. iur. cum ibi not. per gl. & DD. pro vt etiam
dormiens contra naturã cognitus, dicitur vim
passus & raptus secundum Cott. in d. memor.
in verbo, Pedicones. in finalibus verbis, post D.
Firmanum per eum relatum ita consuluisse di-
centem. Quod & ex dispositione eiusdem legis,
fieri potuit, cum ea circiter finẽ, vbi quis plus
quam semel in hoc crimine peccauerit, etiam
si nusquã alias fuerit de eo imputatus, amplum
tribuat Iudici arbitrium imponendi pœnas ma
iores expræssis, etiam vsque ad pœnam ignis in
clusiue, habita ratione qualitatis personarum,
reiterationis, & continuationis delicti, & con-
suetudinis in eo factæ; adeo quod latas habet
iudex manus in recedendo a pœna specialiter
imposita, & eo magis quia lex eadẽ circa prin-
cipium vltra pœnas expræssas vult delinquẽtes
incurrere principaliter indignationẽ superio-
41 rũ, quæ pena per se importat latissimũ ipsorũ
arbitriũ, vt satis copiose demonstrauit infra ca.
su trigesimo, Plura quidẽ potuissem in hac ma
teria dicere, sed his paucis contentus sui, cum
satis esse duxerim lectorem admoneri crimen
hoc pessimum esse, & indignum inter Christia-
nos nominari, ac mente etiam excogitari. Si
quis autem alia desideret, adeat DD. per me
citatos & omni eius curiositati satisfaciet.

E P I T O M E.

De responsione imputati de homicidio quod illud non commisit, & si illud cõmisisse apparuerit, ad sui necessariam defensionem fecerit, an sit admittenda, an vero respondens sit torquendus; vt explicite & simpliciter deponat sup imputatione, & quid de alia responsione a pręcedenti diuersa, quod homicidium commisit, sed ad sui necessariam defensionem, an & tunc reus torquendus veniat, vt simpliciter respondeat, vel vt qualitatem defensionis exprimat, an vero recipienda sit, & pro pura habenda ad reum ipsum condemnãdum, si allegatæ defensionis qualitatẽ non probet.

S V M M A R I A.

REVS negatiue respondens cum assertione quod si apparuerit quod occiderit, fecit ad sui defensionem, torquendus est vt explicite respondeat. numero. 1.

Cõtrarium quia d. responsio haberi debet pro simplici negatiua secundum aliquos nu. 2.

Prior tamen opinio recipitur concurrentibus aliqui-

aliquibus adminiculis nu. 12. cum seq.
Bald. & alij male per Gram. allegati. nu. 3.
Respondens affirmatiuè adiecta qualitate defensionis torquendus est, vt simpliciter respondeat. eo. num. 3. & 5. & 11.
Cautelam tamen euitandi torturam vid. nu. 4.
Contrarium tamen in casu prædictæ responsionis affirmatiuæ tenent plures nu. 9.
Respõsio affirmatiua & qualificata vt supra potest pro parte scindi & pro parte acceptari. nu. 6.
Responsio prædicta recipienda est etiam stante statuto quod simpliciter respondeatur. 7.
Protestatio de non præiudicando acquisitis solita adhiberi in tortura, vt operetur quid agendum. 8.
Clar. non bene aduertit verba Grammat. nu. 10.
Iudex debet cogere reum ad specificandum defensionem allegatam. nu. 13.
Et ad declarandam confessionem ambiguam nu. 14.
Et modum defensionis. nu. 15.

CASVS DECIMVS SEPTIMVS



MPVTATVS de homicidio dicit se illud non commisisse, & si apparebit ab eo cõmissum fuisse, ad sui necessariam defensionem fecisse. Contingit dubitari, an iste sic respodens possit torqueri, vt explicite & simpliciter respon-
1 deat super imputatione; in qua quæstione adducitur pro parte affirmatiua Gram. in vot. crim. 24. in causa Nicolai Lacobi de Mõtella. n. 2. vbi in istis proprijs terminis ita cõcludit, inquiens quod ita in specie dixit Bald. in l. vnic. C. de confes. col. x. vers. si tamẽ Iudex. vbi voluit quod si Iudex vult cautius procedere ne incidat in opiniones Doctorum, mediantibus tormentis cogat reum simpliciter confiteri, quia potest, ex quo habet plusquam inditia. & subdit Gram. quod istam decisionem refert & sequitur D. Anton. de Alexãdr. in addit. ad Bart. in l. 1. §. si quis vltro ff. de quæst. in addit. quæ incipit pone reus. vbi etiam dicit esse notandum, & quod aliàs de hoc dubitauit & subiungit Gramm. quod idem pro cautela, quod in huiusmodi casu iudex ponat reum ad tormenta, tenet Lanfranc. de Orian. in repet. cap. quoniam contra falsam, in verbo, cõfessiones, in prima carta, vers. quarto iuxta præmissa, nu. mihi 22. extra de probat. per quæ ait Grammatic. fuisse ductum illum respondentem ad locum torturæ, & confessum fuisse vulnerasse illum, de cuius morte imputabatur, quia eum insequebatur & prius etiam eundem offenderat: vt ibi, eandem opinionem tenet idem Gramm. in consil. regu. lib. 1. Rubr. de homicid. punien. sub num. 9 ver. si. & adde in materia. vbi simpliciter dicit (nihil ad hoc allegans) quod talis respondens præmissa negatiua cum assertione quod si apparuerit,
2 quod occiderit, fecit ad sui defensionem, debet torqueri per Iudicem. Sed certe & si magna est autoritas Iudicum magnæ Vicariæ Neapolis, a quibus opinio hæc approbata & executa fuit, eam tamen dubitabilem esse putaui, nam responsio prædicta rei a principio negatiua & postea quando contrarium constaret, qualificata, debet recipi per iudicem, & habetur pro mera & simplici negatiua. Bald. in l. siquidem n. 4. C. de excep. dicens esse tutum modum respondendi. Angel. in tract. de malef. in verbo, comparent inquisiti & partim negant sub n. 1. vers. vnde ad euitandum. Ias. in l. vt vim sub n. 13. ff. de iust. & iur. & in §. item si quis postulante n. 27. vers. 2. not. aliam singularem & optimam cautelam, inst. de actio. Boss. in pract. crim. tit. de respons. a reo faciend. sub num. 2. & tit. de conf. n. 25. vers. quartã declarationẽ. & n. 36. vers. tertia est conclusio, vbi dicit esse cõmunem opinionem. Clar. in pract. crimi. quæst. 55. n. 17. vers. cautius igitur. Iacob. Nouel. in tract. ad defens. in verbo responsiones reorum in constitutis n. 26. & 27. Carer. in pract. crim. §. 6. circa quartum sub nu. 163. post vers. sed quid si confitetur. & Flamin. Cartar. in tract. de interrog. re. lib. 3. c. 2. nu. 52. vers. solet quandoq; reus & n. 64. vers. sed hoc interest, & sub nu. 66. in fine & alii per eos allegati, cum quibus conuenit ipse Grammatic. in d. rub. de homicid. puniend. sub d. nume. 9. Nec Bald. allegatus per
3 Gramma. in d. vol. 24. loquitur in his terminis, sed in longe diuersis, nempe in reo confitente se commisisse homicidium, sed ad sui defensionem necessariam, inquit enim eo casu Bald. in d. l. vnica sub num. 21. vers. in præmisso tamen articulo, quod Iudex non debet admittere talem responsionem, quia si interrogatio est simplex, non debet admitti responsio duplex, & implicita, & subdit in vers. si tamen Iudex, quod si cautius vult procedere, mediantibus tormentis cogat imputatum simpliciter respondere, quia potest id facere, ex quo habet plusquam inditia, & ita etiam loquuntur D. Anton. de Alexand. & Lanfr. de Orian. licet nõ viderim additiones d. D. Antonij, quæ non reperiuntur impressæ, & dicit appostil. ad Lanfr. de Orian. in d. loco quod illa responsio seruiret reo tantum coram Iudicibus imperitis, quia periti illam non admitterent, & ita etiam videtur sentire Angel. in d. verbo, comparent inquisiti & partim negant sub nu. 1. post vers. & aduertas quod prædicta, dum allegando Bald. in d. l. vnica, ait Iudicem posse cogere sic dicentem, vt simpliciter respondeat, & dictum hoc Bald. sequitur Claud. de Seysil. in repet. d. l. vt vim ff. de inst. & iur. nu. 92. vers. 6. & vlt. limita, dicens expresse, quod Iudex potest per torturam cogere reum, vt declaret suam confessionem, quia habet plusquam inditium contra eum, & ita etiam clare & aperte Bald. Anton. de Alex. & Lanfr. de Orian. refert & sequitur idem Gramm. in cons. crim. 5. nu. 7. vers. item præfati inquisiti. & in consil. regn. lib. 1. in rubr. de pæn. percutient. & occid. num. 30. vers. sed redeundo nunc. fol. 15. 16. vbi subdit quod ad hoc vt talis,

4 lis confessus se occidisse hominem ad sui defen
sionem non torqueatur non datis sibi prius de-
fensionibus, cautela est quod petat se audiri in
iuribus suis, offerendo demonstrare se occidis-
se ad eius necessariam defensionem, quia tunc
admittitur d. responsio & est audiendus & tor-
queri non debet per dictum Bald. ad litteram
in capit. dudum. il 2. num. 61. vers. item scias de
electio. cum quo dicto etiam transit idem Grā-
mat. in voto 2. sub num. 12. & 13. vers. sed quia
ad tollendum, licet parum sibi constans antea
in d. Rubr. de homicid. puniend. sub nu. 9. nihil
allegans teneat per hanc affirmatiuam respon-
sionem euitari torturam, licet secus per nega-
5 tiuam & cum hac opinione residet Carer. in d.
§. 6. sub num. 165. ad fin. cum duobus sequent.
post versic. sed quid si a principio, concludens
quod sic qualificate confitens potest torqueri
vt simpliciter confiteatur per illud dictum. Bal.
in d. l. 1. C. de confes. & sequacium, dato tamen
prius termino confitenti, si petat, ad defensio-
nem allegatam probandam, & ea non probata,
& non antea, per aliud dictum eiusdem Bal. in
d. capit. dudum de elect. vt ibi per ipsum Carer.
ita esse tenendum asserentem, & quod talis con
fitens possit torqueri vt simpliciter confiteatur
homicidium commisisse, tenet etiam Bertaz.
consil. crimin. 27. num. 7. lib. 1. adducens simpli
citer Lanfr. & Gram. in dictis votis & Alciat. in
l. 1. §. si quis simpliciter num. 77. ff. de verb. obl.
6 Quæ responsio longe differt ab altera, de qua
dictum est, incipit enim a confessione homici-
dij, & licet habeat qualitatem defensionis ne-
cessariæ annexam, tamen potest scindi & acce-
ptari pro parte, quatenus continet confessio-
nem homicidij. & pro alia sperni, quatenus cō-
tinet allegationē defensionis propter præsum-
ptionem iuris existentem contra confitentem,
quod homicidium commiserit dolo, non ad de-
fensionem, adeo quod talis confessio habetur
pro pura & simplici, & ad condemnandum con
fitentem sufficienti, nisi qualitas illi adiecta de-
fensionis probetur per ipsum cōfitentem se-
cundum opinionem Bart. in l. Aurelius. §. idem
quæsijt. num. 2. ff. de libr. legat. quæ communi-
ter approbatur vt dicit Ias. in l. vt vim. num. 13.
ff. de iust. & iur. & post eum Claud. de Seysel. nu
me. 76. versic. 2. contra Bart. & eam approbant
Lanfranc. de Orian. in d. versic. quæro iuxta prę
missa sub numer. 22. & Angel. in d. verbo com-
parent inquisiti & partim negant sub numer. 1.
& ibi etiam August. in addit. nume. 2. latissimè
Socin. in l. non vtique num. 7. versi. vnum tamen
notabis ff. de exceptio. Menchiach. controuers.
& Illustr. qq. lib. 1. cap. 2. num. 8. versic. denique
si dixi. Corn. in l. eum qui num. 6. & rursus in fi-
ne sub numer. 9. versic. sexto quòd negatio ff. de
iureiur. & ibidem ante eum Bar. sub nu. 9. Bald.
sub num. 2. Addit. ad Angel. in §. si enim in auth.
de trient. & semis. in verbo inquisitus sub litte-
ra A. Bart. in sua disputatione 8. incip. per Italiā
communiter sunt statuta colum. 3. versi. 7. sic &
colum. 5. versi. quandoq; ille qui confitetur fa-
ctum. Ias. in §. item si quis postulante. num. 21.
& 25. inst. de act. dicens ita magis communiter
teneri Cagnol. in l. nemo ex his num. 6. versic. &
est notandum ff. de reg. iur. Marsil. in sing. 185.
confessio inquisiti in princ. Boss. in d. tit. de re-
spons. a reo faciend. num. 2. & melius in d. titu.
de confes. sub num. 19. vers. 2. intellige, copiose
Carer. d. §. 6. circa quartum nume. 163. vers. sed
quid si confitetur, late Clar. in d. q. 55. num. 15.
versic. posset quoque reus vbi alios refert. & at-
testatur esse opinionem communi DD. cōsen-
su & consuetudine etiam magis approbatam,
& eam tanquam talem sequitur Cartar. in d. c.
2. num. 65. vers. si vero a confessione incepit, &
cum hac opinione transit etiam Bald. in d. l. v-
nica C. de confes. num. 20. & 21. vers. denuo quę
ro. & in l. 2. sub num. 4. versic. ex prædictis C. de
donat. ant. nupt. & eam etiam sequitur Gram.
in Const. Regni in d. rub. de homicid. puniend.
num. 7. & 9. vbi etiam ait esse tutiorem respon-
sionem pro euitanda tortura, quam alteram re
sponsionem præmissa negatiua, factam, & cum
eadem postea transit eod. lib. 1. in rubr. de pœn.
percutio. & occident. num. 27. & 28. Et hæc re-
7 sponsio nedum de iure communi recipienda est
sed etiam stante statuto quod accusationi vel
inquisitioni sit simpliciter respondendum, nam
& tunc recipitur tanquam pura & simplex ac
sufficiens ad condemnandum, nisi qualitas a-
diecta defensionis probetur vt punctualiter vo
lunt Bald. in l. 1. num. 2. C. de Aedilit. edict. Ro-
man. in l. 1. §. si quis simpliciter num. 7. versic. di-
cit autem ff. de verb. oblig. dicens hanc esse ve-
ritatem pro vt etiam ibidem affirmat Alex. nu-
me. pariter 7. Ias. in d. l. vt vim sub numer. 13.
ff. de iust. & iur. Boss. in dicto tit. de responsio. a
reo faciend. sub nu. 2. & clarius in d. tit de con-
fess. num. 30. versic. & ex prædictis. Cartar. in d.
capit. 2. num. 62. & 63. versic. solet quandoque
Reus. Quo stante, dictum Bald. & sequacium de
tortura huic respondenti danda vt simpliciter
& explicite respondeat, dubium redditur, quia
si responsio de iure recipienda est, non debet re
spondens ex hoc cruciari, ne ex facto legitime
pœnam reportet contra l. Graccus. C. ad l. Julia.
de adulter. vltra quod esset remedium potius
damnosum, quam proficuum reipublicę, cuius
interest ne delicta remaneant impunita lege
ita vulneratus ff. ad l. Aquil. quia cum Iudex ex
dicta confessione possit reum condemnare, nō
probata per ipsum defensione, non debet aliud
per torturam quærere, quia si tortus perseue-
raret in responsione, purgaret probationem
delicti ex sua confessione resultantem, & om-
nem præsumptionem contra se militantem de
malefitio dolose commisso, & pœnam euita-
ret, quia non solum inditia sed veras probatio-
nes purgare eo modo diceretur, nec reuelaret
si tortura daretur cum protestatione quod
8 per eam non intēderetur fieri præiudicium ijs,
quæ contra eum resultant ex dicta confessio-
ne,

he, quia nihil operatur si postea interrogetur super eadem re veluti contraria facto, licet vtilis esset & valida; quando interrogaretur de alijs, quam de his de quibus confessus esset, ita in indiuiduo dicit Boss. in d. tit. de confess. n. 27. 28. 29. vers. sexto & vltimo, vbi propterea
9 dicit quod non credit d. practicam Bal. & sequacium seruari, & idem per omnia tenet Bertaz. cons. crim. 27. n. 8. vers. verum si torquetur & n. 9 vers. nec vllum lib. 1. & latius Cartar. in d. c. 2. n. 69. & plur. sequent. vers. neq; consulendus est Index. & dicit Clar. in d. q. 55. sub n. 16. post vers. forte posset, quod non laudat dictam practicam nec illam vnquam apud Mediolanenses vidit obseruari, & vltra eos, quod confitens modo prædicto non possit torqueri etiam ad hoc vt dicat veritatem, an interfecerit aduersarium causa principaliter offendendi, an vero se defendendi, cum delictum ex confessione illa qualificata dicatur probatum, & tortura non inferatur nisi in defectum probationis, tenuit in specie Thom. Ferrat. in tract. cautel. Cautela quinta & seq. vers. non obst. si dicatur, vbi etiam alias rationes adducit, cuius opinionem & verba fere ad litteram refert & sequitur Gram. in vot. crim. 2. in causa Cosmi Naucleri. n. 6. & plur. seq. vers. vlterius tamen, qui propterea recedit a d. opinione Bald. in d. l. vnic. C. de confess. D. Anton. de Alex. & Lanfra. de Orian. quam antea retulit in eod. voto n. 4. vers. & prima facie, & dubium erat proprie an ille reus confessus occidisse aduersarium ad sui defensionem, esset subijciendus torturæ vt veritatem explicite deponeret reiecta qualitate defensionis, & an accessisset deliberato animo, vt occideret, an verò ad eius defensionem necessariam occiderit, vt patet ex dictis ibi ante n. 4. versic. verum in præsentiarum, de qua causa etiam mentionem facit idem Gram. in d. Rubr. de pæn. percut. & occident. sub n. 30. vbi tamen videtur aliter sentire, quam faciat in d. voto, quia approbat sententiam Bald. quam in voto non sequitur, & licet ille inquisitus de quo in d. voto 2. fuerit postea tortus, id non factum fuit propter dictum Bald. sed quia admissus ad defensiones probauerat suam defensionem per testes suspectos, qui inter se erant diuersi & contrarij vt ideò merito fuerit torquendus vt veritatem explicite diceret super dicto homi-
10 cidio, & adhoc non bene aduertit Clar. in d. q. 55. sub n. 17. post vers. cautius igitur, dum dicit quod licet Grammat. in const. regn. fol. 13. n. 9. videlicet lib. 1. in d. rubr. de homicid. puniend. velit tutius esse quod reus confiteatur homicidium cum qualitate defensionis, quam quod illud neget, adijciendo postea allegationem defensionis, si de contrario constaret, quia sic confitendo euitabit torturam, quam incurreret si præmissa negatiua responderet, tamen credit ipse quod decipiatur Gram. in hoc, & quod ipsemet in d. voto 2. narrat quod ille Cosmus ita confessus, fuit grauiter tortus, quia vt dictum est, non ex eo fuit tortus quod sic confessus fuisset, sed quia testes, super defensione recepti erant ad inuicem diuersi & contrarij: bene verum est quod in d. rubr. de pæn. percut. & occid. sub d. n. 30. dicit quod etiam tortus fuit leuiter ante factas defensiones, & quod perseuerans in responsione & instans ad mitti ad docendum de necessaria defensione fuit supersessum in tortura & factis defensionibus fuit liberatus, cum tamen in voto illo 2. dicatur de tortura post factas defensiones tantum, & de condemnatione ad triremes; & profecto cum sit in facultate iudicis vel torquere vel condemnare sic confitentem vt dicit Carer. in d. §. 6. circa quartum n. 175. vers. vel ad secundum, tutior est uia deuenire ad condemnationem, ne si ad torturam deueniatur, reo in eius dicto perseuerante locus sit absolutioni, licet delictum aliter commissum fuerit,
11 quam is dixerit. Verum cum opinio Bald. in d. l. vnic. in responsione continente confessionem homicidij annexa qualitate defensionis a multis approbetur in terminis suis & secuta fuerit per magnam Curiam Vicariæ Neapolis in terminis responsionis negatiuæ addita defensionis qualitate si de homicidio reus conuincetetur, pro vt præcise euenit in casu occurrenti, vt per Gram. in d. vot. 24. n. 2. licet non desint eandem decisionem impugnantes, & ipsemet Gram. in ea varius sit, vt ex dictis supe-
12 rius & inferius patet, ego non ausus sum ab opinione tantorum patrum recedere: & propterea concurrentibus coniecturis quibusdam ad torturam tamen per se ipsas non sufficientibus, secundum eam votaui, quod scilicet iste respondens, si sponte nolit explicite respondere, an interfecerit illum, de cuius morte imputatur, & si occidit, an animo deliberato, an verò ad eius defensionem, & quomodo totum factum successerit, debeat subijci tormentis, vt id dicat & maxime cum idem Gram. hoc ipsum velit in const. regn. allegat. lib. 1. in rubr. de homicid. punien. sub nu. 9. constituens differentiam inter responsionem ab initio affirmatiuam delicti, in qua tortura euitatur, & negatiuam, in qua non euitatur, vt etiam illum refert Clar. sub d. nu. 17. post d. vers. cautius igitur. & certe negari non potest quin responsio hæc suspecta sit, & indici det materiam inquirendi veritatem, & maxime circa defensionem allegatam, quæ cum pluribus modis con-
13 tingere possit, Iudex debet cogere reum ad eam specificandam, vt not. Bald. in d. l. 1. sub n. 2. C. de ędilit. edict. quem sequitur Angel. in d. verbo comparent inquisiti & partim negant sub n. 1. post vers. & aduertas, & tradic etiam Carer. d. §. 6. circa quartū, n. 164. vers. limita in fine, & optime seruit Claud. de
14 Seysel. in d. l. vt vim, n. 92. volens posse iudicem cogere per tormenta reum ad declarandum suam confessionem ambiguam, & idem tenet Roman-

Roman.in l.1.§.si quis simpliciter sub n.7. vers.
poterit tamen. ff. de verb. obligat.aiens quod
15 iudex potest cogere respondentem, vt modum
defensionis significet, cum ea varie continge-
re possit, idem sequendo Bald.voluit Nouel.in
tract.ad defens. in Rubr. responsiones reorum
in constitutis, nu.29.vbi alios allegat, Cartar,
d.c.2,nu.62.post d.vers.solet quandoque,& nõ
est sine ratione ad euitandas falsitates, quæ
possent pro rei defensione excogitari. Nec
huic conclusioni obstant quæ dicta sunt con-
tra illud dictum Bal.quia procedunt in respon
sione habente confessionem delicti qualifica-
tam, quæ sufficit fisco ad condemnandum reū
sic confitentem, & propterea non est mirum
quod ad torturam non deueniatur, secus autē
videtur in responsione habente principium ne
gationis delicti, quia ea nihil prodest fisco. &
habetur pro mera negatiua, ita vt pro eruen-
da veritate opus sit deuenire ad torturam vt
reus explicite respondeat, & totius facti seriē
narret, vt patet ex supradictis.

EPITOME,

An pro vno tātum furto magno & enormi quis possit ad mortem condemnari, & laqueo suspendi, & quando hoc possit fieri, & quodnam dicatur furtum magnum & enorme,

SVMMARIA.

PRO VNO furto magno quis potest ad mortem damnari. nu. 1.
Contrarium tenent multi nu. 2. *cum sequen.*
Prior tamen opinio comprobatur. 4.
Concurrente tamen aliqua circunstantia aggrauante, 3.7. *vel coram Iudice magnæ autoritatis.* 10.
Pro furto nemo debet de iure mori. 5.
Iudici licet ex causa pœnas augere. 6.8.
Ac etiam minuere. 13.
Lege certum quid statui non potest, quin Iudicis vesti arbitrio multa relinquantur. 9.
Furtum an sit magnū vel enorme iudex arbitratur. 11.
Exempla casus propositi plura referuntur. 12.

CASVS DECIMVS OCTAVVS.

ARDVA est quæstio & Cæsa-
1 ris determinatione digna, an
pro vno furto magno quis
possit ad mortem condemna
ri, aliqui enim credunt quod
sic. Bald.in auth. sed nouo iu-
re, nu.5.C.de seru.fugit.& in c.1.§.iniuria, nu.8,
de pac.iuram.firman.in vsibus feudor. Io. de
Anan. in c.vlti. num.8.de furt. Abb. in c. inter
alia nu.31.de immunit. eccles. Io.igne.in l.1.§.
si sibi manus, nume.12. ff. ad S. C. Sylla.Angel,
Aret.in tract.de malefi.in verbo & vestem cœ-
lestem sub nu. 13. dicens quod ita practicauit
Perusij, dum ibi assideret, & in §.ex maleficijs,
num.5.versic.& quod dixi, inst.de act.& in §.1.
num.4.vers.ex quo aliud, Inst.vi bon.rapt. An-
gel.de Perus. in l. quod si nolit.§.quia assidua,
ff.de ædilit.edict.Mars.in l.vnius.§.cognitum,
nume.79.ff.de quæstio. Alciat. in cap.cum non
ab homine in vltimo notab.de iudic.Couar.li.
2.var.resol.cap.9.sub nu.7.versi.sic sane. Meno
ch. de arbitr.iud.lib.2.cas.295.num.9. versicu.
declaratur primo, dicens esse magis com. opi.
a qua non sit recedendum, Diaz.in pract.crim.
canon.cap.90.in verbo fures col.3.versic. quis
enim dubitat, aiens quod in hyspania consue-
tudo inualuit, quod pro vno magno furto.quis
pœna furcæ, plectatur & ibi latius Addit.in ver
bo, plectatur, sub littera B, inquiens quod d. cō
suetudo iure fulcitur, pro qua allegat multos
ex sup.citatis autoribus, & præterea Anton.de
Padill.in l.transigere, nu.12 C. de transact. at-
testantem vsu receptam esse, Ludouic. de Pe-
guer. in suis qq.seu decision.crimin.cap.27.nu
me.6. versic. 4. denique casus, vbi ex professo
hanc quæstionem disputat, & pro hac affirma-
tiua opinione concludit, secundum quam re-
fert ad finem fuisse conclusum pluries in Re-
gio crim.cons.Cataloniæ, & in illo Principatu
de consuetudine seruari & executam fuisse in
personis de quibus meminit, nume.8. eandem
sententiam in praxi obseruari testatur Didac.
Canter.in tract.qq.crim.ti.de furt.& aliis viol.
& male ablatis c.8.sub nu.10.vers.vnum tamen
est videndum fol. 619. idem tenere videtur
Alex.de Neu.cons.59.nu.21.post vers. quando
autem clericus dicatur.
2 Contrarium autem quod pro vno furto quā-
tumcunque magno quis non possit ad mortem
condemnari, tenuerunt Salyc.Fulgos.Castr.Ce
pol.& Guid.pa.in d.auth.sed nouo iure. Clar.
in §.furtum, nume.9.vers.sed an pro vno furto,
vbi dicit esse communem opinionem. Ias. in l.
1.nume. 7. C. de precib. Imper. offer. dicens
quod ita in consulendo & iudicando est te-
nendum.& idem Ias.in d.§.ex maleficiis, num.
12.inst. de action. & plures alii relati per Co-
uar.Ludou.Peguer.Didac.Canter.& Clar.in lo
cis sup.cit.& est opinio magis com. & verior,
vt dicit addit. ad Diaz. in loco cit. vbi etiam
plures alios idem tenentes refert, & subdit
3 quod ab ea non auderet recedere, nisi vltra
magnitudinem rei furatæ, interuenissent aliæ
qualitates aggrauantes, similiter Didac. Can-
ter.in loco cit.credit hanc opinionem esse ve-
riorem de iure, & affirmat quod non auderet
practicare contrariam opinionem Bald.quan-
tumcunque sit obseruata, hanc eandem sen-
tentiam sequitur Gomez.tom.3.var.resol.cap.
3.de furto, num.7. versi. vnum tamen est,& ibi
etiam Soarez. in addit. in verbo, contrarium
est tenendum, sub littera D., inquiens quod
est non solum æquior, sed & verior & frequen-

tius placita est,& late insistit Cepol.in d.auth.
sed nouo iure,respondens fundamentis Baldi
& sequacium,nu.75.& plur.seq.versicu. si vero
furtum quod quis commisit est magnum.Mihi
4 visum est semper quod prima opinio affirma-
tiua vera sit,quod pro vno tantum furto qs ad
mortem possit condemnari, & laqueo suspen-
di,dummodo illud sit graue & enorme ratio-
ne loci temporis quantitatis vel alterius qua-
5 litatis,aut circunstantiæ,quæ sententia habet
pro se autoritates supra citatas, & ratione
etiam probatur,licet enim iure cautum sit ne-
minem pro furto debere mori,sed alia mitio-
ri pæna condemnari vt in authen.sed nouo iu-
re C.d.seru.fugit.& in §.pro furto autem,in au
then.vt nulli iudicum,Vincent. de Franch. de-
cis.Neapol.315.in princip.nume.1.in 2. p.& de
6 cis.521.etiam in principio,nu.1.in 3.parte;non
tamen per hoc prohibitum est iudici ob crimi
nis qualitatem pænam legis augere & ob exē-
plum,furem istum vltimo supplicio afficere, §.
item lex Iulia peculatus,inst.de public.iudic.l.
pen.ff.de condic.cau.dat.& l.aut facta per to-
tam,ff. de pæn. vt declarat Couar. loco cit. vbi
etiam subdit quod in tanta hominum audacia
omnes aliæ pænæ præter capitales irridentur,
& quod istis temporibus opus est aduersus
7 fures durioribus pœnis, potissimum vbi fur-
tum non est simplex, sed vel quantitate, vel
qualitate graue, & fortius frequenti huius
criminis vsu confiderato, & læsione maxima,
quæ ex eo reipubl.infertur, cui propterea ex-
pedit pænas exquirere, quibus hominum re-
primatur audacia, quæ rationes adeo palpa-
biles mihi videntur, vt illis Iudices omnes as-
8 sentire debeant, quibus additur quod pro-
pter immanitatem criminis licet iudici iura
transgredi.Bald.in l. 1.nu.2.C.de precib.impe-
rat.offer. & ibi Ias. in p. not. nume. 3. & quod
vnum magnum furtum & enorme æquipollet
tribus paruis,pro quibus receptissimum est pæ
nam mortis inferri vt Bald. arguit huius opi-
nionis autor in d.auth.sed nouo iu re, nu. 5. &
post eum fere omnes de eius dicto mentionem
facientes,nedum illud approbantes. Quæ opi
nio magis de plano procederet quando vltra
magnitudinem furti concurreret alia qualitas
vel circunstantia aggrauās delictum , ita vt nō
posset dici simplex furtum,sed qualificatum,
pro vt tenent addit.ad Diaz.& Didac. Canter.
sup.citati,& confirmatur ex traditis per Clar.
in d.§.furtum sup.nu. 8. ad finem versic. posset
etiam esse locus,vbi tradit quod etiam pro pri
mo furto exiguo quis suspenditur ratione lo-
ci, in quo fuit factum exemplificando in eo,
qui per parlamentum Parisiense fuit condem-
natus ad pænam furcarum,,ex quo crumenam
cum sexaginta solidis tantum inciderat in ca-
mera ipsiusmet Parlamenti, nec mirum quia vt
in hoc proposito considerat Menoc. d.cas.291.
sub nume. 9. Iudex hoc casu suum arbitrium
extendere poterit vsque ad mortem, & rece-
ptissima est omnium conclusio, quod ex cau-
sa Iudici licet certam legis pœnam augere, si-
cut & minuere cum crimina sint secundū pro-
portionis mensuram punienda, in qua reha-
benda est ratio loci, temporis,personę,quan-
titatis,& aliarum circunstantiarum occurren-
9 tium factorum, nec a lege certum quid statui
potest, quin Iudicis recti & prudētis arbitrio
multa relinquantur, vt optimè ostendit Coua-
ru.d.c.9.num.8.vers 12.cum crimina. per text.
in l.quid ergo §.pęna grauior ff. de his qui no.
infam. & alia iura & infinitas ferè DD. aucto-
ritates,quibus additur tex. in l. respiciendum
in principio & in l.hodie ff.de poen. & eum se-
quitur Didac.Canter. de quæst.tangētibus pu
nit.delict.qō. 1. nume.8.vers. vlterius suppone
fol.362.& late etiam & eleganter explicat Lu-
do.Peguer.in dd.qq.crimi.cap.24.nume. 20.&
sequen. vers. scias tamen,ad quæ se remittit in
terminis quæstionis nostræ d.ca.27. in fine sub
nu.8.& late etiam in istis terminis nostris tra-
dit Roman. cons. 429. quem etiam infra ad fi-
10 nem cito.Procederet etiam absque scrupulo
d.affirmatiua opinio,quando essemus in Iudi-
ce qui magna fungeretur potestate, nam vtiq;
is posset talem furem ad mortem condemna-
re, quicquid sit in Iudice inferiore, vt post
Franc.de Marc.ita recitatas opiniones contra
rias conciliantem dicit Menoch.d.cas.295.sub
nu. 9. ad finem, & ita etiam colligit ex dictis
per Ias. ab eo non citatum in §. ex maleficiis,
num.14.& 15.vers.quicquid sit, inst.de action.
11 Et hac opinione attenta,quando furtum dica
tur esse magnum vel enorme iudicis arbitrio
committitur Marsil.in l.quæstionis modum,nu
me.48.ff.de quæstio.Menoch.d.cas.295.nu. 10.
versi.quando autem.Ludouic.Peguer.d.ca.27.
nu.7.vers.quando autem dicatur,Gomez.d. c.
3.de furto sub nu.7.ad finem vers.3. quia nun-
quā,& recte,nā & furti quantitatis,& persona
rū qualitatis,loci,& tēporis,cōsuetudinis, re-
gionis,ac aliarū circūstantiarū ratio habenda
erit,& frequētationis itē similiū criminū,vt ex
iā dictis apparet, vt his bene īspectis Iudex iux
ta delicti proportionē, furē vel vltimo suplicio
12 vel mitiori pęna puniat , vnde vidi ego furca
suspendi quēdā,qui noctis tēpore ex apoteca,
quam adulterinis clauibus aperuerat, multas
merces abstulerat valoris vltra sexcentos au-
reos,licet aliud furtū confessus nō fuerit , & si
me nō fallit memoria,alias etiā pro vnico tan
tū furto cōmisso tēpore nocturno in apoteca
cū ostij fractura, laqueo fuit suspensus alius, li
cet furtū,si bene recordor , non ascenderet ad
tantā summā, pro vt præcedens, Memores ta-
13 men iudices esse vellē dicti præfati Lodon. Pe
guer.d.c.27.sub nu.8.ad finē,vbi vult quod li-
cet verū sit & de consuetudine seruarū, quod
pro vnico tātū furto magno quis laqueo suspē
datur,tamē possunt Iudices arbitrari minorē
pænam iuxta qualitatem facti.rationem lo ci,
temporis, & ætatis , ac conditionem perso næ
vel

vel aliis caussis, quæ solent perducere Iudicem ad mediocrem pænam, vt dicit se latius explicasse in alio loco, de quo supra feci mentioné, & ita ante eum in hoc proposito dixit August. de Arimin. in addit. ad Angel. de malef. in verbo & vestem cælestem sub num. 13. ad finem & in verbo quas si nó soluerit sub. n. 15. vers. ad de mirabile consilium, & allegat ea, quæ consuluit Roma. consi. 469. quem voluit allegare in consi. 429. incip considero in proposita consultatione, vbi latissime consuluit posse Iudicem pro paruo furto minorare pænam mortis indictam a statutis, etiam quod ea seruare iurauerit, quia ex causa potest leges transgredi augendo, & minuendo pænas ab eis impositas ex facultate sibi ab ipsis legibus concessa, vt ibi per ipsum, & supra etiam ad aliud propositum diximus.

EPITOME.

An pro tribus furtis paruis quis possit ad mortem condemnari & laqueo suspendi, & quid quando sunt valde leuia, & non habent aliquas qualitates aggrauantes, vel sunt de rebus vt aiunt mangiatiuis.

SVMMARIA.

FVR simplex de iure pænam mortis non meretur. num. 1.

Pro tribus furtis etiam leuibus quis ad mortem condemnatur tanquam fur assuetus & famosus. 2.

Pæna tamen minor in Tuscia plerunque imponitur. 3. Vt etiam Veronę. 7.

Iudex potest ex causa pænas augere & minuere. 4.

Iudicis iusti est iuxta legum tramites iudicare, clementis vero Principis legum rigorem temperare. 5.

Pęna mortis non debetur propter delicta minima. 6.

Pro furto gallinarum vel similium quæ pęna possit imponi. 8.

Fures prædicti cum gallinis ad pedes vel similibus rebus furatis possunt in pænam torqueri. 9.

Furta domestica an punienda. 10.

Fures in regno Neapolis pro duobus furtis minimis vt duabus gallinis de nocte furatis damnantur ad mortem. 11.

CASVS DECIMVSNONVS.

1 ET si iure cauetur quod pro furto nemo mori debeat sed aliter castigari, vt in authen. sed nouo iure C. de seru. fugir. & in §. pro furto autem in auth. vt nulli Iudicú & vbique nor. glo. & DD. communiter, & alibi in locis vulgaribus, & dictum est supra in casu præceden-
2 ti, tamen qui tria furta commisit etiam leuia ad mortem condemnari debet & laqueo suspendi de iure, & ex generali consuetudine, tanquam assuetus furari & publicus & famosus fur effectus, qui furca suspenditur, vt in l. capitalium. §. famosos. ff. de pen. & ita in indiuiduo tenuit Bal. in d. authé. sed nouo iure nu. 5. quem ibi sequuntur Castren. n. 6. Cepol. nu. 91. & seq. dicens esse communem, idem Bald. in l. 3. num. 5. in fin. C. de Episc. audient. Angel. Aret. in §. ex maleficiis inst. de act. nu. 4. & ibidem Ias. nu. 12. idem Angel. Aret. de malefic. in verbo & vestem cælestem sub nume. 12. & ibi etiam August. de Arimin. in addit. Gram. vot. 9. nu. 25. vers. hinc dixit, Alex. de Neuo. consil. 59. num. 21. post versi. quando autem Clericus dicatur Couar. lib. 2. var. resol. cap. 9. sub nu. 7. post vers. 11 ab eadem radice, Clar. in §. furtú nume. 8. vers. scias tamen Lancellot. Corrad. in pract. crim. Rubr. de furibus, num. 24. versi. fur quoque famosus. fol. 369. Menoch. de arbitr. iudic. cas. 295. nume. 17. & seq. versic. declaratur quarto, Gomez. tom. 3. var. resol. cap. 3. de furto. nu. 6. vers. pro tertio vero furto, vbi attestatur de com. Vulpel. resp. crim. 16. nu. 3. Ludou. de Peguer. in suis qq. seu decis. crimin. cap. 26. sub num. 3. post vers. hoc igitur, & latius capite 27. nu. 3. vers. & dicitur fur famosus, Farinac. li. 1. var. qq crim. titu. de delict. & pæn. q. 23. nu. 4. versic. si tamen reiteratur, Didac. Canter. in tracta. qq. crim. cap 8. Rubric. de furto & aliis violent. & de male. ablat. sub num. 10. versic. nunc est videndum, fol. 618. vbi defendit hanc partem & secúdum eam practicari attestatur. Sed licet conclusio illa vera sit. & in facti contingétia obseruetur vt ex prædictis apparet, tamen
3 vidi ego in Tuscia plerumque d. pænam mitigari, vbi furta sunt leuia, & non habent qualitates aut circumstantias aggrauantes, & fures istos vt plurimum mitratos duci per Ciuitates & loca, in quibus detenti reperiuntur, & mox ad triremes mitti ad remigandú vel in perpetuum vel ad tempus iuxta facti & personarum qualitatem, pro quo optime seruiunt quæ in præcedenti casu diximus de arbitrio Iudici a
4 lege ex causa concesso pænas certas a lege impositas diminuendi prout & augendi, & in
5 proposito dicit Vulpel. d. resp. 16. nume. 5. in fine, quod sicuti iusti iudicis est iuxta legum tramites iudicare, ita Clementissimi Principis est legum rigorem temperare, vt fur iste licet ob frequentiam & reiterationem delicti famosus effectus, vitam non ex operibus & iustitia, sed ipsius benignitate sibi condonatam agnoscat, exoretque Principem ipsum, vt ex misericordia pænam morte naturali mitiorem tali delinquenti inferri iubeat, quinimo
6 dixit Mars. sing. 378. geminatio. ad finem versicu. prædicta tamen, quod propter delicta talia minima homo non potest morti tradi, ad quod plura allegat, & magis in specie seruit

Cepol.

Cępol. in d. auth. sed nouo iure nu. 94. ver. si tamen ista tria furta essent parua, vbi dicit quod pro tribus furtis leuibus & de rebus mangia-
7 tiuis, vt putà de gallinis, Veronæ de consuetudine non seruatur, quod quis suspendatur, &
8 quod vidit similes fures condemnari in pęnam pecuniariam vel ad standum in carceribus per spatium duorum vel trium mensium, quod po-
9 test admitti. vidi etiam quandoque tales condemnari in pœnam vnius aut duorum ictuum funis appositis ad collum vel ad pedes nonnullis rebus eiusdem generis, cuius erant furatæ, ad demonstrandam causam, ex qua publice sic torquebantur, quod potest admitti ex dictis per Parid. de Pute. de sindic. in verbo tortura il 2. ca. 1. incipit licet regulariter nume. 1. vbi clare tenet quod aliquando pro vilibus furtis, fur torquetur ad pęnam, concordat Paul. Griland. in tracta. de quæstio. & tortu. q. 7. sub nu. 9. vers. vid. Dominum Paridem: & in hoc proposito notandum est dictum Bal. in l. apud antiquos in fin. nu. 9. C. de furt. quem simpliciter refert Ias. in d. §. ex maleficijs nu. 11. inst. de
10 act. quod si mercenarius siue dapifer hodie furatur vnam rem vilem domino, & cras aliam, & ita multis vicibus multas res furatur, tenetur furti, secundum Io. Odofred. & Nicol. de Mat. quos ipse sequitur, licet quidam dicāt cōtrarium per l. respiciendum. §. furta. ff. de pęn. vbi traditum est domestica furta leuiora per iudicem non esse vindicanda, Non omitto singulare dictum Afflict. in const. regn. lib. 1. rubr. 26. de malefic. clandest. sub nume. 38. vbi dicit,
11 quod secundum constitutiones regni pro duobus furtis etiam minimis commissis de nocte, puta pro duabus gallinis, est pęna mortis, & quod licet sit dura constitutio, tamen est seruāda, & quod propter freqnētiam furtorum fuit imposita tam grandis pœna arg. c. non debet. de consang. & affinit. melius facit l. aut facta. §. fin. ff. de pęn.

EPITOME.

De pœna cognoscentis carnaliter virginem immaturam & nondum viripotentem vi, vel sine violentia, & quomodo cognoscatur quod interuenerit vel non interuenerit vis, & de pluribus alijs in hac materia.

SVMMARIA.

Stupratores virginum non viripotentium citra mortem puniuntur nu. 1. Contrarium quod pœna mortis teneantur. 2. Opiniones distinctione concordantur, 7. cum seq.

Maritus corrumpens vxorem suam minorem 12. an. tenetur de stupro. 3. 5.

Pater qui propriam filiam minorem 12. an. stuprauerat fuit combustus. 4.

Conatus in virginem immaturam graui pœna triremium est puniendus. 6.

Stuprator virginis non viri potentis absq; violentia non tenetur pœna mortis, secus si cum violentia. 7. cum pluribus seq.

L. si quis aliquid 38. §. qui nō dum quomodo procedat. 8. & supra. nu. 1.

Puella non doli capax dicitur vi cognita. 9.

Vi cognita dicitur quæ blandis verbis, vel promissionibus fuit inducta. 10.

Vis regulariter virgini præsumitur illata 11. vide tamen supra nu. 9.

Stuprum violentum in viripotente punitur pœna mortis. 12.

Coeundo cum non viripotente an magis quis peccet, quam cum non viri potenti. 13.

Thesauri opi. confutatur 14. cum seq.

Intel. §. fin autem inst. de publi. iud. 15. 16.

CASVS VIGESIMVS.

QVI nondū viripotentes virgines corrūpunt, humiliores in metallū damnantur, honestiores in insulā relegātur, aut in exilium mittuntur, ita est text. ad litterā in l. si quis aliquid. 38. §. qui nondum. ff. de pen. & secundum dicti tex. dispositionem stupratorem immaturæ & non viripotentis virginis puniendum esse generaliter & indistincte dixerunt Ang. de Malef. in verbo Che hai adulterato la mia donna nu. 53. Lancellot. Conrad. in pract. crimi. tit. de stupratoribus nu. 11. ver. limita pr. Paul. Grill. de pen. omnifar. coit. in 7. q. principali nu. 6. ver. fallit etiam, dicens d. tex. non esse correctū Iodoc. in pract. crimi. c. 92. de stupro sub nu. 8. ver. qui autem mollitur, vbi pariter ait quod hæc pęna hodie non reperitur correcta, Io. Baptista Caccialup in l. si qua illustris sub nu. 23. vers. si autem nondum sit viripotens. C. ad senat. C. Orfic. Curt. iun. in l. transigere. num. 40. ver. quid autem esset. C. de transact. Bermond. de public. concub. tit. de stupro num. 39. & 40. Guid. Pap. decis. 555. in princ. & sub nume. 2. versi. sed ego, vbi propterea dicit 4 stuprator fuit excusatus a pœna mortis, & loquitur in puella ætatis annorum decem, Grāmat. decis. 22. nu. 2. vbi loquitur in puella vix septē annos excedente, cui feræ virginitatis fuerāt apertæ, intantum quod celeri medicorū suffragio indiguerat, & dicit quod stuprator euasit pœnam mortis, & condemnatus fuit ad triremes per septennium & ad dotandam puellam ex voto sapientum primi iudicis, a qua fuerat appellatum Clar. in §. stuprū ante finem sub nu. 9. versi. tu dic, vbi etiā refert secundum hanc opinionem consuluisse Signorol. in consi. 207. Menoch. de arbitr. iudi. lib. 2. centur. 3. cas. 294. nu. 3. versi. secunda vero fuit opi-

opinio & ante prædictos omnes Iacob. de Bellouisu in pract. crimin. titulo de lenonibus n. 33. vers. vigesimo octauo, dicens violantem virginem non viripotentem non teneri de stupro, sed aliter per d. §. qui nondum, & alia iura per ipsum allegata, & plures alij, de quibus infra mentionem faciemus. Sane sunt alij, qui
2 putant hos virginum immaturarum stupratores pœna mortis esse puniendos. Io. Faber. in §. item lex Iulia de adulterijs, inst. de publ. iudi. sub nu. 3. vers. item etiam, inquiens quod non obstante d. §. qui non dum, consuetudinarij eos suspendunt, quem refert & sequitur Addit. ad Guid. pap. d. decis. 555. in prima apostilla in littera A. Bald. in l. si quis non dicam rapere nu. 17. vers. ex hoc concluditur C. de epis. & cleri. vbi recitata opinione Gulielmi de Cune. tenentis opinionem primo loco recitatam per d. §. qui non dum, subiungit quod si haberet ipse stupratorem præ manibus, faceret eum decapitari, quia pro solo raptu sine copula carnali, & pro sola copula sine raptu est pœna capitis per ll. notas, & pro casu allegat tex. in l. 1. in fine ff. de extraord. crim. & Bald. sequi videtur dum ad eius dicta simpliciter se remittit. Augustin. de Arim. in addit. ad Angel. de Malefic. in verbo, Che hai adulterato la mia donna. sub nu. 55. & sententiam illam Io. Fabr. & Bal. refert & sequitur Afflict. in const. regn. lib. 1. rub. 19. de raptu &
3 violent. monialibus illata in const. si quis rapere n. 16. vers. septimo quæro. vbi etiam n. 17. subdit quod maritus corrumpens vxorem su-
4 am minorem 12. an. tenetur de stupro, & quod vidit combustum quendam patrem, qui stuprauerat filiam minorem an. 12. ex sententia Iudicum magnæ curiæ Vicariæ, & in marito seu
5 sponso cognoscente sponsam immaturam, quod de stupro teneatur, Afflict. sequitur Carrer. in pract. crim. §. circa igitur quartū nu. 1. fol. 205. & de hac opinione Fabr. & Bal. mentionem faciunt Gram. d. decis. 22. nu. 1. & Menoch. d. cas. 294. in princ. n. 1. & 2. Clar. in d. § stuprū n. 9. vers. fuit aliquando dubitatum, vbi propterea subdit se vidisse diuersimode per senatum Iudicari, quia semel ad mortem condemnauit quendam qui puellam annorum quatuor non completorum cognoscere voluerat, & ei pudibunda fregerat, & alias quendam, qui puellam annorum quinq; violauerat, ad triremes per decennium tantum condemnauit, pro vt postea quidam alius fuit cōdemnatus.
6 Et dicit quod ipse semper fuit in voto quod vbi esset solus conatus ad deflorandum puniretur citra mortem, pœna tamē graui puta triremiū perpetuo vel per decennium, vbi vero frangerentur pudenda, nullo modo euaderet pœnam vltimi supplitij, & de ista Fabr. & Bal. opinione & de contraria etiam, & de hac diuersitate sententiarum excellentissimi senat. Mediol. meminit Gaspar. Cabal. ad const. Marchiæ Anconit. lib. 4. cap. 71. rubr. de pœn. stuprantis virg. nondum viripotent. in glos. vnica post principium. nec quidquam firmat.

7 Quid dicendum? ego in hac opinionum contrarietate, fœdere distinctiones eas conciliari posse arbitrarer, vt prima opinio quod citra mortem condemnatio fieri debeat, procedat, quando nulla vis interuenit. & ita sit intelligē-
8 dus d. §. qui non dum, qui vere non loquitur in violento stupratore. Secunda vero opinio quod ad mortem fieri debeat condemnatio, locum habeat quando vis interuenit, & sic dictum Bal. intelligatur in violento stupratore, & eodem modo procedat consuetudo allegata per Fabr. & ita in indiuiduo colligitur aperte ex dictis per Io. Bap. Caccialup. in d. l. si qua Illustris num. 23. vers. si autem nondum sit viripotens, C. ad Orifician. & per Cur. Iun. in d. l. transigere, nu. 40. vers. quid autem esset. C. de transact. & per Additio. ad Guido. pap. d. decis. 555. in vltima apostilla in verbo, raperetur sub littera C. & per Menoch. d. cas. 294. nume. 6. vers. ego resideo, & per Caree. in pract. crimin. §. circa igitur quartum num. 10. vers & quid si immaturam fol. 205. & per Boss. latius prosequentem in pract. crim. tit. de coitu damnat. & punibil. nu. 67. vers. non omitto, & Boss. sequitur Didac. Canter. in suis qq. crimin. c. 4. de vitio & fragilitate carnis & de coitu illicito in materia stupri sub num. 32. post versic. de iure autem ciuili circa medium fol.
9 456. & subdit Boss. nu. 68. quod si virgo cognita sit impubes, & habeat consensum, quia sit doli capax, tunc procedit distinctio prædicta de vi & sine vi: sed si non sit doli capax & sit in sexto, vel septimo anno, non potest dici cognita sine vi, quia consensus non adest, & natura repugnat quod in talem personam id tentetur, & ideo tunc stuprator perfecto flagitio deberet capite puniri, & sic vbi virgo est doli capax, debet probari vis, vbi vero non est doli capax, non debet probari, quia ex quo deest consensus puellæ, coitus non potest esse sine vi, vt ibi per ipsum, quem pariter refert Dida. Canter. loco citato, vbi tamen ait quod semper credetur, quod virgini nondum viripotenti vis fiat, & quod semper per vim cognita credatur, & per consequens semper stuprans pœna mortis punietur, nisi clare contrarium probetur. quod & ego admitto, præsertim quia
10 & in his terminis vi cognita diceretur, si promissionibus, allectamentis, & blandis verbis inducta fuisset per ea, quæ notat Bald. in l. raptores C. de Episcop. & Cler. colum. 1. num. 1. quem sequuntur August. in addit. ad Angel. de malef. in verbo. Che hai adulterato la mia dōna, sub nu. 55. & 56. vers. item adde quod licet. Carer. in d. §. circa igitur quartum nu. 7. versic. aut stuprum, & Boss. sub d. nu. 68. in fine, & alibi latius demonstraui, vltra quod regulariter
11 vis illata præsumitur virgini Afflic. decis. 276. nu. 4. per l. 1. §. qui puero ff. de extraord. crim. virgoq; semper pr̄sumitur seducta vel promissionibus

sionibus vel blanditiis, idem Didac. Canter. loco cit. sub n. 11. circa medium. vers. sed quoad, dicta intra fol. 464. post Dec. & Marf. in locis per eum citatis. Hæc autem opinio quod tale stuprum vi commissum pœna mortis puniatur, probatur ex eo, quod si stuprum in viripoten-
12 te per vim, punitur pœna mortis. l. 1. in fin. ff. d. extraord. crim. & §. sin autem per vim, Inst. de publi. iudi. & l. fœdissimam, C. de adulter. cũ vbique not. per glo. & DD. Caccialup. in d. l. si qua Illustris. num. 23. in princ. Curt. iun. in d. l. transigere, num. 38. & seq. Angel. Aret. de malefit. in verbo che hai adulterato la mia donna sub nu. 53. & ibi etiam August. in addit. nu. 55. & seq. Laucellot. Conrad. in pract. crim. titu. de stuprator. nu. 9. vers. pœna vero, Iodoc. in pract. crim. c. 92. de stupro, nu. 5. vers. violentum stuprum. Clar. in §. stuprum sub nu. 3. ad finem versic. de iure autem ciuili, Carer. in pract. crimin. §. circa igitur quartum, nu. 7 versi. aut stuprum fol. 205. Didac. Canter. d. c. 4. sub nu. 12. vers. aut stuprauit per vim, multo magis puniri debet, in non viripotente vt arguit Boss. sub num. 67. Est verum quod ad hoc respõderi posset, quod
13 non valet argumentum, quia viripotens amittit virginitatem, secus autem si nondum viripotens, propterea quod hoc delictum vti leuius illo non punitur ita grauiter, vt dicebat Guliel. de Cuneo relatus per Bald. in d. l. si qs non dicam rapere, & quia delinquens cum tali puella immatura non dicitur cousumasse delictum seu perfecisse, & ideo mitius debet puniri, quam si cum viripotente deliquisset, cum qua perfectum fuisset delictum iux. d. l. 1. in fi. ff. d. extraordin. cri. quo arg. vtitur Guid. pap. d. decis. 555. in princip. & post eum Gram. d. decis. 22. sub num. 1. sed tenendo cum Boss. posset replicari quod satis est quod delictum fuerit consummatum & perfectum quoad ipsum stupratorem, de cuius punitione agitur, & quod grauius peccat & grauius punitur stuprans immaturam, quam viripotentem vt dicit Io. faber. & post eum Afflict. & Carer. sup. cit. Nec me mouet quod Thesaur. nouissime in decis.
14 pedem. 148. ex professo disputata quæstione teneat, quod vi stuprans virginem nondum viripotentem & immaturam non teneatur pœna mortis, sed alia mitiori, & hanc opinionem [illegible] cat esse tenendam veluti æquiorem & humaniorem, & etiam magis communem, & asserat secundum eam senatum Pedemontanum iudicasse, condemnando stuptatorem ad triremes per decẽnium saluis iuribus pro interesse puellæ in bonis rei, quatenus extarent, reformando sententiam primi iudicis, qui reum in pœnam mortis condemnauerat, & respondet ad text. in d. §. sin autem per vim, quod loquitur in vio
15 lento stupratore cum raptu, qui grauius delinquit, & punitur quam violentus stuprator sine raptu, nam Thesaur. pro opinione Bal. non retulit nisi Afflict. Addit. ad Guid. pap. & Clar. vt in d. decis. nume. primo, pro contraria autẽ opinione, quam ipse tenet, adduxit, num. 2. Guilielm. de Cuneo, Guid. pap. Signorolum, Grammat. Bormond. & Menoch. vt ideo mirum non sit si hanc suam sententiam magis communem dixit, quæ vtique talis non apparebit, si autoritatis & numeri tenentium contrariam opinionem, quos supra retuli, habeatur ratio, vt haberi debet. Præterea est aduertendum quod allegati DD pro d. sua opinione contra Bald. nu. 2. non loquuntur in expresso, quando stuprum est commissum cum vi, sed simpliciter, nisi quatenus colligatur vis ex defectu consensus propter ætatem modicam, vt ideo non congrue possint deseruire casui, in quo vis interuenit, in quibus terminis ipse loquitur, & in quibus nos Bald. & sequacium opinionem saluamus, & tex. in d. §. sin autem per vim, Inst. de pu
16 bl. iudi. intelligitur per omnes DD. in stupro violento etiam sine raptu, vt ex autoritatibus sup. citatis apparet, & si quis negaret pro stupro violento esse pœnam mortis, loqueretur cõtra casum legis expræssum, vt dicit Boss. loco cita. sub nu. 67. quicquid dicat Thesaur. sub nu. 2. & 3. nec Menoch. d. cas. 294. nu. 6. dicit quod d. §. sin autem per vim. loquatur in violento stupratore cum raptu, & quod hoc casu saluari potest opinio Baldi, quinimo dicit totum contrarium, dum formaliter ait quod ipse residet cum opinione Guliel. & Signoro. modo violentia cõmissa non sit, nec raptus, quia tunc pœna mortis imponenda erit secundum Bal. cuius doctrina defendi hoc casu potest: ecce ergo quod Menoch. vult Bal. opinionem habere locum vi interueniente, vel raptu, disiunctiue, non autem coniunctiue violentia cum raptu simul interueniente, & tex. in d. §. qui nondum, in quo ipse facit præcipuum fundamentum sub nu. 2. non loquitur, quando interuenit vis, nec id ipse negat, credens tamen quod sufficiat quod generaliter loquatur, quod verum non est, cum tũc ex aliis legibus alia pœna grauior scilicet mortis imponatur vt sup. probauimus, & pro ista sententia faciunt a fortiori omnes illi DD. qui simpliciter & indistincte tenẽt stupratores virginum non viripotentium pœna mortis esse puniẽdos, quos sup. retuli in versicu. sane sunt alii, & si casus accideret & essem iudex, vtique opinionem Fabri Baldi & sequacium sequerer, quando stuprans, delictum perfecisset, & non constaret de voluntate & cõsẽsu puellæ, quæ esset doli capax, & cuius malitia ætatem suppleret.

EPITOME.

Depopulatores agrorum, & vinearum qua pœna de iure communi puniantur.

SVM-

SVMMARIA.

DEPOPVLATORES agrorum, vinearum, vel arborum pæna mortis tenentur. nu. 1. & per totum.

In qu busdam tamen locis pæna prædicta non est in vsu 2

Tempus nocturnum aggrauat delictum. 3.

CASVS VIGESIMVS PRIMVS.



VIDI alias. Villicum quendam
processari, ex quo odio & ini
micitia agrum alterius Villi-
ci deuastauerat de nocte, om
nes arbores castanearum in
eo existentes exsiccare faciē
do, & cum circa modum procedendi per Cu-
riam valde expedirer scire qua pæna malefa-
ctor iste, vbi confiteretur delictum, vel de eo
conuinceretur, condemnādus esset, dicebatur
1 quod pro huiusmodi delicto imponebatur pæ-
na mortis, quia diei poterat deuastator seu de
populator agrorum per tex. in l. a. cum gloss. ff.
vrb. furt. cęsar. vbi dicit text. eos qui inciderint
arbores, & maxime vites tanquam latrones pu
niri, qui latrones inquit gloss. furcis suspendun
tur. l. capitalium, §. famosos. ff. de pæn. vnde Bo-
lognet. ibidem in suis annotationibus margi-
nalibus ait ibi esse casum notabilem, quod de-
populatores vinearum & agrorum debent pu
niri pæna capitali, sicut latrones, Boss. in pra-
ctic. crimin. titu. de damn. dat. nume. 3. notat
pænam a. d. l. 2. impositam, & dicit quod text.
loquitur non solum de incisoribus vitium, sed
& aliarum arborum, licet maius delictum vi-
deatur legislatori in vitibus, & subiūgit, quod
hæc pęna videtur mirabilis Alberico de Rosat,
ibi, & quod senatus obseruat, quod processus
fiat in carcere, ac si ageretur de pæna sangui-
nis, & postea imponit pænam grauiorem ea,
quæ imponitur a statutis pro damnis datis,
Clar. etiam (nullam faciens mentionem de di
ctis per Boss. vbi sup.) in pract. crim. quæst. 68.
nume. 43. versicu. vastatores, dicit, quod vasta-
tores & incisores vinearum & arborum puniū
tur pæna mortis vt latrones per d. l. 2. cum glo.
subdit tamen quod talis pæna non est in vsu in
dominio Mediolani, & quod senatus condem-
nat tales delinquentes, pæna extraordinaria,
non modo quando sunt in carceribus detenti
sed etiam quando sunt contumaces, & refert
quandoque fuisse impositam pænam ictuum
funis, quandoque fustigationis, & quandoque
triremium per quinquennium, & emendatio-
nis damni versus partem. Reperio etiam quod
Afflict. in Const. regn. lib. 1. rubr. 26. de malef.
clandest. in Const. super incisoribus, nume 4.
versicu. nota p. facit mentionem de istis inciso
ribus arborum, & dicit quod de iure commu-
ni puniunt tanquam latrones pæna mortis per
d. l. 2. cum gloss. quod tamen dicit intelligen-
dum secundum gl. in l. capitalium, §. famosos.
ff. de pæn. & loquitur Afflict. expræsse in incisio-
ne facta etiam de die, quod non est alienum a
2 determinarione d. l. secunda quæ generaliter
& indistincte loquitur, prout etiā generaliter
& indistincte loquuntur Bolognet, & Clar. sup.
cit. vnde multo magis militat eius dictum de
nocte, quia nocturnum tempus semper aggra
uat delictum, vt idem Afflict. tradit in eod. lo-
co in 10. notab. sub nu. 37. & est tex. clarus in l.
aut facta, §. tempus, ff. de pæn, & ibi gl. & scribē
tes, & ante istos idem voluit Bald. quem ipsi
non citant in l. data opera, sub num. 9. ad finem
versi. item facientes. C. qui accus. non pos. vbi
expresse dicit teneri pæna mortis facientes in
vineis & campis vastū de nocte per l. 1. C quād.
lic. se sine iud. vendicar. quæ bene hoc probat,
3 & notanr ibi gl. pr. & DD. omnes, & Iulius fer-
ret. in tract. de re milita. in rubr. de militar. iu-
stic. & de pœnis. desert. inflig. nu. 224.

EPITOME.

De pęna eorum, qui dolose aceruos frumenti in agris iuxta domos & habitationes, vel procul ab eis positos comburunt. & generaliter de pænis incendiariorum in ciuitatibus & oppidis. & extra ciuitates & oppida in villis ex proposito & data opera.

SVMMARIA.

COMBVRENS aceruum frumenti non iuxta domos positi, pæna triremium damnari potest nume. 1.

Comburens autem iuxta domos positum, pæna mortis tenetur 2.

Incendiarii regulariter pæna mortis tenentur. 3.

Incendium extra Ciuitatem, uel a nobili commissum mitius punitur 4.

Incendium extra ciuitatem immissum arbitrario punitur ex Menoch. 5.

Damnum datum ex incendio etiam ex leuissima culpa secuto semper est emendandum. 6.

Pelcare seu capanna extra domos posita non venit appellatione domus, in statuto de incēdiis domorū 7.

Porticus iuxta domum cōtinetur in statuto prędicto 8.

Pæna deportationis loco, successit arbitraria uel damnatio ad triremes. 9.

CASVS VIGESIMVS SECVNDVS.



QVI odio vel inimicitia aceruum seu cumulū frumēti nō
1 triturati, in area, non tamen
iuxta domum vicinorum po
sita de nocte combussit, pæ-
na triremium ad tempus, &
ad damnum resarciendum, iure condemnari
posse

posse putaui, cum si iuxta domos posita fuis-
set area, pœnam capitalem incurrisset, & ad e-
mendationem damni, parti teneretur ex iuris
com. dispositione, vt tradit Clar. in pract. cri-
2 min. q. 68. num. 20. vers. item illi, vbi formali-
ter dicit quod comburentes ędes vel aceruum
frumenti positum iuxta ædes pęna mortis pu-
niuntur per l. qui ædes. ff. de incend. ruin. nau-
3 frag. vbi est de hoc tex. clarus, & regulariter
incendiarij dolosi tenentur pęna mortis, licet
non vniformi, sed varia secundum personarú
4 conditionem, si incendium sit factum in ciui-
tate, vel oppido, & sit magnum, nam nobiles
decapitantur, viles vero igne comburuntur,
vel furca suspenduntur, vel bestijs lacerandi
traduntur, si vero sit paruum, nobilis deporta
tur, vilis vero capite punitur. Si vero sit com-
missum extra ciuitatem vel oppidum, in villa,
vel rure, & sit magnum, nobilis deportatur, vi
lis vero decapitatur, & si sit paruum nobilis re
legatur, vilis vero deportatur, pro vt ita distin
guendo tradunt Bar. in l. 1. sub nu. 4. & 5. ff. de
off. præfect. Vigil. & Salicet. in d. l. data opera
in primo casu principali, nec discrepare vide-
tur Bald. ibidem, si bene inspiciatur, sub num.
1. & 2. per ea quæ leguntur & notantur in l. 1.
in princip. & in l. si quis dolo. ff. ad l. Cornel. de
Sycar. & in l. capitalium, §. incendiarij & §. qui
ob inimicitias. ff. de pœn. & l. fi. §. qui data ope
ra. ff. de incend. ruin. naufrag. & in l. qui data
opera C. qui accusar. non pos. & post eos Me-
noch. de arbitr. iudic. lib. 2. cas. 390. nume. 17.
cum sequ. vsque ad finem in 6. casu, vbi tamen
5 num. 34. credit rectius posse dici hoc vltimo
casu, incendio scilicet dolosè extra ciuitatem
vel oppidum immisso pœnam esse iudici arbi-
trariam, cum tex. in d. §. qui ob inimicitias di-
cat simpliciter qđ hoc delictũ leuius punitur,
nec declaret quæ sit illa leuior pœna Bald. ta-
men & Salycet. sequitur Afflict. in const. regn.
lib. 1. rubr. 25. de malef. clandesti. in 2. not. sub
num. 7. 8. & ante eum Angel. de Malef. in ver-
bo incendiario. num. 2. & ad eandem distin-
ctionem se remittit Boss. in pract. crim. tit. de
incendiar. in princ. ratio autem differentiæ &
diuersitatis pœnæ incendij commissi in Ciui-
tate vel oppido, & incendij in villa commissi
consistit in periculo mortis hominum, & con
sumptionis bonorum, quod maius est quádo
incendium est in ciuitate vel oppido, quam sit
quando est in villa, vt de se patet, & sentit Bar
tol. in d. l. 1. sub num. 5. vers. si vero incendium
est commissum in villa tunc est minus pericu-
lum. ff. de off. præfect. vigil. & tradit expresse
Bald. in d. l. data opera sub nu. 1. vers. & est ra-
tio, quem sequitur Afflict. sub d. n. 8. quia hoc
periculum est in consideratione in pęnis irro
gandis per l. penul. §. sunt quædam ibi & quia
ipsa res mortem minatur. ff. de extraordinar.
crimin. & dicit Afflict. quod prædicta proce-
dunt siue incendium sit commissum de die, si-
ue de nocte, cum in hoc iura non distinguant,

licet delictum reputetur grauius, si fiat de no
cte per regulam l. aut facta §. tẽpus ff. de pen.
quod & ipse fatetur inferius in eodem loco in
6 10. notab. sub n. 37. Damnum autem semper &
in omni casu emendandum est, etiam si non
dolo, sed culpa tantum, siue lata, siue leui, si-
ue leuissima sit secutũ secúdum Salycet. in d. l.
data opera, ante finem vers. & vbi dixi. Meno-
ch. d. cas. 390. in 4. 5. & 6. casibus, & melius, ex-
pressius, & clarius Afflict. vbi sup. n. 12. vers. &
sub do vnum verissimum, & probatur in d. l.
q. ædes ff. de incend. ruin. naufr. & in d. l. capi
talium d. §. qui ob inimicitias. ff. de pæn. & in
terminis nostris nullum est dubium vt habe-
tur per Bart. in d. l. 1. sub num 5. ff. de off. præfe
7 ct. vigil. & vltra prædicta, pro mea opinione
specialius seruiunt dicta per Clar. in loco cit.
vbi refert varias sententias senatus Mediola-
ni, iussu cuius fuerunt suspensi duo fratres, qui
quasdam ædes in quodam oppido combusse-
rant, & alius conuictus de incendio tugurij cõ
demnatus ad triremes per biennium, & quidã
alius pro incendio posito in fæuili. vlt. suppli-
cio affectus, & de eo qui incendium posuit in
paleari existenti in Massaria, vbi non adsit cõ-
iunctio domorum iuxta illud, quod non sit pu
niendus pæna mortis a statuto indicta incen-
diarijs domorum, quarum appellatione non
venit paleare seu capanna, tradit Afflict. in
loco allegato nu. 9. & 10. vers. secundo limita,
& ante eum Angel. de malef. in verbo incen-
diario nu. 3. vers. quid si statutum, in quo tamẽ
multa pro & contra deducit August. ibi in ad-
dit. nu. 7. & 8. vers. item adde in quantum, &
dicit Bald. in d. l. data opera sub num. 1. quod
dispositio legis contra incendiarios ædium
in ciuitatibus & oppidis, vel extra in villis &
ruribus secũdũ præmissam distinctionem, pro
cedit etiam contra incendiarios acerui frumẽ
ti positi iuxta ædes vel ædificia & pariter con
8 tra incendiarios porticus iuxta domum posi-
tæ per d. l. qui ædes, & idem tenet. Ang. de ma
lef. in verbo incendiario. num. 2 post vers. quo
ad primum, adeo quod ex præmissis apertè
colligitur iure hunc incendiarium pœna præ-
dicta triremium vltra damni emendam con-
demnari potuisse, cum incendium hoc in rure
factum, dato etiam, quod paruum diceretur,
licet potius magnum videatur qualitate per-
sonæ offensæ inspecta, habeat pœnam contra
9 vilem deportationis, cuius loco cum non sit
in vsu successit pœna arbitraria Imo in l. 2. sub
nu. 2. vers. & aduerte, ff. de publ. iud. Menoch.
de arbitrar. iud. lib. 1. q. 80. sub num. 89. & mo-
lius. lib. 2. cas. 330. ad fin. num. 5. Crauet. consi.
18. nu. 17. Osasc. decis. pedem. 105. nu. 7. vel se-
cundum aliquos ex cõsuetudine damnatio ad
triremes, vt colligitur ex Clar. in pract. crim.
q. 67. nu. 8. vers. deportatio etiam, & tradit ex-
presse Carer. in pract. crimin. §. decimussextus
casus est nu. 32. fol. mihi 29. & latius dixi sup.
casu octauo, & durior fuit sententia senatus su-
spen-

spensionis incendiarij fænilis, quam tamen ex circũstantijs & ingenti periculo maioris mali, quod imminere poterat, iustissimam omnino credimus ob tantorum patrum, qui in amplissimo illo ordine residere solent, eminentẽ scientiam & optimam conscientiam, licet Clarus simpliciter condemnationem referat, nulla criminis qualitate aggrauante expressa.

EPITOME.

An stante statuto quod nullus audiatur in causis criminalibus pro reo, sed ipsemet comparere debeat personaliter ad respondendum accusationi vel inquisitioni, si quis occidat bannitum, qui impune poterat offendi, & iudex cõtra eum procedat, possit pro eo admitti procurator vel coniuncta persona, aut alius ad allegandum, quod occisus erat bannitus, & poterat impune offendi, & proinde ad petendum desisti a processu, & vlterius non procedi, & quid in eo qui non imputatus de homicidio illo, sed a semetipso spõte comparet ad petendum indulgentiam de proprijs delictis antea commissis, & præmia a statutis concessa ex eo, quod occidit bannitum comprehensum in statutis, an scilicet hoc casu procurator, vel alius interuenire possit pro eo.

SVMMARIA.

Exceptio homicidij a statuto permissi vt puta banniti occisi opponi potest ante litem contestatam ad impediendum processum. num. 1.

Et quandocunque ante sniam & postea in exec. 2.

Procurator, coniuncta persona, vel & quilibet tertius admittitur ad d. exceptionem opponendam secundum aliquos. 3.

Etiam stante statuto quod ipsemet inquisitus compareat. 4. & 10.

Procurator vel alius vt supra admittitur quando ex sola productione banni, iustificaretur inquisitus. 5.

Secus si ex illa sola productione factum, vel ius non redderetur clarum. 6.

Procurator vel alius vt sup. admittitur, vbi probanda sit identitas personæ occisæ. 7. 9.

Quod declaratur nu. 8.

Procuratorẽ nec aliũ vt sup. admitti stante statuto præ dicto verius dicitur & de consuetudine seruari 11.

Si vnus ex pluribus interfectoribus comparuerit et ostenderit mortuum potuisse impune occidi, admittentur alii per procuratorem. 12.

Procurator licet non admittatur pro homicidia vt sup. inquisito, admittitur tamen ad obtinendam indulgẽtiam quod ibi declaratur. 13.

CASVS VIGESIMVS TERTIVS.

STANTE statuto quod in criminalibus causis, nullus pro reo audiatur, sed ipsemet personaliter compareat ad respõdendum accusationi vel inquisitioni contra eum formatæ, quæsitum fuit, an si quis occidat bannitum, qui ex statuti alterius dispositione poterat impune occidi, & iudex contra homicidam procedat, possit pro eo admitti procurator ad opponendum & docendum de banno occisi, vt desistatur a processu, & vlterius non procedatur contra ipsum occisorem, ex quo statuto permittente factum est homicidium, & omissa longa disputatione, quæ super ista quæstione fuit inter DD. antiquos, videtur imprimis discutiẽdum de qualitate huius exceptionis, & quando opponi possit, deinde vero per quem opponi debeat.

Quoad primum videretur quod hæc exceptio licet sit peremptoria, cum ea probata, causa perimatur, ex quo per statutum occisus potuit impune interfici, tamen possit opponi in
1 vim dilatoriæ ante litem contestatam ad impediendum processum, & verificata impediat litis contestationem, & iudicium, cum liqueat Iudici istud nõ esse delictum, & Iudicium hoc fine actione procedere non possit, pro vt in puncto tenent Gandin. de malef. in rubr. vtrũ procurat. in malef. interuen. num. 15. versic. vlt. circa materiam in primo puncto. dicens re ad partes discussa & recitatis contrarijs opinionibus quod ista est veritas, & quod ita communiter tenent DD. & quod ita communiter seruatur, quamuis viderit aliqualiter cõtrarium obseruari. Alber. de stat. lib. 4. q. 38. in prim. artic. aiens pariter quod hoc est secundum communiter DD. & secundum communem obseruantiam, Nell. de Bannit. in prima par. primi temp. q. 2. inquiens quod ita pluries seruari vidit, & in 2. p. 2. temp. q. 14 circa medium. Clar. in §. homicidium n. 69. vers. sciendum est, qui simpliciter refert & sequitur Gandin. Et est
2 exceptio ista adeo efficax, vt possit opponi quandocunque ante sententiam, & etiam postea in executione secundum opinionem a Doctoribus cõmuniter approbatam, vt patet ex allegatis per eundẽ Alberic. de statutis lib. 4. q. 59. & diffusius. q. 60. in tota, cum qua opinione transit Cæpol. consf. crim. 73, sub n. 7. & 8. vers. sed dubium posset esse, vbi tamen non meminit de Alberico.
3 Circa secundum dicendum videretur, quod talis exceptio opponi possit per procuratorem, per coniunctam personam, & etiam per quemlibet,

libet tertium, vt in procuratore dicunt Gandin. in loco allegato in 2. puncto, vbi post multa hinc inde deducta ita firmat, inquiens quod ita sentiunt communiter DD. & quod ita communiter vidit seruari, & quod credit esse opinionem veriorem, licet aliquoties viderit seruari contrarium per aliquos assessores, Bonif. de Vitalin. de Malef. rubr. de procurat. defens. & excusat. num. 15. vers. sed quid si cautum sit, Bar. in l. pen. §. ad crimen. nu. 19. vers. quædam sunt xeceptiones, ff. de publ. iudit. Alber. d. q. 38. in 2. artic. nu. 13. & seq. dicens hanc opinionem communiter teneri & approbari & secundum eam fuisse pluries determinatum, & obseruatum in contingentia facti, & quod etiam pluries ita ipse obtinuit, & obseruari vidit de consilio magnorum peritorum, licet nõ desint contradictores. Nell. de Bannit. in d. 2. part. 2. temp. quæst. 14. vbi pariter testatur ita tenere communiter DD. Clar. in pract. crimin. q. 32. nu. 20. vers. quæro modo. & Vincent. de franch. decis. 314 nu. 1. & 2. in 2. p. & in coniuncta persona Alberic. d. q. 38. in 2. articu. & in quolibet tertio tanquam vno de populo propter publicam vtilitatem, quæ consideratur in offensione bannitorum. Bar. in l. vbi pactum, nu. 10. 11. C. de transact. dicens esse opinionem verissimam, & ibidem pulchre Bald. nu. 11. versi. vltimo inducitur, Nell. d. q. 14. cira medium, versi. imo plus dicimus. Cepol. consi. crim. 73. nu. 5. & 6. versicu. præterea dico, Marsil. in l. si quis ne quæst. nu. 125. ff. de quæstion. & in pract. crim. §. constante, num. 38. & in singular. 372. capias vnum in princip. & in consi. 73. nu. 76. vbi præcise loquitur in terminis nostris stante statuto, quod nullus audiatur, sed ipsemet reus accusatus vel inquisitus personaliter cõpareat, Clar. in §. homicidium, nu. 70. versic. item scias, Gabriel. tit. de malef. concl. 9. nu. 28. versic. inferrur igitur; intelligendo tamen quod hoc procedat, quando ex sola productione banni, & eius lectura, & absque aliqua extrinseca probatione facienda clarum & notorium esset, quod ille occisus erat bannitus, & talis qui ex statuto impune occidi poterat, tunc enim vtique admittendus esset procurator, vel coniuncta persona, aut etiam quilibet tertius, secus autem si hoc non esset clarum & notorium, ex d. productione banni, nam tunc non admitteretur aliquis pro imputato, ne vbi exceptio nõ posset habere locum, curia elusa remaneret, ita aperte colligitur ex dictis per Barto. in d. §. ad crimen. sub d. nu, 19. vers. quædam sunt exceptiones, vbi etiam, nu. 21. & 22. subdit idem esse si non propter factum, sed propter ius dicta exceptio dubia redderetur, quia nec tunc procurator esset admittendus, & cum hoc concordant. Nell. in d. 2. p. 2. temp. quæst. 14. Clar. in d. q. 32. sub num. 20. post d. vers. quæro modo. Gabriel. d. concl. 9. nu. 31. & seq. vers. declara sublimitationem. & Vincent. de frãch. d. decis. 314. sub nume. 1. & 2. & secundum Nell. d. q. 14. non intelligitur extrinseca probatio ea, quæ fieri deberet pro identitate personæ occisæ, cum persona nominata in banno, nam etsi probandum sit, quod ille occisus sit idem, de quo loquitur bannum, non tamen per hoc repellitur procurator, quia non disputatur de delicto, sed de liquidatione notorii, & ait quod ita sepissime vidit seruari, & quod est verius, licet alij velint non admitti procuratorem, quando qualitates & demonstrationes mortui non cõueniunt cum banno, & est necesse fieri probationes de identitate, quorum opinionem
8 credit ipse tunc solum posse admitti, quando demonstrationes essent variæ, & iudex dubius reddi posset, quia tunc nullus esset admittendus
9 dus excepto occisore, & puto eum bene loqui, quia alias conclusio DD. seruiret de vento, & nunquam posset in facto verificari, ex quo semper occiso homine, qui bannitus dicitur, examinãtur testes super recognitione cadaueris, vt constet quis esset ille homo, dum viueret; & hoc facto inspicitur bannum, vt videatur an sit idem, de quo ipsum bannum loquitur, &
10 ita tenendo, ad statutum quod nullus excepto reo ipso audiatur, responderi posset, quod intelligitur respectu defensionis causæ principalis, pro qua non admittitur procurator, vel alius, non autem respectu oppositionis dilatoriæ, quæ iudicium differt, & iurisdictionem declinat, vt considerat Gandin. in loco sup. cit. in 2. puncto circa finem. Verum præmissis non ob-
11 stantibus, contrarium verius esse teneo, quia stante prædicto statuto, quod nullus pro accusato vel inquisito audiatur, sed ipsemet personaliter compareat ad respondendum & se defendendum, clarum est quod procurator admitti non debet, nec aliquis ex citatis DD. loquitur stante statuto, sed iure com. tantum attento, præter Mars. d. consi. 73. num. 76. contra quem adduco Alberic. d. q. 38. in finalibus verbis, vbi dicit quod ad tollendum omne dubiũ, & propter varias DD. opiniones in ciuitatibus communiter sunt statuta, quod in casibus in quibus pœna sanguinis imponi potest, nullo modo interueniat procurator, vt sic expresse sentiat Alber. quod stante huiusmodi statuto in præmisso casu non admittatur procurator, nec alius pro reo, idem videtur tenere Gabriel. d. concl. 9. nu. 64. vers. sublimita, vbi quod quando statutum non comparente principali excludit omnem defensionem, nullus pro eo admitti debet aliquo modo, & simile statutum est in statu Florentino, imo & generalius in omni criminali causa, vt patet in ordinibus editis super administratione bonæ iustitiæ, quod tanto magis procedit, quia ea quæ superius in contrarium dicta sunt, & si de iure cõ. vera sunt, tamen de consuetudine non seruantur, nec admittitur procurator; nec quilibet alius, sed reus ipse personaliter debet comparere, vt testatur Clar. in d. §. homicidium, num. 70. versi. itẽ scias in fine. & d. q. 32. nu. 20. versi. quæro

quæro modo circa finẽ,vbi ramen subditquod
si essent plures interfectores, & vnus persona-
12 lirer se constirueret in carceribus, & exhibito
banno constaret,quod mortuus impune occi-
di potuerit, possunt alij admitti ad comparen
dum per procuratorem, nec coguntur perso-
naliter comparere, & idem quod Clar. tenet
Vinc.de Franch.d.decis.314.sub num 4.& 5. &
allegant ambo Carauitam idem tenentem,a-
deoque cum in Ducatu Mediolani & in regno
Neapolitano non seruetur dispositio iuris cõ.
mirum non sir, si ea quoque alibi seruanda nõ
sir,stante maxime statuto,de quo sup.quod vi-
detur tollere omnem difficultatem, quæ adef-
set,si loqueremur in meris terminis iuris com.
ex dictis superius. Porro illud non est præter-
13 mittendum,quod si ageretur non de defendẽ-
do occisore ab accusatione seu inquisitione,
sed de obtinendo indulgentiam,quam conce-
dunt communiter statuta locorum occidenti-
bus bannitos, tunc bene admitteretur procu-
rator pro occisore;quando enim quis compa-
ret per procuratorem,& petit indulgentiam a
crimine per ipsum prius commisso ex eo,quod
occidit aliquem comprehensum in bannis,vel
statutis, aut constitutionibus dantibus dictã
indulgentiam, agitur de oppositione,quæ ve-
re est extra crimen, & propterea admittitur
procurator, secus autem quando occideus ci-
tatur pro homicidio per ipsum commisso,quia
oppositio quod impune potuerit occidere, nõ
est extra crimen, sed venir ad exclusionẽ crimi
nis & defensionem citati,& propterea non ad-
mittitur ꝓcurator vt in proposito quæstionis
præsentis est conclusum,& ita distinguit Vin-
cent.de Franch. in decis. 314. nu. 5.vers.nec si-
militer,vbi ita obseruari dicir, licet adducat
Carauitam de tali obseruantia dubitantem.
Et vidi ego in istis terminis adesse in multis lo
cis expressas prouisiones, & potissimum in do
minio Florentino,& secundum eas admitti oc
cisores bannitorum, qui impune occidi pos-
sunt per procuratorem ad petendum & conse
quendum cancellationes ab eorum condem-
nationibus,& præmia eis concessa.

EPITOME.

De pœna notarij negantis rogasse instrumentum, de quo postea rogatus reperitur, eo de mendacio conuicto, & de causis illum a pœna excusantib.

SVMMARIA.

Notarius, qui negauit se rogatum de quodam instrumento, si postea de mendacio fuerit conuictus, puniendus est de falso. nu. 1.
Excusatur tamen respectu obliuionis, ut si factum sit antiquum. 2.
Et magis si factum non sit notabile. 3.
Et fortius si notarius sit senex. 4.
Memoria est labilis in senili ætate. 5.
Senex ut obliuione excusetur, non exigitur diuturni temporis lapsus. 6.
Notarius qui ut supra negauit se rogatum de instrumẽto & postea fuit de mendacio conuictus, an obliuione vel dolo negauerit, iudex arbitratur. 7.
Temporis diuturnitas, ex qua prætextu obliuionis a falso quis excusatur, intelligitur de decennio secundum aliquos. 8.
Vel ex alijs & melius relinquitur Iudicis arbitrio. 9.
Negotiorum multiplicitas facilius obliuionem inducit. 10.
Notarius qui alias regulariter cogitur instrumenta cõficere, excusatur multitudine oppressus. 11.

CASVS VIGESIV QVARTVS.



QVAERI solet qua pœna pu-
niri debeat notarius,qui ne-
gauit se fuisse rogatũ de quo
dam instrumento, & conui-
ctus fuit de mẽdacio, & eum
puniendum de falso post Io.
Andr.Bar.Imo. & alios firmat Felin.in c.acce-
1 pimus.nu. 16. vers. & ista possunt induci extra
de fide instru. Boer. plures alios adducens de-
cis.292.nu.5.ver.hoc fallit,Menoch. de arbitr.
iud.lib. 2.cas.311.nu.1.& 2.& est textus Clarus
in l.eum qui.C.de falsis.
Quod nõ procedit, quando factum est anti
2 quum, quia tunc excusatur prætextu obliuio-
nis,vt dicunt Fel.& Boer. supra citati per no-
tata in l.peregre.ff.de acquir.poss.& in alijs lo
cis vulgaribus,& absque dubio,si illud factum
non esset notabile, vt per Felin.ibi,& patet ex
traditis per Plot. in consi. crim. infra allegan-
3 do nu. 13.vers. fallit vbi esset, & ponunt Ias. in
l.si res obligata sub num. 36. vers. secundo in-
tellige,ff.de lega.1. & omnes scribentes in d.l.
peregre,vbi præcipue Alex.circa fi. vers. 3.fal-
lit,Menoch.de arbitrar.iud.lib.2.cas. 26.num.
6.& vltra prædictos Socin.consi.115.sub num.
5. vers. ad 2.lib. 3. & adhuc fortius si notarius
ita negans esset senex,qui facilius quam iune-
4 nis excusatur, quia labilis est in senili ætate
memoria Angel. in §.si autem nu. 20. versic.&
5 istud facit,in Auth.de trient.& semis.& alij sta
tim citandi, ita vt ad senem excusandum diu-
turni temporis lapsus non exigatur secundum
6 Purput. quem referunt & sequuntur Boer.d.
decis.292.num.6.& Menoch.d.cas.311.num.3.
vbi tamen subdit nu.4. ex eod.Purpur.& recte
hoc iudicis arbitrio relinqui, vt ipse iudicet
iuxta qualitatem facti,& personæ, an negatio
7 illa prouenerit a probabili obliuione, vel po-
tuis ex dolo,quod etiam admitteit Boer. d.de-
cis.292.sub d.nu.6.& loquitur Ang. in notario
interrogato in senectute de instrumẽto, quod
in iuuentute fecerat,& erat sua manu scriptũ;
qui

qui eū iuraméto dixerat nō confecisse, nec esse
sua manu conscriptū, vt de falso non possit ar-
gui, si aliter scribebat in iuuentute, quam tunc
in senectute, pro vt solet euenire, vt antea nota
uit ipse Angel. sub eo. n. 20. in princ. post gl. ibi,
quod dictum præfectè & vt iacet non referunt
8 præfati DD. Hæc autem temporis diuturnitas,
ex qua prætextu obliuionis a falso quis excusa
tur, de decennio intelligi videtur. gl. fin. in l. li-
cet. C. de acq. pos. Socin. cons. 38. n. 17. li. 1. Go-
zad. cons. 9. n. 35. Mars. cons. 20. n. 23. 24. & alij
relati per Menoch. de arb. iudi. lib. 2. cas. 26. n.
1. quibus addo Plot. inter cons. crim. diuers.
cons. 110. quod est vltimum n. 10. li. 1. in priori
bus collectis per Zilet. in parua forma, vbi plu
9 res huius sententiæ refert, vel de alio longiori
vel breuiori tpe arbitrio iudicis discernen-
do, gl. in l. furtum §. fi. ff. de vsuca. in gl. fin. So-
cin. cons. 2. n. 12. in fin. li. 3. dicens comunem.
Crauet. cons. 241. col. fin. post. vers. quin imo, &
Menoch. d. cas. 26. n. 2. & seq. & recte quidē, nā
vt bene aduertit Menoch iudex pro qualitate
rei & personarū iudicare habet quāto tpe ob-
liuio præsumatur. Et satis de facili inducitur
10 et minori spatio decenij in notario qui solitus
sit plurima instruméta quotidie conficere ob
multiplicitatē negotiorū, iuxta ea, quæ notant
Bart. in l. quod sæpe ad finem, sub n. 21. ff. de re
iud. Socin. cons. 260. n. 3. lib. 2. cons. 115. sub. n.
5. lib. 3. Gozadin. cons. 9. n. 35. Crauet. d. cons.
241. col. fin. versic. quinimo, Menoch. d. cas. 26.
nu. 4. & alij per eos citati, quib. additur Marāt.
in repet. l. is potest, ff. de acquir. hæredit. n. 291.
in quinta limit. vnde & alias ob talem causā ex
cusatur, nam licet cogatur facere instruméta,
potest tamen licite & impune hoc non facere
11 propter multitudinē cōtractuū, qua opprimi
tur. Bart. in l. vnic. §. serui, sub n. 3. ff. furt. aduer.
caupo. stabul. Alex. in addit. ad Bart. in l. omnes
la 2. in apoostilla magna, C. de agr. & cens. l. 11.

EPITOME.

An clericus beneficiatus condemnatus ad perpetuos carceres, dicatur etiam beneficio priuatus, an vero eo priuandus veniat, & quid si sit bannitus perpetuo, & an iudex loci commissi delicti possit priuare clericum delinquentem beneficio, quod habet in alia diœcesi sub diuerso Episcopo.

SVMMARIA.

Clericus beneficiatus condemnatus ad perpetuos carceres, vel censendus est benef. priuatus, vel saltem est priuandus. n. 1.

Clericus de crimine condemnatus, non censetur benef. priuatus, nisi hoc in sententia exprimatur. 2.

Clericus condemnatus de crimine, quod inducebat pœnam priuationis ipso iure vel ipso facto, dicitur benef. priuatus, licet hoc non exprimatur in senten. 3. cum aliq. seq.

Beneficia amittuntur ipso iure uel per sententiam. 4.

Beneficia quibus casibus amittantur ipso iure vel ipso facto. remissiue. 5.

Clericus ad perpetuos carceres condemnatus de crimine, pro quo pœna priuationis beneficii non veniebat ipso iure uel ipso facto, non censetur benef. priuatus, sed est priuandus.

Et idem si sit perpetuo bannitus, aut ad triremes damnatus. 7.

Clericus ob bannum perpetuum non excusatur a residentia. 8.

Iudex loci delicti potest priuare Clericum beneficio, licet illud habeat in Diocæsi alterius Episcopi. 9.

Iudex loci beneficii (de quo per alium Iudicem alterius Episcopi Clericus fuit priuatus) sententiam exequitur. 10.

CASVS VIGESIMVS QVINTVS.

Dixi alias in contingentia fa-
1 cti. quod quidā sacerdos ha-
bens beneficium curatum cō
demnatus in contumaciam
in pœnam perpetui carceris,
nō poterat beneficium illud
retinere, sed eo aut priuatus censendus erat,
aut saltem priuandus, licet. n. per sñiam latam
2 super crimine non censeatur clericus priuatus
beneficio, nisi hoc in sententia exprimatur, vt
post Innoc. Io. de Anan. Rot. & alios tradit
Diaz. in pract. crim. can. in verbo beneficiis pri
uari c. 134. n. 3. vers. itē nota, & habetur per Re
buf. in prax. beneficiar. lib. 3. tit. de mod. amit.
3 benef. n. 64 vers. alioqui, tamē quādo delictum
erat tale, quod inducebat pænam priuationis
beneficii ipso iure vel ipso facto, sufficit quod
clericus ex illo crimine codemnetur, vt priua-
tus dicatur beneficio, licet sentētia nō expri-
mat hanc priuationis pænā, quia illa intelligi-
tur posita autoritate iuris, & ex eo quod secu-
ta est declaratio vel pronūtiatio, quod ille ta-
lis criminis sit culpabilis, locus est pænis iuris,
quāuis de illis in sentētia nihil dicatur, vt post
Innoc. Dominic. Abbat. Felin. & alios subiūgit
4 Diaz. in loco cit. vers. vide tamen, adeò quod
cū duobus tantū modis beneficia ammitātur,
scilicet ipso iure, vel per sententiam, Rebuf. vbi
sup. n. 2. vers. in primis igitur, & Foller. in pract.
crim. cano. in verbo aut criminibus specificatis
5 via exceptionis c. 7. n. xi. vers. quæ autē, aut vo-
lumus quod delicta, pro quibus condemnatus
est clericus, sint ex illis, pro quibus incurrebat
6 priuationem beneficii ipso iure vel ipso facto,
quæ conumerātur per Rebuff. in d. tit. de mod.
amit. benef. n. 4. & quā plur. seq. per Foller. in
dicto verbo aut criminib. specificatis via exce-
ptionis c. 7 n. 12. & seq. vers. priuatur enim fol.
106. & 107. & aliquid habetur p Clar. in pract.
crim. q. 73. n. 5. 6. & 7. & intelligitur priuatus. Aut

6 **Aut volumus quod dicta delicta non sint de il**
lis, pro quibus est imposita pœna priuationis
ipso iure vel ipso facto, & tunc priuandus est,
ex quo d. beneficio amplius seruire nõ potest,
propter condemnationem perpetui carceris,
& ita in puncto quod clericus beneficiatus cõ
demnatus ad perpetuos carceres simpliciter
non dicatur ipso iure priuatus beneficio, sed
eo priuandus sit, tenet Addit ad Diaz. in pract.
crim. cano. in verbo ac in perpetuum carcerẽ
damnati c. 140. in addit. vlt. sub littera d. in
vers & verum lata sententia, quod optime con
firmatur ex traditis per Rebuff. d. tit. de mod.
amit. benef. nu. 57. vers. bannitus perpetuo, vbi
inquit quod bannitus perpetuo, etiam benefi-
7 cium perdit, quia priuãdus est, cum beneficio
seruire non valeat, & subdit quod ita visum
fuit Senat. Tolosan. quam decisionem sequitur
Clar. d. q 73. sub n. 7. ad vers. item clericus ban
nitus perpetuo, & ita etiam nouissimè tenet
Thom. Zerula in praxi episcop. in 2. part. in ver
bo banniti in fine, dicens idem esse in condem
natis perpetuo ad triremes.

Hæc enim non est iusta causa excusandi be-
8 neficiatum a residentia, ad quam tenetur ex di
spositione sacrorum canonum, vt patet ex de-
ductis per Rebuf. in d. prax. benef. lib. 2. tit. de
dispensatione de non residendo per totum di-
scursum illius capitis, & per Diaz. in d. pract.
crim. canon. in verbo, in nullo benef. resident.
c. 52. in princ. & latius per Addit. in pr. & 3. ad-
dit. sub littera A. & C. vbi etiam meminit de
dispositione sacrosancti Ecumenici concilij
Trident. pro quo benè facit Bald. in l. quid er-
go §. pœna grauior, in repet. n. 30. Versic. & per
hoc consuluit ff. de his qui notant. infam. vbi
quod si notarius est condemnatus de homici-
dio, vel alio simili crimine famoso, licet sit infa
mis, potest exercere officium tabellionatus, &
idem si contraxit infamiam ipso facto, vt quia
est leno, vel ex genere pęne, vt quia fuit fustiga
tus pro leui furto, nam propter hoc non est de
positus ab officio, sed tamen est deponendus,
& priuandus per aliam sententiam, ex quo tan
quam infamis illud exercere non potest. Et no
tandum est in hac materia quod iudex loci cõ
9 missi delicti per Clericum beneficiatum non so
lum potest pronuntiare super delicto, sed etiã
potest illum priuare beneficio, quod habet ali-
bi in aliena dięcesi, ita dicit Diaz. in d. pract.
d. c. 134. n. 4. vers. & aduerte quod Iudex, vbi ad
hoc allegat Card. in Clemẽt. pastoralis in vers.
deniq; in 1. q. in fin. de re iudic. & vltra cum
idem determinat Oldrad. in cons. 17. thema ta-
le est quidam Clericus sub n. 3. vers. præterea
10 dicitur, vbi formaliter inquit, quod si aliquis
habens in vna Dięcesi Ecclesiam, delinquat in
alia, Iudex in cuius Dięcesi est Ecclesia, ipsum
priuabit Ecclesia realiter, sententiam alterius
exequendo, & Ecclesia ad eius dispositionem,
cuius erat, teneretur. per c. postulasti, extra
de for. compet. & Oldrad. sequi videtur Boss.
in pract. crim. tit. de bon. confiscat. n. 64. post
vers. successiuè.

EPITOME.

Quod credendum sit officiali de mandato sibi a superiore dato etiam irrationabili, & in damnum & præiudicium tertij, quando superior est in loco, & eum adire potest pars, & maxime si non vnus tantum, sed plures officiales id asserant.

SVMMARIA.

Officialibus, & ministris creditur de mandato sibi a superiore commisso licet irrationabili & in prę iudicium tertii, nu. 1.
Quod procedit quando superior est in loco ad quem grauatus potest accedere. 2.
Et rationem uide. 3.
Quæ conclusio magis procedit pluribus officialibus idem aßerentibus. 4.

CASVS TRIGESIMVS SEXTVS.

1 Officialibus & ministris iustitiæ
inquirentibus vel cõdemnan
tib. aut aliquid aliud in cri-
minalib. causis agẽtib. etiam
irrationabile, & in tertii dam
num & præiudiciũ, ẽt magnũ
& irreparabile de mandato & ordine superio
rũ, de quo aliquo modo nõ constat, credendũ
est, quãdo superiores ipsi sunt in loco, ad quos
2 tertius ille grauatus, vel alius pro eo possit ac-
cedere, & certificari de ipso ordine, & manda
to p officiales allegato, cum. n. superior sit pñs
3 in loco, vera præsumitur Iudicis assertio, ne a-
lias, cũ princeps adiri possit à parte, de mẽda-
tio conuictus remaneret, & debitis pęnis subij-
ceretur, ita in terminis tradit Rom. in l. sciẽ
dũ sub n. 50. ver. aut fit citatio in loco codẽ, ff.
de ver. ob. Ias. in l. ex quacunq;, col. 2. nu. 5. ff. si
quis eũ qui in ius voc. est vi exim. & in consi.
145. col. fi. sub n. 1. ad fi. ver. Et confirmatur, li.
4 Gram. consi. cri. 54. n. 17. ver. nec inficiari po-
test, & latius dec. 36. in 5. dub. n. 27. ver. attamẽ;
dicens quod alias in contingentia facti allega
uit & obtinuit, Foller. in prax. crim. can. in ver-
bo aut criminib. specificatis via exceptionis. c.
7. in finalib. verbis, n. 14. vbi ad idẽ allegat Ca
rauit. Gabr. tit. de prob. concl. 3. ad fi n. 21. ver.
& facit pro prima com. opinione. Et tanto ma
4 gis hoc procedit qñ essent plures officiales ita
dicentes, & non vnus tñ, tunc. n. omnino esset eis
credendũ de tali mãdato superioris, vt subdit
Gram. d. decis. 36. n. 28. vbi plures ad hoc citat,
qb. addo Tiraq. in tract. de retrac. cõsang. §. 8

gl.

gl.9.n.34.vbi quod duob.iudicib.est credendũ de actis causæ, licet vni soli non, & posset istud comprobari ex multis, quæ consulto omittimus, cum non sint propriè in puncto, & propositi mei sit procedere conclusiue & per decisiones in indiuiduo, quas in mea tenui suppellectili habeo, & hæc sunt notanda, quia sæpissime occurrunt in facto in negotijs, quæ ore tractantur per officiales & ministros cum Principibus magnis, a quib. viua voce recipiunt plurimas commissiones, & eas exequuntur absq; eo quod aliquid de illis ostendere possint per scripturam vel aliter, & memini quod alias dũ quidam collega meus dubitaret super executionem cuiusdam mandati nobis ore facti per superiorem nostrum, ex quo de illo docere nõ poteramus, ego dixi quod satis erat indẽnitati nostræ consuleũ per præsentiã ipsius superioris, qui erat in ciuitate, & ad quẽ pars recurrere poterat, & ostendi tunc dictã Decis. Gram.

EPITOME.

De pœna eius qui monetam falsam alterius, quam sui principis & superioris fabricare cœpit, sed non perfecit, quia non potuit, eo quod antequam eam reduceret ad perfectionem, crimine patefacto fuit captus a familia curiæ.

SVMMARIA.

Monetam falsam alterius, quam sui Principis fabricans, licet crimine patefacto non perficiẽs, punitur pœna mortis & bonorum confiscationis. numero.1.

Contrarium quod imo mitior pœna debeatur multi volunt.2.8.10.

Prior tamen opinio magis probatur.3.7.9.

Maxime si id commiserit in Iurisd. eiusdem principis.

Varie autem fuit iudicatum.7.9.

Pœna capitalis intelligitur mitior, quam vltimi supplicii.2.

Delinquens, sed actum nõ perficiens mitius punitur.6.

Quod declaratur procedere, si non perfecerit pœnitentia ductus, secus quia non potuerit aliter impeditus.6.

CASVS VIGESIMVS SEPTIMVVS.

1 Vbitatum fuit de pœna eius, qui monetã falsam alterius quàm sui principis fabricare cæpit, sed nõ perfecit, quia antequam eam ad perfectionẽ reduceret, crimine detecto peruenit in fortiã iustitiæ. Et de rigore iuris videtur, quod possit cõdemnari in pænam mortis, & bonorũ cõfiscationis, quia licet multi teneãt quod falsificãs monetã alterius, quã
2 Imperatoris vel sui superioris, teneatur pæna capitali, quæ nõ interpretatur de pæna mortis, sed de alia mitiori puta deportatione, exilio, vel simili. Cuman. cons. 139. in 2. dub. n. 5. 6. Alex. cons. 104. n. 2. lib. pr. cons. 121. n. 1. 2. lib. 7. Mars. in l. qui falsam n. 52. ff. ad l. Corn. de fals. & in cons. 71. n. 11. Clar. in §. falsum, sub n. 46. post versic. dixi etiam. Gram. decis. 74 n. 29. Couar. de veter. collat. nummis. c. 8. sub nu. 3. vers. quod si quis. Menoc. de arb. iud. lib. 2. cas. 316. n. 26. ver. declaratur tertio. Decia. in tract. cri. lib. 7. c. 23. n. 19. ver. ex quib. & c. 27. n. 7. ver. pariter excusabitur & n. 13. ver. item excusatur. & n. 21. ver. excusatur etiã & c. 28. n. 4. ver. capitali. & n. 9. ver. notandum. & Nouissime Vinc. de Franch. decis. 440 nu. 3. in 3. p. tamen prædicta opinio videtur periculosa, quia quando falsificatur moneta illius, qui in suo territorio hẽt iura imperialia, & non recognoscit superiorem, vt in occurrenti casu, falsificans videtur teneri pœna mortis & confiscationis bonorũ, quẽadmodũ si Imperatoris vel sui superioris mo-
3 netam falsificasset, vt aduertit Menoch. d. cas. 316. in d. 3. declaratione n. 27. & seq. versi. ego opinor, quem sequitur Vinc. de Franch. d. dec.
4 440. n. 5. maxime quando delictum esset commissum in iurisdictione eiusdem principis, cuius moneta falsificabatur, quia tunc magis offenditur, ex quo cõcurrunt simul imaginis impressio seu superscriptio & locus commissi maleficij, per ea, quæ deducit eleganter Meno. d. cas. 316. in 3. c. n. 43. & plurib. seq. vers. extenditur hoc caput, pro qua opinione adduco ego Marsil. in d. cõs. 71. n. 11. vbi clare sentit, quod falsificans monetam ciuitatis vel Domini, in cuius territorio fit delictũ, tenetur pœna mortis, et quod alias non sit illius subditus, & idem tenuit Decian. d. c. 27. n. 3. ver. pariter excusabitur. Nec videtur obstare, quod delictũ nõ fuerit totaliter consummatum, & perfectum, cum
5 per delinquentem non steterit, quin cõsummaretur, & perficeretur, quia quod dicunt DD. de eo, qui adhuc delictum non perfecit, sed solũ tentauit, & aliquid egit, & imaginem & formã nondum impressit, nec monetam ad perfectionem reduxit, vt non pœna mortis, sed alia mitiori arbitrio iudicis puniatur, gl. in l. quicumque ff. ad l. Corn. de fal. Bal. in l. 3. n. 4. & seq. C. de naut. fœnor. Marsil. in d. l. qui falsam nu. 60. Gram. decis. 74. n. 24. & seq. Menoch. d. cas. 316. n. 23. & seq. ver. declaratur secundo. & cas. 366. in 4. consideratione, nu. 10. & sequ. Intelligitur quando delinquens ipse sponte & sua voluntate ductus pnia, non perfecit: secus aũt, si cum perficere vellet, non potuit, quia fuit impedi-
6 tus, nã tunc ac si perfecisset, punitur. Bart. in d. l. qui falsam. in prin. Gram. d. dec. 74. ad fi. sub n. 3. Didac. Couar. in Clemen. si furiosus p. 2. in prin. sub n. 11. ad fi. de homic. & de veter. collatio. numism. c. 8. sub n. 3. in fi. ver. sed & an in hoc,

hoc, Marſ. in d. l. qui falſam n. 61. Menoc. d. caſ. 316. ſub n. 24. in d. 2. declaratione & d. caſ. 360. in 5. conſider. n. 14. 15. Vinc. de Pranch. d. dec. 440. n. 4. & Decian. d. c. 27. n. 7. ver. qui etiã cæpit, & in propriis noſtris terminis dicit Vinc.
7 de Franch. d. deciſ. 440. in prin. quod in pænam vltimi ſupplicii fuit condemnatus per Auditorem præſidiorum Tuſciæ Sereniſſimi Regis Catholici, quidam, qui in dictis præſidiis monetã alterius Principis fabricare cæperat, ſed nõ
8 perfecerat, quia in manus curiæ peruenerat, verum, dicit ipſe Franch. in fi. nu. 8. quod cauſa appellationis ſibi commiſſa, cum punctus eſſet dubius, volens ſequi benigniorem partem illum condemnauit perpetuo ad regias trire-
9 mes, ex quo moneta non erat perfecta, nec expendibilis, quod ego non improbo, licet credam rigoroſam opinioné, de qua initio memi-
10 ni, iure ſuſtineri poſſe, ꝑ opinione tamẽ Frãc. bene faciunt plura quæ tradit in iſtis terminis Gram. d. deciſ. 74. fere per totam. vbi conatur oſtendere quod ad mortẽ non erat condẽnandus, ſed ad triremes perpetuo, qui cæperat cudere monetã falſam, ſed non riduxerat ad perfectionem, licet non deeſſet niſi forma, quæ ſequenti die imprimenda erat, quamuis nõ obſtantib. per eum dictis, per vota maioris partis dominorum de conſilio fuerit ille delinquẽs, vltimo ſupplicio damnatus, vt ipſe dicit in finalib. verbis, & ad eandem ſententiam confirmandam, ſeruiunt pariter, quæ in aliis atrociſſimis delictis diffuſe allegauit idem Gram. de cıſ. 2. per totam, & nouiter Couar. in d. Clem. ſi furinſus. parte 2. in initio nu. 6. cum quamplunbus ſeq; vbi etiam ſub nu. 11. loquitur in noſtris terminis, & ad ibi dicta ſe remittit in tractat. de veter. collat. numiſmat. c. 8. ſub num. 3. in fine verſi. ſed & an in hoc in crimine.

EPITOME.

An præcedentibus legitimis indicijs & ſufficientibus ad torturam imputatus de vnico furto modici valoris poſſit torqueri ad habendam veritatem ab eius ore.

SVMMARIA.

Imputatus de furto ſimplici parui valoris nõ eſt torquendus pro veritate habenda etiam extantibus legitimis inditijs, ſecundum aliquos a nu. 1. ad 11.
Et quid ſeruetur Cataloniæ 11.
Contrarium eſt tenendum. 12. cum ſeq. & ſup. 6.
Tanquam in praxi receptum. 17.
Furti ſimplicis & parui valoris pœna, de iure eſt fuſtigatio. 2.
Fuſtigationis pœna non eſt maior relegatione. 3.
Eſt tamen pœna corporalis infamans. 16.
Pœna aliqua a relegatione ſup. vel inf. recenſentur. 4.
Torturæ locus non eſt niſi in caſibus, in quibus imponēda venit pœna vltra relegationem. 5.
Quod ſolum procedit ex Conſt. regn. Neap. non de iure com. 14.
Tortura infertur in furtis etiam minimis pro quib. pœna ſanguinis imponitur. 6.
Furtum in re parua eſt leue delictum. 7.
Tortura non infertur in criminibus leuibus. 8.
Tortura eſt grauior pœna quam vtriuſque manus abſciſſio. 9.
Torturam pati eſt ſupremas anguſtias ſuſtinere, 10.
Vbi remiſſiue de miſeria torturæ.
Torturæ locus eſt etiam in leuibus delictis dummodo pœna corporalis veniat imponenda. 13.
Et quare ſecus ſi non ueniat pœna corporalis. 15.
Tortura inferri poteſt in crimine blaſphemiæ pro quo debeatur pœna perforationis linguæ. 18.

CASVS VIGESIMVS OCTAVVS.



EXTANTIBVS inditiis legitimis, & ſufficientibus ad torturam contra imputatum de ſimplici, & parui valoris furto, dubitatum fuit, an poſſet contra eum deueniri ad torturam prohabenda veritate, & eruenda cõ
1 feſſ. Videbatur, quod non, quia cum pro tali delicto imponatur de iure communi pœna fuſtigationis, per ea, quæ leguntur, & not. in au-
2 thent. ſed nouo iure. C. de ſeru. fugit. & fuſtigatio non ſit pęna maior relegatione, vt per Pet.
3 Foller. in pract. crimn. ciui. in quarta par. principal. in verbo debitis pœnis feriantur num. 46. verſ. quænam ſint, & per Don Lodouic. de Peguer. in ſuis deciſio. ſeu qq. crimin. capit. 16. numero tertio, verſic. & cum pœna, Cumian. de ſyndicat. capitu. 24. de ſentent. numero 45. & ſequent. verſic. & in delictis arduis enumeran-
4 tes Inter pœnas vltra relegationem, pœnam mortis naturalis, quando adimitur vita, pœnam mortis ciuilis, quæ adimit libertatem, quia ſeruitus quoad actus ciuiles morti æquiparatur, vt eſt quando quis libertate priuetur, puta quia damnatur in metallum, vel in opus publicum in perpetuum, vt eſt hodie condemnatio ad Triremes, vel quando imponitur pœna abſciſſionis membri, quæ omnes ſunt vltra relegationem, & ſeueriorem continent vltionem, & ſunt de mero imperio maiori vt per eos poſt DD. com. in l. imperium. ff. de iuriſd. om. iud. poſt quos etiam Cumian. vbi ſupra, numero 50. verſicul. a relegatione infra ponit pęnas, quæ ſunt a relegatione infra, ſequi videtur, quod pro dicto
5 furto tortura inferri non poſſit, cum regula ſit quod in iis tantum caſibus locus ſit torturæ, in quibus venit imponenda pœna vltra relegationem, vt expreſſe dicunt Grammat. con ſil. crimin. 15. numero quarto, & vot. 15. numero 12. & Foller. in dicta pract. crim. in ſecunda

p. 2.

p.2.p. principalis, in verbo rei indurati tor-
queantur.n. 12. verſ. & tu regnicola. & in 3.p.
ter.par.prin.in verbo,& ſi confitebuntur n.61.
verſ.duodecimo requiritur. Dõ Lodouic. de
Peguer. d.c.16.n.2.& in propriis terminis qđ
pro furto minimo quis non ſit torquendus ex
iam dicta ratione, quod pæna fuſtigationis,
quæ datur pro d. furto, non ſit maior relega-
tione.ſed illi æqualis,vel ſimilis, cum omnes
ſint de mero imperio paruo, & tortura non in-
feratur niſi agatur de pæna vltra relegationẽ,
tenet Gram.conſ. crim. 37. n. 15. quem ſequi-
tur Peguer.vbi ſup. n.4. & vltra eum Folleri. in
d.practic.crim. in 2. part. 2. partis principal.
in verbo rei indurati torqueantur n.13. verſ.
ſed nunquid,& reprehẽditur per Gram.d.cõſ.
37.n.15.Pariſ.de Put.in tract.de ſindicat. ali-
ter dicens,pro vt vere dicit in verbo tortus.c.
5.Incipiente an in cauſa pecuniaria ſub nu.2.
poſt verſ.tamen de iure capitulorum, vbi vult
6 quod in furtis quamuis minimis, in quibus im
ponitur pæna ſanguinis, eſt locus torturæ, Ad
dit Peguer.ſub eod n.4.ad finem quod ex ſen
tentia Brun.in tract.de indic.& tortur. in 2. p.
7 q.3.furtum in re parua eſt leue delictum, &
proinde in eo nõ deuenitur ad torturã, quod
8 idem comprobari poteſt ex generali traditio
ne, quod in criminibus leuibus non infertur
tortura. Cõrad. in pract.crim.in tit.de negat.
crim.& torment.ſub n.34. verſ. decimo limita
fol.300.& 301.DD.in l.edictum.& in.l.Diuus
Pius per illus tex.ff.de quæſt.Vltimo dicit Pe-
guer.in d.c.16.n.5.quod cum tortura ſit pæna
9 grauior, quam abſciſſio vtriuſque manus §.
fin.in auth. vt nulli iudic. vt etiam dicit vltra
eum Paris de Put.de ſindic. in verbo Tortura
il 3. cap. ſ. incipient. tortura grauior, eſt in
princip.Marſ.in d.l.diuus pius n.2.ff.de quęſt.
& in l.1.§.præterea.num. 8. ff. ad l. Cornel. de
Sycar.& in pract.crim.§.expedita num.59 Et
10 pati torturam ſit ſupræmas anguſtias ſuſtine
re,vt dicit Boſſ.in pract.crim.tit.de tortur. n.
12.& latius oſtendit Paris de Put.d.cap.1.poſt
princ. vbi torturæ miſeriam recenſet & poſt
eum Marſil.licet non tam diffuſe in d.l.Diuus
pius ſub num. 2. & in aliis locis ſupra citatis,
clarum eſt quod pro furto paruo & non quali
ficato quis non poſſit ſubijci torturæ ad habẽ-
dam veritatem,ne grauiori pæna afficiatur in
perquiſitione,quam afficeretur pro ipſo deli-
cto reperto,pro quo impoſita eſt pæna fuſtiga
tionis,quæ minor eſt abſciſſione vtriuſque ma
nus,vel alterius membri, qua abſciſſione ma-
ior eſt ipſa tortura,vt dictum eſt,& ſecundum
hanc partem inquit in fine num.7.ſe tenere &
11 vidiſſe Cataloniæ obſeruari ſemper in regio
criminali conſilio,in quo iudiciati pro furto
parui valoris,& cuius pæna eſſet tantum fuſti
gatio,ſolent ad ſummum eijci ſub aliquo ban
nimento a prouincia, vel a Vicaria iuxta cri-
minis & perſonarum qualitatem,& quod hæc
opinionem vel æquiorem ſemper in iudican-
do ſeruaret.
12 Veruntamen non obſtantibus ſupradictis,te-
nenda eſt contraria opinio, quod ſcilicet pro
furto licet modico,pro quo imponenda ſit pę
na fuſtigationis, quis poſſit ſubijci torturæ,
quoniã fuſtigatio eſt pæna corporalis,& cor-
13 poris afflictiua. Et in caſibus, in quibus impo
nitur pæna corporalis, ſolet indiſtincte ad tor
turam procedi.& licet aliqui tenuerint nõ eſ-
ſe locum torturæ, niſi in grauioribus malefi-
ciis, nihilominus comm. ſeruatur quod etiam
ſuper leuibus fiant torturæ, prout atteſtatur,
Alber.de Roſ.in l. edictum nu.4.ff. de quæſt.&
Clar.in pract crim.q.64 num.4.verſ. præterea
debet, ſecundum quam opinionem & practi-
cam ac com.obſeruantiam iudicarunt ſex do-
ctores Gherundenſes concorditer in contin-
gẽria facti ſuper imputatione furti modici va
loris contra votum ipſius Peguer. vt ipſemet
atteſtatur in d.c.16.nu.6.verſ alij vero Docto
res, pro quorum ſententia addi poteſt Paris
de Put.in d.verbo tortus.c.5.ſub num.2. verſ.
tamen de iure capitulorum,tenens vt dictum
eſt,in furtis minimis poſſe deueniri ad tortu-
ram, quando imponitur pæna ſanguinis. Nec
obſtant in contrarium allegata, quia quod di
citur de tortura non inferenda in pænis, quæ
14 non ſint vltra relegationem,non eſt verum de
iure com. ſed ſolũmodo procedit ex particu-
laribus conſtitutionibus Regni Neapolitani,
& ita loquuntur expreſſe Gram. & Foller. al-
legati per Peguer. & alij per me additi, ad
15 quod nõ aduertit Doctor ille,eſt verum quod
de iure com.non infertur tortura,niſi vbi po-
teſt habere locum pæna corporis afflictiua,ne
alias maior pæna detur reo non conuicto,nec
condemnato in perquirendo maleficio,quam
daretur ſi conuictus vel confeſſus eſſet per ip-
ſam condemnationem de delicto,vt Clar. con
ſiderat in loco citato & Marſ. in d. l. Diuus
pius num. 1. in fin.& in pract. crimin. d. §. ex-
pedita.num.58.quæ conſideratio ceſſat in hoc
caſu,in quo agitur de pæna fuſtigationis,quę
corporalis eſt,& infamiam irrogat iux.l.nul-
16 lam cum ibi not.C.de infami.& dixi infra ca-
ſu 165. ante verſicu. quod ſi cauſa capitalis
non ſit; Cætera autem nihil releuant, quia &
ſi leuia ſint delicta,locus eſt quæſtioni, dum-
modo poſſit imponi pæna corporalis, etiam
ſi minor ſit relegatione. Et opinionem hanc
17 vidi millies in facti contingentia ſeruari in
cauſis ſimplicis furti parui valoris, quod cla-
rius apparet ex dictis infra caſu 170.vbi etiã
oſtendi,quod & vbi de pecuniaria tantum pæ
na agitur, vel de alia corporis non afflictiua,
locus eſt torturæ ſaltem ex generali curiarum
18 conſuetudine; Et quoniam Gramm. in d.
conſ.15. num. 3. loquens in pæna perforatio-
nis linguæ contra blaſphemantem, dicit eſſe
pænam nõ excedentem relegationem,inferẽs

ex hoc nu. 4. non esse in tali causa deueniendũ ad torturam cõtra imputatum de blasphemia ex quo non datur tortura nisi in delictis habẽtibus pœnam a relegatione supra, Aduertendum est quod eius opinio in hoc quoq; nõ est recipienda, quia satis est quod linguæ perforatio sit pœna corporalis, vt possit esse locus quæstioni, & regula quod a relegatione infra non detur tortura, iure com. non probatur, vt dictum est supra. Imo falsa est, cum ad torturã deueniri possit, quando agitur de pœna corporali, & relegatio sit pœna corporalis l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infam. & ibi doctor. & præsertim Bal. in p. lect. n. 13. vers. item scias, & apertius in repetit. in princ. sub nu. 1. & rursus in 2. not. n. 2. & ita infinitis vicibus in magno Ducatu Aetruriæ vidi practicari, & practicaui quod deueniatur ad torturã contra inditiatos de blasphemia, pro qua ibi imponitur pœna pecuniaria, & priuationis officiorum patriæ per sex menses, & perforationis linguæ, & seruiunt a fortiori dicta infra d. casu 170. vbi omnino est videndum.

EPITOME.

An socius & particeps delicti, qui propter ipsius maleficij reuelationem & manifestationẽ habuit veniã & gratiam de pœna a lege, statuto, banno, uel Principe, possit torqueri, ut faciat indicium contra socios eiusdem delicti per ipsum nominatos.

SVMMARIA.

Reuelans delictum in certis casibus a iure consequitur veniam & præmia. num. 1.

Socius vel particeps delicti qui propter ipsius manifestationem habuit veniam vel gratiam de pœna torqueri poterit vt faciat inditium contra socios. 2.

Quod in praxi receptum est. 6.

Ratio autem conclusionis datur. 3. & 13.

Tortura est pœna grauior abscissione vtriusq; manus. 4

Data verò ad eruendam veritatem non videtur propriè pœna. 7.

Tortura non datur ad pœnam, sed ad veritatem habendam. 5.

Tortura quæ datur ad eruendam veritatem non irrogat infamiam iuris nec facti. 8.

Secus cum datur in pœnam. 9.

Et eadem distinctio procedit de missione in carcerem. 10.

Tortura in pœnam de generali consuetudine Italiæ datur in publico. 11.

Et tunc irrogat in omni casu infamiam saltem facti. 12.

Infamia facti quid sit. eo.

Infamis non admittitur in testem absque tortura. 14.

CASVS VIGESIMVS NONVS.



Saepissime prouisum est in multis casibus per statuta & quandoque etiam per particularia banna in casibus non cõpræhensis a statutis, quod reuelans maleficium & delictũ,
1 etiam quod in eo esset particeps, vel socius, veniam & absolutionem consequatur, & vlterius etiam quandoque præmia recipiat iuxta tex. in l. quisquis. §. fin. C. ad l. Iul. Maiest. vnde quæri solet an dictus particeps vel socius delicti, qui propter criminis reuelationem gratiam habuit de pœna, iure torqueri possit, vt faciat inditium contra socios per ipsum no
2 minatos, & conclusio est quod possit, nec videatur per hoc deceptus a statuto aut Principe, cuius auctoritate factum est bannum,
3 quia statuti aut Principis prouisio vel promissio immunitatis pœnæ non comprehendit hunc casum, nec de eo intelligitur, sed loquitur de pœna ipsius commissi delicti, de
4 qua non agitur in hoc casu, & licet tortura sit pœna & quidem magna & grauior abscissione vtriusque manus §. fin. in auth. vt nulli Iudi. Paris de Put. de sindicat. in verbo tortura il 3. cap. 1. in princ. Mars. in l. diuus Pius, num. 2. ff. de quæst. & in l. 1. §. præterea, num. 8. ff. ad l. Cornel. de Sycar. & in pract. crimin. §. expedi. 13. num. 59. Boss. in pract. crim. tit. de tortur. n. 12. Don Lodouic. de Peguer. in suis decis. seu
5 qq. crim. cap. 16. nume. 5. & alij, quos volens prætereo, tamen non datur ad pœnam, sed ad eruendam veritatem. l. edictum. ff. de quæst. & ibi not. Bart. & ceteri scribentes, & latius Marsil. in d. l. diuus pius nume. 3. eo. tit. & ita per
6 præmissas rationes non tamen vt sup. comprobatas quæstionem hanc resoluit punctualiter Vincent. de Franch. Decis. Neapol. 419. per totam in 3. parte, vbi etiam ait quod hodie ita indistinctè seruatur, & loquitur in socio qui vt delictum propalaret gratiam reportauit a principe de pœna. Posset etiam dici vl-
7 tra Franch. quod tortura, de qua agimus, non potest vere & proprie dici pœna, sed veritatis perquisitio, cum non inferatur ad pœnam delicti, sed ad inuestigationem veritatis, vt ex pluribus euidentibus rationibus demõstrat Marsil. in d. l. Diuus pius, num. 3. vers. sed huic obiecto. ff. de quæst. Et quod magna est differentia inter torturam istam, quæ datur pro eruenda veritate, & illam, quæ datur pro pœna delicti,
8 quia quando datur ad perquirẽdam veritatẽ, non irrogat infamiam nedum iuris, sed nec facti, secus vero quando datur in pœnam de-
9 licti, quia infamatur quis ex causa cũ genere pœne, vt est tex. in l. nullã. C. ex quibus caus. infa. irrog. & ibi not. gl. fin. & DD. & pcipuè Bar. in p. & in 2. lect. & Salyc. n. 1. 3. & sequent. & latius Castrens. sub n. 1. & 2. & notat Bald. in

l. fustibus

Ilustibus eo. tit. & in l. 2. sub nu. 4. & in l. ictus
fustium in princ. ff. de his qui no. infam. & tra-
dit Conrad. in pract. crim. tit. de negat. crim.
& tormentis, num. 45. vers. in quibus non om-
10 mittas fol. 304. Idem dicitur de misso in car-
cerem vel in vim, qui nullam patitur infamiã,
si maleficij perquirendi causa id fiat. l. 1. C. ex
qui. cau. infam. irrog. secus vero si ad maleficij
11 pœnam vt ibi dicunt gl. Bar. Bal. Salyc. & Ca-
strens. vltra quod ex generali consuetudine to
tius Italiæ regulariter tortura, quæ datur ad
pœnam, solet palam & in locis publicis & ad
conspectum populi dari, ex quo actu semper
& in omni casu quacunque ex causa fiat, læd-
tur hominis opinio & existimatio, & incurri-
12 tur infamia facti, quæ nihil aliud est quam ho
noris & integræ bonæ famę hominis apud gra
ues & bonos viros diminutio & detractio, vt
colligitur ex traditis, per Bar. in l. 1. ad fi. nu. 3.
C. ex quibus caus. infam. irrog. per Bal. in l. ea
quæ patet ante fi. eo. tit. quem sequitur ibi Ca
strens. & expresse declarat Salycet. in d. l. nul-
lam sub num. 4. vers. infamia vero facti, quod
non euenit in tortura, quæ datur pro eruenda
veritate, quæ datur in secreto coram iudici-
bus & notarijs tantum, remotis testibus, &
alijs non videntibus, nec audientibus, vt om-
13 nes sciunt. His adiungitur quod alias parum
prodesset Reipub. huiusmodi reuelatio, cum
contra nominatos per reuelantem in socios
& participes delicti non sufficiat dictum hoc,
nec faciat indicium, nec probet, nisi ipse no-
minans illud in tormentis confirmet & susti-
14 neat, ex quo enim per proprium delictum ef-
fectus est infamis, non debet admitti in testẽ
sine tortura tam de iure quam ex consuetudi-
ne, vt attestantur Clar. in pract. crim. q. 21. nu.
21. vers. scias etiam quod dictum socij crimi-
nis, Farinac. lib. 2. quæst. crimin. q. 43. nu. 134.
& seq. vers. sublimita tertio & Scac. lib. 1. de iu
dic. caus. ciuil. crim. & hæret. c. 81. nu. 6. 7. vers.
tertio dubitatur, quod incidenter sit dictum
hic, quia alibi ex professo de hoc tractaui.

EPITOME.

Quæ sit pæna indignationis Principis, & qualiter puniendus sit qui non obtemperat præcepto sui superioris sub pæna eius indignationis facto.

SUMMARIA.

INdignationis pęna secundum aliquos importat solum quod Princeps non exhibebit se gratiosum. num. 1.

Sed quod talis pæna sit ipsi contempto Principi arbitraria magis probatur. 2. 4.

Contemptor superioris mandati, in quo certa pæna nõ est apposita, punitur arbitrarie etiam ad mortem iuxta negotii qualitatem. 3.

Contemptor mandati sub pæna indignationis leuiter est puniendus, si contemptus fuerit in re non magnæ considerationis. 4.

Et quandoque solummodo corripiendus & reprehendendus. 5.

CASUS TRIGESIMUS.



Vbitari alias vidi quomodo
puniendus esset inobediens
1 præcepto superioris sub pœ
na indignationis. In quo du
bio duæ sunt opiniones. Pri-
ma fuit opinio Bar. in extra-
uag. qui sint rebelles in verbo indignationem,
quod eius verbi nullus sit effectus, nisi quate-
nus sonat, quia Princeps indignatus non exhi
bebit se gratiosum inobedienti, & Bar. sequu
tus est Ruin. in cons. 30. num. 9. lib. 5. vt dicunt
Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 4. cas. 365.
num. 4 & Farinac. lib. 1. quæst. crim. q. 19. num.
32. vers. pœna indignationis in princ. sed vltra
eos addo quod Bartolum sequuti sunt Ias. in
l. 1. nu. 2. vers. quid autem. ff. si quis iusdicent.
non obtemper. & Dec. in cons. 102. nu. 5. vers.
& incurrent etiam, inter cons. crimin. diuers.
tom. 1. in posterio ribus impræssis in folio, idẽ
videtur tenere Bal. in c. 1. §. porro. nu. 6. versic.
item no. tex. ti. quæ fuit pr. caus. benef. amit.
in vsib. feud. & ibi etiam And. Barbat. in addi.
2 Altera fuit opinio Bal. in auth. statuimus sub
nu. 2. vers. iuxta hoc quæro. C. de Episc. & Cler.
quod sit arbitraria ipsi Principi contempto,
& hanc sequuntur Fulg. in cons. 191. nume. 3.
vers. nec dicat quis, Fel. in c. 2. sub nu 6. versic.
non omnis transgressio de maio. & obe. Ias. in
d. l. 1. sub num. 2. circa fi. ff. si quis iusdicent. non
obtemp. Marsil. in sing. 559. sæpe in litteris a-
postolicis, Menoch. in d. cas. 365. num. 3. 4. & 5.
& Farinac. in d. q. 19. sub d. nume. 32. & præter
eos Alex. in cons. 12. in 3 dubio sub nu. 5. circa
medium lib. 1. qui omnes loquuntur in termi
nis pœnæ indignationis, pro qua opinione ad
3 ducunt Menoch. & Farinac. eundem Bal. in l.
legis virtus, nu. 1. & seq. ff. de legi. in cons. 159.
nu. 9. vers. superest videre, in cons. 367. nu. 4. in
cons. 376. sub nu. 2. vers. & certe lib. 3. Crau. in
cons. 233. nu. 3. & Gram. in Decis. 40. nu. 20. &
seq. & quosdam alios, quibus addo ego eundẽ
Bal. in cons. 271. nu. 2. lib. 2. & Crau. in cons. 6.
nu. 117. vers. sed posito, qui quidem Doctores
non loquuntur proprie in specie nostra, sed ge
neraliter in contemptore mandati Principis
absque appositione certæ pęnæ, quem pęna ar
bitraria puniendum esse dicunt, & propterea
quandoq; leuiter, quandoq; grauiter, & qñq;
grauissime, etiam ad mortem secundum qua-
litatem & importantiam negotij, pro quo mã
datum est factum. Bal. in d. l. legis virtus nu. 1.
& seq. & in dd. cons. 159. n. 9. & 367. n. 4. & 376.
sub nu. 2. Fel. in d. c. 2. sub d. n. 6. d. vers. non oĩs
tran-

transgressio. Gram. dicta decis. 40. n. 20. & seq. Menoch. in d. casu 365. nu. 6. & seq. & Farinac. in d. q. 19. sub d. nu. 32. ad fi. Et cum hanc secu-
4 dam opinionem ego sequar, si contemptus esset in omittendo, vel etiam in committendo, in re tamen non magnæ considerationis, crederem superioris partes esse leuiter pro sua clementia inobedientem punire, & ad summum pœna exilij ad modicum temporis spa-
5 tium, maxime quia interdum similes contemptores mandatorum suorum Dominorum solent solummodo corripi & reprehendi absque alia pœna, vt dicit Gram. d. decis. 40 sub n. 21. ad fi. quod ante eum sentit Bal. in d. cons. 367. sub nu. 4. vers. & interdum lib. 3.

EPITOME.

An, quādo, & quomodo puniri debeat qui præter eius intentionem & voluntatem volens vulnerare vel occidere vnum, vulnerat vel occidit alium.

SVMMARIA.

Insultatus & vulneratus qui ense denudato insequebatur fugientes, eos qui insultauerant, & alium transeuntem credens esse vnum ex aggressoribus occiait, non mortis pœna, sed mitiori vt exilij temporalis, est damnandus. nu. 1.

Offendens vnum volens offendere alium se defendendo non punitur & quare. 2.

Quod non procedit si d. offendens sit in aliqua culpa in modo & excessu defensionis, quia punitur arbitrarie pro modo culpæ. 3. 4. 7.

Lex aquilia culpam requirit saltem leuissimam nu. 4. & ibi de intel. l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil.

Offendens constitutus extra periculum, vt insequens aduersarium fugientem, dicitur facere ad vindictā, & est in culpa, ideo extraordinarie puniendus. 5.

Defensionis modum excedens punitur solum arbitrarie de excessu. 6.

Occidens vnum volens dolo & ex proposito occidere alium, tenetur secundum aliquos, homicidii pœna, ac si quem volebat, occidisset. 8. 9. 10.

Et ista eorum opinio dicitur ab aliquibus verior eo. num. 10. & 17.

Contrarium tamen quod imo talis occisor pœnam ordinariam euitet. 11. cum seq. vbi verior dicitur, mitior, & communior hæc sententia.

Quid autem concurrentibus circumstantiis aggrauantibus. 15.

Et hæc opinio post multa eleganter comprobatur ex Gribald. 13.

Et magis procedit stante statuto de quo nu. 14.

Et adhuc mitius punitur si casu, non errore occiderit. 16. & 18.

In delictis sufficit dolus in genere, licet sit error in corpore. 9.

Culpa lata in pœnis corporalibus non æquiparatur dolo 12. Et quid in aliis 20.

Pœna est commensuranda delicto. 19.

Volens offendere vnum, & alium offendens tali offensione, ex qua non deberetur pœna corporalis, quomodo sit puniendus. 21.

CASVS TRIGESIMVS PRIMVS.



Sæpissime contingit quod aliquis præter eius intentionē volens vulnerare vel occidere vnum, vulnerat vel occidit alium, & ad cognoscendum, an pœna vel absolutione dignus sit, multum refert, an se defendendo, an vero alium insultando, id fecerit, idcirco quæstiones in vno & altero casu ventillatas de facto, & quid in eis censuerim, subijciam. Cum
1 duo noctis tempore vnum aggressi essent & vulnerassent, & insultatus & vulneratus, ense denudato tanquam insequeretur alium pertranseuntem, credens esse vnum ex aggressoribus, pluribus vulneribus affecit, & occidit & cum de homicidio inquisitus fuisset, & tempus expeditionis causæ venisset, censui eum a pœna mortis esse absoluendum, exilio autem
2 temporali damnandum. Motus quia licet offendens vnum volens offendere alium se defendendo, tanquam dans operam rei licitæ non puniatur Bar. in l. respiciendum, §. delinquunt in fi. nu. 6. de pœn. per illum text. & in l. si cum fetuo, in principio etiam per illū tex. & per §. fi. legis præcedentis. ff. de iniur. Florian. in l. scientiam, §. qui cum aliter sub nu. 11. vers. in gl. 3. ff. ad l. Aquil. Ias. in l. clam possidere. §. qui ad nundinas, num. 57. ff. de acqu. poss. & in l. si pater, num. 9. C. de hæred. instit. Dec. in l. vt vim, nu. 12. ff. de iust. & iur. Gomez tom. 3. var. resol. de delictis. c. 3. de homicidio. sub nu. 35. post medium vers. aduertendum tamen, Hercul. in tract. de caut. de non offend. c. 34. n. 13. vers. ex prædictis, Iul. Clar. in §. homicidiū sub num. 31. post vers. adde quod, ibi sed pone, vbi dicit ita seruarum fuisse in senatu Mediolani, per quem fuit absolutus quidam Antonius Dauerius, qui dum se ab alio insultante defenderet, percussit quendam saxo, qui mortuus fuerat, qui tamen Dauerius iussus fuit exulare per annum, Cepol. consi. crim. 33. num. 12. verfic. & hoc videtur probari. Alba cons. 56. n. 35. versic. postremo, Crauet. consi. 97. ad fi. sub nu. 10. vers. non obstat & Bertazzol. solum Alb. ad ducens cons. crim. 223. num. 12. lib. 1. Claud.
3 Battandier. in pract. crim. reg. 114. num. 1. Tamen hoc non procedit, quando defensor est in aliqua culpa in modo & excessu defensionis, quia tunc debet puniri secundum mensuram culpæ pœna extraordinaria iudicis arbitrio p tex. in d. l. scientiam, d. §. qui cum aliter. ff. ad l. Aquil. vbi ad litteram dicitur, quod si defendendi mei causa lapidem in aduersariū miseero

ro, & non eum, sed prætereuntem percussero,
4 lege Aquilia tenebor, quia cum lex Aquilia
de necessitate culpam requirat, saltem leuis-
simam .l. in lege Aquilia eo. tit. fatendum est
quod defensor esset in aliqua culpa, sine qua
ea lege teneri non potuisset, & patet euiden-
ter ex qualitate & modo defensionis de qua
in d.l. tractatur, quia de longe proiecerat lapi-
dem in aduersarium, & licet daret operam rei
licitæ debebat tamen cautius & accurratius
proijcere, ne alium feriret, quam aduersarium
offendendum, vt in puncto declarat Dec. in d.
l. vt vim n. 12. quem sequuntur Gomez. d. c. 3.
de homicid. sub n. 35. ad fin. post. d. vers. aduer-
tendum tamen. & Crauet. d. cons. 97. ad fin. sub
n. 10. d. vers. non obstat, & est de mente Ce-
pol. d. cons. 33. sub n. 12. post vers. & hoc vide-
tur probari, & Ias. in d. §. qui ad nundinas sub
n. 57. vbi multum laborat circa oppositionem.
d. §. qui cum aliter, aduersus conclusionem su-
pra firmatam, qui modo præmisso intelle-
ctus, eam non destruit, sed limitat tantum,
idem tenet Claud. Battand. d. reg. 114 n. 2. Cul
5 pa autem in proposito casu colligitur in defen
sore, etiam quod offensorem ipsum, & non
alium offendisset, ex eo quod aggressores fu-
gientes insequebatur, quia cum non amplius
esset constitutus in periculo, potius ad vindi-
ctam, quam ad defensam dicitur fecisse, &
ideo puniri debet extra ordinem Bonif. de Vi
tal. tract. de malef. in rubr. de insult. percuss. &
defens. n. 12. vers. sed quid si Martinus, & ibi
Addition. alios adducens, & latius Carer. in
practic. crim. §. 6. circa quartum n. 110. vers.
sed quid. & ex eo quod ictus & vulnera contra
percussum inermem, & non resistentem reite-
rauit, quia & tunc cessante periculo vitæ de-
fensoris, excessus contra insultantem resulta-
ret vt per DD. in d. l. vt vim, in l. 1. C. vnd. vi.
in l. scientiam §. qui cum aliter, in l. si ex pla-
gis §. tabernarius ff. ad l. Aquil. & in l. 2. C. ad
6 l. Corn. de sycar. est n. regula communis quod
qualitercunque quis se defendendo modum
excedat, non tenetur de toto, & sic pæna ordi
naria, sed solum de excessu, & sic pæna arbitra
ria vt tradit Carer. alios congerens in pract.
crim. §. 6. circa quartum num. 152. & seq. Et ex
7 prædictis pluries totaliter absolui insultatos,
qui se defendendo, mediatores, vel alios astan
tes, aut ex obliquo superuenientes vulnera-
runt, vel aliter percusserunt. maximè si leuis
erat offensio, sæpè etiam eos cõdemnaui in me
dietate pænę, quæ imponi debuisset, si insul-
tans ipse offensus fuisset, quando offensio
erat grauis, & aliqua culpa quantumuis mini-
ma considerari poterat in non cautius proce-
dendo & præcauendo ab aliorum, quam aduer
sariorum offensione, ne præsertim ob impuni-
tatẽ taliũ delictorũ detur occasio, ex proposi-
to, non rixantes offendendi, & varie solitus
fui in his procedere secundum varietatem ca-
suum, & eorum circunstantias, ad quas rectus
iudex debet aduertere.
Et cum alia vice quidam etiam de nocte expe-
ctaret inimicum suum existentem in domo vi-
cini, vt illum exeuntem occideret, & alium
ex eadem domo recedentem pugione pluri-
bus illatis vulneribus trucidasset, credens esse
illum eius inimicum, quem interficere propo-
suerat, dubius admodum fui & quandoq; cre-
didi iure talem malefactorem a pæna mortis,
& sic ordinaria homicidij esse excusandum, &
ad triremes ad vitam & sic mitiori pæna extra
8 ordinaria condemnandum. Nam & si videtur
quod occidens vnum, volens dolo & ex propo
sito occidere alium, tãquam dans operam rei
illicitæ, puniatur lege Cornelia de sycarijs ve-
ra homicidij pæna, acsi illum quem volebat, oc
cidisset vt tenet Bar. in l. respiciendum, §. delin
quunt in fin. n. 6. ff. de pæn. & in l. Diuus, n. 4. ff.
de sycar. licet de hoc dubitauerit & cogitan-
dum reliquerit in l. si cum seruo in fin. ff. de in-
iuri. quem sequi videtur Ias. in l. si per errorem
sub num. 17. in fin. ff. de iurisd. om. iud. addita
9 ea ratione quod cum in delictis sufficiat dolus
in genere, etiam quod sit error in corpore, de-
bet delinquens aliter quam cogitauerit, puni-
ri de eo quod sequutum est, vt dicit Bald. in l.
si quis non dicam rapere, num. 13. C. de Epis.
& Cler. quam opinionem per dictas rationes
& alia fundamenta tenet & veram esse osten-
10 dit Gomez. de delict. c. 3. de homicid. num. 34.
vers. item principaliter quæro, vbi etiam Ad-
dit. in littera. h. fatetur esse veriorem & anti-
quiorem, eam etiam tenuerunt Boss. in pract.
crim. tit. de homicid. n. 73. & seq. vbi late insi-
stit, aiens tãdem quod ipse consuleret superio-
res, vt illum capitæ puniri facerent. Fern. Men-
ch. lib. 3. controuer. Illustr. c. 97, ante fin. sub n.
32. post vers. in summa, ibi sed quid, vbi inquit
putare quod capite puniatur, quia omnino da
bat operam rei illicitæ & homicidium fecit re
& animo, & licet noluerit occidere, quem
occidit, sed alium, tamen occidere voluit,
idq; fecit, nec curatur an vnum, an alium oc-
cidere voluerit, nam lex, homicidium in qua-
cunque persona factum punit, & cum re & con
silio sit factum homicidium, licet extrinsecus
sit erratum, id non impedit pænam homicidij,
quæ vt locum habeat, duo tantum sufficiunt,
quæ interuenerunt, factum scilicet & consi-
lium, idem videtur tenere Roman. in l. semel
mora. n. 17. vers. quid si duo præliantur. ff. so-
lut. matr. vbi ait post Vbert. de Crem. quod si
duo præliantur & vnus concurrit, vt eos diui-
deret, & occisus est ab aggrediente, vel ab ag-
gresso aggressor tenetur de homicidio arg. l.
quoniã multa C. ad l. Iul. de vi public. & Clar.
in §. homicidium, n. 5. vers. dicunt etiam ali-
qui, vbi dicit quod si casus contingeret, illi fa-
ceret amputari caput, cui opinioni de iure vi-
detur etiam adhærere Thesaur. post hæc scri-
pta visus Decis. pedem. 243. nu. 1. & 2. & ante
finem.

11 Sunt tamen alij, qui reiecta d. opinione Bart.
volunt hunc delinquentem non pœna ordina-
ria delicti, pro vt si offendisset illum, in quem
dirigebatur intentio, sed alia mitiori extraor
dinaria Iudicis arbitrio teneri, ex quo respe-
ctu offensi non adfuit dolus, nec animus delin
quendi, sine quo lex Corn. de Sycar. locum ha
bere non potest, sed tantum culpa offendentis
12 considerari uidetur, quæ etiam lata in pœnis
corporalibus nõ æquiparatur dolo. l. in l. Cor
nelia 7. ff. de Sycar. & ibi Bart. & alij scriben-
tes pro ut ita tenendo dicit Angel. in d. §. de-
linquunt, d. l. respiciendum, ff. de pœn. & in d.
l. si cum seruo ff. de iniur. quem sequitur Alex.
in addit. ad Bart. in d. §. delinquunt, Idem te-
nuerunt Florian. in l. scientiam §. qui cum ali-
ter sub n. x i. vers. in gl. 3. ff. ad l. Aquil. Bald.
in l. 3. §. quacunq; sub n. 3. vers. quoad tertium
ff. de iur. iur. & Bonifat. de Vital. in tract. ma-
lef. in rub. de insult. percuss. & defens. n. 35.
vers. sed quid dum velles percutere, Claud.
Battand. in pract. crim. reg. 111. n. 1. 2. & in
reg. 113. n. 1. Ias. in l. 1. n. 18. ff. de legi. dicens
quod quando casus occurrit, decisio Bart. po-
nit Iudices maleficiorum in magno periculo,
dum volunt eam seruare, & quod in iudican-
do tenenda est hæc opinio Angel. tanquam mi
tior, verior, & melior, & in l. si per errorem, n.
17. ff. de iurisdict. om. iud. inquiens quod ita
alias in facto defendit vnum a magno discrimi
ne, & in l. clam possidere §. qui ad nundinas,
sub n. 57. in fine ff. de acquir. poss. & in l. si pa-
ter, n. 9. C. de hære. inst. vbi pariter dicit quod
vti mitior est tenenda. Cepul. cons. crim. 33. n.
12. & plur. seq. vers. sed dubium principale
stat, Alba de mag. com. attestans cons. 30. n. 2.
Io. de Plat. in §. item lex Cornelia sub n. 60. in
fin. inst. de publ. iud Hercul. in tract. de caut. de
non offend. c. 34. n. 12. vers. ex his quoq; & ite-
rum n. 13. vers. ex prædictis, Addit. ad Gomez.
loco cit. dicens esse opinionem mitiorem, &
numero suffragantium potiorem, quam etiam
com. appellant Plac. & Menchiac. relati per
Clar. in d. vers. dicũt etiam aliqui. Gram. cons.
crim. 5. ad fin. n. 8. vers. & licet Bart. & in const.
regn. lib. 1. Rubr. de pœn. percut. & occid. n.
11. vers. item in eo, dicens in vtroq; loco
quod quando casus occurrit, decisio Bart. se-
quuta per Andr. de Isern. ponit Iudices malefi
ciorum in magno periculo, & quod melius di-
xit Angel. & eius opinio tenenda est in iudi-
cando vti mitior, & subiungit in posteriore lo
co ita in facto fuisse iudicatum in sacro Regio
consilio, Ludouic. Carer. in pract. crim. §. 6. cir-
ca quartum nu. 179. vers. vndecimo excusat
13 ignorantia, Gribald. in tract. de omn. gener.
homicid. in vlt. p. tit. de proditor. homicid. n.
33. & seq. vers. quæro si aliquis dolo & propo-
sito, vbi elegantissime probat hanc esse verita-
tem, quia qui perijt non occisus est dolo, vnde
non verificantur verba legis Corneliæ, quæ do
lum exigunt, cum euentu vel effectu, licet
enim reus dolo percusserit, percussus tamen
dolo non obijt, sed culpa, errore scilicet in per
sona commisso, & cum omnis actus ex perso-
na agentis & patietis determinetur, vtiq; per
sona patiens non subest intentioni personæ
agentis, & sic actus non dicitur consumatus,
& in effectum deductus, & ad rationem in con
trarium vrgentem, quod animus occidendi
adfuit, & euentus sequutus est propositum, cũ
vellet hominem occidere, & occiderit, respon
det talem concursum animi & effectus esse re-
spectu generis & in abstracto, & non in specie
vel in concreto, & iura semper in specie & in
concreto loqui, nec genus in abstracto consi-
derare, sed ipsas species, in quibus cadit realis
determinatio: genera enim sola cogitatione
compræhenduntur, & pœnam non merentur,
species verò ad facta & sensus applicantur, &
de illis iura disponunt, ex quibus finaliter con
cludit, quod volens hominem occidere in ge-
nere, non punitur ordinaria pœna, nisi occide-
rit quem in specie trucidare decreuerit, &
hanc partem tenuit senatus Pedem. secundum
eam veluti mitiorem iudicando in contin-
gentia facti, vt testatur Thesaur. dicta decis.
243. n. 4. his iã scriptis visus, qui breuiter per-
transiens pauca admodum adducit, in qua re
me longiorem fuisse & quamplurimas scriben
14 tium autoritates retulisse non piget, cum quæ
stio pulcra sit & practicabilis. Quam opinio-
nem magis de plano admittendam esse, si ex
statuto disponente contra occidentem ali-
quem ageretur, censuit Boss. in d. tit. de homi-
cid. sub n. 74 circa medium vers. sed stante sta-
tuto, quia cum statutum requirat dolum in ef-
fectu executo, & intelligatur locum habere tũ
demum, si dolose quis alium occiderit, & do-
lus absit quoad personam occisam, licet adsit
quoad aliam, non uideretur casus iste compre
hensus a dicto statuto, quod ante eum tenuit
Ias. in l. si pater sub n. 9. ad fin. C. de hæred. in-
stitu. de quo non meminit Boss. qui etiam hoc
firmare non videtur, quinimo subiungit n. 76.
vers. si tamen essem iudex, quod consuleret
Principem vel alium superiorem, vt eius auto
ritate, cum statuta seruare non teneatur etiam
de honestate, talis capite puniretur, quia ma-
gis videtur delinquere occidendo personam,
a qua nunquam recepit iniuriam, quam si oc-
15 cidisset inimicum forte ex legitima causa. Et
ego alias votaui pro pœna ordinaria homici-
dij contra vnum, qui animo deliberato tempo
re noctis volens occidere vnum ex Berroarijs
Curiæ, a quo prætextu officij prætendebat se
iniuria fuisse affectum, alium interfecit ferè
ante ostium solitæ custodiæ Palatij Baricelli;
videbatur enim homicidium valde qualifica-
tum tam ratione animi deliberati, loci, & tem
poris, quam respectu personæ, & causæ pro-
pter quam offensio fiebat, & proinde omnibus
consideratis dignum pœna rigorosa.
16 Fatetur tamen idem Boss. sub n. 73. ad fin. vers.
conclu-

concludendo tamen & iterum n. 75. vers. imo
etiam valde dubito, quod vbi homicida nō po
tuisset ab initio cogitare, quod sequutum est,
& ictus nō tendebat ad eundem finem, vt si ca-
su alius superuenit exiens a ianua, vel erat a la
tere, aut aliter percussus fuit, ita quod nec dire
cte nec indirecte dolus posset accōmodari ad
id, quod secutum est, tunc delinquens nō esset
condemnandus pœna ordinaria homicidij, sed
alia mitiori iudicis arbitrio, quod latius & ge
neralius in omni volente offendere vel occide
re inimicum quendam suum sibi cognitum, &
casu offendente vel occidente aliū ibi proxi-
me stantem vel prætereuntem vel mediatorē,
tradit Gomez. d. c. 3. de homicid. n. 35. vers. &
ex superioribus infertur, vbi post relatam opi-
nionem tenētium, hunc delinquētem pœna or
dinaria teneri, dicit quod cum hæc sententia
sit æquior & a tot & tantis Doctorib. per eum
adductis, approbata, tenēda est in practica, &
quod ipse eam in causa ardua sibi cōmissa pra
cticauit, licet opinio contraria in puncto iuris
17 sit verissima, & iudicio suo sine dubio, & sic
Boss. & Gomez. videntur facere differentiā, an
18 quis errore ductus credens offendere vnum
casu alium offendat, an vero nullo errore du-
ctus, volēs offendere vnum, alium offendat, vt
primo casu teneatur pœna ordinaria, secundo
vero mitiori extra ordinem, quæ differentia in
se vera est, licet & primo casu non sit locus pę-
næ ordinariæ vt sup. dictum est in specie pro-
positi casus, nā & dato errore mitior pęna im-
poni debet, & quamplures D D. ex ibi relatis
loquuntur generaliter & indistincte, amplectē
tes vtrumque casum, volentes semper arbitra
riæ pœnæ & non mortis locum esse; quod & si
verum est, non tamen eadem seruanda est men
sura in vtroque, nam grauior arbitrāda erit pœ
na in primo casu, quam in secundo, cum in il-
lo grauius, in isto leuius videatur delictum, cui
19 pœna commensuranda est, & pro modo culpæ
imponenda. Gandin. de Malef. tit. de homicid.
& eor. pęn. sub nu. 20. ver. si autem delictum. &
est text. in auth. omnes peregrini in fine, C. cō.
de success. & scriptū est quod iuxta delicti men
suram erit plagarum modus vt in Deuteron. c.
20 25. Vnde in delictis non corporalibus, sed pe-
cuniarijs, in quibus sufficit culpa, & lata dolo
ęquiparatur, vbi a lege expresse dolus non exi
gatur secundum doctrinam Bart. in l. 1. §. 1. nu
mero 1. ff. si quis testam. lib. es. ius. fuer. Et no-
tata per Angel. de malef. in verbo scienter, &
dolose, num. 4. & 5. & in verbo & apensate, nu.
1. & per Gandin. d. tit. de homicid. & eor. pœn.
num. 19. & seq. vers. item pone quæstionem, &
21 p alios quos consulto prætereo. In casib. occur
rentibus, insultantes percutientes alios quam
aduersarios tanquam operam rei illicitæ dan-
tes & in culpa existentes semper condemnaui,
diuersimode tamen, quandoq; enim in inte-
gram pœnam, cum ex proposito, & animo de
liberato volentes offendere vnum, alium offen
derunt, credentes esse illum, quem volebant of-
fendere, vel cum offensos ante oculos haberēt,
& prospicere possent, ne eos offenderēt, vt qa
adinenando manifestum erat, quod ex ictu ta-
li offendissent illos, quandoq; verò in medieta
te pœnæ, cum leuior adesset culpa, vt vix cogi-
tari posset ad aliorum offensionē, vt quia offen
sus erat retro, vel a latere, vel casu exijt per ob
liquum ex aliqua domo, vel apoteca, & ad lo-
cum rixæ superuenit. & videri non poterat, &
ita etiam ab alijs obseruatum vidi, vt optime
ex allegatis supra hæc omnia iustificantur.

EPITOME.

An vxoratus carnaliter cognoscens mulierem solutam de iure ciuili committat adulterium & proinde teneatur pęna statuti de adulterio, an vero aliter sit puniendus & quomodo.

SVMMARIA.

*Vxoratus carnaliter cognoscēs mulierem solutam, non committit Adulterium de iure Ciuili, nec te-
netur pœna statuti de Adulterio. 1. cum seq.*
Sed tenetur pœna stupri. 5.
Conclusio prædicta indubitata dicitur, communiter & verissima. 2. 6.
Didaci Canter. opin. in contrarium reprobatur. 3. cum aliq. seq.
Stuprum committitur cum Vidua, vel Virgine. 4.

CASVS VIGESIMVS SECVNDVS.



Væsitum fuit, an de iure ciuili
vxoratus carnaliter cogno-
1 scens mulierem solutam com
mittat adulteriū, adeo quod
puniri possit pœna statuti de
Adulterio loquentis, & con-
clusiue procedendo, dico quod non, per tex.
in l. 1. C. ad l. Iul. de Adult. vbi dicitur quod
vxor non potest accusare maritum de adul-
terio, nec iure vxoris, quia in lege non ca-
uetur, nec iure extranei, quia est mulier, & ita
in puncto per illum tex. dicit ibi Salyc. in 2.
& 4. oppos. sub num. 2. & 3. & in l. si qua Illu-
stris num. 3. vers. sed hoc intelligo C. ad Se-
nat. Cons. Orfici. & in auth. ex complexu.
nu. 2. vers. ex quo nota C. de incest. nupt. se-
quuntur Alex. cons. 139. ante fin. vers. plus
dicit lib. 1. & ibi etiam Natt. in addit. ad
eum, Socin. cons. 148. num. 3. vers. primum
fundamentum est lib. 1. Dec cons. 306. in prin.
& in fine & cons. 316. num. 3. vers. sed tamen
his non obstantibus. Boss. in pract. crim. tit.
de coit. damnat. & punib. nu. 23. & seq. vers. cæ-
2 terum, Clar. dicens esse indubitatam Docto-
rum opinionem in §. adulterium sub. num. 2.
vers.

3 vet.tribus autem modis, post principium.quic quid dicat nouissime Didac. Canter. in suis qq.crim.c.4 rubr. de vitio & fragilit. carn. & de coitu illicito in materia stupri n. 13. ad finem vers.& circa vxoratum fol.467.vbi ait credere quod de rigore iuris puniatur pœna adulterij, & latius in materia adulterij sub nu. 25. vers. ex qua diffinitione fol. 475. vbi idem tenet, & respondet ad d. l. 1. C. de Adult. quod probat solum quod vxor non possit accusare virum de adulterio, non autem quod maritus non committat adulterium, si ad aliam accedat mulierem;subdens quod imo tex. ille potius præsupponit contrarium,quod, s.maritus committat adulterium, dum dicit vxorem nō habere accusationem adulterij,quasi quod illud vir commiserit, & maxime quia postea dicit text. quod maritus violauit torum vxoris, dum loquens cum vxoribus dicit formaliter, quamuis de matrimonio suo violato quæri velint, quoniam hæ considerationes licet subtiles,nihil obstant,nam ideo denegatur accusatio adulterij,quia illud nō commisit maritus, & violatio tori vxoris non infert, quod commissum sit adulterium, sed bene quod vir deliquerit,quod non negatur,nam conceditur qđ
4 stuprum commiserit, quod proprie cum soluta committitur,id est cum vidua vel virgine §. item lex Iulia de adulterijs, vers.sed eadem lege,Insti.de publ.iud.l.inter liberas,§.1. & l.stu
5 prum,ff.ad l.Iul.de adult.cum similib. & quod pœna stupri poterit puniri, vt volunt Natt. in dd.addit.ad Alexand.d.consi.139. Soc.d.consi.148.sub num.3.& seq. versic.secundum fundamentum.Dec.d.consi.306.sub num.5.& seq. ver.4.& vlt.Boss.d. tit.de coit. damn. & punib. numero 25.& seq.Clar.in dicto §.adulterium, sub num.2 post vers.tribus autem modis circa medium, & alij per eos allegati, nec id negat Salycet.in d.l.1.sub num.2.& 3.C.de adult.qui accusationem tantum adulterii tolli dicit, & non alias actiones, immo eas competere audacter affirmat. Et vidi nonnullos errare condēnando vxoratum & solutam,cum qua delique
6 rat,in pœnam adulterij secundum formam statutorum, quod est contra communem,& verissimam scribentium opinionem de iure ciuili, quo attento neuter eorum vere & proprie dicitur adulterium committere, nec proinde potest puniri pœna adulterii, vt dicit Clar, loco allegato post alios supra citatos.

EPITOME.

An testis deponens de aliquo maleficio per alium commisso,per torturā, probet absque eo quod postea ex interuallo extra tormenta confirmet & ratificet suam depositionem,& an idem sit in socio criminis,qui super nominatione consocij specialiter tortus eam confirmauit, an scilicet & is extra torturam nominationem illam ex prima confessione resultantem & in tormentis confirmatam ratificare debeat.

SVMMARIA.

Testis dictum in tormentis nō eget ratificatione seu perseuerantia,nu.1.

Socij criminis dictum in tormentis ratificari debet, vt faciat inditium contra socios nominatos secundum aliquos.2.

Quod tamen reprobatur & contrarium verius esse ditur.3.cum seq.

Confessio de delicto contra se & alios facta sine tormentis præiudicat ipsi confitenti, absque alia ratificatione.4.

Confessio prædicta nominato socio non præiudicat,nisi nominans illam confirmet in tormentis.5.

Confirmatio, vt sup. in tormentis facta de prima confessione,non eget alia ratificatione.7.

Confirmationis prædictæ ratificatio haberi potest occasione confirmationis inter ipsos si opus erit facienda.8.

Confrontatio reorum inter ipsos fieri potest.9.

Infamis non admittitur in testem sine tortura. 6.

Confessio in tormentis facta contra se & alios non nocet confitenti nisi ratificata.10.

Confessio præd.de se & aliis facta in tormentis & postea ratificata, denuo in tormentis est confirmanda, vt faciat inditium contra nominatos.11.

Confirmatio in tormentis facta primę confessionis ratificata, ut sup.non eget alia ratificatione. 12. & ibi Marsil.declaratur.

Iudex tamen non male faceret prędicta confirmationis ratificationem exigendo.13.

Confessio geminata magis afficit. 14.

CASVS TRIGESIMVS TERTIVS.



Testis deponens de maleficio per alium commisso,cum tortura probat absque eo quod postea ex interuallo extra tormenta confirmet, & ratificet dictum suum, ex quo enim tortus est & non potest ex interuallo dictum suum sponte corrigere, nulla in eo requiritur perseuerantia,ita concludit Bald.in l.fin. numero secundo, versic. in ea gl.ibi contra se, C.de quæst.quem refert & sequitur August.de Arimin.in addit.ad Angel. de Malef.in verbo, quod fama publica præcedente,nu.117. versi. quarto limita prædicta non habere locū in teste,idem tenet Onofr. Camaian. in allegationibus insertis per Farinac. in suis qq.crim. lib. 2.q.39.nu.139. versi.ratio diuersitatis manifesta

ita apparet, & est decisio notabilis & paucis in indiuiduo nota, licet communiter ab omni
3 bus practicata. Quæ conclusio tamen non procedit in socio criminis torto ad inditiū faciēdum contra per ipsum nominatum, nam is depositionem suam in tormentis specialiter ad hoc datis factam, extra tormenta ratificare debet, non secus ac factam in tortura super delicto contra se ipsum. Farinac. lib. 2. qq. crim. q. 43. nu. 138. vers. & antequam specialiter, pro vt illum & alios in hanc opinionem refert & sequitur & tenendum dicit & obseruandum saltem ad cautelam Sigism. Scac. de iud. caus. ciuil. crim. & hæretic. lib. 1. c. 81. tit. de dicto soc. crim. ex. tort. & in tort. n. 9. vers. quinto dubitatur. Quod tamen ego verum non credo, nec vidi obseruari, nam Aut reus examinatus tanquā
4 principalis quoad se & testis quoad alios sine tortura confessus est delictum contra se ipsum & alios nominatos, & nulla opus est ratificatione vel confirmatione confessionis, sed sola & vnica sufficit contra ipsum ad condemnationem. Bart. in l. 1. in fine ff. de custod. reo. Clar. in pract. crim. quæst. 65. num. 2. vers. sed quæro nunquid, vbi dicit esse communem, & quasi omnium opinionem & refert plures ita tenentes, quibus addi potest Angel. de malef. in verbo. quod fama pub. præced. num. 110. vers. & postquam aliquis, & ibi etiam August. in addit. ante num. 113.
5 Et respectu nominati vt dictum illud socij criminis contra ipsum faciat inditium, adhibetur tortura contra nominantem, ex quo enim
6 propter proprium delictum effectus est infamis, non admittitur in testem sine tortura, vt post antiquiores dicunt Clar. in pract. crim. q. 21. nu. 11. vers. Scias etiam quod dictum socii criminis, Farinac. lib. 2. qq. crim. q. 43. nu. 134. cum seq. vers. sublimita tertio. & Sigism. Scacc. de iud. caus. ciuil. crim. & hæret. lib. 1. c. 81. tit. de dicto socij criminis extra torturam & in tort. nu. 6. & 7. vers. tertio dubitatur. Et vbi
7 in tortura confirmet, & sustineat dictum suum seu nominationem de alijs factam, non uidi postea aliam eius ratificationem & perseuerātiam extra tormenta procurari aut requiri, videtur enim quod sufficiat prima cōfessio legitima cum eius confirmatione in tormentis ad purgandum defectum infamiæ absq; eo quod vlterius interrogetur. Nisi forte Iudex velit il
8 lum ponere ad faciem nominatorum & cum illis eum confrontare, si negent, vt facilius veritatem reperiat, pro vt sibi facere licet per ea
9 quæ tradit Clar. in pract. crim. q. 45. sub nu. 14. post ver. sed in proposito quæro, ibi, hæc autē confrontatio.
10 Aut reus examinatus cum tortura confessus est delictum contra se & alios, & opus est perseuerantia, & ratificatione extra tormēta, nec aliter dicta confessio sufficit contra ipsum confitentem ad condemnandum. Bart. in l. 1. in vltimis verbis ff. de custod. reo. dicēs quod ita obseruat consuetudo, Boer. decis. 163. nu. 18. aiens quod est com. opi. Clar. alios citans. in pract. crim. q. 64. nu. 40. vers. cæterum si reus in tormentis, Angel. de malef. in d. verbo quod fama pub. præcedente, n. 111. & 112. versic. secundo nota quod si confessio, & ibi etiam Au
11 gust. in addit. sub n. 117. Et respectu nominati vt illud dictum in tormentis, ratificatum extra tormenta faciat indicium & probet contra ipsum nominatum, non sufficit quod illa prima depositio socii criminis sit facta in tormētis & postea etiā legitime ratificata extra tormenta, sed requiritur quod specialiter ipse cōfitens denuo torqueatur ad purgandum dictā eius infamiam, & ad probandum, & indicium faciendum contra nominatum per ipsum, & quod in ipsis tormentis nominationem confirmet, ita aperte colligitur ex dictis per Clar. in pract. crim. q. 45. sub num. 13. post vers. cæterum si reus in examine, ibi item si sunt tales testes, & Clar. in propriis nostris terminis refert & sequitur Farinac. lib. 2. qq. crim. quæst. 43. n.
12 137. vers. imo tortura debet adhiberi specialiter. Post quam vero sic tortus confirmauit nominationem de socijs factam & dictum suum, vlterius, quod ego vnquam viderim, non interrogatur pro habenda noua ratificatione & perseuerantia nominationis extra tormenta, quia videtur sufficere prima depositio in tormentis, ratificata extra tormenta, & ipsa noua confirmatio nominationis sociorum in tortura sine alia perseuerantia extra torturam, nisi vt dictum est Iudex ipse expedire iudicauerit vlterius interrogare talem confitentem & ponere illum ad faciem nominatorum negantiū, eumq; cum illis confrontare, nec aliter videtur dicere Mars. in l. repeti. nu. 31. ver. his visis, ff. de quæst. in pract. crim §. diligenter nu. 154. vers. quæro vlterius, dicit enim in dictis locis quod si inquisitus de maleficio tortus fateatur se commisisse delictum vna cum Titio, & postea ductus ad bancum iuris ad ratificandum neget, & non vult perseuerare in confessione, & repetitus in tortura perseuerat in negatione, vigore suæ primæ confessionis in qua nominauit Titium in socium, Titius nō poterit torqueri etiam in casibus, in quibus potuerit tortus de sociis interrogari, quia licet reus propter illam suam confessionem primam possit in tortura repeti, per d. l. repeti. & ibi not. per scribent. non tamen idem est in Titio, in quo non est eadem ratio, nam d. confessio contra confitentem facit nouum indicium, non autem contra Titium, qui non fuit confessus nec negauit & contra quem nihil facit confessio illa socii, nisi vestiatur cum ratificatione & perseuerantia ipsius rei confitentis, quo non perseuerante dicitur nuda & non nocet & corruit tanquam accessoria, corruente ipsa confessione rei, adeoq; vt bene intuenti patet, φ nō loquitur Mars. de ratificatione exigenda a socio criminis, post quam in tortura sibi spe-

 cialiter

cialiter illata ad purgandam infamiam & ad
faciendum indicium contra nominatum, sed
loquitur de ratificatione confessionis primæ
factæ in tormentis, & antequam confitens ip-
se specialiter torqueatur ad indicium faciēdū
contra nominatum, & ita etiam clarissime lo-
quitur Farinac.d.q.43.nu.138.vers.& antequā
specialiter torqueatur, quicquid dicat Scac.lo
13 co citato. Si tamen quispiam vellet ad cautelā
vt dicit Sigism. Scac. supra relatus habere etiā
ratificationem & perseuerentiam confitentis
extra tormenta dicti contra nominatos per ip
sum in tortura ei specialiter illata ad purgan-
dum infamiam, & ad faciendum indicium con
tra nominatos, non male faceret, nec ego im-
probo hoc, sed solummodo necessarium non
credo, nec in practica obseruari vidi, & cum
abundans cautela nocere non soleat, non re-
prehendendus esset, qui ad euitandas Docto-
rum opiniones, & ad ponendum omninò in tu
to talem confessionem & nominationem, exi-
geret illius perseuerantiam sine tortura, quæ
14 etiam absq; dubio aliquid prodesset & velu-
ti geminata & sæpius reiterata maiorem ve-
ritatis demonstrationem induceret & præse-
ferret, arg. l. balista, ff. ad S. C. Trebel. cum ibi
not. & eorum quæ tradunt Crauet. cons. 114.
num. 8. & 18. & Catell. Cott. in suis memorab.
in verbo geminatio in primo, & in 2. memor.
& latius in 3. incipiente geminatio uerbo-
rum operatur.

E P I T O M E.

An testis negans attinere parti eum inducenti puniatur, & qua pœna, si constet quod attinet, & quid in similibus casibus, in quibus negat aliquid non concernens negocium principale vel eius substantiam, & de mendacio conuincitur.

S V M M A R I A.

Testis negans se attinere parti inducenti, si contrarium appareat verum, dicitur falsus. n. 1.

Consanguinitatis ignorantia non præsumitur. 2.

Cognatus vel attinens, non dicitur proprie consanguineus nec affinis. 3.

Testis qui in generalibus dicitur recte respondisse, si appareat inducenti coniunctus, dicitur falsus. 4.

Testis negans attinere inducenti, & conuictus de mendacio, licet parentela sit leuis, quæ eum non repellat a testimonio ferendo, punitur pœna stellionatus, sed dictum sustinetur. 5.

Testis deponens falsum super incidentibus circumstantiis, & appendititis punitur extraordinarie iudicis arbitrio. 6.

CASVS TRIGESIMVS QVARTVS.



Ccusatus de turbata possessio
ne petijt testes contra eum
examinatos ad instantiam
accusatorios de falso puniri,
ex eo quod interrogati super
ipsius interrogatorijs dixe-
runt non attinere d. accusatori, cum tamen in
processu constet vnum esse pronepotem ex so-
rore & alterum filium fratris auitini, quæ pe
1 titio, mihi visa fuit iusta, quoniam cum de cō
iunctione & parentela legitime appareat, &
quidem in gradu non multum remoto con-
2 stat eos falsum dixisse, præsumiturq; id scien-
ter fecisse, quia non est verisimile cognatos
sanguine hoc ignorasse. l. octaui. in fine, ff. vn.
Cognat. & l. tutela. C. de in integr. rest. minor.
& ita in puncto concludit Bar. in cons. 88. nu.
3. & 4. lib. 1. quem sequitur Natt. in cons. 59.
nu. 4. & sentiunt idem Bart. & Ioan. de Riccijs
Florentinus in cons. 8. in toto inter consilia cri
minalia diuers. lib. 2. in prioribus impressis in
par. fotm. licet ibi excusent a pœna testē, quia
præcise fuerat interrogatus, an esset affinis vel
3 cōsanguineus inducentis, & non erat talis se-
cundum proprietatem verborum, sed cogna-
tus vel attinens, quod nō negauerat. Et in for-
cioribus terminis habetur per Cepol. in cons.
4 crim. 3. sub nu. 6. vers. & alius testis, vbi vult
quod si super generalibus dicatur quod testis
recte respondit, & constet quod sit coniunctus
parti inducenti, dicitur falsus. Quod videtur
5 procedere etiam si concederemus quod di-
cta parentela sit leuis & talis, quæ nota & ma-
nifesta eos non repellat a ferendo testimonio
in illa causa, quia adhuc puniendi sunt, si non
pœna ordinaria falsi, saltem crimine stelliona-
tus, licet quoad probationem, eorum dicta nō
annullentur, pro vt aliàs fieret per dictum Ia-
cob. Butrig. in l. Lucius. ff. de infam. vbi dixit
quod si aliquis sit meus affinis aliqua affinita-
te, quæ nota & manifesta non repelleret eum
a testimonio ferendo pro me, si tamen in eius
depositione dictam affinitatem negauit men-
tiendo, non per hoc eius dictum annullatur,
licet propter mendacium puniri possit pœna
stellionatus, quod dictum pro notabili & sin-
gulari refert & sequitur Angel. in cons. 194. sub
n. 2. & post eum Marsil. in cons. 37. nu. 6. vers.
& pro hoc facit & in cons. 70. n. 4. & 5. vers. &
quod dicti testes. & sub num. 11. vers. præterea
quod dicta accusatio. & sub n. 18. post vers. &
certe, & in singular. 76. communis conclusio,
circa medium vers. sed tene tamē menti, & cū
hac opinione transit etiam idem Mars. in cons.
15. nu. 16. vers. ad quod dicendum, & in cons.
51. nu. 67. vers. ad quod dicendum, moneor ex
notabili doctrina, licet non referat ita plene
pro vt facit in alijs locis supra allegatis, verba
6 Iacobi Butrig. Eandem opinionē quod in ter-
minis istis testes licet excusentur pœna ordi-

naria

naria falsi, cum non deposuerint falsum super negotio principali, vel eius substantialibus, teneantur tamen crimine stellionatus & puniri debeant extra ordinem arbitrio iudicis, cum dixerint falsum super circunstantijs & appenditijs, tenet Ias. in l. si quis nec causam nu. 22. vers. adde etiam ff. si cert. pet. in l. si duo patroni, §. idem Iulianus, num. 38. vers. & circa prædicta, ff. de iur. iur. & in l. si ex falsis, sub nu. 10. vers. circa hoc nota C. de transact. post Iacob. Butrig. in d. l. Lucius, & Angel. in d. cons. 194. & dicit quod ita etiam tenet Bar. in d. l. si ex falsis in 2. lect. vbi ante nu. 13. vers. vnum tamē nota, refert illud dictum Iacob. Butrig. ad excusandum testem vt supra deponentem a pæna falsi, & in hac opinione residet etiam postea in fine sub num. 14. nihil tamen dicit de pæna extraordinaria, & idem quod Ias. in dictis locis aperte tenet Cott. in memoral. in verbo, testis qui deposuit illud. circa medium, in ver. & idē etiam in teste. vbi alios eiusdem sententiæ refert, quam ego sequutus suum credens iustum esse vt pro dicto mendacio aliquam pænam extraordinariam mererentur, quod & placet Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 4. cas. 307. n. 1. 2. 3. vbi & alios refert ita tenentes.

EPITOME.

...n & quando promissio nominatim facta de aliquem non offendendo, vel generaliter de neminem offendendo sub pœna in vno territorio, rupta dicatur ex offensione facta in alio territorio in personam nominatam, vel aliam non specificatam.

SVMMARIA.

1 Romissio de non offendendo certam personam intelligitur rupta per offenssionem illius factam, licet in alio territorio. nu. 1. & 3. in fine.

...omissionem prædictam ut supra non seruans punitur pæna promissa, per iudicem loci, in quo fuit facta promissio, & pæna offensionis per iudicem loci delicti. 2.

...omissio generaliter coram uno Iudice de neminem offendendo, non intelligitur rupta per offensionem non subditi in alieno territorio. 3.

...ASVS TRIGESIMVS QVINTVS.



Ace inter duos inuicem facta in vno territorio de iniurijs, & percussionibus inter ipsos sequutis, cum promissione de se non offendendo sub certa pæna pecuniaria, vnus alterum reperijt in alio territorio & illum offendit, fiscus loci factæ pacis & promissionis egit
ad pænam conuentam, ad quam se teneri negabat offensor, ex eo quod delictum esset cō-
1 missum extra territoriū. Ego fui in voto quod
fiscus recte egerit, & offensor ad pænam promissam condemnari debeat, quia talis promissio generalis & indeterminata nō restringitur ad loca supposita Iudici, coram quo fit, sed extenditur ad alia loca etiam extra iurisdictionē suam, nec in hac materia habet locum dispositio l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. quod iurisdictio & potestas iudicis extra territorium non protenditur & ei impune non paretur, ita in terminis tenent in d. l. Ias. in 6. limit. n. 12. & Mars. nu. 20. & idem Mars. in sing. 532. superioribus diebus, & in tract. de bannitis in verbo, pace, nu. 28. & ante istos idem voluerunt Bart. post Gulielm. de Cun. in l. illicitas, §. ne potētiores, nu. 6. vers. quæro si Titius de quo timebam. ff. de off. præsid. & ibi etiam Alber. de Rosat. nu. 10. vers. sed pone, & nouissime Octauian. Vulpel. nullam de prædictis mentionem faciēs, in tract. de pac. induc. & promis. de non offend. q. 89. per totam, cum quibus conuenit Angel. in cons. 343. in toto, vbi concludit quod securitas data alicui a populo transeūdi per eius territorium, debet per illos de territorio seruari in omni loco etiam extra illud territorium; Potestq; Iudex coram quo offendens promissionem fecit, eum punire pæna promissa, quia fe-
2 cit contra promissionem, quæ de omni loco facta intelligitur, & iudex in cuius territorio offendit, puniet eū pæna legali, seu ordinaria offensionis, quia ratione delicti sortitus est ibi forum, & pūctualiter dicit Alberic. in loco cit. subdens non esse inconueniens quod ita per duos Iudices puniatur, quia & idem fit alias diuersis respectibus, & idem videtur voluisse Bar. ibidem, dum tenet talem promittentem posse conueniri ratione contractus, & ratione domicilij ex sua persona propter promissionem, & puniri etiam in loco commissi delicti propter
3 ipsum maleficium. Reperio tamen quod ipse
Alber. de Rosat. in tract. de statut. lib. 2. q. 23. late disputat, an satisdatio per aliquem præstita iussu Iudicis de neminem offendendo sub certa pæna generaliter & absq; aliqua personarū & locorum specificatione intelligatur respectu territorij potestatis eam exigentis tātum, an vero etiam extēdatur ad offensiones factas in alieno territorio. & recitatis opinionibus contrariis, & multis hinc inde deductis, tandem num. 7. ex mente Martin. Siliq. distinguit quod aut delictum est commissum in subditū iurisdictioni potestatis, qui satisdationem exegit, aut in non subditum Primo casu potestas potest procedere vigore satisdationis, quia tabellio quātum ad subditos potuit stipulari certis & incertis personis, & vbiq; locorum. Secundo casu nō potest procedere, quia tabellio non potuit alijs extraneis quærere, maxime quia satisdatio nō habens loci determinatio-

nem ex verisimili mente potestatis & promissoris videtur intelligenda de territorio ipsius potestatis. Sed non obstat determinatio ista conclusioni supra firmatæ, in qua cũ adsit specificatio & certitudo personarum, non est mirum, quod promissio quoad illas intelligatur generaliter de omni loco, & non sit restricta ad territorium iudicis. Quinimmo diligenter considerata facit dicta determinatio pro ipsa conclusione, ex quo isti promittentes se inuicem non offendere, dicantur subditi iudici loci factæ promissionis, saltem ratione contractus, si non alio respectu, vt sup. tetigi ex mente Bartol. & Alberic. ad aliud propositum, & in subditis procedit conclusio etiam stante incertitudine personarum, quod scilicet pœna incurratur etiam si offensio fiat extra territorium loci factæ promissionis, vt dictum est in secundo casu distinctionis per ipsummet Alberic. factæ in d. quæst. 23.

EPITOME.

Quod reus relaxatus de carcere, si postea contra eum superuenirint indicia sufficientia ad torturam, debet citari, vt compareat ad subeundum tormenta, & si non compareat, debet poni in banno, & tanquam cõtumax condemnari, ac si nunquam comparuisset in iudicio.

SVMMARIA.

REus relaxatus e carcere si postea nolit comparere ad purgandum indicia potest secundum aliquos in pecunia & relegatione damnari. n. 1.

Vel captis pignoribus & multa indicta ad comparendum arctari. 2.

Quod procedit de iure com. 3.

Sed stante statuto, quod contumax habeatur pro cõfesso citatus ad subeundum tormenta, nec comparens, ponitur in banno, & vt contumax a principio, condemnatur. num. 4.

CASVS TRIGESIMVS SEXTVS.



IMputatus de delicto citatus comparet, & negat se commisisse maleficium, & nihil quod vrgeat contra eum extante, relaxatur sub fideiussore, superueniunt postea indicia ad torturam sufficientia, & non vult cõparere, quæritur quid sit faciendum per Iudicẽ, ne delictum illud remaneat impunitum? Gan-
1 din. in tract. de malefic. in rub. quid sit agendũ reo præsente, & non contumace, nu. 6. vers. sed pone quod iste accusatus, ponit punctualiter hanc quæstionem & concludit, quod imponetur ei pœna pecuniaria, & si adhuc in contumacia perseueret, sæpius admonitus, relegabitur.
2 Gl. in l. quæstionis habendæ, quę est, l. pen. ff. de quæst. in tertia lectura dicit quod remedijs prætoris arctatur ad comparendum, captis s. pignoribus, & multa indicta per l. 1. §. ex hoc rescripto. in ver. quid ergo si non responderit, ff. de ventr. inspici. quod videtur esse remediũ generale ad faciendum comparere reum etiã ante litem contestatam coram Iudice, vt dicit Gandin. in d. tract. in rub. quid sit agendũ reo absent. & contum. nu. 2. ver. sed quid si accusatus sit contumax per l. 1. ff. si quis iusdicen. non obtemperau. vbi tamen non meminit de dicta gl. pro vt nec in alio loco supra allegato. Bart. in d. l. penult. num. 2. format hanc eandem quęstionem & recitato d. remedio, glo. dicit illud
3 verum esse de iure communi, secundum quod absens non potest damnari etiam vbi agitur de pœna pecuniaria, nisi de maleficio constet, iux. l. absentem, ff. de pœn. sed non secundũ sta
4 tuta terrarum vigentium per totum orbẽ, ex quibus absens contumax habetur pro confesso, & condemnari potest, quia tunc sicut ante comparitionem si fuisset contumax & pateretur se poni in banno, haberetur pro confesso, ita quando postea citatus est, quod veniat ad subeundum tormenta & est contumax, & patitur se poni in banno, haberi debet pro con- A
fesso & condemnari per l. consentaneum. C. quom. & quan. Iud. & l. properandum, §. sin autem reus. C. de iud. in quibus dicitur quod sicut contra contumacem ante litem contestatam proceditur ad missionem in possessionem ex primo Decreto & ex secundo, ita potest procedi post litem contestatam, & inquit Bartol. quod ita pluries practicauit, & quod est menti tenendum, quia est multum notabile. Practica ergo secundum Bartolum est, quod talis relaxatus citetur, ad subeundum tormenta, & si non comparet, ponatur in banno, & condẽnetur vti contumax, & habitus pro confesso, quemadmodum condemnatus fuisset si nunquam comparuisset, & ab initio cõtumax fuisset, quam practicam approbat Marsil. in cad. l. pen. nu 9. versi. modo redeundo, & cum eadem transire videtur Angel. de malef. in verbo, qui Dominus iudex videns sub nu. 17. ante finem ibi, & quod aut veniret ad cõfitẽdum, aut ad subiiciendum se torturæ, & ego eam sum secutus, bis secundum eam votando.

EPITOME.

Quod verus homicida, vel aliter delinquens non liberatur a pœna criminis propter pœnam alteri impositam, qui maleficium illud fecisse fuerat cõfessus vel conuictus.

SVM-

SVMMARIA.

P*AEna imposita innocenti & soluta non liberat nocentem seu verum delinquentem, per totum.*

CASVS TRIGESIMVS SEPTIMVS.



Vspectus de quodam homicidio & captus per curiam ac diligenter examinatus, & tortus, confessus fuit se illud cōmisisse & in executionem cō demnationis de eo factæ, decapitatus est. Post aliquot annos compertum fuit quod alius dictum homicidium fecit. Quærebatur, an iste etiam esset decapitandus. Et indubitanter resolui quod sic, quia pœna eius, qui non deliquit, non liberat verum delinquē tem a debita punitione, vt in hac specie est tex. ad litteram in l. qui seruum ff. de inter. act. & dicit ibi Bald. in lectura, quod si non homicida esset decapitatus pro homicidio, hoc nō releuat verum homicidam, quin & ipse sit decapitandus, & idem formaliter repetit in l. res inter alios ad finē n. 10. C. quibus res iud. non noc. sequitur Marsil. alios referens, in l. 1. §. si quis vltro nu. 53. ff. de quæst. Carer. in pract. crimi. §. 6. circa quartum, sub nu. 179. ad fin. vers. in hac materia circa hunc errorem. vbi pariter alios idem tenentes copiose allegat, & tradūt addentes ad Bart. in d. l. qui seruum, Abb. in c. quamuis, nu. 6. vers. septimo quæro, extra de sent. & re iudi. & generaliter quod pœna imposita innocenti, & soluta non liberet nocentem seu verum delinquentem, tenet Angel. de Perus. in cons. 190. sub nu. 1 & in l. si is, ff. de confess. n. 3. dicens notandum esse à Iudice maleficiorum, vt malefactorem detectum afficiat pœna condigna, non obstante quod punitus fuerit insons pro eodem maleficio, Paris de Puteo de syndicat. in verbo, confessio, nu. 4. & Angel. de Aret. in tract. malef. in verbo, dandis & soluendis n. 6. & ibi etiam Augustin. in addit. n. 9. & ante eos, Din. in c. ratihabitionem, num. 15. extra de reg. iur. Et pluribus autoritatibus & rationibus si expediret comprobaretur, non tamen omittam singulare dictum Bald. in c. 1. §. iniuria. sub num. 19. vers. quæro duo Titij, de pac. iuram. fir. in vsi. feud. vbi inquit quod si duo sunt Titij & vnus interfecit Seium, & Iudex per errorem decapitauit alterū, verus homicida non est liberatus, sed venit decapitandus, & faciūt gl. & doctores in l. cōfessionibus, ff. de interrog. actio. & in d. l. si is, ff. de confess.

EPITOME.

Quod testis deponens aliquid quod verum sit in se, ignotum tamen ipsi, dicitur potius deponere falso, quam falsum, & ideo non tenetur vera pęna falsi, sed alia mitiori arbitraria, pro vt & illum ad sic testificandum inducens & subornans.

SVMMARIA.

T*Estis falso, non falsum deponens extraordinarie punitur iudicis arbitrio. n. 1.*

Statutum puniens dicentem falsum testimonium non comprehendit eum qui verum, sed falso deponit, numero 2.

Subornans testem vt verum, sed falso deponat, extraordinarie punitur iudicis arbitrio. nu. 3.

Nec excusatur non viendo illa depositione, & quare. num. 4.

CASVS TRIGESIMVS OCTAVVS.



Estis examinatus super capitulis ad defensam rei, subornatus a quodam d. rei affine, deposuit fuisse præsentem rixæ ab initio & vidisse d. reū ab aduersario prouocari, & cum constiterit illum præsentem nō fuisse nec vidisse, prouocationem tamē in se veram esse, licet ipse de ea infomatus non esset, sed instigatus & inductus ab illo affine inquisiti sic deposuisset, & ageretur de pœna imponenda te-
1 sti & subornanti, Dixi vtrunque excusari a pœna ordinaria falsi, & alia mitiori extraordinaria Iudicis arbitrio teneri, nam testis deponens verum ignotum sibi, & quod ipse non sciebat, non dicitur testificari falsum, sed potius deponere falso, & ideo non tenetur pœna falsi, sed alia extraordinaria propter temeritatem & depositionem contra propriam conscientiam, pro vt in terminis eleganter ex multis concludit Anch. in cons. 24. nu. 5. & pluribus seq. vers. ideo discutiendum est, quem sequuntur Socin. in cons. 103. circa finem, nu. 3. post vers. quarto & vlt. lib. 1. Felin. in cap. Fraternitatis, ad finem sub nu. 26. vers. item nota quod testis. extra de hæretic. dicens se ita consuluisse, & est cons. 48. nu. 14. cum aliq. sequent. Boss. in pract. crim. tit. de fals. nu. 122. vers. & vbi capitulum, & Cott. memoral. in verbo te-
2 stis qui deposuit illud, vbi ait hoc esse notandum ad statutum puniens testem dicentem falsum testimonium, vt non habeat locum in deponente modo prædicto, subditq; quod ita cum ex facto incidisset, obtinuit coram Capitaneo iustitiæ Mediolani, & quidem cum dictum testis sit in se verum & falsitas sit solum modo in ratione ipsius dicti, & non noceat alicui, nec etiam nocere possit, non potest habere locum pœna ordinaria falsi, vt considerant in dictis locis Ancar. Socin. Felin. & Cott. &

transgressio.Gram. dicta decis.40. n.20.& seq.
Menoch.in d.casu 365.nu.6.& seq. & Farinac.
in d.q.19.sub d.nu.32.ad fi.Et cum hanc secū-
4 dam opinionem ego sequar,si contemptus es-
set in omittendo, vel etiam in committendo,
in re tamen non magnæ considerationis, cre-
derem superioris partes esse leniter pro sua
clementia inobedientem punire, & ad sum-
mum pæna exilij ad modicum temporis spa-
5 tium, maxime quia interdum similes contem
ptores mandatorum suorum Dominorum so-
lent solummodo corripi & reprehendi absque
alia pæna,vt dicit Gram. d.decis.40 sub n.21.
ad fi.quod ante eum sentit Bal. in d.cons.367.
sub nu.4.vers.& interdum lib.3.

EPITOME.

An,quãdo,& quomodo puniri debeat qui præter eius intentionem & voluntatem volens vulnerare vel occidere vnum,vulnerat vel occidit alium.

SVMMARIA.

INsultatus & vulneratus qui ense denudato insequebatur fugientes,eos qui insultauerant, & alium transeuntem credens esse vnum ex aggressoribus occidit,non mortis pæna,sed mitiori vt exilii temporalis,est damnandus.nu.1.

Offendens vnum volens offendere alium se defendendo non punitur & quare.2.

Quod non procedit si d.offendens sit in aliqua culpa in modo & excessu defensionis, quia punitur arbitrarie pro modo culpæ.3.4.7.

Lex aquilia culpam requirit saltem leuissimam nu. 4. & ibi de intel.l.scientiam.§.qui cum aliter. ff. ad l. Aquil.

Offendens constitutus extra periculum, vt insequens aduersarium fugientem, dicitur facere ad vindictã, & est in culpa,ideo extraordinarie puniendus. 5.

Defensionis modum excedens punitur solum arbitrarie de excessu.6.

Occidens vnum volens dolo & ex proposito occidere alium, tenetur secundum aliquos, homicidii pæna, ac si quem volebat,occidisset. 8.9.10.

Et istorum opinio dicitur ab aliquibus verior eo. num.10.& 17.

Contrarium tamen quod imo talis occisor pęnam ordinariam euitet.11.cum seq. vbi verior dicitur, mitior,& communior hæc sententia.

Quid autem concurrentibus circunstantiis aggrauantibus.15.

Et hæc opinio post multa eleganter comprobatur ex Gribald.13.

Et magis procedit stante Statuto de quo nu.14.

Et adhuc mitius punitur si casu, non errore occiderit.16.& 18.

In delictis sufficit dolus in genere, licet sit error in corpore.9.

Culpa lata in pęnis corporalibus non æquiparatur dolo 12. Et quid in aliis 20.

Pęna est commensuranda delicto.19.

Volens offendere vnum,& alium offendens tali offensione,ex qua non deberetur pæna corporalis,quomodo sit puniendus.21.

CASVS TRIGESIMVS PRIMVS.



SAepissime contingit quod ali
quis præter eius intentionẽ
volens vulnerare vel occide-
re vnum,vulnerat vel occidit
alium, & ad cognoscendum,
an pœna vel absolutione di-
gnus sit, multum refert,an se defendendo, an
vero alium insultando,id fecerit, idcirco quæ
stiones in vno & altero casu ventillatas de fa-
cto,& quid in eis censuerim,subijciam. Cum
1 duo noctis tempore vnum aggressi essent &
vulnerassent, & insultatus & vulneratus, ense
denudato eos fugientes insequeretur alium
pertranseuntem, credens esse vnum ex aggres-
soribus,pluribus vulneribus affecit,& occidit
& cum de homicidio inquisitus fuisset,& tem-
pus expeditionis causæ venisset, censui eum a
pœna mortis esse absoluendum, exilio autem
2 temporali damnandum. Motus quia licet of-
fendens vnum volens offendere alium se de-
fendendo, tanquam dans operam rei licitæ
non puniatur Bar.in l.respiciendum, §. delin-
quunt in fi.nu.6.de pœn.per illum text.& in l.
si cum seruo, in principio etiam per illũ tex.&
per §.fi.legis præcedentis.ff. de iniur. Florian.
in l.scientiam,§.qui cum aliter sub nu.11.vers.
in gl.3.ff.ad l.Aquil.Ias.in l. clam possidere. §.
qui ad nundinas, num.57.ff.de acqu.poss.& in
l.si patet,num.9.C.de hæred.instit.Dec. in l.vt
vim,nu.12.ff.de iust.& iur.Gomez tom.3.var.
resol.de delictis.c.3. de homicidio. sub nu.35.
post medium vers.aduertendum tamen, Her-
cul.in tract.de caut.de non offend. c.34. n.13.
vers.ex prædictis, Iul.Clar. in §. homicidiũ sub
num.31.post vers.adde quod,ibi sed pone,vbi
dicit ita seruatum fuisse in senatu Mediolani,
per quem fuit absolutus quidam Antonius Da
uerius,qui dum se ab alio insultante defende-
ret,percussit quendam saxo,qui mortuus fue-
rat, qui tamen Dauerius iussus fuit exulare
per annum,Cepol.consi.crim.33.num.12.ver-
sic. & hoc videtur probari.Alba cons.56. n.35.
versic.postremo.Crauet.consi.97.ad fi. sub nu.
10.vers.non obstat & Bertazzol. solum Alb.ad
ducens cons.crim. 223. num.12. lib.1. Claud.
3 Battandier.in pract.crim.reg.114.num.1.Ta-
men hoc non procedit,quando defensor est in
aliqua culpa in modo & excessu defensionis,
quia tunc debet puniri secundum mensuram
culpæ pæna extraordinaria iudicis arbitrio p
tex.in d.l.scientiam,d.§.qui cum aliter. ff.ad l.
Aquil. vbi ad litteram dicitur, quod si defen-
dendi mei causa lapidem in aduersariũ mise-

ro

ro, & non eum, sed prætereuntem percussero, lege Aquilia tenebor, quia cum lex Aquilia de necessitate culpam requirat, saltem leuissimam. l. in lege Aquilia eo. tit. fatendum est quod defensor esset in aliqua culpa, sine qua ea lege teneri non potuisset, & patet euidenter ex qualitate & modo defensionis de qua in d. l. tractatur, quia de longe proiecerat lapidem in aduersarium, & licet daret operam rei licitæ debebat tamen cautius & accurratius proijcere, ne alium feriret, quam aduersarium offendendum, vt in puncto declarat Dec. in d. l. vt vim n. 12. quem sequuntur Gomez. d. c. 3. de homicid. sub n. 35. ad fin. post d. vers. aduertendum tamen. & Crauet. d. cons. 97. ad fin. sub n. 10. d. vers. non obstat, & est de mente Cepol. d. cons. 33. sub n. 12. post vers. & hoc videtur probari, & Ias. in d. §. qui ad nundinas sub n. 57. vbi multum laborat circa oppositionem. d. §. qui cum aliter, aduersus conclusionem supra firmatam, qui modo præmisso intellectus, eam non destruit, sed limitat tantum, idem tenet Claud. Battand. d. reg. 114 n. 2. Cul

5 pa autem in proposito casu colligitur in defensore, etiam quod offensorem ipsum, & non alium offendisset, ex eo quod aggressores fugientes insequebatur, quia cum non amplius esset constitutus in periculo, potius ad vindictam, quam ad defensam dicitur fecisse, & ideo puniri debet extra ordinem Bonif. de Vital. tract. de malef. in rubr. de insult. percuss. & defens. n. 12. vers. sed quid si Martinus, & ibi Addition. alios adducens, & latius Carer. in practic. crim. §. 6. circa quartum n. 110. vers. sed quid. & ex eo quod ictus & vulnera contra percussum inermem, & non resistentem reiterauit, quia & tunc cessante periculo vitæ defensoris, excessus contra insultantem resultaret vt per DD. in d. l. vt vim, in l. 1. C. vnd. vi. in l. scientiam §. qui cum aliter, in l. si ex plagis §. tabernarius ff. ad l. Aquil. & in l. 2. C. ad

6 l. Corn. de sycar. est. n. regula communis quod qualitercunque quis se defendendo modum excedat, non tenetur de toto, & sic pæna ordinaria, sed solum de excessu, & sic pæna arbitraria vt tradit Carer. alios congerens in pract. crim. §. 6. circa quartum num. 152. & seq. Et ex

7 prædictis pluries totaliter absolui insultatos, qui se defendendo, mediatores, vel alios astantes, aut ex obliquo superuenientes vulnerarunt, vel aliter percusserunt. maximè si leuis erat offensio, sæpè etiam eos cõdemnaui in medietate pænę, quæ imponi debuisset, si insultans ipse offensus fuisset, quando offensio erat grauis, & aliqua culpa quantumuis minima considerari poterat in non cautius procedendo & præcauendo ab aliorum, quam aduersariorum offensione, ne præsertim ob impunitatẽ taliũ delictorũ detur occasio, ex proposito, non rixantes offendendi, & varie solitus fui in his procedere secundum varietatem casuum, & eorum circumstantias, ad quas rectus iudex debet aduertere.

Et cum alia vice quidam etiam de nocte expectaret inimicum suum existentem in domo vicini, vt illum exeuntem occideret, & alium ex eadem domo recedentem pugione pluribus illatis vulneribus trucidasset, credens esse illum eius inimicum, quem interficere proposuerat, dubius admodum fui & quando. credidi iure talem malefactorem a pæna mortis, & sic ordinaria homicidij esse excusandum, & ad triremes ad vitam & sic mitiori pæna extra

8 ordinaria condemnandum. Nam & si videtur quod occidens vnum, volens dolo & ex proposito occidere alium, tãquam dans operam rei illicitæ, puniatur lege Cornelia de sycarijs vera homicidij pæna, ac si illum quem volebat, occidisset vt tenet Bar. in l. respiciendum, §. delinquunt in fin. n. 6. ff. de pæn. & in l. Diuus, n. 4. ff. de sycar. licet de hoc dubitauerit & cogitandum reliquerit in l. si cum seruo in fin. ff. de iniuri. quem sequi videtur Ias. in l. si per errorem sub num. 17. in fin. ff. de iurisd. om. iud. addita

9 ea ratione quod cum in delictis sufficiat dolus in genere, etiam quod sit error in corpore, debet delinquens aliter quàm cogitauerit, puniri de eo quod sequutum est, vt dicit Bald. in l. si quis non dicam rapere, num. 13. C. de Episc. & Cler. quam opinionem per dictas rationes & alia fundamenta tenet & veram esse osten-

10 dit Comez. de delict. c. 3. de homicid. num. 34. vers. item principaliter quæro, vbi etiam Addit. in littera. h. fatetur esse veriorem & antiquiorem, eam etiam tenuerunt Boss. in pract. crim. tit. de homicid. n. 73. & seq. vbi late insistit, aiens tãdem quod ipse consuleret superiores, vt illum capite puniri facerent. Fern. Mench. lib. 3. controuer. Illustr. c. 97, ante fin. sub n. 32. post vers. in summa, ibi sed quid, vbi inquit putare quod capite puniatur, quia omnino dabat operam rei illicitæ & homicidium fecit re & animo, & licet noluerit occidere, quem occidit, sed alium, tamen occidere voluit, idq; fecit, nec curatur an vnum, an alium occidere voluerit, nam lex, homicidium in quacunque persona factum punit, & cum re & consilio sit factum homicidium, licet extrinsecus sit erratum, id non impedit pænam homicidij, quæ vt locum habeat, duo tantum sufficiunt, quæ interuenerunt, factum scilicet & consilium, idem videtur tenere Roman. in l. semel mora. n. 17. vers. quid si duo præliantur. ff. solut. matr. vbi ait post Vbert. de Crem. quod si duo præliantur & vnus concurrit, vt eos diuideret, & occisus est ab aggrediente, vel ab aggresso aggressor tenetur de homicidio arg. l. quoniã multa C. ad l. Iul. de vi public. & Clar. in §. homicidium, n. 5. vers. dicunt etiam aliqui, vbi dicit quod si casus contingeret, illi faceret amputari caput, cui opinioni de iure videtur etiam adhærere Thesaur. post hæc scripta visus Decis. pedem. 243. nn. 1. & 2. & ante finem.

Sunt

11 Sunt tamen alij, qui reiecta d. opinione Bart. volunt hunc delinquentem non pœna ordinaria delicti, pro vt si offendisset illum, in quem dirigebatur intentio, sed alia mitiori extraordinaria Iudicis arbitrio teneri, ex quo respectu offensi non adfuit dolus, nec animus delinquendi, sine quo lex Corn. de Sycar. locum habere non potest, sed tantum culpa ostendentis
12 considerari uidetur, quæ etiam lata in pœnis corporalibus nō æquiparatur dolo. l. in l. Cornelia 7. ff. de Sycar. & ibi Bart. & alij scribentes pro ut ita tenendo dicit Angel. in d. §. delinquunt, d. l. respiciendum, ff. de pœn. & in d. l. si cum seruo ff. de iniur. quem sequitur Alex. in addit. ad Bart. in d. §. delinquunt, Idem tenuerunt Florian. in l. scientiam §. qui cum aliter sub n. x1. vers. in gl. 3. ff. ad l. Aquil. Bald. in l. 3. §. quacunq; sub n. 3. vers. quoad tertium ff. de iur. iur. & Bonifat. de Vital. in tract. malef. in rub. de insult. percuss. & defens. n. 35. vers. sed quid dum velles percutere, Claud. Battand. in pract. crim. reg. 111. n. 1. 2. & in reg. 113. n. 1. Ias. in l. 1. n. 18. ff. de legi. dicens quod quando casus occurrit, decisio Bart. ponit Iudices maleficiorum in magno periculo, dum volunt eam seruare, & quod in iudicando tenenda est hæc opinio Angel. tanquam mitior, verior, & melior, & in l. si per errorem, n. 17. ff. de iurisdict. om. iud. inquiens quod ita alias in facto defendit vnum a magno discrimine, & in l. clam possidere §. qui ad nundinas, sub n. 57. in fine ff. de acquir. poss. & in l. si pater, n. 9. C. de hære. inst. vbi pariter dicit quod vti mitior est tenenda. Cepol. cons. crim. 33. n. 12. & plur. seq. vers. sed dubium principale stat, Alba de mag. com. attestans cons. 30. n. 2. Io. de Plat. in §. item lex Cornelia sub n. 60. in fin. inst. de publ. iud. Hercul. in tract. de caut. de non offend. c. 34. n. 12. vers. ex his quoq; & iterum n. 13. vers. ex prædictis, Addit. ad Gomez. loco cit. dicens esse opinionem mitiorem, & numero suffragantium potiorem, quam etiam com. appellant Plac. & Menchiac. relati per Clar. in d. vers. dicit etiam aliqui. Gram. cons. crim. 5. ad fin. n. 8. vers. & licet Bart. & in const. regn. lib. 1. Rubr. de pœn. percut. & occid. n. 11. vers. item in eo, dicens in vtroq; loco quod quando casus occurrit, decisio Bart. sequuta per Andr. de Isern. ponit Iudices maleficiorum in magno periculo, & quod melius dixit Angel. & eius opinio tenenda est in iudicando vti mitior, & subiungit in posteriore loco ita in facto fuisse iudicatum in sacro Regio consilio, Ludouic. Carer. in pract. crim. §. 6. circa quartum nu. 179. vers. vndecimo excusat
13 ignorantia, Gribald. in tract. de omn. gener. homicid. in vlt. p. tit. de proditor. homicid. n. 33. & seq. vers. quæro si aliquis dolo & proposito, vbi elegantissime probat hanc esse veritatem, quia qui perijt non occisus est dolo, vnde non verificantur verba legis Corneliæ, quæ dolum exigunt, cum euentu vel effectu, licet enim reus dolo percusserit, percussus tamen dolo non obijt, sed culpa, errore scilicet in persona commisso, & cum omnis actus ex persona agentis & patiētis determinetur, vtiq; persona patiens non subest intentioni personæ agentis, & sic actus non dicitur consumatus, & in effectum deductus, & ad rationem in contrarium vrgentem, quod animus occidendi adfuit, & euentus sequutus est propositum, cū vellet hominem occidere, & occiderit, respondet talem concursum animi & effectus esse respectu generis & in abstracto, & non in specie vel in concreto, & iura semper in specie & in concreto loqui, nec genus in abstracto considerare, sed ipsas species, in quibus cadit realis determinatio: genera enim sola cogitatione compræhenduntur, & pœnam non merentur, species verò ad facta & sensus applicantur, & de illis iura disponunt, ex quibus finaliter concludit, quod volens hominem occidere in genere, non punitur ordinaria pœna, nisi occiderit quem in specie trucidare decreuerit, & hanc partem tenuit senatus Pedem. secundum eam veluti mitiorem iudicando in contingentia facti, vt testatur Thesaur. dicta decis. 243. n. 4. his iā scriptis visus, qui breuiter pertransiens pauca admodum adducit, in qua re me longiorem fuisse & quamplurimas scriben-
14 tium autoritates retulisse non piget, cum quæstio pulcra sit & practicabilis. Quam opinionem magis de plano admittendam esse, si ex statuto disponente contra occidentem aliquem ageretur, censuit Boss. in d. tit. de homicid. sub n. 74 circa medium. vers. sed stante statuto, quia cum statutum requirat dolum in effectu executo, & intelligatur locum habere tunc demum, si dolose quis alium occiderit, & dolus abfit quoad personam occisam, licet adsit quoad aliam, non uideretur casus iste comprehensus a dicto statuto, quod ante eum tenuit Ias. in l. si pater sub n. 9. ad fin. C. de hæred. instit. de quo non meminit Boss. qui etiam hoc firmare non videtur, quinimo subiungit n. 76. vers. si tamen essem iudex, quod consulerem Principem vel alium superiorem, vt ob eius auctoritatem, cum statuta seruare non teneatur etiam de honestate, talis capite puniretur, quia magis videtur delinquere occidendo personam, a qua nunquam recepit iniuriam, quam si oc-
15 cidisset inimicum forte ex legitima causa. Et ego alias votaui pro pœna ordinaria homicidij contra vnum, qui animo deliberato tempore noctis volens occidere vnum ex Berroarijs Curiæ, a quo prætextu officij prætendebat se iniuria fuisse affectum, alium interfecit ferè ante ostium solitæ custodiæ Palatij Bariceli; videbatur enim homicidium valdè qualificatum tam ratione animi deliberati, loci, & temporis, quam respectu personæ, & causæ propter quam offensio fiebat, & proinde omnibus consideratis dignum pœna rigorosa.
16 Fatetur tamen idem Boss. sub n. 73. ad fin. vers.

conclu-

concludendo tamen & iterum n. 75. vers. imo etiam valde dubito, quod vbi homicida nō potuisset ab initio cogitare, quod sequutum est, & ictus nō tendebat ad eundem finem, vt si casu alius supeuenit exiens a ianua, vel erat a latere, aut aliter percussus fuit, ita quod nec directe nec indirecte dolus posset accōmodari ad id, quod secutum est, tunc delinquens nō esset condemnandus pœna ordinaria homicidij, sed alia mitiori iudicis arbitrio, quod latius & generalius in omni volente offendere vel occidere inimicum quendam suum sibi cognitum, & casu offendente vel occidente aliū ibi proxime stantem vel prætereuntem vel mediatorē, tradit Gomez. d. c. 3. de homicid. n. 45. vers. & ex superioribus infertur, vbi post relatam opinionem tenētium, hunc delinquētem pœna ordinaria teneri, dicit quod cum hæc sententia sit æquior & a tot & tantis Doctorib. per eum adductis, approbata, tenēda est in practica, & quod ipse eam in causa ardua sibi cōmissa practicauit, licet opinio contraria in puncto iuris
17 sit verissima, & iudicio suo sine dubio, & sic Boss. & Gomez. videntur facere differentiā, an
18 quis errore ductus credens offendere vnum casu alium offendat, an vero nullo errore ductus, volēs offendere vnum, alium offendat, vt primo casu teneatur pœna ordinaria, secundo vero mitiori extra ordinem, quæ differentia in se vera est, licet & primo casu non sit locus pœnæ ordinariæ vt sup. dictum est in specie propositi casus, nā & dato errore mitior pœna imponi debet, & quamplures D D. ex ibi relatis loquuntur generaliter & indistincte, amplectētes vtrumque casum, volentes semper arbitrariæ pœnæ & non mortis locum esse; quod & si verum est, non tamen eadem seruanda est mensura in vtroque, nam grauior arbitrāda erit pœna in primo casu, quam in secundo, cum in illo grauius, in isto leuius videatur delictum, cui
19 pœna commensuranda est, & pro modo culpæ imponenda. Gandin. de Malef. tit. de homicid. & eor. pœn. sub nu. 20. vers. si autem delictum. & est text. in auth. omnes peregrini in fine, C. cō. de success. & scriptū est quod iuxta delicti mensuram erit plagarum modus vt in Deuteron. c.
20 25. Vnde in delictis non corporalibus, sed pecuniarijs, in quibus sufficit culpa, & lata dolo æquiparatur. vbi a lege expresse dolus non exigatur secundum doctrinam Bart. in l. 1. §. 1. numero 1. ff. si quis testam. lib. es. ius. fuer. Et notata per Angel. de malef. in verbo scienter, & dolose, num. 4. & 5. & in verbo & apensate, nu. 1. & per Gandin. d. tit. de homicid. & eor. pœn. num. 19. & seq. vers. item pone quæstionem, &
21 palios, quos consulto prætereo. In casib. occurrentibus, insultantes percutientes alios quam aduersarios tanquam operam rei illicitæ dantes & in culpa existentes semper condemnaui, diuersimode tamen, quandoq; enim in integram pœnam, cum ex proposito, & animo deliberato volentes offendere vnum, alium offenderunt, credentes esse illum, quem volebant offendere, vel cum offensos ante oculos haberēt, & prospicere possent, ne eos offenderēt, vt qa admenando manifestum erat, quod ex ictu tali offendissent illos, quandoq; verò in mediocrate pœnæ, cum leuior adesset culpa, vt vix cogitari posset ad aliorum offensionē, vt quia offensus erat retro, vel a latere, vel casu exijt per obliquum ex aliqua domo, vel apoteca, & ad locum rixæ superuenit & videri non poterat, & ita etiam ab alijs obseruatum vidi, vt optime ex allegatis supra hæc omnia iustificantur.

EPITOME.

An vxoratus carnaliter cognoscens mulierem solutam de iure ciuili committat adulterium & proinde teneatur pœna statuti de adulterio, an vero aliter sit puniendus & quomodo.

SVMMARIA.

Vxoratus carnaliter cognoscēs mulierem solutam, non committit Adulterium de iure Ciuili, nec tenetur pœna statuti de Adulterio. 1. cum seq.

Sed tenetur pœna stupri. 5.

Conclusio præd. sta indubitata dicitur, communiter & verissima. 2. 6.

Didaci Canter. opin. in contrarium reprobatur. 3. cum aliq. seq.

Stuprum committitur cum Vidua, vel Virgine. 4.

CASVS VIGESIMVS SECVNDVS.

Quæsitum fuit, an de iure ciuili vxoratus carnaliter cogno-
1 scens mulierem solutam committat adulteriū, adeo quod puniri possit pœna statuti de Adulterio loquentis, & conclusiue procedendo, dico quod non, per tex. in l. 1. C. ad l. Iul. de Adult. vbi dicitur quod vxor non potest accusare maritum de adulterio, nec iure vxoris, quia in lege non cauetur, nec iure extranei, quia est mulier, & ita in puncto per illum tex. dicit ibi Salyc. in 2. & 4. oppos. sub num. 2. & 3. & in l. si qua Illustris num. 3. vers. sed hoc intelligo ... ad Senat. Consf. Orfici. & in auth. ex complexu. nu. 2. vers. ex quo nota C. de incest. nupt. sequuntur Alex. cons. 139. ante fin. vers. plus dicit lib. 1. & ibi etiam Natt. in addit. ad eum, Socin. cons. 148. num. 3. vers. primum fundamentum est lib. 1. Dec cons. 306. in prin. & in fine & cons. 316. num. 3. vers. sed tamen his non obstantibus. Boss. in pract. crim. tit. de coit. damnat. & punib. nu. 23. & seq. vers. cæ-
2 terum, Clar. dicens esse indubitatam Doctorum opinionem in §. adulterium sub. num. 2. vers.

3 ver. tribus autem modis, post principium. quicquid dicat nouissime Didac. Cantet. in suis qq. crim. c. 4. rubr. de vitio & fragilit. carn. & de coitu illicito in materia stupri n. 13. ad finem vers. & circa vxoratum fol. 467. vbi ait credere quod de rigore iuris puniatur pœna adulterij, & latius in materia adulterij sub nu. 25. vers. ex qua diffinitione fol. 475. vbi idem tenet, & respondet ad d. l. 1. C. de Adult. quod probat solum quod vxor non possit accusare virum de adulterio, non autem quod maritus non committat adulterium, si ad aliam accedat mulierem; ludens quod imo tex. ille potius præsupponit contrarium, quod, s. maritus committat adulterium, dum dicit vxorem nō habere accusationem adulterij, quasi quod illud vir commiserit, & maxime quia postea dicit text. quod maritus violauit torum vxoris, dum loquens cum vxoribus dicit formaliter, quamuis de matrimonio suo violato quæri velint, quoniam hæ considerationes licet subtiles, nihil obstant, nam ideo denegatur accusatio adulterij, quia illud nō commisit maritus, & violatio tori vxoris non infert, quod commissum sit adulterium, sed bene quod vir deliquerit, quod non negatur, nam conceditur qđ
4 stuprum commiserit, quod proprie cum soluta committitur, id est cum vidua vel virgine §. item lex Iulia de adulterijs, vers. sed eadem lege, Insti. de publ. iud. l. inter liberas, §. 1. & l. stu-
5 prum, ff. ad l. Iul. de adult. cum simili. & quod pœna stupri poterit puniri, vt volunt Natt. in dd. addit. ad Alexand. d. consi. 139. Soc. d. consi. 148. sub num. 3. & seq. versic. secundum fundamentum. Dec. d. consi. 306. sub num. 5. & seq. vet. 4. & vlt. Boss. d. tit. de coit. damn. & punib. numero 25. & seq. Clar. in dicto §. adulterium, sub num. 2 post vers. tribus autem modis circa medium, & alij per eos allegati, nec id negat Salycet. in d. l. 1. sub num. 2. & 3. C. de adult. qui accusationem tantum adulterii tolli dicit, & non alias actiones, immo eas competere audacter asserit. Et vidi nonnullos errare condē- nandoq vxoratum & solutam, cum qua delique-
6 tar, in pœnam adulterij secundum formam statutorum, quod est contra communem, & verissimam scribentium opinionem de iure ciuili, quo attento neuter eorum vere & proprie dicitur adulterium committere, nec proinde potest puniri pœna adulterii, vt dicit Clar. loco allegato post alios supra citatos.

EPITOME.

An testis deponens de aliquo maleficio per alium commisso, per torturā, probet absque eo quod postea ex interuallo extra tormenta confirmet & ratificet suam depositionem, & an idem sit in socio criminis, qui super nōminatione consocij specialiter tortus eam confirmauit, an scilicet & is extra torturam nominationem illam ex prima confessione resultantem & in tormentis confirmatam ratificare debeat.

SVMMARIA.

Testis dictum in tormentis nō eget ratificatione seu perseuerantia, nu. 1.
Socij criminis dictum in tormentis ratificari debet, vt faciat inditium contra socios nominatos secundum aliquos. 2.
Quod tamen reprobatur & contrarium verius ostēditur. 3. cum seq.
Confessio de delicto contra se & alios facta sine tormentis præiudicat ipsi confitenti, absque alia ratificatione. 4.
Confessio prædicta nominato socio non præiudicat, nisi nominans illam confirmet in tormentis. 5.
Confirmatio, vt sup. in tormentis facta de prima confessione, non eget alia ratificatione. 7.
Confirmationis prædictæ ratificatio haberi potest occasione confirmationis inter ipsos si opus erit facienda. 8.
Confrontatio reorum inter ipsos fieri potest. 9.
Infamis non admittitur in testem sine tortura. 6.
Confessio in tormentis facta contra se & alios non nocet confitenti nisi ratificata. 10.
Confessio præd. de se & aliis facta in tormentis & postea ratificata, denuo in tormentis est confirmanda, vt faciat inditium contra nominatos. 11.
Confirmatio in tormentis facta primæ confessionis ratificatæ, ut sup. non eget alia ratificatione. 12. & ibi Marsil. declaratur.
Iudex tamen non male faceret prædicta confirmationis ratificationem exigendo. 13.
Confessio geminata magis afficit. 14.

CASVS TRIGESIMVS TERTIVS.



Testis deponens de maleficio per alium commisso, cum tortura probat absque eo quod postea ex interuallo extra tormenta confirmet, & ratificet dictum suum, ex quo enim tortus est & non potest ex interuallo dictum suum sponte corrigere, nulla in eo requiritur perseuerantia, ita concludit Bald. in l. fin. numero secundo, versic. in ea gl. ibi contra se, C. de quæst. quem refert & sequitur August. de Arimin. in addit. ad Angel. de Malef. in verbo, quod fama publica præcedente, nu. 117. versi. quatto limita prædicta non habere locū in teste, idem tenet Onofr. Camaian. in allegationibus insertis per Farinac. in suis qq. crim. lib. 2. q. 39. nu. 139. versi. ratio diuersitatis manife-
stæ

ftæ apparet, & est decisio notabilis & paucis
in indiuiduo nota, licet communiter ab omni
3 bus practicata. Quæ conclusio tamen non pro
cedit in socio criminis torto ad inditiũ faciẽ-
dum contra per ipsum nominatum, nam is de-
positionem suam in tormentis specialiter ad
hoc datis factam, extra tormenta ratificare de
bet, non secus ac factam in tortura super deli-
cto contra se ipsum. Farinac. lib. 2. qq. crim. q.
43. nu. 138. vers. & antequam specialiter, pro
vt illum & alios in hanc opinionem refert & se
quitur & tenendum dicit & obseruandum sal-
tem ad cautelam Sigism. Scac. de iud. caus. ci-
uil. crim. & hæretic. lib. 1. c. 8 r. tit. de dicto soc.
crim. ex. tort. & in tort. n. 9. vers. quinto dubita
tur. Quod tamen ego verum non credo, nec vi
di obseruari, nam Aut reus examinatus tanquã
4 principalis quoad se & testis quoad alios sine
tortura confessus est delictum contra se ipsum
& alios nominatos, & nulla opus est ratifica-
tione vel confirmatione confessionis, sed sola
& vnica sufficit contra ipsum ad condemnatio
nem. Bart. in l. 1. in fine ff. de custod. reo. Clar.
in pract. crim. quæst. 65. num. 2. vers. sed quæro
nũquid, vbi dicit esse communem, & quasi om
nium opinionem & refert plures ita tenentes,
quibus addi potest Angel. de malef. in ver-
bo. quod fama pub. præced. num. 110. vers. &
postquam aliquis, & ibi etiam August. in ad-
dit. ante num. 113.
5 Et respectu nominati vt dictum illud socij
criminis contra ipsum faciat inditium, adhibe
tur tortura contra nominantem, ex quo enim
6 propter proprium delictum effectus est infa-
mis, non admittitur in testem sine tortura, vt
post antiquiores dicunt Clar. in pract. crim. q.
21. nu. 11. vers. Scias etiam quod dictum socii
criminis, Farinac. lib. 2. qq. crim. q. 43. nu. 134.
cum seq. vers. sublimita tertio. & Sigism. Scacc.
de iud. caus. ciuil. crim. & hæret. lib. 1. c. 81. tit.
de dicto socij criminis extra torturam & in-
tort. nu. 6. & 7. vers. tertio dubitatur. Et vbi
7 in tortura confirmet, & sustineat dictum suum
seu nominationem de alijs factam, non uidi
postea aliam eius ratificationem & perseuerã
tiam extra tormenta procurari aut requiri, vi
detur enim quod sufficiat prima cõfessio legi-
tima cum eius confirmatione in tormentis ad
purgandum defectum infamiæ absq; eo quod
vlterius interrogetur. Nisi forte Iudex velit il
8 lum ponere ad faciem nominatorum & cum
illis eum confrontare, si negent, vt facilius ve-
ritatem reperiat, pro vt sibi facere licet per ea
9 quæ tradit Clar. in pract. crim. q. 45. sub nu. 14.
post ver. sed in proposito quæro, ibi, hæc autẽ
confrontatio.
10 Aut reus examinatus cum tortura confessus
est delictum contra se & alios. & opus est per
seuerantia, & ratificatione extra tormẽta, nec
aliter dicta confessio sufficit contra ipsum con
fitentem ad condemnandum. Bart. in l. 1. in
vltimis verbis ff. de custod. reo. dicẽs quod ita
obseruat consuetudo, Boer. decis. 163. nu. 18.
aiens quod est com. opi. Clar. alios citans. in
pract. crim. q. 64. nu. 40. vers. cæterum si reus in
tormentis, Angel. de malef. in d. verbo quod
fama pub. præcedente, n. 111. & 112. versic. se-
cundo nota quod si confessio, & ibi etiam Au-
11 gust. in addit. sub n. 117. Et respectu nomina-
ti vt illud dictum in tormentis, ratificatum ex
trà tormenta faciat indicium & probet contra
ipsum nominatum, non sufficit quod illa pri-
ma depositio socii criminis sit facta in tormẽ
tis & postea etiã legitime ratificata extra tor-
menta, sed requiritur quod specialiter ipse cõ
fitens denuo torqueatur ad purgandum dictã
eius infamiam, & ad probandum, & indicium
faciendum contra nominatum per ipsum, &
quod in ipsis tormentis nominationem con-
firmet, ita aperte colligitur ex dictis per Clar.
in pract. crim. q. 45. sub num. 13. post vers. cæte-
rum si reus in examine, ibi item si sunt tales te
stes, & Clar. in propriis nostris terminis refert
& sequitur Farinac. lib. 2. qq. crim. quæst. 43. n.
12 137. vers. imo tortura debet adhiberi speciali-
ter. Post quam vero sic tortus confirmauit no-
minationem de socijs factam & dictum suum,
vlterius, quod ego vnquam viderim, non inter
rogatur pro habenda noua ratificatione &
perseuerantia nominationis extra tormenta,
quia videtur sufficere prima depositio in tor-
mentis, ratificata extra tormenta, & ipsa noua
confirmatio nominationis sociorum in tortu-
ra sine alia perseuerantia extra torturam, nisi
vt dictum est Iudex ipse expedire iudicauerit
vlterius interrogare talem confitentem & po-
nere illum ad faciem nominatorum negantiũ,
eumq; cum illis confrontare, nec aliter vide-
tur dicere Mars. in l. repeti. nu. 31. ver. his visis,
ff. de quæst. in pract. crim. §. diligenter nu. 154.
vers. quæro vlterius, dicit enim in dictis locis
quod si inquisitus de maleficio tortus fateatur
se commisisse delictum vna cum Titio, & po-
stea ductus ad bancum iuris ad ratificandum
neget, & non vult perseuerare in confessione,
& repetitus in tortura perseuerat in negatio-
ne, vigore suæ primæ confessionis in qua nomi
nauit Titium in socium, Titius nõ poterit tor-
queri etiam in calibus, in quibus potuerit tor-
tus de sociis interrogari, quia licet reus prop-
ter illam suam confessionem primam possit
in tortura repeti, per d. l. repeti. & ibi not. per
scribent. non tamen idem est in Titio, in quo
non est eadem ratio, nam d. confessio contra
confitentem facit nouum indicium, non au-
tem contra Titium, qui non fuit confessus nec
negauit & contra quem nihil facit confessio il
la socii, nisi vestiatur cum ratificatione & per-
seuerantia ipsius rei confitentis, quo non per
seuerante dicitur nuda & non nocet & cor-
ruit tanquam accessoria, corruente ipsa con-
fessione rei, adeoq; vt bene intuenti patet, q
nõ loquitur Mars. de ratificatione exigenda a
socio criminis, post quam in tortura sibi spe-

cialiter illata ad purgandam infamiam & ad faciendum indicium contra nominatum, sed loquitur de ratificatione confessionis primæ factæ in tormentis, & antequam confitens ipse specialiter torqueatur ad indicium faciēdū contra nominatum, & ita etiam clarissime loquitur Farinac.d.q.43.nu.138.vers.& antequā specialiter torqueatur, quicquid dicat Scac.lo
13 co citato. Si tamen quispiam vellet ad cautelā vt dicit Sigism.Scac. supra relatus habere etiā ratificationem & perseuerentiam confitentis extra tormenta dicti contra nominatus per ipsum in tortura ei specialiter illata ad purgandum infamiam, & ad faciendum indicium contra nominatos, non male faceret, nec ego improbo hoc, sed solummodo necessarium non credo, nec in practica obseruari vidi, & cum abundans cautela nocere non soleat, non reprehendendus esset, qui ad euitandas Doctorum opiniones, & ad ponendum omninò in tuto talem confessionem & nominationem, exigeret illius perseuerantiam sine tortura, quæ
14 etiam absq; dubio aliquid prodesset & veluti geminata & sæpius reiterata maiorem veritatis demonstrationem induceret & præseferret, arg.l.balista, ff. ad S. C. Trebel.cum ibi not. & eorum quæ tradunt Craner. consf. 114. num.8.& 18.& Catell. Cott. in suis memorab. in verbo geminatio in primo, & in 2. memor. & latius in 3. incipiente geminatio verborum operatur.

EPITOME.

An testis negans attinere parti eum inducenti puniatur, & qua pœna, si constet quod attinet, & quid in similibus casibus, in quibus negat aliquid non concernens negocium principale vel eius substantiam, & de mendacio conuincitur.

SUMMARIA.

Testis negans se attinere parti inducenti, si contrarium appareat verum, dicitur falsus, n.1.

Consanguinitatis ignorantia non præsumitur. 2.

Cognatus vel attinens, non dicitur proprie consanguineus nec affinis. 3.

Testis qui in generalibus dicitur recte respondisse, si appareat inducenti coniunctus, dicitur falsus. 4.

Testis negans attinere inducenti, & conuictus de mendacio, licet parentela sit leuis, quæ cum non repellat a testimonio ferendo, punitur pœna stellionatus, sed dictum sustinetur. 5.

Testis deponens falsum super incidentibus circumstantiis, & appenditiis punitur extraordinarie iudicis arbitrio. 6.

CASUS TRIGESIMUS QUARTUS.



Accusatus de turbata possessione petijt testes contra eum examinatos ad instantiam accusatorios de falso puniri, ex eo quod interrogati super ipsius interrogatorijs dixerunt non attinere d.accusatori, cum tamen in processu constet vnum esse pronepotem ex sorore & alterum filium fratris amitini, quæ pe
1 titio, mihi visa fuit iusta, quoniam cum de cōiunctione & parentela legitime appareat, & quidem in gradu non multum remoto con-
2 stat eos falsum dixisse, præsumiturq; id scienter fecisse, quia non est verisimile cognatos sanguine hoc ignorasse. l.octaui. in fine, ff. vn. Cognat.& l.tutela. C.de in integr. rest.minor. & ita in puncto concludit Bar. in consf.88. nu. 3.& 4.lib. 1. quem sequitur Natt. in consf.59. nu.4.& sentiunt idem Bart. & Ioan. de Riccijs Florentinus in consf.8.in toto inter consilia criminalia diuersf.lib. 2. in prioribus impressis in par. form. licet ibi excusent a pœna teste, quia præcise fuerat interrogatus, an esset affinis vel
3 cōsanguineus inducentis, & non erat talis secundum proprietatem verborum, sed cognatus vel attinens, quod nō negauerat. Et in fortioribus terminis habetur per Cepol. in consf.
4 crim.3. sub nu. 6. vers. & alius testis, vbi vult quod si super generalibus dicatur quod testis recte respondit, & constet quod sit coniunctus parti inducenti, dicitur falsus. Quod videtur
5 procedere etiam si concederemus quod dicta parentela sit leuis & talis, quæ nota & manifesta eos non repellat a ferendo testimonio in illa causa, quia adhuc puniendi sunt, si non pœna ordinaria falsi, saltem crimine stellionatus, licet quoad probationem, eorum dicta nō annullentur, pro vt aliàs fieret per dictum Iacob.Butrig. in l. Lucius. ff. de infam. vbi dixit quod si aliquis sit meus affinis aliqua affinitate, quæ nota & manifesta non repelleret eum a testimonio ferendo pro me, si tamen in eius depositione dictam affinitatem negauit mentiendo, non per hoc eius dictum annullatur, licet propter mendacium puniri possit pœna stellionatus, quod dictum pro notabili & singulari refert & sequitur Angel. in consf. 194. sub n.2.& post eum Marsil. in consf. 37. nu. 6. vers. & pro hoc facit & in consf.70. n. 4. & 5. vers. & quod dicti testes.& sub num.11. vers. præterea quod dicta accusatio. & sub n. 18. post vers. & certe, & in singular.76. communis conclusio, circa medium vers. sed tene tamē menti, & cū hac opinione transit etiam idem Marsf. in consf. 15.nu. 16.vers. ad quod dicendum, & in consf. 51.nu. 67. vers. ad quod dicendum, moneor ex notabili doctrina, licet non referat ita plene pro vt facit in alijs locis supra allegatis, verba
6 Iacobi Butrig. Eandem opinionē quod in terminis istis testes licet excusentur pœna ordi-

naria

naria falsi, cum non deposuerint falsum super negotio principali, vel eius substantialibus, teneantur tamen crimine stellionatus & puniri debeant extra ordinem arbitrio iudicis, cum dixerint falsum super circunstantijs & appenditijs, tenet Ias. in l. si quis nec causam nu. 22. vers. adde etiam ff. si cert. per. in l. si duo patroni, §. idem Iulianus, num. 38. vers. & circa prædicta, ff. de iur. iur. & in l. si ex falsis, sub nu. 10. vers. circa hoc nota C. de transact. post Iacob. Butrig. in d. l. Lucius, & Angel. in d. cons. 194. & dicit quod ita etiam tenet Bar. in d. l. si ex falsis in 2. lect. vbi ante nu. 13. vers. vnum tamē nota, refert illud dictum Iacob. Butrig. ad excusandum testem vt supra deponentem a pœna falsi, & in hac opinione residet etiam postea in fine sub num. 14. nihil tamen dicit de pœna extraordinaria, & idem quod Ias. in dictis locis aperte tenet Cott. in memoral. in verbo, testis qui deposuit illud. circa medium, in ver. & idē etiam in teste. vbi alios eiusdem sententiæ refert, quam ego sequutus sum credens iustum esse vt pro dicto mendacio aliquam pœnam extraordinariam mererentur, quod & placet Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 4. cas. 307. n. 1. 2. 3. vbi & alios refert ita tenentes.

EPITOME.

An & quando promissio nominatim facta de aliquem non offendendo, vel generaliter de neminem offendendo sub pœna in vno territorio, rupta dicatur ex offensione facta in alio territorio in personam nominatam, vel aliam non specificatam.

SVMMARIA.

Promissio de non offendendo certam personam intelligitur rupta per offensionem illius factam, licet in alio territorio. nu. 1. & 3. in fine.

Promissionem prædictam ut supra non seruans punitur pœna promissa, per iudicem loci, in quo fuit facta promissio, & pœna offensionis per iudicem loci delicti. 2.

Promissio generaliter coram uno Iudice de neminem offendendo, non intelligitur rupta per offensionem non subditi in alieno territorio. 3.

CASVS TRIGESIMVS QVINTVS.



Ace inter duos inuicem facta in vno territorio de iniurijs, & percussionibus inter ipsos sequutis, cum promissione de se non offendendo sub certa pœna pecuniaria, vnus alterum reperijt in alio territorio & illum offendit, fiscus loci factæ pacis & promissionis egit ad pœnam conuentam, ad quam se teneri negabat offensor, ex eo quod delictum esset cō-
1 missum extra territoriū. Ego fui in voto quod fiscus recte egerit, & offensor ad pœnam promissam condemnari debeat, quia talis promissio generalis & indeterminata nō restringitur ad loca supposita Iudici, coram quo fit, sed extenditur ad alia loca etiam extra iurisdictionē suam, nec in hac materia habet locum dispositio l. fin. ff. de iurisd. omn. iud. quod iurisdictio & potestas iudicis extra territorium non protenditur & ei impune non paretur, ita in terminis tenent in d. l. Ias. in 6. limit. n. 12. & Marsi. nu. 20. & idem Marsi. in sing. 532. superioribus diebus, & in tract. de bannitis in verbo, pace, nu. 28. & ante istos idem voluerunt Bart. post Gulielm. de Cun. in l. illicitas, §. ne potētiores, nu. 6. vers. quæro si Titius de quo timebam. ff. de off. præsid. & ibi etiam Alber. de Rosar. nu. 10. vers. sed pone, & nouissime Octauian. Vulpel. nullam de prædictis mentionem faciēs, in tract. de pac. induc. & promis. de non offend. q. 89. per rotam, cum quibus conuenit Angel. in cons. 343. in toto, vbi concludit quod securitas data alicui a populo transeūdi per eius territorium, debet per illos de territorio seruari in omni loco etiam extra illud territorium; Potestq; Iudex coram quo offendens promissionem fecit, eum punire pœna promissa, quia fe-
2 cit contra promissionem, quæ de omni loco facta intelligitur, & iudex in cuius territorio offendit, puniet eū pœna legali, seu ordinaria offensionis, quia ratione delicti sortitus est ibi forum, & pūctualiter dicit Alberic. in loco cit. subdens non esse inconueniens quod ita per duos Iudices puniatur, quia & idem fit alias diuersis respectibus, & idem videtur voluisse Bar. ibidem, dum tenet talem promittentem posse conueniri ratione contractus, & ratione domicilij ex sua persona propter promissionem, & puniri etiam in loco commissi delicti propter
3 ipsum maleficium. Reperio tamen quod ipse Alber. de Rosat. in tract. de statut. lib. 2. q. 23. late disputat, an satisdatio per aliquem præstita iussu Iudicis de neminem offendendo sub certa pœna generaliter & absq; aliqua personarū & locorum specificatione intelligatur respectu territorij potestatis eam exigentis tātum, an vero etiam extēdatur ad offensiones factas in alieno territorio. & recitatis opinionibus contrariis, & multis hinc inde deductis, tandem num. 7. ex mente Martin. Siliq. distinguit quod aut delictum est commissum in subditū iurisdictioni potestatis, qui satisdationem exegit, aut in non subditum. Primo casu potestas potest procedere vigore satisdationis, quia tabellio quātum ad subditos potuit stipulari certis & incertis personis, & vbiq; locorum. Secundo casu nō potest procedere, quia tabellio non potuit alijs extraneis quærere, maxime quia satisdatio nō habens loci determinatio-

SVMMARIA.

Pœna imposita innocenti & soluta non liberat nocentem seu verum delinquentem, per totum.

CASVS TRIGESIMVS SEPTIMVS.



Suspectus de quodam homicidio & captus per curiam ac diligenter examinatus, & tortus, confessus fuit se illud cōmisisse & in executionem cōdemnationis de eo factæ, decapitatus est. Post aliquot annos compertum fuit quod alius dictum homicidium fecit. Quærebatur, an iste etiam esset decapitandus. Et indubitanter resolui quod sic, quia pœna eius, qui non deliquit, non liberat verum delinquētem a debita punitione, vt in hac specie est tex. ad litteram in l. qui seruum ff. de inter. act. & dicit ibi Bald. in lectura, quod si non homicida esset decapitatus pro homicidio, hoc nō releuat verum homicidam, quin & ipse sit decapitandus, & idem formaliter repetit in l. res inter alios ad finē n. 10. C. quibus res iud. non noc. sequitur Marsil. alios referens, in l. 1. §. si quis vltro nu. 53. ff. de quæst. Carer. in pract. crimi. §. 6. circa quartum, sub nu. 179. ad fin. vers. in hac materia circa hunc errorem. vbi pariter alios idem tenentes copiose allegat, & tradūt addentes ad Bart. in d. l. qui seruum, Abb. in c. quamuis, nu. 6. vers. septimo quæro, extra de sent. & re iudi. & generaliter quod pœna imposita innocenti, & soluta non liberet nocentem seu verum delinquentem, tenet Angel. de Perus. in cons. 190. sub nu. 1 & in l. si is, ff. de confess. n. 3. dicens notandum esse a Iudice maleficiorum, vt malefactorem detectum afficiat pœna condigna, non obstante quod punitus fuerit insons pro eodem maleficio, Paris de Puteo de syndicat. in verbo, confessio, nu. 4. & Angel. de Aret. in tract. malef. in verbo, dandis & soluendis n. 6. & ibi etiam Augustin. in addit. n. 9. & ante eos, Din. in c. ratihabitionem, num. 15. extra de reg. iur. Et pluribus autoritatibus & rationibus si expediret comprobaretur, non tamen omittam singulare dictum Bald. in c. 1. §. iniuria. sub num. 19. vers. quæro duo Titij, de pac. iuram. fir. in vsi. feud. vbi inquit quod si duo sunt Titij & vnus interfecit Seium, & Iudex per errorem decapitauit alterū, verus homicida non est liberatus, sed venit decapitandus, & faciūt gl. & doctores in l. cōfessionibus, ff. de interrog. actio. & in d. l. si is, ff. de confess.

EPITOME.

Quod testis deponens aliquid quod verum sit in se, ignotum tamen ipsi, dicitur potius deponere falso, quam falsum, & ideo non tenetur vera pœna falsi, sed alia mitiori arbitraria, pro vt & illum ad sic testificandum inducens & subornans.

SVMMARIA.

Testis falso, non falsum deponens extraordinariæ punitur iudicis arbitrio. n. 1.

Statutum puniens dicentem falsum testimonium non comprehendit eum qui verum, sed falso deponit, numero 2.

Subornans testem vt verum, sed falso deponat, extraordinariæ punitur iudicis arbitrio. nu. 3.

Nec excusatur non vtendo illa depositione, & quære. num. 4.

CASVS TRIGESIMVS OCTAVVS.



Testis examinatus super capitulis ad defensam rei, subornatus a quodam d. rei affine, deposuit fuisse præsentem rixæ ab initio & vidisse d. reū ab aduersario prouocari, & eum confiteretur illum præsentem nō fuisse nec vidisse, prouocationem tamē in se veram esse, licet ipse de ea informatus non esset, sed instigatus & inductus ab illo affine inquisiti sic deposuisset, & ageretur de pœna imponenda te-
1 sti & subornanti, Dixi vtrunque excusari a pœna ordinaria falsi, & alia mitiori extraordinaria Iudicis arbitrio teneri, nam testis deponens verum ignotum sibi, & quod ipse non sciebat, non dicitur testificari falsum, sed potius deponere falso, & ideo non tenetur pœna falsi, sed alia extraordinaria propter temeritatem & depositionem contra propriam conscientiam, pro vt in terminis eleganter ex multis concludit Anch. in cons. 24. nu. 5. & plurib. seq. vers. ideo discutiendum est, quem sequuntur Socin. in cons. 103. circa finem, nu. 3. post vers. quarto & vlt. lib. 1. Felin. in cap. Fraternitatis, ad finem sub nu. 26. vers. item nota quod testis. extra de hæretic. dicens se ita consuluisse, & est cons. 48. nu. 14. cum aliq. sequent. Boss. in pract. crim. tit. de fals. nu. 122. vers. & vbi capitulum, & Cott. memoral. in verbo te-
2 stis qui deposuit illud, vbi ait hoc esse notandum ad statutum puniens testem dicentem falsum testimonium, vt non habeat locum iu deponente modo prædicto, subditq; quod ita cum ex facto incidisset, obtinuit coram Capitaneo iustitiæ Mediolani, & quidem cum dictum testis sit in se verum & falsitas sit solum modo in ratione ipsius dicti, & non noceat alicui, nec etiam nocere possit, non potest habere locum pœna ordinaria falsi, vt considerant in dictis locis Ancar. Socin. Felin. & Cott. & Resolut. Crimin. Caball. F tradit

tradit etiam Socin. in conf. 104. sub nu. 3. & 4.
vers. quart. & vltimus casus est, li. 1. vbi tamē in
fine consentit esse locū pænæ extraordinariæ,
& post prædictos Magon. Decis. Lucēs. 50. n. 6.
3 7. 8. 16. 17. Subornans autem ipsum testē eodē
modo & per easdem rationes a pæna falsi lega
li vel statutaria exausatur, & extra ordinem tā
tum punitur, vt in indiuiduo dicunt Ancar. &
& Cott. in locis allegatis & late tradit Calesat.
in cons. 102. sub n. 12. post vers. conllat. n. lib. 1.
cons. crim. diuers. in prioribus impressis in par
4 ua forma. Nec iste subornans posset excusari
ab hac pæna extraordinaria nō vtendo illa de
positione testis, quia cum sciuerit testem non
esse scientem facti & nihilominus eum induxe
rit ad illud probandum, tenetur vti machina-
tor istius rei, quę est illicita, & mali exempli, &
cum mendacio, & iuramēto, vnde nihil ei pro
dest non vsus, vt declarat Boss. alios referens in
d. tit. de falsis n. 154. post vers. sed qui sunt modi
probandi, & colligitur ex Ancar. in d. cons. 24.
ad fin. vers. fateor tamen, & apertissime hoc tra
dit Boer. decis. 319. n. 6. vers. & pariter.

EPITOME.

An reus legitime per testes conuictus de crimine pro quo pæna mortis imponitur, possit in dictam pænam condemnari si illud non confiteatur proprio ore, sed neget.

SVMMARIA.

Reus de crimine conuictus damnari potest etiam ad mortem, licet ipse non fateatur. nu. 1.
Quod tamen non seruatur de consuetudine in Regno Franciæ. 2.

CASVS TRIGESIMVS NONVS.



Quæsitum fuit, an reus legiti-
me per testes de crimine con
uictus, pro quo pæna mortis
imponitur, si non sit confes-
sus, sed persistat in negatio-
ne, possit in d. penam mortis
condemnari. Pluries habui super hoc respon-
1 dere, & eius semper fui sententiæ, quod ad cō
demnandum aliquem ēt ad mortem, sufficiat,
quod is legitimis probationib. sit conuictus,
nec aliqua eius confessio exigitur, ita sentiunt
Bal. in l. 1 ad fi. n. 9. ver. vltimo hæc lex. C. de iu
ram. cal. in l. 2. sub n. 6. ver. & nota C. quor. app.
non recip. & in l. milites sub n. 6. ver. aut indi-
cia sunt indubitata. C. de quæst. & plures alij
relati per Clar. in pract. cri. q. 64. n. 7. & 8. vers.
scias ēt, dum agunt de illa cautela, qua quidā
vtuntur in extorquendo confessionē per tor-
menta a legitimè per probationes cōuicto, &
clarius hoc tenent idem Bal. in c. ad nostram,
circa fi. n. 3. ver. & no. extra de prob. & ibidem
Felin. sub n. 1. ver. & per istum tex. Saly. in l. 3. in
a. oppos. n. 2. C. ad l. Iul. maiest. Alex. in addi. ad
Bart. in l. vnius facinoris, §. reus, in apostilla, in
verbo, confitetur, ad finem, versi. vnum tamen
nota, ff. de quæst. Brun. in tract. de indic. & tor-
tu. in 4. q. 1 partis sub n. 13. ver. notandum ta-
men, Boss. in tract. crim. tit. de conuict. n. 3. & 4.
dicens ita practicari, & esse notandum contra
vulgi opinionem, & in tit. de confes. n. 24 ad fi.
post ver. tertio declara. Clar. in ead. pract. q. 66.
in princ. nu. 1. & probatur per tex. in d. c. ad no-
stram, extra de probat. in genere, & in indiui-
duo in pæna mortis hoc tradunt expresse Pau.
de Cast. in l. si quis in hoc genus, nu. 2. C. de epi.
scop. & cler. Cæpol. in consi. crim. 32. in 3. dub.
sub nu. 17. ver. & videtur, Marsil. in sing. 108. a-
lias fui interrogatus, & Cartar. in tract. de exe-
cut. sent. conrum. capt. ban. c. 2. nume. 61. & seq.
ver. quamuis si delictum, & videtur esse tex. for
malis in d. l. si quis in hoc genus, C. de episc. &
cler. & in l. qui sententiam, C. de pæn. & vbique
id optime colligitur ex gl. & cæteris scribenti
bus. Et secundum hanc partem sæpius votaui,
improbando etiam quandoque quandam as-
sertam consuetudinem neminem nisi proprio
ore confessum de crimine morte damnādū. Ve
rum postea reperii Guliel. de Benedict. in rep.
c. Rayoutius, extra de test. i verbo, mortuo ita
que testatore il 1. sub nu. 339. vers. quando au-
tem, qui dicit quod licet quando verificatum
est delictum & apparet quod commissum fuit,
vt quia Titius reperitur occisus, confitēs se di-
ctum delictum fecisse, possit puniri de homici-
dio ex sola confessione absque alia probatio-
ne, quia sufficit, quem de crimine confiteri aut
testib. conuinci, l. si quis in hoc genus, C. de epi
scop. & cler. ibi in conuictos seu confessos, & l.
qui sententiam, C. de pœn. vbi idem dicitur, ta
men ex consuetudine generali, & stilo Regni
Franciæ non sufficit quod delatus, probatione
testiū fuerit superatus, nisi ore proprio sit cri-
2 men confessus, vbi agitur de vltimo supplicio,
aut membri mutilatione, si factū taliter notto-
riū non esset, quod aliqua tergiuersatione ce-
lari seu negari non posset. c. fi. de cohab. cler. &
mulier. & subdit quod ideo videmus, quod in
causa capitali stante plena probatione quan-
tumcunq; clara, poni debet reus ad qōnem &
torturæ subiici, vt ab eius ore cōfessio eruatur,
& quod ita quotidie practicatur, vt dicit Mas-
suer. tit. de probat. §. item vt delatus, sed certe
hoc nihil est, nec dispositioni iuris com. repu-
gnat, secundum quod in huiusmodi penis im-
ponendis probationes luce meridiana clario-
res exigūtur l. fin. cum ibi not. C. de probar. vn-
de si tales sunt, ipsæ solæ, absq; alia confessione
sufficiunt, quod si aliter se habent, confessione
opus est, ad quam habendam locus quæstioni
esse potest & non alias, & ita tene.

EPITOME.

An & quando in cõfiscatione omnium bonorum laici facta per iudicem secularem, veniat ius patronatus ecclesiæ, competens condemnato, & ad fiscum transeat cum bonis.

SVMMARIA.

IVs patronatus Ecclesiæ, laico competens non venit in confiscatione omnium bonorum eiusdem, facta per Iudicem secularem ex opinione veriori & communiori, nn. 1. & 3

Opiniones vero contrariæ reprobantur. 5.

Ampliatur conclusio procedere etiam viuente condemnato. 6.

Ius patronat. de quo sup. est transitorium ad hæredes extraneos. 2.

Iudex laicus non potest iudicare de d. iure patronatus, quod est spirituale uel annexum spirituali. 4.

Ius patronatus non transitorium ad hæredes non est confiscabile. 7.

Fiscus est loco hæredis extranei. eo. & sup. n. 2.

Ius patronatus vbi venit in confiscatione cum vniuersitate bonorum, ipsius tamen exercitium (secundum aliquos) non transit in fiscum, sed ecclesia remanet libera. 8.

Ius patronatus in quibusdam locis obseruatur, ut transeat in fiscum, & in eo fiscus vtatur tam uiuo quam mortuo condemnato. 9.

CASVS QVADRAGESIMVS.

QVærtum est dubium, an in confiscatione omnium bonorum laici facta per judicem secularem, veniat ius patronatus ecclesiæ, dicto condemnato cõpetens, ita vt in fiscum transeat cum dictis bonis. In quo articulo cum varij varia loquantur, & contrariæ sint scribentium opiniones, mihi placuit eorum sententia,
1 qui contra fiscum senserunt, quia licet ius pa-
2 tronatus ecclesiæ laico competens, sit transitorium ad hæredes extraneos gl. in c. filiis in verbo, propinquis, & in c. considerandum in gl. 1. 16. q. 7. & in c. constitutum in verbo, propinquis. ad finem 16. q. 1. & in Clement. & in gl. magn. ad fin. & in gl. in ver. hæredes de iur. patron. Abb. in c. 1. q. 1. sub n. 2. extra de iure patron. dicens ita cõmuniter teneri & in ca. cum seculum nu. 3. & 4 eo. tit. Imol. Castr. & Nell. infra citandi, & Io. Bolognet. conf. 23. n. 25. cum
3 seq. & alibi passim Doctores, non tamen transit in fiscum, etsi is loco hæredis extranei habetur vt tradunt gl. in clement. pastoralis. in verbo, subiectæ, de re iud. Bal. in l. 1. C. de bon. libert. n. 4. vers. ex hoc patet & ibidem Castrẽs. ad fin. sub nu. 6. Imol. in l. in insulam in 2. not. sub nu. 2. ff. solut. matr. Nell. in tract. de bannit. in 1. p. 2. temp. q. 32. Angel. in tract. de Malef. in verbo & eius bona publicamus num. 15. & ibi August. in addit. nu. 17. dum allegat tenentes hanc opinionem. Felin. in c. quanto nu. 3. vers. vtrum sententia, extra de iudi. & hanc esse cõmunem opi. dixerunt Gigas & Didac. in locis relatis per Clar. in pract. crim. q. 78. nu. 8. vers. quæro modo, & per Peregr. in tract. de iur. & priuileg. fisc. lib. 5. tit. 1. de publicat. bon. sub num. 72. vers. contrarium vero, vbi subdit pro ea consultos respondisse in eodem casu Socin. Inn. & Mantu. per ipsum adductos, & secundum eorum responsa fuisse iudicatum in serenissimo Venetorum Dominio, & cum hac opinione transit Farinac. lib. 1. qq. crim. tit. de delict. & pæn. q. 25. in xi. limit. num. 151. vbi relatis eisdem doctoribus de communi attestantibus, & aliis contrariam sententiam communem dicentibus, firmat hanc esse æquiorem, & etiam magis cõmunem, & in indi-
4 cando sequendam. Quæ quidem opinio ex eo probatur quod cum ius patronatus ecclesiæ sit quid spirituale seu annexum spirituali cap. quanto, extra de iur. iur. nõ potest nec expressè nec tacite, nec directe, nec indirecte, nec principaliter, nec accessorie per iudicem secularem publicari, qui nec in specie nec in genere potest de eo iudicare, cum illud habeat laicus condemnatus ab ecclesia, vt punctualiter dicunt Imol. Nell. Angel. & Felin. in locis supra citatis, quam rationem ponit etiam gl. in ca. filiis, in uerbo, propinquis, post principium 16. q. 7. in prima opinione, licet postea uideatur tenere contrarium in sequenti responsio-
5 ne. Ex qua ratione reprobatur non solum opinio contraria, quam tenent relati per Farinac. sup. citatum & per Clar. d. q. 78. sub num. 8. post uersic. quæro modo, ibi, contrariam uero sententiam, & per Peregrin. d. tit. pr. num. 72. uers. quarto infertur, & ultra eos Lap. Abb. Sanct. Miniat. in ca. unico nu. 6. de iur patronat. in 6. & Abb. in c. cum laici, num. 3. uers. sed hic quæro, extra eod. tit. & late Don. Lodouic. de Molin. in tract de Hispan. primogen. lib. 1. ca. 24. utrum in maioratus possessorem ius patronatus atq; iura sepulcrorum pertranseant n. 26. uers. secũdo etiam & uers. ceterum adhuc verior opinio est, sed etiam distinctio Clar. in d. vers. quæro modo ad fin. ibi, ego verò dico sic, quod scilicet aut ius patronatus non erat trãsitorium ad hæredes extraneos, & tunc nõ transeat in fiscum, & procedat opinio supra firmata. Aut erat transitorium ad hæredes extraneos, & tunc transeat etiam in fiscum, qui per omnia habetur loco hæredis, & procedat contraria opinio, vt ibi per Clar. quem refert Farinac. vbi sup. in p. sublimit. num. 152. Quia dicta ratio spiritualitatis propter quam Iudex laicus caret facultate iudicãdi quoquo modo generalis est, & militat etiam quando ius pa-

tronatus eſt tranſitoriũ ad hæredes extraneos,
nedum quando non eſt tranſitorium , vnde
vtroq; caſu idem ius ſtatuendum eſt, vulgata l.
illud, ff. ad l. Aquil. & ita in ſpecie dicit Farina.
in d pr. ſublimit. n. 153. reprobãdo dictam opi-
nionem Clar. & indiſtincte tenendo quod ius
patronatus non tranſeat in fiſcum, ſiue tranſi-
torium erat in extraneos hæredes, ſiue non. &
hanc eſſe com. opi. dicit.

6 Et hoc intelligo procedere non ſolum poſt
mortem condemnati, vt eo mortuo ius patro-
natus non ſtet pænes fiſcum , ſed etiam eo vi-
uente , nam nec durante vita condemnati di-
ctum ius in fiſcum tranſire poteſt de iure, quia
ſpiritualitatis ratio repugnat , cum ex ea di-
ctum ius non poſſit aliquo modo venire in con
fiſcatione bonorum per Iudicem laicum facta,
quicquid in hoc concordando opiniones con-
trarias dixerint ſub dubio tamen Gigas & Ro
ch de Curt. relati per Farinac. d. q. 25. in 2. ſub-
limit. n. 154. quorum opinionem non ſolum
valde dubitabilem, ſed minime veram eſſe cre
dit ipſe. pro vt & ego exiſtimo, quia vbi tenen
da ſit negatiua ſententia æquior, magis com.
& iudicando ſequenda , non poteſt declaratio
hæc procedere , ſed ſemper & omni tempore
tam ante , quam poſt mortem condemnati, fi-
ſcus excluditur , quia Iudex laicus in hoc ali-
quo modo non potuit publicare vt dictum eſt,
& dicta declaratio , quod ſaltem in vita con-
demnati dictum ius reſideat pænes fiſcum, pro
cedit tenendo partem affirmatiuam pro fiſco,
quod in ipſum trãſeat iuſpatronatus eccleſiæ,
vt expreſſe dicit Peregrin. in d. tit. pr. de pu-
blic bon ſub n. 72. verſ. tenendo autem partem
7 affirmatiuam. Cæterum vbi ex prohibitione
alienationis vel ex forma conceſſionis, aut ali
ter ius patronatus eccleſiæ ad extraneos hære
des non poſſet tranſire , abſq; aliqua difficul-
tate & ex omnium ſcribentium voto in fiſcum
nullo modo veniret, vt ex ipſiuſmet Clar. ſen-
tentia patet in loco allegato , quia eſt vera &
generalis traditio, quod quando non eſt tran-
ſitorium ad extraneos hæredes, non eſt confi-
ſcabile, cum fiſcus ſit loco hæredis extranei, vt
poſt Bart. in l. iura libertorum in princ. ff. de
iur. patro. & plures alios tradit Peregr. eo. tit.
pr. de publi. bon. nu. 121. verſ. nono infertur,
quibus addo Maſil. in tract. de bannit. in ver-
bo confiſcata, nu. 13. verſ. pro quibus, & in ſin-
gulari 314. ante med. verſ. pro prædictis, in qui
bus locis alios idem tenentes allegat. Dicit in-
ſuper Don Lodouic. de Molin. d. c. 24. nu. 27.
8 verſ. animaduertendum autem eſt, quod in om
nibus caſibus, in quibus ius patronatus cum
vniuerſitate bonorum confiſcandum eſt, exer-
citium tamen ipſius iuriſpatronatus non tran
ſit in Fiſcum, nec in hæredes delinquentis, ſed
Eccleſia ipſa remaneat libera ſub Epiſcopi po
teſtate , vt per Roch. Lambert. & Simanc. per
eum citatos, quibus addo Gigant. conſ. 50.
n. 24. 25. verſ. tertia ratione , vbi tenet, quod
cõfiſcatis omnibus bonis laici habentis ius pa
tronatus Eccleſiæ . tale ius vti amiſſum ab ipſo
delinquente applicatur fiſco Eccleſiæ , quæ
propterea remanebit libera , & non amplius
erit patronata, nec ab his poſtea diſſentit in eo
dem caſu conſ. 53. ad fin. nu. 29. & ſequent.
quod ſi verum eſſet ſuperfluam & inutilem red
deret propoſitam noſtram quæſtionem , quia
parum eſſet curandum, quod in fiſcum tranſi-
ret tale ius, ſi eo vti non poſſet, ſed Eccleſia li-
bera remaneret, ſub Epiſcopi poteſtate , vnde
de huius dicti veritate dubitat Don Lodou. de
Molin. & non male.

9 Sanè ſcio in aliquibus locis non vulgaribus
ſeruari , quod in fiſcum tranſit hoc ius , &
quod illo vtitur & in vita condemnati , & eo
mortuo etiam.

EPITOME.

An accuſato vel inquiſito de ſodomia dandæ ſint defenſiones per Iudicem.

SVMMARIA.

IMputato de ſodomia non ſunt per Iudicem, ſecundum aliquos dandæ defenſiones. nu. 1.

Quod tamen reprobatur, & contrarium oſtenditur verius & in praxi ſeruatum. a.

CASVS QVADRAGESIMVS PRIMVS.



Enit in controuerſiam, an im
putato de ſodomia dandæ
1 ſit defenſiones, & pro opinio
ne negatiua reſponderunt
Barbat. conſ. penult. col. 2.
ad fin. lib. pri Boſſ. in pract.
crim. tit. de ſtupro deteſtab. in maſcul. nu. 5.
Menoch. in tract. de arbitr. iud. lib. 2. cent. 3.
caſ. 286. nu. 13. Io. Mar. Monticel. reg. crim. 14.
nu. 26. & Lodouic. de Alpher. inter conſ. crim.
diuerſ. conſ. 143. n. 3. lib. 1. in poſterioribus im
preſſis in folio, quos omnes refert Farinac. li.
2. quæſt. crim. tit. de indic. & tortur. q. 39. in 5.
limit. nu. 110. quibus addo addition. ad Diaz.
in pract. crim. can. cap. 86. in pr. apoſtil. poſt
medium, verſ. vnde in tanti criminis deteſta-
tionem, & Bonacoſ. in 2. p. com. opi. crimi. in
verbo, Sodomitæ, poſt principium , & huius
opinionis author videtur fuiſſe Bald. in authẽ.
ſed nouo iure, C. de ſeru. fugit. pro vt ad hoc
illum adducit Barbar. in loco cit. & referunt
Farinac. & Addit. ad Diaz. ſup. allegati . ſed
a quoniam Bal. in d. auth. ſed nouo iure , non di
cit id, ad quod allegatur, nec loquitur in ſodo
mita. ſed in inſigni fure & latrone tantum, ſub
nu. 14. verſ. item circa præſentem materiam, &
in contrarium ſunt omnes iuris regulæ, vt be-
ne aduertit Farinac. in dicta limit. ſup. nu. 111.

verſ.

verſ. contrarium in hac limitatione. Ego vota ui pro allignatione termini ad faciendum defenſiones, quæ nemini ſunt deneganda ſiue cō feſſo ſiue conuicto vt poſt infinitos quos addu cir ex com. & obſeruata opinione Doctorum oſtendit Farinac. in ead. q. 39. ampliat. x. nu. 32. vnde merito ab opinione contraria recedit Farinac. dicens vel eam non eſſe ueram, vel ſolum intelligendam in ſodomita inſigni, & notorio, qui nullam prorſus habet defenſionē, & miratur quod DD. ſuprà relati ita audacter firmauerint contrarium autoritate Baldi, qui nihil de hoc dicit. Addit. autem ad Diaz. magis animoſe loquens, ait dictam opinionem omni iure & ratione deſtitutam eſſe. Et eo libentiùs ab illa receſſi, quia eam non vidi in practica ſeruati, pro vt nec Romæ ſeruari firmat Farinac. & illam in forenſibus actionibus nunquam receptam vidiſſe aſſerit Addit. ad Diaz. vnde non eſſet recipienda in praxi, licet aliquod fundamentum iuris haberet.

Quod iniuſte vel nulliter carceratus nō poſſit impune carceres frangere & au fugere etiam ſi ad ſuperiorem accedat, ad ſed arbitrariè puniatur.

SVMMARIA.

Carceratus iniuſte poteſt de iure impune carceres frangere & ex eis aufugere. nu. 1. & 7.

Quod tamen rationibus improbatur tanquā de conſuetudine non ſeruatum. 2. & 7.

Carceratus aufugiens ob imminens periculum, malam cuſtodis tractationem, Iudicis ſæuitiam, vel ſimilem cauſam, & ad ſuperiores accedens, excuſatur. nu. 3.

Carceratus iniuſte, ut ſup. aufugiens licet ad ſuperiorem accedens non excuſatur, ſed mitius arbitrariè punitur. 4. cum ſeq.

Et quid in facto ſeruatum fuerit. 6.

Carceratus carceres frangens, & aufugiens, arbitrariè punitur. num. 5.

CASVS QVADRAGESIMVS SECVNDVS.

1 Licet clara ſit DD. concluſio, quod iniuſte carceratus poſſit impunè carceres frāgere, & ex eis aufugere, vt in individuo renēt Bart. in l. vis eius in princ. C. de probation. Alex. in §. item ſi quis, ad fin. n. 4. l. ſed eximendi. quam legit cum l. 1. ff. ne. quis eū qui in ius vocat. eſt vi exim. Battolom. Socin. in l. 1. n. 13. eo. tit. Boer. decis. 215. nu. 30. verſ. & iſtud vltimum verum eſt, Marſ. in pract. crim. §. diligenter. ſub nu. 40. & ſeq. & in §. attingam. n. 38. & ſeq. Boſſ. in pract. crim. tit. de carcer. Fideiuſ. relax. num. 48. verſ. & vbi eſſet iniuſte detentus, & tit. de Effractor. carcer. num. 2. verſ. addo etiam. Ciril. Fulgeon. in ſum. crim. part. ticul. pr. rubr. 13. de cuſtod. reo. §. fin. num. 5. Alex. conſil. 144. num. 6. lib. 2. Gram. conſ. crim. 51. num. 6. Sylu. de Arcer. inter conſ. crim. diuerſ. conſ. 71. numero 17. lib. 2. in poſterioribus impreſſis in folio, Hippol. Rimmald. conſ. 82. num. 1. & ſeq. eo. lib. 2. diuerſ. crimin. Roland. conſ. 40. num. 16. lib. 4. Bettaz. conſ. crim. 35. num. 12 & 33. lib. 1. Clar. plures de com. & recepta ſententia atteſtātes referens in pract. crimin. quæſt. 21. num. 26. & 27. verſ. ſed quando fuit indebite. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 4. caſ. 301. num. 14. & 15. & nouiſſime Farinac. lib. pr. qq. crimin. tit. de carceri. & carcera. quæſt. 30. num. 120. verſ. limita primo, vbi hoc comprobat exemplo B. Petri Apoſtoli, qui vt legitur in actis Apoſtolorum per Angelum Domini fuit liberatus a carceribus, in quibus per Herodem iniuſtiſſime detinebatur, & plures ita tenentes & de communi atteſtantes refert, quorum tamen aliqui non loquuntur in proprijs terminis noſtris, quos recenſere omiſi, licet propoſitæ concluſioni ſeruire potuiſſent, cum velint ſic fracto carcere fugientem non haberi pro confeſſo de eo crimine, pro quo detinebatur, ex quo licita fuit fuga & a iure permiſſa, quod & multi ex ſupra citatis per me, verum eſſe affirmant.

2 Attamen cum alias de hoc contenderetur inter quoſdam iudices in eandem ſententiam non conuenientes, & rogatus fuiſſem ab eorum ſuperiore, vt quid mihi videretur iuſtum, dicerem, fui in voto quod dicta concluſio non eſſet attendēda, quia res eſt mali exempli, permittere quod carceratus poſſit vti via facti, cum per viam iuſtitiæ valeat eius indemnitati prouidere remedio appellationis, vel recuſus, aut querelæ, nec tolerādum eſt, quod Iudicis autoritate detentus, cognoſcat an bene, vel male fuerit carceribus mancipatus, & in propria cauſa iudicans ſe ipſum a carceribus vi eximat, & poſtmodum vocatus, nullitatem & iniuſtitiam capturæ alleger, quia ſi hoc impunè permitteretur, omnes carcerati aufugerēt, & validitatem carcerationis in diſputationē ponerent, & ſæpè obtinerent, quod non ſine maximo iudicum contemptu, & iuſtitiæ dedecore ſequeretur, & ita per aliquas rationes ex prædictis inueni tenere Boer. d. Deciſ. 215. ſub num. 30. verſ. tamen. d. l. prohibitum, & ſub num. 33. verſ. quare præcedens opinio, aſſirmātem talem opinionem eſſe nimis largam ad fauorem priſonerij, & non ſeruari de ſtilo Curiarum Franciæ, cum qua ſententia reperij poſtmodum conuenire ea, quæ late tradit Farinac. d. quæſt. 30. num. 130 & ſeq. verſ. limitan do hanc tertiam ampliationem, vbi etiam allegat d. Deciſ. Boet.

3 Nec ab hac meæ ſententia retraxit, quod carceratus poſt fugā arreptam acceſſerit ad ſuperiores,

periores, quia & si dicunt scribentes fugientē ob imminens periculum, malam custodis tractationem, iudicis seuitiam, vel aliam similem causam, & ad dominum accedentem, non haberi pro fugitiuo & excusari. Cyrill. Fulgeon. in d.§.fi. sub num. 2. & 3. vers. & idem est si aufugit, & Farinac. d.q. 30. num. 142. ver. imo etiā, vbi alios citat, & præter eos Cæpol. in l. quis sit fugitiuus, in princip. num. 21. ff. de ædilit. edict. per illum tex. & per l. milites agrum. §. desertorem, ff. de re milit. Boss. d. tit. de carcer. fi iust. relax. num. 46. & seq. versi. & eo casu, & latius Bertazzol. consi. crimin. 560. quod est vltimum, num. 1. cum seq. lib. 2. tamen secus est vbi prætextu iniustæ, & indebitæ tantum captu
4 ræ, quis fugiat carcere fracto, quia vt dictum est nimis aperiretur via fugiendi carceratis & maxime, quia in casu permissæ fugæ ex causa, debet ipsa causa esse valde iusta & legitime & clare apparere, alias fugientem & coram superiore se præsentantem non excusaret, vt est de mente Boss. in dicto loco, num. 49. post ver. sed tamen, & quod talis fugiens & ad principem seu superiorem accedens non sit omnino excusatus, sed aliqualiter puniri debeat, licet mitius quam alias, videtur probari per tex. in l. non omnes, in prin. cum gl. in verbo, fortis, & in §. qui in desertione, ff. de re milit. & idē probatur ex l. milites agrum. §. desertorem, eod. tit. licet Cepol sup. citatus alleget d.§ pro contraria parte, quia dicitur ibi qđ desertor militiæ offerens se domino, dignus est aliqua indulgentia, & ideo solum deportatur, pro vt etiam dicitur in d.l. non omnes, in prin. cū glo. & in d.§. qui in desertione, etiam si alias capite puniendus fuisset, vt per gl. in d.§. desertorem. Oblatio igitur non excusat totaliter, sed aliqualiter, text. autē in d.l. quis sit fugitiuus, non procedit, nisi quando ob nimiam seuetitatem, vel aliam culpam custodum, vel Iudicum quis fugisset, & ad Dominū statim se contulisset, quia tunc non videtur fugisse, alias autem secus, vt sunt clara verba d.l. in vers. idem probat Iulianus & si Seuerius.

5 Vnde cum pæna fugientis ex carcere cum fractura, arbitraria sit iudici iuxta facti & personarum qualitatem secundum opinionem a consuetudine in iudicando approbatā, vt nouissime tradit Farinac. d.q. 30. nu. 22. vers. primus erit casus, & retenta ea Doctorum sententia, qui tenent. l. 1. ff. de effract. dum de capitali pæna loquitur contra (effracto carcere) fugientes, non de pęna mortis naturalis, sed de alia mitiori intelligendam esse iuxta latè congesta per eundem Farinac. d. q. 30 num. 4. vers. tertia succedit opinio, habita ratione nullitatis & indebitæ capturæ, & leuitatis causæ, ex qua ad eam deuentū fuerat, & itineris statim post fugam arrepti ad superiores, & repositionis in carceres, & torturæ ad culpabiles in fuga detegendos illatæ per binas vices, & vilitatis & paupertatis personæ, quæ omnia me mo
uerunt ad mitigationem pænæ alias impo-
6 nendæ, censui talem delinquentem pæna tantum duorum funis ictuum puniendum, quæ sententia, vt audiui, & Iudicum contendentium superiori placuit, & ipsismet Iudici-
7 bus satisfecit, quia dixi vnius opinionem veram esse de iure, alterius autem de consuetune Curiarum procedere.

EPITOME.

De pœna retinentis in domo, vel aliter occultantis testem cōtra se inductum, ne examinetur, in causa ciuili vel criminali.

SVMMARIA.

Testem contra se inductum occultans vel domi retinens ne examinetur, punitur extraordinarie iudicis arbitrio. per totum.

CASVS QVADRAGESIMVS TERTIVS.



Quæri quandoque solet, quomodo puniatur occultans & retinens in domo sua testē nominatum & inductum a parte, ne examinetur in causa ciuili vel criminali contra se. Et vera resolutio est quod tanquam contemptor Prætoris punitur criminaliter pro motu Iudicis pęna extraordinaria, nec tenetur pæna falsi, nec causam perdit, ita in indiuiduo dicit Felin. in c. peruenit, il pr. in fi. per illum tex. in versi. & experiri debet in se iudicis autoritatē elusam. extra de testi. cogend. post Bal. ibidem, & idem tenet Boer. decis. 292. ad fin. sub num. 9. vers. aut quæritur an habeatur pro conuicto, & cum eadem opinione videtur transire Felin. in c. accepimus, sub n. 14. vers. & de occultante testem. extra de fid. instr. dum se remittit ad dicta per ipsum in d.c. peruenit.

EPITOME.

An contrahens matrimonium cum muliere, cuius fratrem antea stuprauerat, committendo cum eo vitium sodomiticum, dicatur contrahere incestas nuptias, & pænis contra illas contrahentes, statutis puniri debeat.

SVMMARIA.

Stuprum seu illicitus coitus inter masculos non impedit matrimonium inter sororem passi & agentem. nu. 1. & per totum.

Affini-

Affinitas contrahitur ètiam ex illicito coitu cum muliere in uase destinato.2.
Affinitas contracta per coitum illicitum impedit matrimonium inter coniunctos, in secundo gradu & nō vltra.
Affinitas non contrahitur per coitum extra uas consuetum seu sodomiticum, idcirco tales coitus non impedit matrimonium.4.

CASVS QVADRAGESIMVS QVARTVS.



Vbitatum fuit, an contrahēs
matrimonium cum muliere,
cuius fratrem antea stupra-
uerat, vitium sodomiticum
cum eo committendo, posset
accusari de incestis nuptijs,
& pœnis a iure contra tales nuptias contrahen
tes statutis puniri. In qua dubitatione, dum
essem adhuc ætate iuuenis, & in iure parum
versatus, non inueni decisionem in terminis,
postea autem prouectior factus reperi Docto-
res in indiuiduo hunc casum ponentes, & de-
cidentes per talem nepharium coitum habi-
1 tum cum masculis non contrahi aliquam affi-
nitatem impeditiuam matrimonij, & proinde
in casu proposito nuptias esse licitas, non au-
tem incestas & prohibitas: licet enim ex coi-
tu illicito cum mulieribus in vase destinato
2 contrahatur affinitas, sicut per licitum vt est
tex. clarus, in ca. discretionem, in ca. pen. & in
ca. fin. extra de eo qui cognou. consang. vxor.
suæ, & vbiq; gl. & ceteri scribentes notant, late
Capel. Tolos. decis. 96. & ibi etiam Aufre. in
addit. Socin. cons. 119. sub nu. 1. in fin. lib. 3. Bo
nacos. in suis qq. crim. in verbo sodomia, car-
ta 3. vers. & licet ex coitu illicito, & affinitas
3 impediat matrimonium contrahi. ca. non de-
bet, ex. de consang. & affin. Socin. d. cons. 119.
n. 1. in fin. lib. 3. Bonacoss. vbi sup. & est decisum
per Sacros. concil. Tridentinum sess. 24. cap. 4.
de reformatione matrimonij, vbi etiam restri
ctum est impedimentum huiusmodi ad eos tā
tum, qui in pr. & 2. gradu coniunguntur, quod
alias vsq; ad quartum extendebatur per d. c.
4 non debet, tamen per coitum extra vas debi-
tum & consuetum, seu sodomiticum non con-
trahitur affinitas c. extraordinaria, iuncta gl.
35. q. 2. & 3. Aufre. in addit. ad d. Decis. Capel.
Tolos. *96*. post principium in vers. an autem
per coitum extra vas, Bonacos. in loco cit. &
alij per eos adducti, & præter illos Lancil. Cor
rad. in pract. crim. sub rubr. de sodomit. sub. n.
4. vers. non impedit tamen, & Plot. inter cons.
crim. diuers. cons. 132. nu. 30. Vers. non impe-
dit lib. 1. in posterioribus collectis per Zilett.
in folio, & proinde per talem coitum non im-
peditur matrimonium, vt Bonacos. Lancil. Con
rad. & Plot. subiungunt, & dicit formaliter
Bonacos. quod ideo fornicatio inter mascu-
los, & illicitus coitus non impedit matrimo-
nium inter sororem passi, & agentem, & refert
Brixiensem ita tenentem in repertorio in ver
bo matrimonium, & dicentem se de hoc fuisse
a maximo religioso interrogatū, & quod nul-
lus ponit hunc casum, licet multum frequen-
tem, & subdit quod de hac quæstione memi-
nit etiā D. Iacobus Cagnacinus in reg. c. non
præstat impedimentum. de reg. iur. in 6. vt pro-
pterea non mirum sit, si & ego dum parum ver
satus essem in iure, eam non reperieram in ter
minis decisam, pro vt postea longiori studio
inueni penes Bonacos. & alios, de quibus ipse
nullam facit mentionem.

EPITOME.

Quod statuta, aut proclamata punientia delatores armorum sub certa pœna, non procedunt in delatoribus ex causa persecutionis bannitorum, qui ex statutis aut proclamatibus impune occidi possunt, & persequi, capi, & interfici iubentur.

SVMMARIA.

STatutum uel proclama prohibens delationem armorum non comprehendit ea deferentes contra bānitos, quos ex aliis statutis persequi ac interficere tenentur. nu. 1. cum seq.
Quod tamen non procedit si déferens sit alias de simulatione suspectus.2.
Allegans deferre arma animo occidendi bannitos, debet talem animum probare.3.
Arma uetita deferens prçsumitur malum animum habere eo.

CASVS QVADRAGESIMVS QVINTVS.



Tatutum vel bannum aut pro
clama, quod vniuersitates &
1 homines teneātur bannitos
& malefactores persequi, &
eos capere, & occidere, intel
ligitur etiam cōcedere quod
dicti homines ea de causa possint deferre ar-
ma alias per statuta, banna vel proclamata
prohibita, & eis vti, ita vt ea deferentes non
possint puniri pæna d. statuti banni, aut procla
matis talium armorum delationem prohiben
tis, ita in indiuiduo eleganter ex pluribus con
cludit Anchar. in ca. canonum statuta, nu. 254.
extra de constit. Idem tenet Roman. in l. si quis
in graui, §. vtrum num. 9. ff ad S. C. Syllan. vbi
dicit quod statutum puniens delatorem armo
rum non intelligitur punire ea portantes ad
interficiendum bannitum, qui ex statuto im-
pune potest offendi, quia hoc est factum fauo-
re publicæ vtilitatis, & quia ex iusta causa
licitum est transgredi præcepta superioris, li-
cet nulla hoc casu videatur transgressio, quia
si

si conceditur consequens, vt bannitum occidere liceat, necessarium etiam antecedens concessum intelligitur, vt arma deferre possint ad illum occidendum, vt considerat Ancar. & dicit etiam Decian. statim citandus, licet Ancar. non citet, Prout nec alius ex infra relatis Doctoribus & Roman. sequitur Angel. de Malefit. in verbo vno stocco ferreo n. 4. vers. quarto statutum punit, eandem opinionem tenent, Nell. de Bannit. in 2. p. 2. temporis q. 48. vbi late insistit, & quęstione ad partes disputata hanc partem ex pluribus firmat Socin. reg. 30. in verbo arma. fallēt. 5. Marsil. in pract. crimin. §. pro complemento sub num. 4. vers. scias etiam, Afflict. in consil. Regn. lib. 1. rubr. 9. de illicit. portat. armor. in Constitut. intentionis num. 6. vers. vndecimo licet portare arma, & eodem lib. 1. rubr. 22. super cōstit. quicunq; in pr. not. & ibi etiam addit. Carer. in pract. crimin. in §. in textu. nu. 16. vers. excipiuntur alij casus fol. 57. Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2. cas. 394. num. 73. vers. declaratur sexto, vbi tamen neminem ex supradictis patribus adducit, & nouissime Decian. in tract. crim. lib. 8. cap. 3. de prohibito vsu armor. nu. 38. vers. limita sexto, & confirmatur ex traditis in similibus terminis infra cas. 62. Defendens se ipsum in toto.

Hoc tamen verum, Decian. dicit, modo deferens arma non sit suspectus de simulatione, vt quia fingeret se velle occidere bannitum, & tamen aliò tenderet eius animus, quod ex coniecturis constare poterit, tametsi illi, qui
3 allegat se animo occidendi bannitos arma detulisse, incumbat onus probandi talem ani-
4 mum, quia cum portans arma contra prohibitionem legis vel statuti præsumatur malum animum habere, qui contra hanc præsumptionem asserit probare debet. l. non est verisimile ff. quod met. ca. & l. siue possidetis. C. de probat. cum vbiq; not. & vt latius per ipsum Decian. & memini quod alias dixi nonnullos de delatione armorum inquisitos, qui ea portauerant insequentes bannitos vigore edictorum publicorum, esse absoluendos sine aliqua impensa, & expensas iam factas, si quæ factæ fuissent, eis restituendas, cum palam cōstaret eos portasse arma, vt bannitos repertos in loco persequerentur, & caperent, vel occiderent, quo casu poterant portare arma alias ipsis prohibita & vetita sub grauibus pœnis per statuta & alia edicta.

EPITOME.

De pœna intrantis domum alienam de nocte & ex proposito & data opera vinum ex vegetibus in cella vinaria extrahentis & effundentis, vel equos in stabulo repositos occidentis, vel quid simile facientis.

S V M M A R I A.

Vinum alienum nocturno tempore in aliena domo data opera effundentes, tenentur pœna capitali. numero 1. & 2.

Scilicet triennium. nu. 4.

Vel pœna, l. Iul. de vi pub. 5.

Quę hodie est arbitraria. eo.

Deuastatores fructuum, tenentur pęna capitali. d. numero 2.

Equum alienum in stabulo repositum dolo occidēs, vel quid simile faciens, tenetur vt vinum effundens, fructus deuastans, & domos comburens. 3.

CASVS QVADRAGESIMVS SEXTVS.



Emini processum fuisse contra quendam, eo quod nocturno tempore data opera in quandam domum intrasset per ostium apertum, & ingressus cellam vinariam effudit omnem vini quantitatem, quam in vegetibus ibi repositis inuenit, cuius causæ exitum ignoro, propter continuam longissimi temporis absentiam a loco agitari iudicij. Scio tamen casum hunc a statutis loci specialiter non esse decisum.

1 De iure com. crediderim ego, huiusmodi delinquentem facile teneri pœna capitali, ve-
2 luti fructuum deuastatorem, per gl. in l. 1. C. quand. lic. vnicuiq; sine iud. se uind. in glos. 1. quæ dicit, quod deuastator fructum vel vinearum de nocte impune potest occidi, per illum tex. quem ad hoc notatum reperio per Bolognet. in suis addit. marginalibus ad l. 1. & 2. ff. arb. furt. cæsar. ad idem videtur facere d. l. 2. cum sua gl. ff. arbor. furt. cesar. vbi quod incisores arborum & maxime vitium tanquam latrones furca suspenduntur, quam legem cum d. gl. ad hoc adducunt Bolognet. ibi in dictis annotation. Afflict. Boss. Clar. & alii quos retuli & sequutus fui supra casu vigesimoprimo: si enim pœna capitis puniuntur incidentes vites in cāpis, vtique etiam puniri debent effundentes vinum in domibus, quod est vitium fructus, & propter quem fructum siue vinum maior prohibitio consideratur a legislatore in incisoriqus vitium, quam in incisoribus aliorum arborum in d. l. 2. & vltra prædicta, in terminis videtur quæstionem hanc decidere Afflict. in const. regn. lib. 1. rubr. 26. de malefic. clandest. in 3. not. num. 14. vbi formaliter dicit Afflict. quod ex quo illa constitutio loquuta fuit in princ. de duobus maleficiis, quæ nocturnis temporibus committunt, videlicet de maleficio incisionis arborum, & combustionis domorum, ex quibus cusatur damnum, & destructio rerum, dum postea generaliter loquitur de cæteris maleficiis, quæ nocte committuntur, de-

bet

bet intelligi de similib. s. inferentib. damnum, & destructionem rei, vt si intretur stabulum, & occidatur equus, vel intretur celariũ, & effundatur vinum, & sic de similibus maleficiis, ex quibus sequitur destructio rei ponderando dictionem ceteris implicatiuã similitudinis præcedentium per iura, quæ ipse allegat.

9 Equiparat ergo Afflict. delictum occisionis equi in stabulo, & effusionis vini in cellario de licto incisionis arborũ & combustionis domorum, cuius quidem delicti pænam esse capitalem ostendi quoad arborũ incisionem cas. 21. & quoad domorum combustionẽ cas. 22. nisi in certis casib. ibi expressis, & ibi dicta non repeto. Vnde si casus eueniret, non crederẽ Iudi

4 cem errare, si delinquentem ad triremes ad tẽpus condẽnaret per ea, quæ in dd. casib. 21. & 22. dicta sunt, quib. addi põt, quod forte nõ esset absurdũ dicere, quod iste casus esset cõprehensus in aliquo ex capitibus legis Iuliæ de vi pub. vel de vi priuata, quæ multa sunt vt patet

5 in discursu legũ totius tit. ff. & C. ad l. Iul. de vi pub. & de vi priu. licet specifice nõ legatur, cuius quidẽ legis pæna recessit ab aula, & eius loco successit pæna arbitraria. Iodoc. in pract. crimi. c. 100. de vi priuat. n. 9. versi. verum, Clar. in pract. crim. q. 83. n. 4. ver. vim publicam. Osasc. decis. pedem. 105. n. 7. Crauet. consi. 18. n. 17. & Menoch. de arbit. iud. lib. 2. cas. 394. nu. pr.

EPITOME.

An fideiussor promittens repreſentare reum iudici toties, quoties fuerit requisitus sub certa pæna, si dictus reus postea per eundem iudicem incarcaretur, & aufugiat, vel aliter relaxetur e carcere, sit liberatus a fideiussione, ita vt vlterius ad reum præsentandum non teneatur, & requisitus præsentare, & non præsentans non incurrat pænã conuentam, & quid si non ex eadẽ causa, pro qua fideiusserat, sed ex alia reus requiratur, & quomodo fideiussori succurratur, si Iudex reum requirat ex causa, pro qua interuenit fideiussor ipse, licet vere eum velit pro alia causa.

SVMMARIA.

Realiter relaxato fideiussoribus de repræsentando, & iterum carcerato, fideiussore censetur liberatus, & ideo si requisitus non repræsentet, non incurrit in pænam num. 1. cum aliq. seq. Et ita fuit pluries iudicatum & seruatum. 3.

Quod procedit quando pro eadam causa fuerit iterum carceratus, secus si pro alia. 4.

Curia recipiendo fideiussores de repræsentando dicitur ipsorum custodia reos committere. 2.

Curia accipiendo reos sub propria custodia videtur iam commissę aliorum custodię renuntiare. eo.

Cautela liberandi fideiussores reo carcerato pro alia causa. 5.

Fideiussores in casu prædicto non solum liberantur reo aufugiente sed ipso aliter per Curiam quomodocunque relaxato. 6.

Fideiussores vt sup. requisiti vt reum repræsentent, si timeant quod Iudex illum velit pro alia causa, quid agere possint. 7.

Iudices male agunt, si reum velint pro alia causa, & procedunt contra fideiussores tanquam ex eadem causa, pro qua fideiusserunt. 8.

Reus fideiussoribus vt sup. relaxatus, non debet sine nouis inditiis ad carceres reuocari. 9.

CASVS QVADRAGESIMVS SEPTIMVS.



Dubitatum fuit, an fideiussor, qui promisit repreſentare reum Iudici, vel curię toties, quoties fuerit requisitus sub certa pæna, si post factã promissionem, de commissione eiusdem Iudicis, vel Curiæ reus ille captus, & in carcerem ductus fuerit, & ex eo aufugerit, teneatur ad pænam conuentam, si postea requisitus de d reum repræsentando, illum nõ præsentat, an vere dicatur liberatus per d. carcerationem.

Hanc quæstionẽ disputarunt ad partes multi insignes Doctores antiqui relati per infra-

1 scriptos Iurisconsultos moderniores, & vera resolutio videtur esse, quod fideiussor non teneatur ad pænam, sed sit liberatus per carcera

2 tionem de reo factam ex eadem causa, nam recipiendo Curia a reo fideiussores, dicitur ipso rum custodiæ illum committere, l. 1. & l. 2. ff. de custod. reo. cui custodiæ videtur renunciare accipiendo illum sub propria custodia, quia nõ contenta de cautione fideiussoria fecit illum capere, & in carcerem ponere, arg. l. eum qui, §. fi. & l. si mea causa, §. commodatum, ff. cõmodat. & ita in puncto per prædicta & alia tenet Afflict. decis. 13c. vbi relatis opinionibus antiquorum cõtrariis, & rationibus deductis hinc inde, tandem dicit, quod D. Bartolæmeus de

3 Capua ita tenuit, & quod idem in Regno pluries de facto determinatum fuit, & quod in sacro consilio habita magna discussione istius quæstionis nuperrime visum fuit maiori, & saniori parti consiliariorum, quod fideiussores essent liberati, & non tenerentur ad pænam contentam in obligatione propter dictã incarcerationem factam ex dicta causa, pro qua fideiusserant, & quod hoc bis fuit decisum tempore suo in consilio, quam decisionem sequitur

tut Petr. Foller. in fragment. positis post pra-
cti.crimin.in tit.de fideiussor.num. 257.versic.
quod si carceratus fuerit reus, & ad eandem
Afflict. decisionem simpliciter se remittit Ca-
balli n.ad Constitu.March.Anconit.lib.4. c. 1.
in glo. in verbo fideiussoribus littera I.in fina-
libus verbis, Eandem opinionem re ad partes
copiose ventillata, tenet Don Lodouic. de Pe-
guer.in suis decis.seu qq.crim.cap.47.in toto,
vbi eam veriorem,& magis in praxi obserua-
ram dicit, & ex pluribus confirmat, &. tan-
dem attestatur vidisse semper ita practica-
ri in Regio Consilio Cataloniæ, & in eodem
idem fuisse conclusum. Eandem sententiā am-
pléctitur Ioan.Bernardin. Muscatel.in pract.fi
deiussoria,in pr.modo, num.21. ver.sed adhuc
restat dubium,vbi num.22.& seq.acriter repre.
hendit Vrsill.in addit.ad Afflict. d. decis. 130.
tenentem contrarium,&redarguentem ipsum.
Afflict.quem debebat defendere, & respondet
ijs,quæ Vrsil.pro sua opinione allegat,ex qui-
bus firmior redditur prędicta opinio,secundū
quā in facti cōtingentia tenendū censui,qn̄ tū
4 captura rei factæ erat per Curiam ex eadem
causa, pro qua fideiussorem receperat pro re-
præsentatione, pro vt loquuutur prædictæ de-
cisiones, secus autem si ex alia causa facta es-
set,quia tunc non essent liberati, nec militāt,
sed cessant rationes procedentes in captura
ex eadem causa factas,& ita expresse volunt
5 Afflict.Petr.Foller. & Peguer. ac Muscatel. su-
pra cit. nisi fideiussores reo in carceribus exi-
stente comparuissent, & protestati fuissent qđ
volebant illum haberi pro representato per ip
sos, & amplius nolebant teneri, nec esse obli-
gati, quia & tunc essent liberati, licet ex alia
causa reus incarceratus fuisset, vt post Io. An.
tenent Afflict.in d.decis. 130.num.quinto.Fol-
let.sub d.num.257.in fine,& Pegner.d.cap.47.
in pr. carta facie 2. versicul. Ioan. Andreas,&
idem quod dictum est,quando reus captus, vt
6 sup.aufugit de carcere, intelligit Peguer. pro-
cedere, quando idem reus aliter liberatus,vel
relaxatus esset per Curiam de carcere quomo
docūq;,vt & hoc casu fideiussores ad pænam
non teneantur, sed liberati censeantur ex eis-
dem rationibus, quod verum puto. Quoniam
igitur multum refert scire, an reus præstitam
cautionem fideiussoriam captus & incarcera-
tus fuerit ex eadem,an vero ex alia causa, non
immerito tractari potest de modo id proban-
di,& a iudicum cautelis effugiendi, in qua re
reperio quod Petr.Foller. in dictis fragmentis
sub titulo de fideiussoribus,nu.252.ver.sed po
ne quod reus,format quæstionem de reo rela-
xato sub fideiussoribus, nouum delictum com
mittente, cuius causa Iudex citat fideiussores,
vt reum illum præsentent sub prætextu, quod
superuenerint noua indicia in illo delicto, pro
quo relaxatus fuit, licet reuera non velit eum
pro illa causa, sed pro nouo delicto, & quæ rit
Foller. quo remedio succurri possit fideiusso-
ribus, & concludit, quod possunt comparere,
7 & petere quod Iudex iuret pro qua causa vere
velit illam representationem rei, & an noua
superuenerint indicia in illa causa, in qua fide
iusserunt, & quod iudex tenebatur iurare, si fi-
deiussores se offerunt stare eius iuramento, &
quod ita consuluit Albert.Brun.in cons.87.in-
cip.circa primum videndum est,in fi. & subdit
Foller.quod ita sæpe practicauit, & practicari
vidit,& hanc decisionem Foller.refert nouissi-
me Muscatel.in d.pract.fideiussor.in pr.modo,
nu.16. ver. & ego vidi aliquos Iudices, vbi ta-
men dicit quod hæc decisio satis dura sibi vi-
detur,ne dicat inconueniens, cum Iudicis au-
toritate submittatur partis desiderio, & iura-
mento,& quod forte in superiorib.tribunalib.
hoc esset ridiculosum,& aliud non dicit.
8 Ego certe vidi alias per Iudicē requiri præ-
sentationem rei sub fideiussoribus relaxati sub
magna pæna prætextu delicti, pro quo fideius-
sores dati erant, cum tamen in rei veritate vel-
let ipsum reum habere nō ex illa causa, sed ex
alia superuenienti, & condemnari fideiussores
in pœnam conuentam,cum requisiti non præ-
sentassent reum, & memini me dixisse ipsi Iu-
dici, quod non deueniret ad condemnationē,
quia esset iniusta & contra ius & conscientiā,
& quod indebite grauabat fideiussores,& alle-
gaui dictam traditionem Foller.ipse tamē vo-
luit deuenire ad condemnationem. quod ego
non fecissem, nec vnquam facerem, nec bono
Iudici conuenire credo, quod in damnum &
præiudicium tertii requirat reum ex vna cau-
sa,si vere illum vult ex alia.
9 Nec etiam requirerem representationē rei
ex eadem causa, nisi aliquid noui cōtra ipsum
in ea superuenisset, cum alias de iure regulari
ter reuocari nō debeat ad carceres vt per Bar.
& alios DD. in l. penult. ff. de quæst. per Fol-
ler.in dd.fragmentis,nu.251.ver.sed nunquid
Iudices,& per Muscatel. in d.pr. modo,nu.14.
& sequen.vers.pr.vt noua iudicia.

EPITOME.

An prodigus, cui bonis interdictū est, vulnerans, vel occidens, aut aliter offendens alium, puniri possit pæna corporali, & pecuniaria, etiam vsque ad mortem,& bonorum publicationem, sicut quilibet alius delinquēs, & quid si delictum non sit in cōmittendo seu faciendo, sed in omittendo seu negligendo. Et obiter nūquid cōfessio prodigi declarati sufficiat in delictis ad illum condemnandum sine curatoris interuentu.

SVM-

SVMMARIA.

PRODIGVS delinquens puniri potest corporaliter, & in pecunia, vt quilibet alius. nu. 1. cum sequen.

Quod procedit si delinquat in committendo, secus in omittendo, & quare. 5.

Prodigus æquiparatur pupillo proximo pubertati, seu doli capaci. 2.

Pupillus pubertati proximus vel doli capax obligatur ex delicto nec restituitur in integrum eo.

Prodigus cur non obligetur contrahendo, sed delinquẽdo. 3. cum seq.

Vitium coniunctum vitio non excusat maleficium. numero 4.

Minor delinquens in omittendo excusatur. 5.

Prodigi declarati confessio, an sufficiat in delictis, absque curatore. num. 6.

CASVS QVADRAGESIMVS OCTAVVS.

1 PRodigus, cui bonorum admi-
nistratio legitime interdicta
est, vulnerans, vel occidens,
aut aliter alium offendens,
puniri debet pœna corpora-
li, & pecuniaria sicut quili-
bet alius delinquens, licet enim glos. in l. si
quis in tantam C. vnd. vi in glos. magna vers.
sexto in furioso, ibi tu idem dic in prodigo, te
neat quod prodigus delinquendo non oblige-
tur in respicientibus alienationem bonorum,
quæ sibi a lege prohibita est. l. is cui bonis ff.
de uerb. oblig. & eam sequi videatur Barto. in
d. l. is cui bonis, num. 6. & Bald. ad eam simplici
ter se referens in l. certi condictio §. quoniam
sub num. 7. in fine ff. si cert. pet. tamen commu-
niter teprobatur per omnes Doctores, qui te-
nent quod possit puniri indistincte tam corpo
raliter, quam pecunialiter, sicut si non esset
prodigus, ita enim dicunt Bart. in d. l. si quis
in tantam num. 14. & ibidem Bald. sub num.
7. vers. quid de prodigo. Salycet. num. 5. vers.
quæro octauo. & omnes scribentes in d. l. is cui
bonis, vbi præcipuè Angel. nu. 7. Ioan. de Imol.
num. 4. Roman. nnm. 23. Castr. num. 12. Alex.
num. 20. & seq. Ias. num. 17. dicens com. Angel.
de malef. in verbo scienter dolose nu. 16. vers.
qnid in prodigo, & ibi etiam August. in addit.
in fine. Dec. in l. furiosi num. 6. & ibidem Cagn.
num. 13. attestans de com. ff. de reg. iur. Clar.
in pract. crim. qnæst. 60. num. 11. vers. vlterius
quæro, vbi pariter ait esse communem, quibus
videtur adhærere Vincent. de Franch. Decis.
Neapol. 461. in 3. p. vbi tamen refert alios
aliud tenentes, cuius conclusionis ea est ra-
tio, quod prodigus æquiparatur pupillo pro-
2 ximo pubertati, seu doli capaci, quem constat
ex delicto obligari. l. impnberem ff. de furt. l.
excipiuntur ff. ad S.C. Syllan. l. pupillum 111.
ff. de reg. iur. & cap. 1. & 2. extra de delict. puer.
nec restituitur in integrũ regulariter. l. si ex
causa §. nunc videndum, & l. auxilium §. in de-
lictis ff. de minor. l. 1. C. si aduers. delict. Bald.
in d. l. si quis in tantam, num. 5. vers. tertio quæ-
ro, & ibidem Salycet. numero secundo, vers.
quarto quærit, quæ ratio allegatur per Bar-
to. in dicta l. si quis in tantam, & in dicta l. is
cui bonis, quam rationem sequuti sunt fe-
re omnes supra citati. Doctores, licet Ca-
3 strens. aliam afferat, quam dicit esse melio-
rem, quia scilicet quod prodigus non oblige-
tur contrahendo, fuit inductum in eius fauo-
rem, ne eius bona dissipentur, & quando alie-
natio prohibita est fauore alicuius, non com-
præhenditur ea alienatio, quæ fit delinquen-
do, quia propter delictum quis perdit fauo-
rem & priuilegium suum, nec eo dignus est.
l. etiam §. licet ff. sol. matr. l. sed & si §. quam-
quam ff. quod cum eo fact. erit & l. relegato-
rum in fin. ff. de interdict. & releg. quam se-
quũtur Alex. & Ias. & nonnulli alij ex supraci
tatis Doctoribus, quæ fuit consideratio Bart.
in istismet terminis facta ad l. si quis in tan-
tam, sub. num. 14. ver. quæro qnid in prodigo,
latius paulo ante explicata num. 12. vers. de-
bes. n. scire, licet Castr. sibi ipsi eam attribuat.
4 Addunt Dec. & Cagnol. in dicta l. furiosi.
quod ideo prodigus delinquens punitur sicut
quilibet alius, quia vitiũ coniunctum vitio
non excusat maleficium, & propterea dicit
Bald. in l. furiosum, ad finem sub num. 6. C. qui
testa. fac. pos. quod pro homicidio prodigus
non solum patitur bonorum annotationem,
sed etiam potest condemnari ad mortẽ, quod
dictum sequuntur Ias. in d. l. is cui bonis, sub
num. 17. Dec. in d. l. furiosi num 6. & Franch. d.
decis. 461. & quidem si non parcitur prodigo
in delictis quantum ad pænam corporalem
etiam vitæ, multo minus parcendum est quan-
tum ad penam pecuniariam, quamuis aliena-
tionem respiciat, quia quælibet pæna corpo-
ralis etiam minima, est maior quàlibet pecu-
niaria etiam maxima. l. in seruorum, in fine ff.
de pæn & aliud dicere, esset per quam ridicu-
lum, vt tradunt Ias. Clar. & Franch. in locis præ
allegatis. stat ergo conclusio quod prodigus
delinquens punitur pæna corporali, & pecu-
niaria etiam vsque ad mortem & confiscatio-
5 nem bonorum inclusiuè; Hoc tamen dictum
commune est intelligendum non simpliciter,
pro vt loquitur Bart. in dd. locis, sed in termi-
nis præsentis quæstionis, videlicet quãdo pro
digus delinquit in faciendo, seu committen-
do, secus autem si delinquat in ommittendo,
seu negligendo. quia tunc excusatur, & puni-
ri non potest aliquo modo, quia si minor non
incidit in pęnam ex delicto, quod consistit in
ommittẽdo, seu negligẽdo. l. Furcinius §. adeo
autem in princ. iuncto vers. idemq; in prodigo
dicendum est ff. ex quib. ca. in pos. eat. l. 1. C.
in qui. ca. rest. in integr. non est necess. & l. fin.
C. si aduer. delict. & ponit Bart. in d. l. si quis

in tantam nu.7.vers.quid de pupillo & adulto C.vnde vi,& ibidem Salycet.nu.2. vers. quarto quærit,nec prodigus,qui tali minori æquiparatur, teneri potest, & ita in puncto volunt Ang.Imol.Rom.Castr.Alex.& Ias.in d.l. is cui bonis.Angel. de malef. Clar. & fere omnes alij per me supra citati, & est opinio communiter ab omnibus recepta.

6 Vnum tamẽ singulare in hac materia subijciendum est ex Bald.in l.1.sub nu.24.vers.modo circa personam C. de confess.quod si prodigus confiteretur delictum in committendo seu faciendo commissum, nõ posset ex tali sua confessione puniri, quia postquam declaratus est prodigus, confessio non valet, quod dictũ refert & sequitur Alex.in d.l.is cui bonis n.23. ff.de verb.oblig.Addition.etiam ad Bald.in d. l.1.idem videtur tenere, de cuius veritate hic tractare non intẽdo,cum ipse Bald. dicat alios requirere tria, quod scilicet sit declaratus prodigus, quod bonis interdictum fuerit, & datus curator,sed male secundum ipsum, cum facta declaratione,succedat legis dispositio,qua si ipsius sententiæ executio bonis interdicens, ad quod faciunt notata per eundem Bald.in l. certi conditio §. quoniam num. 7. vers. quid autem si aliquis est prodigus ff.si cert. pet. vbi late tradit quod postquam quis est per sententiam declaratus prodigus, non est necessaria alia interdictio bonis, nec datio curatoris quoad ipsam interdictionem, quia lex ipsa illam facit, adeo quod statim facta declaratione etiam quod curatorem non habeat,æquiparatur pupillo.

EPITOME.

Quod reus, qui etiam pluries negauit se commisisse delictum, & de eo postea conuictus est legitime, potest allegare se illud fecisse ad sui defensionem, & debet per Iudicem audiri, & ad probandum admitti, nec alias potest condemnari.

SVMMARIA.

Reus qui millies negauit se commisisse delictum de quo postea est conuictus, admitti debet ad allegandum, & probandum quod fecerit ad sui defensionem.per totum.

CASVS QVADRAGESIMVS NONVS.



Nullum in iure dubium est, quin reus, qui millies negauit se commisisse delictum, & de eo postea conuinctus fuit legitime, possit allegare quod id fecerit ad defensionẽ suam, & sit audiendus, & ad probandum admittendus, suo mendacio & periurio non obstante, vt not.DD.in auth.contra qui propriam C.de non numer.pecun vbi Bart.in fin.num.7.Bald. num.17.& seq.vers.iuxta prædicta quæro, vbi plures pulcras allegat rationes, & Salycet. ad fin.num.8.Abb.in cap.fin.num.3. vers. quidam accusator, & ibi etiam addition. ad eum,de solution.Addẽtes ad Ang. de Perus.in §. si enim, in auth.de trient.& semis. in verbo inquisitus, sub littera A. Socin. in l. nemo prohibetur nu. 8.ff.de except.inquiens esse com.opi.DD. Deci.in l.nemo ex his num.1.ff.de reg. iur. & ibidem Cagnol.num. 5. appellantes ambo de com muni, & ita quotidie obseruatur & practicatur, & valde erraret Iudex, qui aliter faceret, & vellet proferre sententiam secundum probationes fisci, vel accusatoris.

EPITOME.

An Iudex causarum criminalium,vel aduocatus fisci possit concedere saluum conductum bannito in contumaciam ob crimen læsæ maiestatis pro interesse cameræ fiscalis, & si concesserit, illum seruare debeat.

SVMMARIA.

Saluus conductus bannito læsæ maiestat's, ab aliquo inferiore a Principe concessi non potest, nec concessus valet.nu 1.& 5.

Et si concedens prædictus inuasiet.nu.6.

Saluum conductum potest inferior a Principe bannito ad tempus concedere.2.

Quod procedit si esset bannitus ab ipso concedente, secus si a superiore.3.

Vel ab æquali, vel inferiori de licentia tamen vel consensu superioris.4.

CASVS QVINQVAGESIMVS.



1 Quod saluus conductus bannito ob læsæ maiestatis crimen concessus a Iudice, vel aduocato Fisci, aut alio inferiori a Principe pro negotijs tangentibus fiscum non valeat, & d.bannito seruandus non sit, conclusum fuit per sacrum consilium Neapolitanum,vt refert Afflict.Decis. 4. vbi re ad partes discussa, dicit tandem ita omnes de consilio tenuisse, quam decisionem sequitur Menoch.de arbitr. Iud. lib.2.cent.4.cas.337.n.10 & 11. vers. declaratur secundo,dicens idẽ sensisse Blanc.&Gram. quos infra referam fideliter,pro vt loquuntur, nam vt inquit in d. decis. Afflict. has securitates bãnitis dare, ad solum Principẽ pertinet. Bart.in l.relegati n.4.ff.de pæn.Bald.in l. reos, n.33.

nu.13.verſ.vt magis,C.de accuſation.Blanc. in
pract.Crim.in verbo ignorantia,n.190.&191.
fol. mihi 109. vbi pulcram adducit rationem
Gram.vot.26.n.xi.Boſſ.in tract.cauſ. crim. tit.
de citation.n.39.Afflict. in conſt. Regn. lib. 2.
Rubr.4.vt bannit. licear. in Conſt. Clementiæ
2 nu.21.& quanquam inferior a Principe poteſt
ex cauſa ſecuritatem ad tempus bannito con-
cedere,Bart.in l.is qui reus,n.12. ff.de public.
iud.& clarius ibidem Imol.ſub n. 29. verſ. po-
tes concludere, Bar.in l.relegati, ſub n.4 in fi-
ne verſ.item dico ff.de pæn. Gram. d. vot. 25.
ſub nu.xi.Bald.in l. ſed ſi hac §. ſed ſi per pænã
3 nu.2.ff.de in ius vocan.tamen hoc intelligitur
quando delinquens eſſet bannitus ab illo iudi
ce, qui ſecuritatem dat, vel ab eius inferiore,
pro vt in his caſibus videntur loqui doctores
præcitati : ſecus autem ſi eſſet bannitus a ſupe
riore, quia tunc inferior non poteſt illi dare
ſaluum conductum, ſed hoc ſpectar ad ipſum
ſuperiorem,vt eſt rex. in d. l. relegati,in fin.ff.
de pæn.& in §. ſed neq; homicidis, iuncta glo.
in verbo, cuſtodies,in auth.de mãda. Princip.
& optime probatur ex notatis in terminis per
Bart. in l.non omnes §. fin. poſt principium ff.
de re milir. & punctualiter tradit. Blanc. in d.
pract.in verbo datis defenſionibus,n.40. verſ.
4 ſaluus conductus, vbi dicit idem eſſe bannum
eſſe latum ab æquali, vel inferiori Iudice de
licentia tamen vel conſenſu ſuperioris, quia
runc ſententia iudicaretur,ac ſi eſſet ipſius ſu-
perioris, quod etiam admittit Menoch. loco
citato, & ita etiam ſenſiſſe videtur Gram. ſup.
relatus,dum ait Iudicem recognoſcentem ſu-
periorem non poſſe bannito ſaluum conductũ
concedere,niſi id faceret ex cauſa, & eſſet ille
met Iudex, qui delinquentem bannivit, quaſi
ſecus ſi alius præſertim ſuperior banniſſet, &
hanc diſtinctionem facit Iaſ. in l. conuentio-
nũ nu.4.verſ.ſecundo intellige ſanè.ff.de pact.
5 adeò quod cum agatur de crimine læſæ maie-
ſtatis,per quod ipſe ſuperior offenſus eſt,meri
to inferiori non liceat ſecuritatem offenſori
dare,vt dicit Bald.in cap.1.col.2.de pac. Con-
ſtant.relatus per Afflict.d.deciſ.nu.4 & ſi dede
rit, ea minime ſernari debeat, vt dicit Afflict.
in finalibus verbis d.deciſ.poſt Bald.in ca.1. §.
item ſacramenta in fine de pac. Iuram.firm. &
eſt textus clarus in d.§.ſed neque homicidis,
cum gloſ.in verbo,cuſtodies,in auth. de man-
dar. Principũ,quam ſequũtur multi ex Doctori
bus antiquis, vt paret ex dictis ibi per Bart. n.
6 2.& 3.quod procedit ſecundum Bald.ſup.cita-
tum etiam ſi Iudex iuraſſet talem ſecuritatem
ſeruare,quia nihil operatur dictum iuramen-
tum, quando eam non facit iure permitten-
te.quod dictum ſequuntur Alex. in addit. ad
Bart.in l.1.§.non fuit. in apoſtilla in verbo ad-
uerſus.ſub littera b.poſt principium ff.de dol.
mal.& Iaſ.in d.l.conuentionũ ſub d.n.4.ad finẽ
ff.de pact.& ita ex prædictis in bannito ob læ-
ſam maieſtatem tenendũ cenſeo abſq; dubio.

EPITOME.

An in ſtatuto de duplicatione pęnarum comprehendantur crimina, quæ verbo,aut aliter quam faciendo committuntur, puta blaſphemia, iniuria verbalis, & ſimilia, quæ facto non committuntur, ſi ſtatutum, de maleficijs loquatur.

SVMMARIA.

STatutum duplicans pœnam pro maleficiis non comprębendit maledicta, vt iniurioſa, vel blaſphema verba,nec male ſcripta, vel conſulta ſecundum aliquos,nu.1.cum aliq.ſeq.

Contrarium tamen eſt verius, commune & in praxi ſeruatum.nu.5.cum ſeq.

Maleficii nomen large ſumptum comprebendit omne delictum.nu.2.7.8.

Stricte autem,malefacta tantum.eo.nu.2.

Delicta quędam faciendo, quædam dicendo committuntur.

Statuti duplicantis pœnam in aliquo caſu quę ſit ratio.nu.4.6.10.

Iniuria verbalis dicitur maleficium.nu.7.

Crimina omnia dicuntur maleficia.8.

Maleficii Etymologia ſeu alluſio.nu.9.

Statuto duplicante pœnam ob tempus noctis, an teneatur qui de nocte, ſed caſu vel aperte & palam,idem interdiu facturus,deliquit.nu.10.

CASVS QVINQVAGESIMVS PRIMVS.

1 QVod ſtatutum de duplicatio-
ne pœnarum pro maleficijs
de nocte commiſſis non cõ-
ꝓhendit maledictũ,pura blaſ
phemiam,verbũ iniurioſum,
male ſcriprum, male conſul-
tum,& huiuſmodi, ſed reſtringatur ad ea quæ
facto tantum male cõmittuntur, tenuit in pun
cto Bart.in l.aut facta, in princip.ff.de pæn.vbi
formaliter inquit, quod licet maleficium lar-
ge ſumptum comprehendat omne delictum,ſi
2 ue re,ſiue verbis fiat l.ex maleficiis,in princ.ff.
de act.& oblig. & inſt. de oblig. quæ ex delict.
naſcunt.in prin.tamen ſtricte ſumprum accipi
tur pro eo, quod committitur facta,quia ma-
leficium dicitur quaſi malefactum,& ideo non
comprehendit male dictum, vel male ſcriptũ:
ex quo infert quod ſi ſtatuto cauetur quod in
maleficiis commiſſis de nocte pœnæ duplicen
tur, nõ hẽbit locum in verbis iniurioſis & ſimi
lib.quia in tali ſtatuto odioſo debemus accipe
re verba ſtricta, vt ſit benignior interpretatio.
l.interpretatione,& l.ſi pñs. ff. de pæn.idẽ con

sulendo tenuit ipse Bart.cons.31. ad finem sub
nu.3. vers. item dubitatur lib. 2. vbi quod pro
blasphemia ratione noctis non duplicatur pæ-
na ex statuto, quod vtitur verbo maleficiorũ,
quia loquitur de his quæ committunt malefa-
3 ciendo,& non maledicendo,pro vt est blasphe
mia,sunt enim species distinctæ, quia delicto-
rum quædam committuntur faciendo, quædã
dicendo vt in l.aut facta,in princ.ff.de pæn. ad
idem facit quod idem Bartol.notat in l. omne
delictum in fine,ff.de re milit.volens quod stri
cto modo loquendo maleficium dicitur omne
malefactum, licet largo modo accipiatur pro
eo quod consistit in non faciendo, & opinio-
nem Bart.in d.l.aut facta,de verbis iniuriosis &
in d. cons. 31. de blasphemia, sequitur Angel.
Aretin. in tract. de malefic,in verbo,verba in-
iuriosa num.5.vers.quid autem si statuto caue-
tur,& n.11.ver.quid si statuto dicatur,& cum
Bart.in eadem l.aut facta.tenuit etiam Alciat.
in l.verbum facere,t 18.num.3.ver.sed finge.ff.
de verb. signif.dicens,quod cum maleficia di-
cantur malefacta, videntur in statuto non con
tineri,quæ dicta,scripta,consultare male sint,
ideoq; qui noctu conuiciatus est, in duplicatã
pænam non incidit,& id frequentius probari;
subdit tamen etiam in lege pænali malefacta
dici,quæ dicta,scripta, cõsulta criminose sint,
cum verba generaliter, & quatenus sermonis
4 proprietas fert,accipi debeant, sed ne conui-
tia eo in casu comprehendãtur ratio legis sua
det, ex qua de his delictis significari ostendi-
tur,quæ ex tenebris nocturnis,vel facilius, vel
grauiore cum noxa fierent, quod in iniuriarum
5 crimine non est. Contrarium autem quod
imo in statuto appellatione maleficii veniant
male dicta,scripta, vel consulta,& ideo in casi
bus præmissis duplicatio locum habeat, repro
bata opinione Bart.tenet Bald. in l.fin.in fine,
6 vers.preterea maleficium.C.de crim.stelion.ea
ratione quod statutum duplicat attrocitatem
delicti, quæ maior resultat in casu ab ipso sta-
tuto considerato ratione temporis nocturni,
& dicit quod Bar.non bene dixit,& inst.de ob
lig. quæ ex deli. nasc. in princ. aiẽs quod con-
tra eum facit glos. & ibi & in l.ex maleficiis,ff.
7 de act.& oblig.volens quod iniuria quæ fit ver
bo,dicatur maleficium, & quod cum quadam
vice practicasset opinionem.Bart.tempore syn
dicatus fuit sibi oppositum, & vix euasit, &
quod pro eius opinione allegauit,quod Iudi-
ces semper in condemnationibus sequuntur,
quod est minus.Idem tenet Alex. in addit. ad
Bart.in d.l.aut facta, aiens quod communiter
contra eum practicatur, & quod com. opi. te-
8 net contra ipsum, quia omnia crimina dicun-
tur maleficia,vt est glos. in l. ex maleficiis,per
illum tex, in princ. ff. de act. & obligat. & alia
gl.inst.de oblig. quæ ex delict. nasc. etiam per
illum tex. in princ. eandem sententiam sequi-
tur Augustin. de Arimin. in addit.ad Angel.
Aret.in d.verbo,verba iniuriosa,sub n.5. & xi,
plura ad hoc adducens, vbi in libro meo An-
gel.quem ipse reprehendit in vltimo loco,po-
tius tenet cum Bal.in d.l.fina.C. de crim. stel-
lionat.licet soleat allegari pro opinione Bart.
pro vt & idem Angel. aperte putat veriorem
esse sententiam ipsius Bal. ex ratione iam di-
cta maioris atrocitatis, inst. de obligat.quæ ex
delict.nasc.in fin.sub.n. 2. Contra Bart. etiam
tenet Cataldin. in tract.de syndicat,q.136.sub
n.73.inquiens quod statuto duplicante pænas
in maleficiis,blasphemia & verba iniuriosa de
bent maleficium appellari, & quod cum qui-
dam sequutus contrariam opinionem vellet se
tueri ex dictis Barto. vix euasit in syndicatu.
pro qua sententia multa allegat, cum qua te-
net etiam Blan.in pract.crim. in verbo visis in-
dicijs, nu. 50. & pluribus seq.vers.contrarium
quod imo,fol mihi 47.& 48 vbi ex pluribus te
9 net contra Bart.& respondet eius motiuis, &
maximè Etymologiæ vocabuli, dicens quod
non dicitur maleficium quasi malefactum, sed
potius quasi malum officium, quod dicitur nõ
solum, quod facto, sed etiam quod verbis fit,
& attestatur de communi & veriori opinione
contra Bartolum,contra quem similiter tenet
Clar.in pract.crim.§.1.n xi.vers sed quæro nũ-
quid maleficium, dicens quod hæc opinio ma
gis sibi placet, nam & qui male dicit, malefa-
cit, & nouissime cum illa opinione veluti ve-
riori & tenenda,pertransit Farinac. in tract.
crim.lib.1.q.18.nu.4.vers.aduerte primo,& la
tius & elegantius Decian.in tract.crim.lib. 1.
cap.8.de malef.n.10.vers. ego vero,tom.1. vbi
10 etiam respondet ad considerationem Alciat.
quod Bart. dictum procedat non ex verborum
significatione, sed ex statuti rõne, quod imo,
& attenta ea ratione fieri debeat duplicatio,
quia eo tempore vt plurimum & frequentius
blasphemiæ,& verbales iniuriæ, turpes canta-
tiones,famosi libelli,& alia non facto cõmittã
tur,fatendo tamen quod si quis occasione no-
cturni temporis non captata, sed quia ita ca-
sus contingens dederit, iniuriam contra ali-
quem protulit, non se occultãs, & palam, &
aperte eandem iniuriam interdiu prolaturus
fuisset,hoc casu non puta. et locum esse dupli-
cationi, non ex vi & proprietate verbi malefi-
cii quam considerat Bart.sed ex eo quia defi-
cit ratio statuti, cum iniurians non quæsierit
occasionẽ occultandi delictum,& iniuria ipsa
sit leuior, si noctu fiat, vt pote in minori fre-
quentia hominum,quam si interdiu vt ex se pa
tet,quod non videtur distare ab Alciat. sup. al
legato, sed vix posset obtineri in pract. quia
quodlibet maleficiũ siue facto siue verbis, cõ-
prehenditur in statuto, & vti de nocte com-
missum grauius iudicatur propter noctem, vt
ex Bald. & Aret.dictum est,& punitur duplica
tione pænæ iuxta formam statuti indistincte,
& ita semper vidi fieri & practicari, & ego
etiam obseruaui,tenendo cum opinione com.
contra Bart.absq; aliqua distinctione, an ma-
le

te dictum dedita opera, an vero casu commissum fuerit, & hanc opinionem indistincte tenet Bonacos. his scriptis visus, lib. 1. com. opin. crim. versicu. statutum, quod pœnæ maleficiorum duplicentur, & lib. secundo, versic. statutum loquens de maleficijs, & in q. crim. verb. pęna, vers statutum duplicans pęnam commit tenti maleficium de nocte.

EPITOME.

Nunquid stāte statuto quod nullus pro maleficio puniatur pęna corporali, nisi in casibus ab ipso statuto expressis, ius commune dicatur sublatum in delictis a statuto commissis, pro quibus ab ipso iure com. pœna corporalis im ponitur, & quando id verum sit.

SVMMARIA.

Statuto, quod nullus corporaliter puniatur, nisi in casibus a statuto expressis, censetur iuri com. derogatum, etiam in omissis a statuto. num. 1. & 6. & per totum.

Quod est verum si statutum vlterius procedat pro. uidendo impunitatis delictorum vt ibi exemplificatur. num. 6.

Statuto existente ut sup. censetur in omissis a statuto Iudici concessum arbitrium. 2.

Correctio legis non inducitur, nisi verbis claris, & specificis. 3.

Expressum dicitur quod ab expresso prouenit. 4.

Iuri com. potest per statuta tacite derogari. 5.

CASVS QVINQVAGESIMVS SECVNDVS.



IN pluribus locis per statuta prouisum est, quod nullus pęna corporali puniri possit pro maleficiis, nisi statuto caueatur, euenit quod aliquis committit delictum a iure commu. punitum pęna corporali, de quo statutum nullo modo prouidet, nec pęnam aliquam pro eo imponit, quæritur an hic delinquens puniendus sit pęna corporali secūdum ius commu. postquam statutum de tali delicto nō disponit, an vero aliter, quasi quod præfata statuta derogauerint iuri com. & eius pœnam demerint? Pulcra quidem est dubitatio,
1 & maxime vtilis, in qua quod locus non sit pœnæ corporali ex iure com. veluti a lege municipali abrogato, sentire videtur Boss. in pract. crim. tit. de carcerat. fideiuss. commit. nu. 20. & tit. de indic. & consider. ant. tortur. num. 57. & tit. de falsi. num. 139. & tit. de homicid. nu. 6. in fine, quem ad hoc adducit Menoch. de arbitrar. iudic. lib. 2. cent. 3. cas. 276. vbi num. 24. & seq. vsque ad finem tractat hanc quæstionem & dicit d. opinionem verā sibi videri, licet postea subiungat in hac re veluti grauis ponderis esse non parum cogitandum, cum hactenus in specie atque ex proiesso aliquo, quem viderit, explicata non fuerit, adhuc tamen inquiēs quod si vera est interpretatio prædicta, quam vetant opinatur, non parū ex legibus illis mu-
2 nicipalibus tributum est illis in locis iudicib. arbitrium, mouetur autem Menoch. auctoritate Boss. in locis citatis, ea ratione quod statuta loquuntur per verba illa vniuersalia, nullus puniatur corporali pęna, nisi statuto caueatur, quæ excludunt omnem pœnam alio iure, præ terquam illis statutis impositam. Nec putat
3 Menoch. obstare quod ex hoc sequatur iuris correctio, quæ non solet induci nisi verbis claris & specificis, l sancimus. C. de testam. l præcipimus, in fine. C. de appellar. & vtrobiq; DD. quia respōdet quod satis clare & specifice fuit dictum, postquam ex vniuersali sermone hoc venir in necessariam consequentiam, quia expressum dicitur, quod ab expresso prouenit,
4 nec omissum intelligitur, quod expressum consequitur secundum Bald. in l. 1. nu. 10. C. de his qui ant. apert. tab. pro quo ego vrgentius face
5 re puto, quia ad hoc vt a lege municipali ius comm. corrigatur, sufficit quod id tacite fiat, nec necessario exigitur ad derogationē, quod id verbis expressis & nominatim dicatur, sed satis est quod appareat aliquibus præsumptionibus tacite statutum voluisse legem commu nem tollere, vt no. Bar in l. 1. ante fin. ver. idem si apparet, ff. vi bon. rapt. Gram. consi. crim. 35. num 57. Corn. consi. 114. colum. 2. ver. & licet de iure com. lib. p. Bertaz. consi. crim 241. nu. 24 versic. nec etiam, lib. p & al i, quos retuli in casu 2. qui omnes in hoc conueniunt cū Bart. licet in eius principali decisione maior pars
6 ab eo dissentiat, vt ibi demonstraui. Quæ determinatio tamen procedere videtur, quando per ipsa statuta vlterius prouidetur, ne delicta specialiter in illis non comprehensa, impunita remaneant, puta quod pęna sit Iudici arbitraria, vel consulatur Princeps, vel vltra Menoch. quod procedatur de similibus ad similia, aut ex identitate rationis, vel consimili modo fiat determinatio, istis enim casibus ius commune omnino a statutis sublatum dicitur: alias autem secus, ne admissa dicta interpretatione, quamplurima delicta in statutis non comprehensa, remaneant impunita, si ad ius com. non esset, recurrendum, contra bonū publicum & pacificum Reipu. statutum, ita aperte colligitur ex Menoch. d. casu 276. sub n. 26. ver. nec dicatur quod hac admissa interpretatione, cum quo tenendum censeo.

EPI-

EPITOME.

A delegatus Papæ, vel Principis delinquens maxime in pertinentibus ad causam sibi commissam, possit puniri per Ordinariũ loci, in quo delinquit. Et quid in Patriarca, Primate, vel Archiepiscopo delinquente in Diœcesi inferioris gradus prælati.

SVMMARIA.

Delegatus Papæ vel Principis dicitur maior quolibet ordinario. nu. 1.
Minor in maiorem non habet imperium. nu. 2.
Iudex ordinarius punire potest Delegatum Papæ vel Principis, qualitercunque delinquentẽ in sua iuris. nu. 3. cum seq.
Salaria immoderata potest Ordinarius moderare. num. 4.
Reatus omnem honorem eximit. nu. 5. & 10.
Archiepiscopus delinquens in Episcopatu, quem habet suffraganeus ex dispensatione, potest ibi puniri secundum aliquos. nu. 6. sed vide nu. 10.
Iudex maior falsum ferens testimonium coram minore potest ab illo puniri. nu. 7.
Magistratus minor est maior omni alio in suo territorio. nu. 8.
Patriarca, primas, vel Archiepiscopus delinquens in diœcesi alicuius Episcopi potest ab eo puniri. numero 9.

CASVS QVINQVAGESIMVS TERTIVS.



QVærit Cyn. in auth. qua in ꝓuincia, col. fin. versic. vltimo
iuxta legem istã mouco quæstionem de facto, C. vbi de
crim. ag. oport. An si delegatus Papæ, vel Principis delin
quat in sua, iurisdictione, Iudex Ordinarius lo
1 ci possit eũ punire, & primo dicit videri quod
non, quia talis delegatus est priuilegiatus, &
maior omni Ordinario, ex quo fungitur vice
2 delegantis l. etsi Prætor, ff. de off. ei. cui mand.
est Iurisd. & minor in maiorem non habet imperiũ l. nam magistratus. ff. de arbitr. Deinde
3 ait ꝙ in cõtrarium videtur esse tex. expressus
in d. auth. & quod ea est ratio, quia delictum facit eum sortiri forum omni priuilegio cessante, vt ibi, & subdit ex mente Petri, quod qualitercunq; delinquat siue in iurisditione sibi demandata, siue quocunq; alio modo, ratione illius delicti ordinarius cohercebit & emendabit eum per viam iuris, vt in auth. vt Iudi. sine quoquo suffrag. §. volumus. vers. si autem ipsi aliquos, & dicit quod semel dubitabatur de facto, nunquid si assessores delegati Principis iniunxerunt partibus, quod quælibet deferret cuilibet ex ipsis marcam argenti pro salario, possint dictæ partes de hoc conquæri coram Iudice ordinario loci, & petere vt assessores illos reformet, & summam petitam moderet, & refert quod Petr. de facto consultus respon
4 dit, quod sic, per l. expressam in auth. de Iudic. §. nullo. & §. ne autem circa hoc labor, quia potest ordinarius immoderata salaria corrigere, vt in Auth. vt Iudi. sin. quoquo suffrag. §. volumus, circa finem, ibi licet prouinciarum Iudicibus non sinere amplius aliquid, quam facta vestra constitutione dispositum est, percipere sportularum. Et prædictam Cyn. determinationem sequitur Bald. in d. auth. qua in prouincia, num. 10. vers. vlt. istud principiũ, vbi formaliter dicit quod principium d. auth. inducitur in argumentum, quod si delegatus Principis in causa sibi delegata delinquit, & facit litem suam, potest de hoc conueniri coram ordinario loci vbi delinquit, nam licet in
5 procedendo sit maior eo, tamen cum delinquit, efficitur sub eo secundum Petr. & Cyn. quia reatus omnem honorem eximit. l. 1. C. vbi senat. vel Claris. sequitur Andr. Barbat. in addit. ad ipsum Bald. in apostilla in verbo, vltimo sub littera A. & potest opportune confirmari ex multis, quæ ibidem adducit in apostilla seq. in verbo, quia reatus sub littera B. ad impugnandum conclusionem a Canonistis com-
6 muniter firmatam in cap. 1. de rapt. & in cap. cum inferior, de maior & obedient. quam etiã ex nostris refert & sequitur Clar. in pract. crim. quæst. 35. num. 14. vers. quod tamen intellige. Quod Archiepiscopus delinquens in Episcopatu, quem suffraganeus habet ex dispensatione, non potest ibi puniri ab eo: considerat. n.
7 quod si Iudex maior falsum ferat testimonium coram minore, potest ab illo puniri secundum Angel. post Iacob. de Rauen. in repet. l. si vacantia, C. de bon. vacant. lib. x. sub n. 105. vers. sed quæro Iudex maior, quia incontinenti, cũ quis testificatur, etiam inferiore se submittit. l. nullum. C. de testi. ratione cuius submissionis potest puniri, arg. l. est receptum, ff. de iurisd.
8 omn. iud. & subdit Barbat. quod minor magistratus est maior omni alio in suo territorio ꝑ gl. in l. apud eum ff. de manumis. & quod propterea secundum Petr. de Ancar. in Cle. 1. de for. compet. si Patriarca, vel Primas, vel Archie
9 piscopus delinquat in diœcesi alicuius Episcopi, potest puniri ab illo Episcopo, quam opinionem sequitur & communem asserit Clar. d. q. 35. num. 14. vers. sed quid si Archiepisc. & addit Barbat. plura alia, quæ videri possunt, nec
10 referre expedit. qa licet vera esset dicta com. canonistarum conclusio de Archiepiscopo delinquente in diœcesi sui suffraganei, nihil tamẽ obstaret decisioni nostræ, quia suffraganeus semper & omni tempore inferior est suo Archiepiscopo, quod nõ est in Iudice ordinario, vel dici potest secundum Angel. in loco citato

quod

quod etsi alias qui delinquit, est maior, tamen respectu eius, de quo agitur, est minor, ita enī dicit ipse de Iudice maiore deponente falsum coram minore.

EPITOME.

An Officiales, & alij dignitatem habentes vel alter nobilitate fulgentes accusati, vel inquisiti de aliquo crimine, dum per Iudicem examinantur, vel interrogantur, debeant sedere, an vero stare.

SVMMARIA.

Nobiles, vt Barones, Comites, magni Officiales, vel similes, licet de crimine imputati, dum examinantur per Iudicem, sedere debent, sed paulo inferius. nu. 1. & 5.

Quod procedit in prouinciis, secus in vrbe. nu. 2.

Quid tamen obseruatum fuerit, vide nu. 3.

Iudices in faciendo sedere Aduocatos debent imitari Curiales & fugere rusticitatem, nu. 4.

CASVS QVINQVAGESIMVS QVARTVS.



On semel vidi de facto dubitari, an Barones, Comites, Marchiones, vel alij Nobiles, aut magni Officiales, de aliquo Crimine imputati, dum super eo per Iudicem interro-
1 gantur, debeant sedere, an vero stare, & quod debeant sedere, videtur tex. in l. 3. post principium ibi sedēdi quoq; in aliqua secretarij parte, quæ Iudicibus inferior, altercantibus verò superior esse videatur, & rursus ante finem in vers. quoties autem viri Illustres ibi, & sedendi cum celebratur cognitio in secretarijs iudicātium ius consequantur C. vbi Senat. vel Clariss. vbi Bald. n. 2. dicit not. argumentum quod Episcopi accusati sedere debent, non stare, tamen debent sedere aliquantulum inferius, & non superius cum Cognitoribus causæ, idem simpliciter dicit Salycet. ibidem in notabilibus ante n. 1. Sed in contrarium quod imo debeant stare, & non sedere, facit idem tex. d. l. 3. paulo infra ante finem ibi ita vt huiusmodi iure sedendi quidem in cognitionibus dicendis minime sibi vendicent facultatem, hanc contrarietatem videtur sensisse glos. in priori loco allegato sup. in verbo sedendi, quæ dicit hoc esse speciale propter nobilitatem, vt sedeant, & non dicant, secus si dicant vt infra §. ita, & in alijs iuribus, que adducit, præsertim in auth. vt ab Illustr. circa fin. ibi ne cogantur aut sedere cū Iudicibus, cum iudicant, aut stare rursus tanquam litigantes, vbi gl. in verbo sedere notat idē, & rursus paulo infra ad tex. in verbo pro-
2 cedente. Rectius autem sensisse videtur Castr. in d. l. 3. sub n. 3. vers. sed an debeant, aliter distinguens, quod scilicet aut tales conueniuntur in vrbe Romana, vel Constantinopolitana, vbi sunt magni Iudices, & non debent cum illis sedere, vt in d. vers. ita vt huiusmodi viri & cæt. Aut in prouincijs, vbi non sunt ita magni Iudices, & tunc secus, vt in d. vers. quoties autem viri Illustres & cæt. & subdit ꝙ per hoc patet tex. d. l. declaratus, quæ distinctio mihi de iure non displicet, pro qua facit quædam adnotatio, quæ reperitur in d. auth. vt ab Illustrib. aiens quod rigor illius tex. obseruatur in parlamentis Franciæ. Etsi obseruatum vidi quod
3 etiam corā magnis Iudicibus & supremis Magistratibus, constituti in dignitate non vulgari puta habētes feuda, Iudices, & Officiales magni gradus & honoris, magnæ Excellentiæ Doctores, magni Militum pedestrium, vel equestrium Duces, Milites maioris Crucis alicuius Religionis, quos equites magnæ crucis vocamus, & alij qui in loco Magnates reputantur, sedeant, & non stent, quando vt rei criminis a Iudice interrogantur, & ita etiā pluries egomet obseruaui, faciens eos sedere, nec aliter nunc facerē, quia est vrbanitas conueniens, &
4 Iudices in faciendo sedere aduocatos & litigatores debēt imitari Curiales & rusticitatem fugere, vt dicit gl. in d. auth. vt ab Illustrib. in uerbo incuriam, & est quæstio a Criminalistis non tacta, quod viderim. His scriptis vidi D.
5 Vincentium de Franch. decis. 138. in pr. p. vbi sub n. 5. & 6. tenet quod Aduocatus fisci, Consiliarius Regius, Principes, Duces, Marchiones, Comites & similes agentes causas proprias tā ciuiles, quam criminales debēt sedere cū Iudicibus vltimo loco aliquantulum inferius, licet alias ipsos Iudices præcedere debuissent, & altiori loco sedere, ad quod allegat d. l. 3. in vers. sedēdi & ibi Odofred. Bald. & Salycet. loquentes in Episcopo, & d. auth. vt ab illustribus.

EPITOME.

An testis examinatus pro informatione curiæ parte non citata, vocatus ad repetendum examen, nolens comparare, possit puniri, & qua pœna.

SVMMARIA.

Testes examinati parte non citata pro informatione non probant nisi parte citata repetiti. nu. 1.

Testes alias pro informatione Curia examinati, & a repetitione solenni se subtrahentes tenentur pœna falsi. 2. & 6.

Testis vt dicendo falsum, sic tacendo verum, committit falsum. 3.

Nolens comparere ad testificandum, qui non dum testis

stis assumpsit officium tenetur pœna stellionatus. numero 4. & 6.
Et etiam parti ad interesse. d. nu. 4.
Testificari nolens accepta pecunia, nè testificetur punitur de falso. numero 5.

CASVS QVINQVAGESIMVS QVINTVS.



1 QVoniam testes examinati pro informatione Curię vti recepti parte non citata, & ante litem contestatam, & ad finem præparandæ inquisitionis, de iure non probant, & ideo solent in termino probatorio repeti parte citata ad finem consequēdę victoriæ, vt tradunt DD. in l. si ff. de quæst. Blanc. dicens communem in pract. crimin. in princip. nume. 30. & sequen. versic. sed quæritur, Clar. attestans pariter de com. in pract. crim. quæst. 11. nu. 2. & vltra eos Cast. perpulchre consi. 141. vol. 1. versic. 3. est videndum, num. 3. lib. 1. Gram. decis. 11. sub num. 7. 8. & 13. & decis. 34. num. 33. & alii quos sciens prętereo. Et sæpe vocati ad
2 repetendum nolunt comparere, queri solet de eorum pœna, & quidem tales testes iam examinatos, & postea se subtrahentes a prohibendo solenni testimonio, vt veritas occultetur, & ne delicta legitime probentur, puniri vera falsi pęna probatur optime ex dictis per Bald. in l. presbyteri, num. 13. versic. quid in eo. C. de Episcop. & cler. & per Alex. in l. argentarius, §. cum autem, num. 4. & seq. uersic. item per istū tex. ff. de eden. per Ias. in l. præscriptione, in 2. not. sub num. 8. C. si contra ius uel util. publ & per alios quos refert, & sequitur Boss. in pract. crim. tit. de fals. nom. 163. uersi. quæro, quando testis, cum enim iam assumpserit officium testificandi, tenetur comparere, nec potest tacere ueritatē citra incursum falsi, quod ita com-
3 mittitur tacendo ueritatem, sicut deponendo falsum, ut dicunt præfati omnes DD. secus au-
4 tem esset si quis nondum officium testificandi assumpsisset, citatus ad perhibendum testimonium, nolet comparere, quia tūc licet propter hoc faciat, quod ueritas non appareat, cū tamen nondum sit testis, non potest puniri de falso, licet ratione doli punitur pœna criminis stellionatus, & teneatur ciuiliter parti, uel rei publ. ad interesse per actionem de dolo, ut dicunt Bal. Alexan. Ias. & Boss. supra citati, quod
5 tamen limitant Alexan. & Boss. nisi talis citatus accepisset pecuniam, ut non testificaretur, nam tunc punitetur de falso, etiam quod non dum officium testificandi assumpsisset per notata per Bart. in l. 1. §. sed & si quis, num. 1. ff. de fals. vbi propterea dat cautelam, quod Iudex faciat processum, quod accepit pecuniam ob testimonium non dicendum, quia tunc poterit eum condemnare lege Cornelia de fals. cuius timore ductus veniet ad testificandum, &
6 secundum prædicta vidi practicari, puniendo testes nolentes comparere ad repetendum pœna solita imponi ijs, qui testificando veritatē tacent, & multando nondum examinatos nolentes comparere ad deponēdum per ea, quæ leguntur, & notantur, in l. vnica, ff. si quis ius dicent. non obtempera.

EPITOME.

De statutis minuentibus pœnam delinquenti propter confessionem, & eam augentibus propter negationem, & de eorum materia, & de omnibus fere casibus, & quæstionibus, quæ super dictis statutis occurrere possunt, & de alijs notatu dignis circa intellectum talium statutorum, & circa modum practicandi, & reducendi pœnas tam respectu diminutionis, quam duplicationis ad iustam, & legitimam quantitatem.

SVMMARIA.

STATVTVM minuens partem pœnæ sponte confitenti delictum fundatur ea ratione, quod in vno releuatus, debet in alio grauari. n. 1. & 7.
Statutum augens pœnam neganti fundatur in eo quod in vno granatus, sit in alio reuelandus. 2.
Et quia mendacium est pœna dignum. 3.
Statutum minuens pœnam confitenti non habet locum si primo negauit, & postea confessus fuerit, secundum aliquos. 4.
Contrarium tamen est verius, & communius. 5.
Reus, qui primo negauit potest postea variare, & sic confiteri, & obtinet d. statuti beneficium, dum modo fateatur antequam probatum fuerit secundum aliquos. 6. 7.
Sed quod imo post litem contestatam non liceat variare dicitur verum æquum, & magis obseruatum. num. 7.
Statuti tamen verba sunt diligenter aduertenda. numero 8.
Negatio concernentium exceptiones iurisdictionis vel similes non nocet confitenti postea delictū, quin gaudeat benef. statuti. 9.
Statutum augens pœnam neganti delictum non habet locum reo etiam si negauerit, postea quandocunque confitente antequam sit probatum. 10.
Contrarium, quod imo lite contestata non liceat, & hoc casu variare, videtur de iure verius. 15.
Prior tamen opinio vti mitior est amplectenda. numero 16.
Neganti vt sup. cur liceat quandocunque fateri ante probatum delictum ad euitandum pœnam negationis, non ad consequendum beneficium confessionis. num. 11.
Ius speciale facilius tollitur quam ius commune. 12.

Res

Resdē facili reuertitur ad suam naturam. 13.

Reus qui primo negauit & postea per confessionem admittendus esset ad benef. diminuendi vel euitandi maiorem pœnam, debet reficere expensas per aduersarium factas occasione. d. negationis. num. 8. 14.

Minor restituitur aduersus negationem idcirco quandocunq; etiam factis probationibus fateri potest ad euitandam pœnam negantis. 17.

Imputatus de pluribus delictis separatis, pro parte quam confitetur gaudet benef. stat. & pro parte negata tenetur pœna negantis. 18.

Respondens inquisitioni nec precise confitens, nec negans si postea confiteatur gaudet beneficio statuti. num. 19.

Responsio iuris vt nego me culpabilem, non valet in criminalibus. 20.

Confitens primum & postea negans non solum amittit beneficium confessionis, sed incurrit pœnam negantis, nec redire potest ad priorem confessionem. 21.

Et quare. 24.

Et idem si non verbis sed facto priorem confessionem reuocaret. 28.

Statutum tribuens beneficium confitenti intelligitur de confitente cum perseuerantia. 22.

Reuocatio reuocationis non datur. 23.

Negans dicitur priori confessioni renunciare. 25.

Premium ex delicto non debet quis reportare. 26.

Regressus non datur ad ius renuntiatum. 27.

Confitens factum & ius negans vt se fecisse ad sui defensionem gaudet benef. conf. 29. *cum pluribus seq.*

Contrarium ex aliquibus. 30.

Quorum opinio in puncto iuris est forte verior. num. 34.

Confessionem rei assummens pro se ita & contra se debet assumere. 31.

Cum confesso est benigne agendum. 32.

Qualitas defensionis est ab allegante probanda. 33. *& sup.* 29.

Confitens factum & negans qualitatem alterantem delicti substantiam tenetur pena negantis. 34.

Confitens factum & negans d. qualitatem, tenetur pena negantis solum pro rata negatę qualitatis, si ipsius pena sit separabilis a pena delicti. num. 35.

Non tamen gaudet benef. conf. pro rata simplicis delicti quod fuit confessus. 36.

Confitens vnum factum & alia negans quę veniant ad illud qualificandum non gaudet benef. confessionis. num. 37.

Qualitas in delictis dicitur ea quę delictum alterat ponens aliquid in esse preter eius substantiam. num. 38.

Substantia delicti dicitur suum esse principale propter quod maleficium diffinitur. 39.

Qualitas in delictis consideratur ex pluribus, 50. *cum pluribus seq.*

Tempus noctis vel diei priuilegiati quandoq; consideratur vt delicti qualitare eo.

Locus item priuilegiatus vt Ecclesia Platea, vel Platij. 41.

Dolus in furto dicitur qualitas substantialis, in homicidio accidentalis. 42.

Instrumentum quandoq; consideratur vt delicti qualitas. 43.

Cicatrix pariter. 44.

Intentio delinquentis quandoq; aggrauat quandoq; extenuat delictum. 45.

Qualitas delicti generaliter consideratur ex causa, persona, loco, tempore, qualitate, quantitate, & euentu 46.

Confitens factum sed alio loco vel tempore quam contento in inquisitione tenetur pœna negantis. num. 47.

Tempus & locus faciunt actum realiter, & secundum substantiam differre. eo.

Confessio facti in alio loco vel tempore non est per Iudicem admittenda. 48.

Confitens delictum & negans qualitatem per cuius negationem non grauatur actor onere probandi, gaudet benef. confessionis, vt magis practicatur. num. 49.

Confitens factum & scienter negans qualitatem sine qua factum non est punibile ex intentata causa, & quam tenetur aduersarius probare, habetur pro negante. 50.

Qualitate non probata sequi debet absolutio & pro condemnatione opus est nouo processu. 51. *quod declaratur* 81. *& seq.*

Confitens delictum & negans qualitatem probabiliter ab eo ignoratam non habetur pro negante 52. *cum seq.*

Pœna sine culpa non potest. 53.

Confitens percussionem sed negans æstimationem damni, non habetur pro negante 54.

Confitens relictum pium & aliqua ratione negans se teneri, non habetur pro negante. 55.

Confitens vulnus & negans remansuram cicatricem, non habetur pro negante. 56.

Idem in confitente vulnus, sed negante mortem. numero 57.

Vel negante qualitatem personæ offensæ 58.

Confitens delictum & negans qualitatem non probabiliter ignoratam habetur pro negante. 59.

Ignorantiam probabilem esse vel non, Iudex arbitratur. 60.

Vbi quis habetur pro negante frustra quæritur an gaudeat benef. confessionis. 61.

Confitens factum & negans qualitatem vt sup. probabiliter ignoratam non gaudeat benef. confess. secundum aliquos. 62.

Contrarium tamen magis placet & practicatur. num. 63.

Confitens vulnus sed non fracturam ossis vel non Cassale, gaudet benef. confes. eo.

Confitens vulnus et negans mortē non gaudet benef. confessionis. 64.

Vulnus confunditur per mortem. eo.

Confitens factum & negans qualitatem qua cessante, pœna minuitur, habetur pro negante. 65.

Quod tamen non procedit si talem qualitatem probabiliter ignorare poterat. 66.

Intellige

Intellige etiam haberi pro negante non quoad totum sed pro rata qualitatis negatæ. 67. cum aliquibus seq.

Et hoc si qualitas illa sit facto diuisibilis nec respiciat tatum delictum. 68.

Delictum simplex si puniatur in centum, & appensatum in centumquinquaginta, negans qualitatem appensati tantum, habetur pro negante quoad illam qualitatem. 69.

Confitens delictum & negans qualitatem minuentem pænam, habetur pro negante respectu qualitatis tantum, quando pæna qualitatis non imponitur per se, sed respectiue ad pænam delicti. numero 70.

Secus si pæna principaliter per se imponatur super delicto qualificato, quia habetur in totum pro negante. 71.

Ratio diuersitatis dictorum casuum habetur. 72.

Confitens factum & negans qualitatem minuentem pænam, si pæna qualitatis non sit diuisibilis a pæna delicti, habetur in totum pro negante, numero 73.

In indiuiduis non peccatur nisi in solidum. eo.

Pænæ corporales aliquæ sunt diuiduæ, aliquæ indiuiduæ 74.

Confitens factum, & negans qualitatem minuentem pænam, non gaudet beneficio confessionis. numero 75.

Confitens factum & negans qualitatem unmquam habetur pro negante, nisi qualitas plene probetur per aduersarium. 76. cum seq.

Negans vt sup. qualitatem quam postea fatetur in tortura, non habetur pro negante, respectu maioris pænę & quare. 77.

Sed nec pro confesso ad minuendam pænam 78.

Negans delictum, si postea ex inditijs vel præsumptionibus arbitrarie damnetur, non debet haberi pro negante. 79.

Qualitate negata nec probata per aduersarium an sequi possit aliqua condemnatio. 80.

De consuetudine tamen condemnatur de eo quod est confessus. 81.

Maxime stantibus clausulis salutaribus. 82.

Negans maleficium si postea conuincatur potest probare quod fecit ad sui defensionem. 83.

Negans maleficium vt sup. & postea probans se fecisse ad defensionem euitat pænam maleficii non tamen negationis. 84.

Negans in pr. instantia & confitens in causa appellationis gaudet benef. confessionis secundum aliquos. numero 85.

Qui tamen reprobantur. 86.

Sed forte non probata adhuc intentione actoris confitens vt sup. euitabit pænam negantis. 87.

Condemnatus & admissus ad nouas defensiones vel comparens in termino reseruato per sententiam & confitens, non gaudent beneficio statuti, minuentis pænam. 88.

Admissus ad nouas defensiones vel comparent in termino reseruato debet se innocentem ostendere, & effectum sententiæ tollere. 89.

Admissio ad nouas defensiones vel termini reseruatio in sententia non tollunt effectum contumaciæ, sed tantum reo defensionem concedunt. 90.

Contumax torquetur vel mitius punitur vbi fuit admissus ad nouas defensiones, vel comparuit in termino reseruato, & præter contumaciam nil extat contra illum. 91.

Reus non comparens in termino citationum qui a statutis idcirco habeatur pro confesso, licet ante sententiam compareat, & fatetur, non gaudet benef. confessionis. 92.

Nec si neget tenetur pæna negantis. 93.

Imputatus de delicto, nolens fateri nec negare, sed soluere, non gaudet beneficio confessionis, nec tenetur pæna negationis. 94.

Iudex potest cogere inquisitum vt neget vel fateatur. num. 5.

Assessoris boni est, in enormibus vti seueritate. numero 96.

Cautela pro iudicibus in syndicatu, vel pro inquisitis actione famosa, est, vt soluat ante condemnationem. num. 97.

Et cautius agunt soluentes conditionaliter. 98.

Confessio vel negatio principalis non prodest nec nocet auxiliatori vel alij, qui eadem pæna qua principalis teneretur 99. cum aliquibus sequentibus.

Qualitas superueniens post factum vt furti manifesti nocet principali tantum. 100.

Mandatarij contumacia vel negatio, non nocet mandanti. 101.

Fideiussor de iuditio sisti vel iudicatum soluendo non tenetur ad augumentum pænæ ex contumacia vel negatione. 102.

Confessio vel negatio vel pax principalis non prosunt nec nocent se intromittentibus in rixa, qui eadem vel maiori pæna quam principalis, venirent condemnandi. 103.

Et idem de alijs qualitatibus extra delictum & extra propositum delinquentium. 104.

Qualitas quæ inest ab initio tempore delicti secundum propositum delinquentiũ (vt in exemplis traditis) nocet vel prodest tam principalibus quam mandanti, auxilianti, vel similibus. 105.

Parricidij tenetur extraneus qui filio opem tulit patrem occidenti. 106.

Qualitas aggrauans inhęrens personę principalis delinquentis nocet auxilianti, vel similibus licet illam ignorantibus. 107.

Qualitas minuens inhęrens personę principalis delinquentis non prodest auxilianti, nec similibus. num. 108.

Clericus instigans aliquem ad maleficium committendum, ex quo sequatur mors, efficitur irregularis. num. 189.

Mandans quandoq; tenetur ex delicto licet mandatarius non commiserit. 110.

Qualitas non inhęrens personis delinquentium, sed circunstantijs delicti, vel persona in quam delinquitur, aggrauat mandantem vel opem ferentem, etsi extra eius propositum superueniat. 111. vbi habes exempla.

Statutum de duplicatione pęnarum non habet locum

in pęnis

Duplicatio propter locum fieri non potest nisi delictum sit tale, quod & in alio loco committi potuisset. num. 145.

Augumentũ vel diminutio ex qualitate personarum non attenditur in pœnis correlatiuis. 146. vbi habes exempla.

Pœna vbi imponitur ipso iure non augetur per negationem. 147.

Inquisitioni respondens & negans narrata pro vt narrantur non habetur pro negante quoad pœnam negãti impositam. 148.

Negans narrata pro vt narrantur dicitur negare petitionem principalem non qualitates. eo.

Fideiussor conuentus negans narrata pro vt narrantur, non dicitur negare se fideiussisse. 149.

Socius negans narrata pro vt narrantur, non dicitur negare se socium. 150.

Maritus si neget dotem datam uel similia non perdit beneficium, secus si neget matrimonium. 151.

Confitens narrata pro ut narrantur, habetur pro confesso & gaudet benef. confessionis 152.

Confitens ut sup. dicitur fateri factum & qualitates. eo.

Confitens simpliciter dicitur fateri factum non qualitates. 153.

Positioni respondens per uerbum credit, non intelligitur fateri qualitates. 154.

Confessio ut prosit debet esse expraßa & concludens. num. 155.

Imputatus de percussione, confitens admonationem & dicens nescire an percusserit, non gaudet benefic. confessionis. eo.

Confitens præparatoria delicti & omnem eius conatum, non dicitur fateri delictum de quo inquiritur sed aliud 156.

CASVS QVINQVAGESIMVS SEXTVS.



Vre municipali in plerisq; Italiæ partibus cauetur, quod in causis criminalibus confitenti sponte delictum pæna minuatur in certa parte, neganti vero augeatur, quod
1 optima ratione factum est, nam eo ipso quod
quis confitetur maleficium, reuelat fiscum seu
curiam, vel accusatorem ab onere probandi,
& qui in vno releuatur, in alio grauari debet,
ita in hoc proposito dicit Rom. in l. eum qui,
num. 4 per illum tex. cum glos. ff. de iur. iur. &
ibidem Corn. sub num. 4. circa finem, Angel. de
malef. in verbo deducta quarta parte in princ.
num. 1. Addit. ad Clar. in pract. crim. quæst. 82.
in 9. stat. sub. nu. 5. in vers. stante statuto in apostilla in verbo sponte confitenti sub littera A.
Et qui negat, grauat Curiam, vel accusatorem
2 onere probandi & qui in vno grauatur, in alio
releuari debet, vt dicit Bart. in d. l. eum qui sub
num. 2. vers. secunda particula. & ibidem Corne sub num. 4. circa finem, & idem Bart. in sua
quæst. 8. per Italiam communiter sunt statuta
col. 5. vers. secundum fundamentum est, com-
3 mittit etiam delictũ, mendacium scilicet, propter quod dignus est grauiori pæna, vt considerat Bart. in d. l. eum qui, sub num. 9. ibi nã cum
id quod condemnatio crescat, & in d. quæst. 8.
col. 4. in fine vers. primo quia, & Roman in d. l.
eum qui sub num. 4. in fine. Huiusmodi itaq; statuto stante, quæritur, an se quis primo negauit
se commisisse delictum, postea verò confessus
est, debeat gaudere benef. statuti minuẽtis pænam ei, qui sponte confitetur, & euitare pænã
maiorem impositam neganti.

Circa primum de beneficio statuti consequendo, duæ sunt opiniones, vna Bart. in d. l.
4 eum qui n. 4. negatiua, quod non possit gaudere d. beneficio, quam latissime tuẽtur Roman.
ibi nu. 5. & Salycet. in l. contra negantem nu. 4.
vers. ex prædictis C. de leg. Aquil. & hanc sequitur Cataldin. de syndycat. nu. 137. vers. adde statuto. q. 199. Repertor. inquis. in verbo cõfessio §. postquam quis negauerit; & in verbo
negatiua §. postquam quis negauerit, & eam
etiam nouissime sequitur Caballin. ad const.
March. Anconitanæ lib. 4. c. 27. de mitigatione
pænar. propter confession. pacem & solution.
in gl. in verbo, cõfessus, sub littera C. vbi etiam
dicit quod eam communiter esse approbatam
per DD attestatur Socin. in l. non fatetur, post
num. 7. ff. de exceptio. qui tamen libro meo,
nec in d. l. quæ non reperitur in illo tit. nec in
alia illius tituli lége id dicit, vnquam loquitur
in his terminis, sed in aliis longe diuersis prout eum infra referam fideliter.

5 Alia opinio est affirmatiua quod adhuc cõpetat beneficium statuti, quam tenet in d. l. eũ
qui, Bald. sub num. 2. vers. sed nunquid ille, Salycet. sub num. 2. vers. ex hoc infert. Bartol. Castrens. sub num. 6. vers. secundum vtranq; lecturam, Alex. latissime sub nu. 1. Ias. n. 8. & seq. dicens quod contra Bart. tenent omnes moderni ibi, & quod male dixit, Corn. sub nu. 4. & 5.
vers. & secundum primum, Angel. de Perus. in
§. si enim, sub nu. 16. vers. sed an priuetur præmio, in auth. de trient. & semis. Repert. inquis.
in verbo, confessio §. vbi confitens delictum,
Clar. in pract. crim. q. 82. in 9. stat. super augumento & diminutione pænarum nu. 5. vers. stãte stat. vbi ait quod est opinio mitior & sibi magis placet, & quod ex allegatis per Ias. vbi supra, apparet etiam esse magis communem, &
quod si casus contingeret, contra Bart. intrepide iudicaret, & ibi etiam pro opinione Bart.
dicit tenere Socin. in d. l. non fatetur, & attestari de com. pro vt illum refert Menchiac.
per eũ citatus & male vt sup. dixi. Et est opinio
verissima & etiam magis comun. recepta vt ex
prædictis apparet, & ex infra dicendis etiã clarius patebit, & procul dubio tenenda est.

Sed difficultas maior est videre vsque ad quod
tempus liceat ei qui primo negauit; confiteri
ad obtinendum statuti beneficium diminutionis pænæ, & in hoc quoq; DD. variauerunt.
6 Quidam enim tenent, quod licita sit pæni-

tentia

tentia quandocunq; donec sit probatum contrarium, & sic etiam post litem contestatam, dummodo qui negauit, quando postea confitetur, non sit côuictus per testes, vel alias probationes de mendacio, ex eo quod satis sit ꝙ Curia vel accusator non habens probationem de licti, releuetur ab onere probandi, & vlterius non fatigetur, cum propter hoc confitenti pœna minoretur, ita videntur tenere Angel. & Salycet. in d. l. eum qui, & alii quos ibi referunt Alex. Iaſ. & Corn. qui dicit esse communem opinion. Bald in l. ea quæ. quæst. 11. nu. 18. C. de cond. indeb. Angel. in d. §. si enim, sub num. 16. vers. sed an priuetur præmio, in auth. de triënt. & semiss. Alex. conf. 83. nu. 2. & 3. vers. secundo respôdeo, lib. pr. Felin. in c. de hoc n. 6. vers. de ista materia in fin. de simon. Alij vero di-
7 cunt, quod admittatur pœnitentia vsq; ad litem contestatam exclusiuè, & non vltra, quia negatio ante litem contestatam non inducit Curiæ vel accusatori onus probandi, ideo licet reo variare: negatio verò, quæ fit in contestatione litis, bene inducit onus probandi agêti, vnde non licet reo variare, cum iam Curia vel accusator susceperit onus probandi, & inceperit fatigare per tex. in l. electio §. neq; & ibi etiam notat Bald. ff. de nox. act. quam opinionem tenet Bald. in l. quidam estimauerunt, sub nu. 5. vers. sed quid si in prima responsio ne negat, ff. si cert. pet. in l. 1. sub nu. 29. vers. quintus vbi. C. de furt. in l. 1. nu. 7. vers. item quæro an quod primo negatur. C. de confes. & in l. de ætate §. fi. n. 1. ff. de interrog. act. & in l. contra negantem n. 3. & 4. vers quæro igitur. C. de leg. Aquil. Iaſ. in §. ex maleficijs, num. 18. vers. & an post negationé, institut. de actio Bald. in c. 1. §. porrò sub n. xi. tit. quæ fuit pri. cauſ. benef. ammitt. in vsibus feudorum. Angel. de Malefic. in verbo, côparêt dicti inquisiti & partim negant n. 8. post vers. vel dicit & ibi etiá August. in addit. Roman. si bene aduertatur in d. l. eum qui sub n. 5. vers. primo casu dico, & ibidem Alex. sub n. 1. ad finé, aiês hanc esse veriorem opinionem, Iaſ. sub. n. 9. inquiés esse veram sententiá, quam n. seq. comprobat Corn. n. 5. dicens esse com. veram & æquam, & Rol. a Vall. conf. 88. n. 18. vers. quinto adducitur lib. 4. & hoc modo Alex. more suo saluat opinionem Bart. negatiuam, eam tamen limitando, nisi post negationem confiteretur reus ante litem contestatam. Ego vidi vt plurimum obseruari hanc vltimá opinionem, quod scilicet quando reus respondet inquisitioni vel accusationi eam negando, si postea confiteatur, non gaudet benef. statuti, quia tunc vere res non est amplius integra, & ius quæsitum est fisco per negationem quoad integram pœnam, cuius pars confitenti remittebatur, & onus probandi delictum incumbit Curiæ vel accusatori agenti, qui habita negatione semper grauatur, & statim incipit fatigare, & perquirere quomodo ipsum negâtê conuincat, nec refert quod satis sit quod ante factas probationes per Curiam vel accusatorem reus confiteatur, & releuet ab onere probandi, quia respondetur secundum Corn. vbi sup. quod ratio statuti non consistit simpliciter in onere probandi: vel & secundo responderi potest, quod non est idem, ac si ab initio ante negationem confessus fuisset reus, quia cum res non sit integra, & translatum sit onus probandi in agentem, non potest negari, quin hæc pars agens fatigata fuerit, licet tenendo aliam opinionem, quam quandoq; maxime in leuibus pœnis practicaram vidi per aliquos Iudices, replicari ad hoc posset, quod si Curia vel accusator aliquas fecerit impensas in probando post negationem rei, & is post modum non dum conuictus fateatur delictum, debeat in dictis expensis condemnari, vt dicit Angel. in d. l. eum qui & in d. §. si enim, de quo meminerunt August. de Arim. in addit. ad Angel. Aret. de malef. in verbo deducta quarta parte, sub num. 11. ante finem, & in verbo comparent dicti inquisiti & partim negát sub n. 8. circa principium additionis, & Corn. in d. l. eum qui, sub
8 nu. 4. Posset etiam statutum taliter loqui, ꝙ omnis sublata esset difficultas, & cessaret, Doctorum varietas, vt per Salycet. in d. l. eum qui, sub nu. 2. ad finem, vbi aduertit in primis ponderanda esse verba statuti diligenter, & considerandum eius modum loquendi, possent. n. statuta requirere confessionem in prima comparitione, vel responsione, quo casu non esset licita aliqua variatio, vt in casu in quo consuluit Bart. in conf. 115. super eo quod quæritur lib. pri. Et retenta prædicta opinione, quod ante litem contestatam tantum liceat neganti variare & confiteri ad consequendum confessio-
9 nis beneficium, inferri potest, quod si in ijs, quæ ante contestationem litis emergût disputanda, maxime circa exceptiones declinatorias fori, & iurisdictionis iudicis procedentis reus in oppositionibus conuinceretur, puta quia negauit locum malefìcii esse de territorio, vel dixit se esse Clericum, & conuictus fuit de mendacio, sibi non præiudicauit, quin postea in contestatione litis possit confiteri delictum, & consequi beneficium confessionis, quia separata est causa iurisdictionis a causa maleficii, & factum ad vnum finem non debet trahi ad alium diuersum, vt concludit Bald. in l. ea quæ nu. 19. & 20. vers. tu aduerte circa hoc C. de cond. indeb. Angel. in d. verbo, comparent dicti inquisiti & partim negant sub nu. 7. post vers. sed aduertas. Fallit autem dicta conclusio in minore, qui aduersus negationem potest in integrum restitui, & ad obtinendû confessionis beneficium lite contestata delictum confiteri l. si ex causa §. nunc videndum, ff. de minor. Blanc. in pract. crim. in cautel. pro re. defen. cautel. 6. num. 2. fol. 157. & ponunt ferè omnes DD. in d. l. eum qui, & Repert. inquisitor. in d. verbo confessio & in d. verbo, negatiua sup. citatum. Circa secundum dedu-

giendo augumento pænarum propter negatio
nem minor cadit difficultas, quam in casu præ
10 cedenti consecutionis præmij, nam si quis pri
mo negat se commisisse maleficium, & postea
confitetur, euitat pænam pluris impositam ne-
ganti a statuto, & sufficit quod confiteatur quã
docunque antequam de mendacio conuinca-
tur, & sic etiam post litem contestatam ante ta
men quam per Curiam vel accusatorem proba
tum fuerit delictum, quia satis est ad euitan-
dam pænam pluris, quod releuet agentem ab
onere probandi, ex quo ideo negans in pluri
punitur, quia Curiam vel accusatorem onere
probandi grauat, ita dicunt in d. l. eum qui. &
in aliis locis plures, quos in eadem lege addu-
cunt Alex. late sub nu. 1. & latius Corn. sub nu.
4. & 5. dicens esse com. opinionem, cum quibus
ibidem conuenire videtur Ias. sub n. 10. & in §.
ex maleficiis n. 27. vers. & iuxta prædicta, Inst.
de action. quã sententiam tenuerut etiam Bald.
in l. contra negantem sub nu. 4 vers. aut loqui-
mur C. de leg. Aquil. & in l. ea quæ. q. xi. nu. 18.
C. de cõdict. indeb. & in d. §. porro, quæ fuit pri
ma caus. benef. amit. nu. xj. Angel. de Perus. in
d. §. si enim, sub n. 16. versic. & iste tex. facit ad
quæstionẽ in auth. de trient. & semis. Angel. de
mal. in d. verbo deducta quarta parte. n. 8. vers.
& econtra, & in d. verbo comparent dicti inqui
siti & partim negant num. 8. vers. vel dic, & ibi
11 etiam August. in addit. licet enim secus sit in
consequendo benef. vt dictum est in præceden
ei casu, tamẽ in hoc, in quo agitur de augumẽ-
to pænæ vitando, dicendum est vt supra, quia
non eadem in vtroq; sed diuersa militat ratio,
in primo enim casu agitur de consequendo be
neficio speciali, quod consistit in diminutione
pænæ a iure impositæ pro maleficio etiam rei-
publicæ quæsitæ ex perpetratione ipsius deli-
cti, propter confessionem. In secundo vero agi
tur de conseruando iure cõmuni, idest de eui-
tando augumento pænæ, & redigendo ipsam
pænam ad primo dialem naturam suam, nam
12 difficilius tollitur ius commune, quã ius spe-
ciale l. eius militis §. militia ff. de milit. testam.
13 & §. quia verò verisimile, in auth. de non alie-
nand. & res de facili redit ad naturam suam,
idest ad ius commune l. si vnus §. pactus ne pe-
teret, ff. de pact. vt in hoc proposito conside-
rant D D. in d. l. eum qui, & præcipue Alex.
sub nu. 1. ante finem, & Corn. sub n. 4. in fine &
nu. 5. & ante istos Bald. in d. l. contra negãtem,
nu. 5. C. de leg. Aqui. vltra quod vt dicit Bald.
in d. §. porro nu. xi. statutum intelligitur de ne
gatione cum perseuerantia, quæ hoc casu non
adest, & sequitur Angel. in d. verbo comparẽt
dicti inquisiti & partim negant sub nu. 8 Et si
14 interim a negatione ad confessionem factæ es-
sent aliquæ expensæ per Curiam vel accusato-
rem, ad eas teneretur reus, vt dictũ est in alio
15 præcedenti casu: sunt tamen qui volunt etiam
hoc casu ad effectum euitandæ pænæ in pluri
non esse licitam variationem, nisi vsque ad li-
tis contestationem exclusiue, ita vt lite conte-
stata non prosit reo, qui negauerat, confessio
quasi facta re non integra & iure iam quæsito
parti per ipsam negationem, quam opinionẽ
late probat Roman. in d. l. eũ qui, sub n. 5. vers.
2. membro &, latius Alex. ibidem sub nu. pr. vbi
tandem ad finem dicit esse veriorem, quam
etiam sequi videtur Rom. cons 59. nu. 13. vers.
16 2. quia, quæ sententia de iure sustentabilior vi
detur, sed altera tanquam mitior magisample
ctenda est, quia negari non potest, quin ad eui
tandam pęnam pluris impositam ob negatio-
nem benignior sit facienda interpretatio, quã
ad consequendum beneficium confessionis ad
diminutionem pænę ordinariæ, & ita in hoc ca
su semper tenerem & iudicarem, quicquid sit
17 in casu consecutionis beneficii. Minori autem
quandocunque ante sententiam etiam factis
probationibus per agentem succurritur ad eui
tandam pænam negationis per ipsum factæ
ope restitutionis in integrum aduersus nega-
tionem l. si ex causa §. nunc videndum ff. de mi
nor. Blanc. in pract. crimin. in cautel. pro de-
fend. re. cautel. 6. nu. 2. fol. 157. & admittunt fe
re omnes scribentes in d. l. eum qui, & maxime
tenentes quod in hoc non liceat maiorib. varia
re post litem contestatam.

Hinc quæri solet quid d. statuto vigente di-
cendum sit, quando imputatus de plurib. male
ficijs vnum confitetur, & alia negat, & vera re
18 solutio videtur, quod quando sunt plura facta
separata, quis possit pro parte confiteri & pro
parte negare, & consequenter quod pro parte
quam confessus est, habere debeat beneficium
confessionis, & pro parte, quam negauit, in-
currat in pænam maiorem, pro vt colligitur ex
dictis per Bart. in sua disputatione 8. incipien-
te per Italiam communiter sunt statuta in plu
ribus locis & potissimum col. 4 vers. 4. hic, & p
Bald. in l. quidam ęstimauerunt, num. 5. vers. ex
tra nota, ff. si cert. pet. & ita etiam videtur esse
de mente Bart. in cons. 115. super eo quod quæ
ritur lib. pr. Nec videtur hoc habere dubium. si
quis enim accusatur vel inquiritur de pluribus
vulneribus vel percussionib. alteri illatis, &
vnum confitetur & aliud negat, clarũ est, quod
pro confesso debet habere beneficium statuti,
& pro negato pati augumentum pænæ, cum
simus in factis separatis, & vnumquodque per
se decernatur. Quid autem sit in pluribus fa-
ctis, quorũ vnum venit ad qualificandũ aliud,
dicetur infra, vbi agetur de eo qui factum con
fitetur, & negat qualitatem.

Sed quæstionis est de eo, qui imputatus de
pluribus maleficiis separatis, vnum fatetur, &
de alijs dicit se nõ esse culpabilem, an scilicet
pro dictis aliis non confessis præcise, & de qui-
bus dixit non esse culpabilem, habeatur pro
negante ad incurrendam pænam maiorem,
an vero d. responsio reiiciatur, & ea non obstã
te possit postea confiteri dd. maleficia, vt in il-
lis obtineat beneficium statuti confitentibus
concef-

19 concessum, nedum fugiat pœnæ augumentum neganti impositum, in qua quæstione Bart. d. cons. 115. nu. 2. 3. lib. 1. consuluit talem respondentem posse denuo respôdere & fateri vt ita tuti beneficium consequatur, etiam si illud velit confessionem fieri in prima côparitione vel responsione, eo quod illa prima responsio nô habeatur pro responsione tanquam nô ad propositum, nec conformis interrogationi, & ꝙ ideo denuo reus possit respondere affirmando alia delicta fecisse, quæ erit prima responsio su per imputatione, & cum hac sententia concordant Bald. in auth. contra qui propriam num. 21. 22. vers. item si reus C. de nô numer. pecun. & Rom. in l. pr. §. si quis simpliciter nu. 8. vers. quid autem ff. de verb. oblig. & facit idê Bald. in l. ea quæ col. fin. num. 22. vers. sed ponamus quod non negat C. de condict. indeb. vbi ait quod non negans factum, sed disputans de mête statuti, sibi nocet, quin postea possit confiteri ad habendum statuti beneficium super confessione. Et est vera resolutio, quia in crimina

20 libus non sufficit responsio iuris, vnde non valet ista responsio, nego me culpabilem, oportet enim respondere an reus fecerit vel non fecerit delictum, an autem sit culpabilis, consistit in iudice, vt his formalibus verbis vtens dicit Felin. in cap. olim in 3. quæst. sub num. 20. in fin. de lit. contest. vnde etiam dicit Angel. de malef. in verbo comparent dicti inquisiti & partim negant nu. xij vers. quid autem si respôdens, quod si respondes, occidi si homicidium appareat, ista non est sufficiens responsio, & ideo debet aliter respondere.

Quæritur etiam an reus, qui respondendo accusationi vel inquisitioni confessus est taliter delictum, quod debuisset obtinere beneficium statuti diminutionis pœnæ propter confessionem, & postea reuocauit confessionem negando commisisse maleficium, posit reuocare d. negationê, & psistere in primâ confessione, vt augumentum pœnæ contra negantê euitet, & gaudeat benef. diminutionis pœnæ, quia forte videtur non posse iustificare reuocationem confessionis, & innocentiam probare. In

21 qua difficultate existimo tenendum esse reum nedum non posse gaudere benefic. statuti propter confessionem concesso, sed nec euitare pœnam maiorem propter negationem inductâ, quoniam qui primo confitetur delictum, & postea reuocat confessionem, non gaudet beneficio statuti minuentis pœnam confitenti,

22 quia intelligitur de confitente cum durabilitate, & hoc beneficium debet consequi per actum, in quo requiritur perseuerantia, vt in puncto decidit Bald. in l. ea quæ col. fin. nu. 23. vers. item pone quod primo C. de condict. indeb. & facit Bald. licet proprie non loquatur in indiuiduo in istis terminis in d. §. porrò sub n. xj. quæ fuit prima. caus. benef. amit. dum ait quod negans dicitur renuntiare confessioni, & quod statutum augens pœnam propter negationem, intelligitur de negatione cum perseuerantia, sequitur Angel. de malef. in verbo comparent dicti inquisiti & partim negant n. 8. vers. vel dicit, nec post confessionis reuocationem potest eo beneficio vti, si velit reuocare dictam negationem, & redire ad primam confessionem, & in ea persistere, quia nô con-

23 ceditur reuocatio reuocationis, vnde si quis reuocat aliquem actum & postea velit reuocare reuocationem, nô potest hoc facere, nec ita potest leges ludibrio habere, ita probat tex. in l. si quis iusiurandû C. de reb. credit. & in l. fin. §. vbi autem pueritis ætas C. de bonis quæ lib. per quæ iura ita tradunt Bart. in l. post legatû nu. xij. vers. sed circa prædicta ff. de his quib. vt indigu. & magis in terminis nostris Bald. in l. pr. sub nu. 29. vers. quartus est C. de furt. Addi etiam posset, quod per reuocationem factam de confessione priuatus fuerit beneficio statuti proueniente ex d. confessione, & sibi iaceat

24 prouisioni eiusdem statuti de negatione, quâ elegit duplici ratione. Prima quia cum confessiu & negatio sint contraria, negando renunciat confessioni. l. fi. C. de Codicil. & l. 1. C. si seruus extero, cum similibus: secunda, quia

25 reuocatio confessionis arguit mendaciû, propter quod punitur, & tanquam indignus amittit concessum sibi beneficium per notata per Bart. Bal. Salicet. & alios in authen. contra qui propriam. C. de non numerat. pecu. & per eundem Bal. Salicet. & alios in l. contra negantê. C. de leg. Aquil. & per Dec. Cagnol. in l. nemo ex his. ff. de regul. iur. quod quidem ius amissum recuperare non potest ex noua reuocatione reuocationis, vel aufugere maiorem pœnâ, iam incursam, quia & per ipsam vltimam reuocationem infertur mendacium in priori re-

26 uocatione, & quis nô debet ex suo delicto premium reportare. l. non debet in fine, cum l. sequent. ff. de dol. nec conditionem suam meliorem facere, l. 1. ff. de dol. l. non frandantur, §. nemo ex suo delicto, ff. de reg. iur. & quia ad ius

27 renunciatum non datur renunciâti regressus, l. quæritur, §. si venditor nominatum, ff. de ædilitio edict. & c. quam periculosum 7. q. prima, & etiam quia per negationem seu reuocationem confessionis, ius quæsitû est fisco seu parti in tota pœna, & eius augumento, quod quidem ius per nouum factum eiusdem rei ipsi fisco vel parti non consentienti auferri non potest. l. fi. in fi. ff. de pact. & l. id quod nostrû est.

28 ff. de regul. iur. & idem dici posset si quis post confessionem non negaret expressis verbis, sed facto tantum, puta introducendo defensionê, & faciendo actus confessioni contrarios, quia censeretur recessisse a confessione, & eius beneficio renunciasse, & negationem elegisse, ita voluit Bal. in d. l. eum qui, sub nu. 2. post versi. ex hoc videtur, ibi, & idem dico si a principio confiteatur, ff. de reg. iu.

Quæri etiam solet, an eodem stante statuto ille qui dicit se cômisisse delictum, sed ad sui de-

fensionem,& sic virtualiter se deliquisse,& fatetur factum licitum de iure,euitet pœnam statuti contra negantem, & etiam gaudeat eiusdem statuti benefic. tanquam confitens, & in vtroque casu videtur concludendum pro reo, quod non incurrat pœnam pluris impositá neganti,& quod obtinet beneficium concessum
29 confitenti, quia ista responsio non grauat Curiam, vel accusatorem aliquo onere probandi, sed imo onus probandi remanet penes ipsum respondentem, & agens habet ex tali responsione probatam suam intentionem, adeo vt si reus ipse non probet qualitatem defensionis allegatæ, confessio delicti remaneat pura, & simplex, & ad ipsum condemnandum sufficiens, ita tradunt in d.l.eum, qui.Bar.n.9. Bal. num.2. Alex. sub nu.5 post vers.quærit etiam, Ias.sub nu.14 ver.extra gl.& Corn. sub num.6. vers. & per prædictam rationem, & ad finé sub num.9.vers.sexto,quod negatio,Bario.io d.q. 8.colum 5.& 6.Bal. in l.contra negantem, nu. 6.versic.quæro nunquid ille, C.de lege Aquil. Roman.in l. 1. §. si quis simpliciter, num. 15.ff. de verborum oblig & late comprobat Soci.in l.non vtique, sub num. 7.versi.multum me mouet,ff.de except. dicens hoc dictum Bartoli in d.l.eum qui,communiter approbari:& quamuis conclusio hæc pro vt est clara respectu eui tandi augmenti pœnæ, io quibus terminis loquitur proprie Bartolus cum multis ex supra citatis Doctoribus eum sequentibus,ita dubitabilis sit quoad effectum obtinendi benefi-
30 cium confessionis, cum in hoc non desint volentes confessionem non prodesse, & oportere quod sit simplex & pura, nec sufficiat confessio facti modo quo supra vel negata qualitate, quæcunque ea sit, vt per Bart. in d. disput. 8.incipi. per Italiam communiter sunt statuta col.fin.vers.circa secundum, cuius opinionem sequuntur Bald.in d.l. ea quæ, quæst. octaua,n. 15.& quæst.11.sub num.18.C.de condict. inde bit. & in l. quidam æstimauerunt sub num. 5. post vers.extra nota, ff.si cet.pet.Angel.de malef.in verbo deducta quarta parte, nu.9. vers. quid auté, dú se remittit ad Bald.in d.l. quidá estimauerunt,& Repertor.inquisitorum in verbo confessio 5. nec dicitur confiteri, vbi dicit idem esse,si diceret,quod compulsus fecit, vel metu, aut aliter, negando, aliquid de ijs, quæ inferunt ad condemnationem,ita dicit Innoc. in cap.statuimus num. 6. vers. item in notorijs de offic.iudic.deleg.Bal.in margarita io verbo maleficium non dicitur,& in l. pr. sub num. 9. ibi & hæc est ipsa veritas,ff.ne quis eum qui in ius voc.est vi eximat,Sigismund.in tract.de statut. per Bald. expositis in verbo confitens nu. 14.clare Alex.in d.l.eum qui sub num. 5. post vers. quærit etiam, attamen idem est etiam quoad consequendum beneficium statuti propter confessioné, vt punctualiter tenent Bald. & Corn.in d.l.eum qui.oumeris sup. citatis,licet & ibi Bald.etiam arguat in contrarium, & etiam idem in effectu vult idem Bald. in d.l. contra negantem sub nu.6. vers. quæro nunquid ille C.de leg.Aquil.dum aperte vult beneficium confessionis competere confitenti factú negata qualitate, quæ non minuit delictum, nec impedit processum, & eius probatio non erat necessaria agenti, adeo quod per confessionem rei fundata sit probatio agentis, vt in casu isto proprie euenit, ad idem etiam facit generalis conclusio firmata per eundem Bald. in c.1.§.porro sub nu. 12. quæ fuit prima caus.
31 benefic.amitt. in usibus feud. quod vbicunq; agens innititur responsioni rei, sicut assumit eam pro se ad probandum delictum, ita debet assumere eam contra se ad statuti beneficium indolgendum, & vt ibi aiunt additiooa-
32 rij, cum confesso benigne agédum est in hoc, sequitur Angel.de malefi.in verbo,comparent dicti inquisiti & partim negant n. 10. vers. vbi ipse sentit,& certe eadem est ratio in hoc casu confecotionis beneficij, quæ in alio euitandæ pœnæ,quia nullum onus probandi transfertur in partem agentem, sed remanet penes ipsum reum, qui defensione non probata condemnatur,vnde Curia vel accusator habet intentum suum releuationis ab onere probandi, propter quod principaliter statuta prouident de diminutione, & augmento pœnarum. Nec sic respondens negat factum, sed fatetur, licet dicat non esse maleficium, sed actum licitum,
33 quod ipse probare debet iuris præsumptione in contrarium existente vt bene cósiderat Corne.in d. l. eum qui,& ante eum Bal ibidem,licet non tam clare, & istud est de mente aliorú Doctorum sup. allegatorum,dum generaliter concludunt in terminis huiusmodi statuti sufficere quod ex qualitate adiúcta facto reus nó grauet actorem onere probandi, sed se ipsum tantum grauet,& infinitis vicibus vidi practicari & practicaui secundum hanc opinionem, admittendo beneficium confessionis ex statuto confitentibus delicta fecisse ad ipsorum tamen defensioné, licet opinio contraria in puncto iuris sit forte verior, & sustétabilier,& pluribus fulcita auctoritatib. quam etiam a multis iudicando sequutam fuisse memini.

Secus vero dicunt præfati DD.in locis cita-
34 tis esse,quando quis confiteretur respondendo accusationi vel inquisitioni factum & negaret qualitatem, ex qua facti substantia alteratur,vel condemnatio perimitur,vel minuitur, quia tunc nó competeret beneficium propter confessionem,nec euitaretur augmentú propter negationem, ex quo per ipsam negationem qualitatis Curia vel accusator agens grauatur onere probandi.
35 Intelligendo tamen quod si pœna negatæ qualitatis sit diuisibilis, & separabilis ab ea, quæ imponitur pro simplici delicto respecta pœnæ ipsius simplicis maleficii, qui puniatur, vt confessus, respectu vero pœnæ impositæ pro qualitate quam negaoit, puniatur, vt negans secun-

secundum Bar. in d. disputatione 8 col. 3. versi. nono de hoc. & colum. 5. vers. quandoque negat aliquã qualitatem, qua cessante, quem sequitur Alexan. in d. l. eum qui, num. 5. ver. quæ rit etiam, vbi hoc exemplificat in statuto puniente aliquod delictum simplex in 50. & appensatum in 100. & augente pœnam in certa parte neganti, vt imputatus de appensato confitens delictum, sed non appensate commissum, pro rata pænę 50. concernentis delictum simplex stante confessione non patiatur augumentum pænæ, sed solum pro rata pœnæ concernentis qualitatem negatam animi deliberati, & sic pro aliis 50. tantum, idem reperio tenere Bal. in d. §. porro, nu. 13 ver. sed pone. quę fuit pri. caus. benef. amitt. & Angel. in d. verbo, cõparent dicti inquisiti, & partim negant, nu. 9. vers. quæritur, quod est summe notandum, quia multi in hoc facile errant, & de hoc etiã late dixi infra in 4. illatione, vbi erit viden-
36 dum. Vult tamen Alexan. quod pro rata pænæ delicti simplicis confessi, non debeat ipse cõfitens consequi beneficium statuti propter cõfessionem, quia ad illud consequendum debet esse cõfessio simplex, & pura, nec sufficit, quod confiteatur factum, & negetur eius qualitas, quæcunque ea sit, per notata per Bart. in d. disputatione & per Bald. in locis supra adductis post vers. sic. quæri etiam solet, dum fuit actum de confitente delictum ad sui defensionem, quod in hoc casu planius ego admitteretẽ, quã eo in casu, in quo quis diceret se fecisse delictum ad sui tamen tutelam, de quo tamen plura dicam infra in 3. illatione, in versic. quo vero ad beneficium obtinendum, & contrarium expresse tenuit Bal. in d. §. porro, num. 13. vers. sed pone, vbi vult quod si qualitas negata non est exclusiua totius pænę, sed eam tantum alterat secundum plus & minus, vt in hoc casu, cõfitens factum & negans qualitatem, habetur pro confitente respectu facti, & pro negante respectu qualitatis, ita vt porportionabiliter pæna facti simplicis minuatur, & decedat facto, pæna vero qualitatis augeatur, & accedat qualitati; quando enim pars innititur respõsioni rei, sicut assumit illam pro se ad delictũ probandum, ita debet assumere contra se ad beneficium statuti indulgendum, & vt dicit ibi additio, benigne cum confesso agẽdum est sequitur Angel. vbi sup. d. num. 9. vers. quærit
37 Bald. Et quod dicitur de confitente dictum, & negante eius qualitatem, procedit etiam quãdo factum non est vnicum, sed plura simul nõ separata, & quorum vnum venit ad qualificã dum aliud, nam & tunc vt confitens habeat beneficium, opus est quod purè & simpliciter cõfiteatur omnia, alias haberetur pro mendace, & priuaretur d. beneficio vt tradit Bald. in d. l. quidam estimauerunt sub nu. 5. post versic. ex tra noto. ff. si cert. pet.

Ex hac autẽ generali traditione vt supra firmata de confitente factum, & negante qualitatem in terminis statuti pęnam minuentis ex confessione, & augẽtis ex negatione, licet omnes casus occurrentes facile decidi possent, quia tamen loqui in specie, & deuenire ad decisiones particulares, & ponere casum in indiuiduo & vt aiũt in terminis, magis placet practicis, & tutior est via pro diffiniendis caulis, subijciam ego aliquos notabiliores & frequẽtiores quorum exemplo omnes alij nõ specialiter positi, cum omni facilitate & securitate, ni fallor, decidi poterunt.

Sed antequam ad eorum declarationem deueniam, cum de delictorum qualitatibus agẽdum sit, & de his potissimum quæ delicta ipsa alterant, non ab re videndum est, quid in maleficiis sit qualitas, quid ve substantia, & quomodo qualitas ipsa consideretur, & quidẽ auctoritate Bald. in l. non ideo minus, sub nu. 10. vers. qualitas vero delicti C. de accusation. &
38 latius & melius in sæpe citata l. ea quæ, quæst. 7. nu. 10. & seq. C. de condict. indeb. Qualitas est omne quod alterat delictum, vnde natura
39 qualitatis est aliquid ponere in esse pter eius substantiam l.. aut facta §. qualitate ff. de pæn.
40 Substantia vero est suum esse principale propter quod maleficium definitur, consideratur autem qualitas in delictis quandoq; respectu tẽporis, putã noctis, vel diei priuilegiati, iuxt. l. Graccus C. ad l. Iul. de adulter. & l. fi. C. ad l.
41 Corn. de Sycar. & d. l. aut facta §. tempus ff. de pæn. quandoq; ratione loci priuilegiati, putã ecclesiæ, Plateæ, vel Palatij, vt in l. si qs in hoc genus C. de Epis. & cleric. quandoq; ratione
42 doli, qui inest facienti, qui aliquando est qualitas substantialis, vt in furto, quod per dolum diffinitur, nec sine eo fit, iuxta not. per glos. & alios in l. si quis id quod §. fin. ff. de iurisd. om. iud. aliquando vero est qualitas accidentalis, vt in homicidio, quod respectu substantiæ idẽ est qualitercunq; committatur, nec differt iu-
43 stum ab iniusto, licet differat in agnitione facti, vt est tex. in l. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. possess. quandoq; ratione instrumenti, p quod seu cum quo delictum fit l. 1. §. Diuus Adrianus vers. sed si claua percusserit ff. ad l. Corn.
44 de Sycar. & c. significasti il 2. ad finem de homicid. quandoq; respectu maioris læsionis offensæ personæ, vt si ex vulnere remaneat cicatrix, quæ aggrauat afflictionem in passo propter corporis deformitatem vt in l. fin. vers. ci
45 catricum autem ff. de his qui deiecer. vel effuder. quandoq; respectu ipsius delinquentis & eius intentionis, quæ quandoq; aggrauat, quãdoq; extenuat delictum, vt quando quis cum vno aliquid facit sciens vel ignorans qualitatẽ personæ, a qua prohibitio depender, vt in l. si ignorans 52. cum ibi notat. per glos. & Bart. ff. locat. & conduct. vbi exemplificatur in faciente aliquid cum milite tanquam cum pagano, & cum clerico tanquam cum laico, & cum muliere honesta tãquam cum meretrice, nam si sciat quod sit miles, clericus, vel mulier honesta,

nelta,tenetur & aggrauatur factũ,si vero igno
rat, non ita tenetur, & minoratur factum,vel
45 breuius vltra Bal.dici potest,quod omniũ cri-
minum circunstantiæ aggrauantes vel m inuẽ-
tes factum,septem modis considerantur secun
dum Claudianum in d.l.aut facta, §. primo,ff.
de pœn.videlicet causa, persona,loco,tempo-
re, qualitate, quantitate,euentu,qui singuli
modi postea sigillatim in eadem lege explicã-
46 tur, & de eis multa etiam dicit (vnumquemq;
satis copiose declarando)Don Ludouic. de Pe
guer.in suis decis.seu qq.crim.c.24.nu.21.post
vers.scias tamen.

His præmissis primo infertur, quod si quis
negat aliquam qualitatem seu circunstãtiam,
qua negata negatur ipsum factum,de quo im-
putatur,quod primo aspectu videbatur confi-
47 teri, verbi gratia, si quis confitetur se percus-
sisse Titium, negat tamen hoc fecisse loco, vel
tempore in accusatione, vel inquisitione con-
tento,dicitur confiteri aliud factum,quam il-
lud de quo agitur, quia factum vno tempore,
& certo loco differt realiter,& secundum sub-
stantiam ab eo,quod factum dicitur alio tem-
pore,vel loco,& propterea habetur iste respõ-
dens omnino, & sine dubio pro negante,adeo
quod non solum non debet mitius puniri, vt
confitens, sed immo grauius est condemnan-
dus, vt negans, non secus ac si simpliciter to-
tum negasset, quia non fuit confessus delictũ
in specie proposita,sed in alia,& interrogatio
& respōsio non concurrunt in vnum,& idem
factum, nec confessio est relatiua sui antece-
dentis, sed eius destructio, per quas rationes,
decidunt Bart.in d.disputatione, seu quæst. 8.
colum.4.versic.solutio, & in d.l.eum,qui num.
8.versic. item si negetur,ff.de iureiu.& in l.de-
nunciasse,§.quid tamen,num.3. versic. pro de-
claratione,ff.ad l.Iul.de adult. Aug. de malefi.
in verbo,comparent dicti inquisiti, & partim
negant post princip.sub num.1.& idem Bar.in
sua quæst.seu disputatione 17.iure municipali
cauetur,colum prima,& colum.fi.Corn.consi.
33.nu.17.vers.dico autem lib.4.& Bald.in d.l.
ea,quæ,quæst.7.nu.13.& 14.vers. quæritur re-
uertendo ad quæstionem propositam.C.de cõ
dic.indeb.Ang.de malefic.in verbo,deducta.4.
par.nu.8.vers.& aduertas,Alexand.in d.l.eum
qui,sub nu.5.post vers.quęrit etiam,dicens es-
se comp.opinionem,& Ias. sub num.14.& cor-
roboratur ex eo,quod si quis accusetur vel in-
quiratur de crimine tanquam commisso tali
tempore, vel loco, & probetur de alio tempo-
re,vel loco,debet sequi absolutio,licet sit pro-
batum crimen vt per Bald.in l.quid ergo §.pę-
na grauior in repet.sub num. 13. versic. ex illa
autem lectura ff.de his qui not. infa.& per Go-
mez.tom.3.variar.resolution.de delict.cap.11.
tit.qualiter formet.accusat.num.6.versic.item
etiam quæro circa prædicta,& per Marsil. in l.
si quis ne quæstio.nu.131. ff. de quæstion. & in
practica crim. §.quoniam.n. 52. in fine, & nu.
53.& maximè in facto iterabili per notata per
Bald.in d.l.& si seuerior sub nu.29.ad finem ibi
vnde ad propositum,& per Gomez.d. cap. 11.
sub n.6.post principium versic.quod tamen sin
gulariter intellige quando factum, & dicam in
tra post quartam illationem in vers. an autem
si qualitas negata,& subdit Bart.in d.disputa-
tione,quod licet si Titius est vulneratus in fa-
cie quocunq; tempore, & quocunq; loco fa-
ctum sit vulnus illud, idem sit vulnus realiter
& substantialiter, vt patet ad sensum, non ta-
men per hoc potest dici, quod tempus vel lo-
cus non faciant differre realiter & secundum
substantiam, quia in hoc proposito sumitur
actus pro vt radicatur in faciente, quo casu
vnum est factum vno loco, vel tempore, aliud
factum alio loco,vel tempore,& diuersitas ista
inducit diuersitatem realem & substãtialem,li
cet si accipiatur actus pro effectu sequuto ex
actu, vt vulnus seu scissio, quæ sequuta est ex
actu percussionis, illud sit vnum vulnus vbi-
cunq;fuerit factum,quia non potest nisi in vno
loco esse factum, & iste primus casus ample-
ctitur vtranq; statuti dispositionem tam præ-
mij propter confessionem, quam pęnæ prop-
ter negationem, vt ex prædictis patet, qui
48 bus hoc addendum est, quod Iudex hoc casu
non tenetur admittere talem responsionem,
sed cogere licite potest reum ad cõgrue respo
dendum, quia hoc modo non respondet ad in
terrogata, nec super eo, de quo quæritur, vt te
net Bart.in d.disput.col. 4. circa medium post
vers. solutio, idem vult Angel. de malefic. in
verbo comparent dicti inquisiti & partim ne-
gant nu.11,vers.quid autem si contra,vbi citat
Bart.in alijs locis.

49 Secundo infertur quod si quis confitetur fa
ctum, & negat aliquam qualitatem seu circun
stantiam, per cuius rationem curia vel accusa
tor non grauatur onere probandi, sed illud re
tinet pænes se ipsum, exempli gratia confite-
tur se percussisse Titium,sed non animo iniu-
riandi,vel se occidisse,sed sine dolo, vel ad sui
defensionem, quibus casibus cum præsumptio
sit contra eum, sibi incumbit onus probandi
aliquas circunstantias, ex quibus cesset dolus,
& animus iniuriandi, & præsumatur ad sui de
fensionem fecisse, iste negans talem qualita-
tem seu circunstantiam, si non probat eam,nõ
punitur vt negans,nec incidit in pęnam maio-
rem neganti impositam, quia per confessio-
nem factam releuauit Curiam vel accusatorem
ab onere probandi,cum ideo ex statuto punia
tur negans, quia aduersarium grauat onere
probandi, vt initio præsentis resolutionis dixi
mus,ita decidit Bart.in d.quæst. 8. col. 5. vers.
his præmissis, & idem uidetur tenere Bald.
licet non tam clare in d.l.ea quæ, quæst. 8.
num.15.& ita etiam aperte uolunt Bart. Bald.
Alex.Ias.& Corn.in d. l. eum qui ff. de iureiu-
ran.& sensit Angel.de malefi.in uerbo compa-
rent dicti inquisiti & partim negãt,post prin-
cipium

cipium, sub nu. 1. & ita etiam volunt alii addu
cti sup. in vers. quæri etiam solet, & hoc non ha
bet dubium: sed an hoc casu talis respondens
consequatur beneficiũ confessionis, maius est
dubium, & sunt opiniones, vt in eo. vers. dixi,
& verior de iure, substentabilior, & magis cõ-
mun. opinio est, quod non habeat d. beneficiũ,
licet in practica, vt plurimum viderim contra-
rium seruari, vt ibi dixi, nec hic repeto.

Tertio infertur quod vbicunq; quis confite
50 tur factum, & negat aliquam qualitatẽ seu cir
cunstantiam, quam oportet aduersarium, seu
Curiam vel accusatorem probare, & quam ip-
se negans verisimiliter, & probabiliter ignora
re non potest, quia pendet ex facto suo, vel est
publice nota, vel est præsumptio, quod sciat il
lam, & est talis qualitas, vel circunstantia, qua
cessante, factum non est delictum, seu non est
punibile ex causa intentata, tunc ipsa qualita
te probata per agentem, punitur vt negans, ac
si totum negasset, quia quando deficit aliqua
qualitas respiciens totum id de quo agitur, ni
hil videtur esse factum, ita dicit Bart. in d. q. 8.
colum. 4. versic. quandoque negat aliquã qua-
litatem, seu circunstantiam, quã iuste seu pro-
babiliter ignorare non potest, & in d. l. eũ, qui,
num. 9. versi. idem si nego. ff. de iureiu. & in d. l.
denuntiasse, §. quid tamen, sub num. 2. 3. & seq.
ff. de adulter. idem videtur velle Bald. in d. l. ea
quæ, quæst. 7. sub num. 14. in fi. C. de condic. in-
deb. & in d. l. eum qui. sub num. 2. & Ias. sub nu.
14. & idem Bald. in d. §. porro, sub num. 13. quę
fuit pri. caus. benefic. amit. Angel. in d. verbo,
comparent dicti inquisiti, & partim negãt sub
num. 9. Corn. d. consi. 33. num. 17. lib. 4. Exem-
pla huius illationis sumuntur ex not. per ip-
sum Bart. in d. §. quid tamen, ad quæ se remit-
tit in d. disputatione, & in d. l. eum qui, ex cu-
ius dictis ibi, & in consi. 117. accusatio fuit in-
stituta contra Martinum, num. 1. & seq. & nu.
6. li. 1. colligi potest, quod si quis imputaretur de
percussione cum sanguine, vel cum cicatrice,
aut cum armis, de dãno dato in turba, de per-
cussione coadunatis hominibus facta, de par-
ricidio, de offensione facta populari, vel nobi-
li, vel simili delicto habente ex statuto certam
pęnam in se principaliter, & simpliciter, & non
respectiue ad aliam pęnam delicti simplicis, &
non qualificati, vt latius dicam in proxima il-
latione quarta. & confiteretur percussionem si
ne sanguine, sine armis, & sine cicatrice, dam-
num datum, sed non in turba, percussionẽ non
coadunatis hominibus factam, homicidium,
non tamen in personam comprehensam in le-
ge de parricidijs, & offensionem factam, sed
nõ populari, vel nobili, talis haberetur pro ne
gante, & vt talis puniretur dictis qualitatibus
51 probatis, quia ex sola confessione, & non pro
batis illis qualitatib. cessabãt propositæ actio-
nes, nec super eis aliqua poterat sequi conde-
tio, quia diuersa sunt crimina intentata ab il-
lis, quæ reus est confessus, & diuersa eorum est
pęna, vt optime declarat Bart. in commento.
d. §. quid tamen, quem alios communiter se-
qui dicit Corn. vbi supra Bald. in d. §. pæna gra-
uior in lect. n. 8. versiculo, iuxta prædicta quę-
ro, & in repet. num. 10. & sequen. versic. iuxta
hoc quæro, & in l. & si seuerior n. 29. vers. sexto
iuxta hoc C. ex quib. caus. infam. irroge. Go-
mez. d. c. 11, nu. 7. vers. item etiam quæro si qua
litas; Similiter si imputatus de Adulterio cum
Seia vxore Titii commisso, confiteretur se Se-
iam carnaliter cognouisse, negaret tamen esse
vxorem Titii, quia non dicitur confessus deli-
ctum, de quo agitur & sic matrimoniũ est pro-
bandum vt ex cõiunctione confessionis & pro
bationis, maleficium intentatum probatum di
catur, & de eo sequi possit condemnatio, vt per
Bart. in d. l. si cui serui §. si a filio ff. de leg. 1. quẽ
ibi sequuntur Bald in princ. Florian. & Imol.
vterque nu. 2. & Castr. n. 4. Itidem si imputatus
de stupro commisso cũ virgine, fateretur quod
attentauit, & præsumpsit eam corrumpere, sed
negaret se ad effectum perduxisse, non dicere-
tur confessus maleficium intentatũ, sed aliud,
de quo nõ agebatur, dict. §. quid tamen, & est
absoluendus, quia licet actus quem fuit cõfes-
sus, sit punibilis, non tamen puniri potest in il
la instantia, sed nouo processu opus est, cum
non sit probatum quod intenditur. l. prætor. 4.
§. hæc autem actio. vers. docereq; ff. vi bon. ra-
pt. pro vt per illas rationes concludit Bart. in
cons. 38. viso processu prædicto nu. 1. lib. secun-
do, vbi etiam subdit nu. 2. hoc esse magni mo-
menti, quia Iudex non poterit cogere accusa-
torem vt iterum reum accuset, quia lege ex-
præssum est, neminem inuitum agere vel accu-
sare C. vt nem. inuit. in Rubro, & Nigro. Pari-
ter si imputatus quod Gabellarium nomine
Rainerium vulnerauit, dicat Rainerium vulne
rasse, neget tamẽ illum esse Gabellarium, quia
maior est pæna, non dicitur confessus deli-
ctum, de quo agitur, & probandum est quod il
le sit Gabellarius vt per Rom. cons. 455. in to-
to, de quibus tribus exemplis vltimis ad aliud
propositum memini ad finem præsentis resolu
tionis in vltimo dubio post vers. postremo sciẽ
dum. Secus vero esset si qualitas ista seu circun
stantia negata esset talis, quam iuste seu pro-
babiliter negans ignorare poterat, nam tunc
52 ea probata non punitur vt negans, quia cum
maioritas pænæ detur neganti pro mendacio,
vt in principio resolutionis istius dictum est,
ea cessat per iustam ignorantiam, propter quã
53 abest culpa, sine qua pęna esse non potest. l. a-
liud est fraus, ff. de ver. signific. l. sancimus. C. de
pæn. & cap. sine culpa, de reg. iur. in 6. ita dicit
Bart. in d. disput. col. 5. vers. & hic est aduerten
dum, & in d. l. eum qui sub num. 9. vers. secus si
potuisset, & idem ibidem volunt Bald. sub nu.
2. & Ias. sub num. 14. & exemplificari potest se-
cundum Bartol. in d. disputat. & in d. l. eum
qui in eo, qui conuentus actione legis Aquiliæ
pro damno occasione hominis percussi, in

certa

54 certa quantitate, confessus est hominem per-
cussisse, negauit tamen æstimationem damni es
55 se illam, quam actor proposuit, & in eo, qui cō
uentus ad relictum pro loco, fatetur relictum,
sed negat aliqua ratione se ad illud teneri: his
etenim casibus licet conuincatur, & condem-
netur ad quantitatem damni, & ad relictum
iuxta petita, non tamen habendus est pro ne-
gante, vt possit condemnari ad duplum, pro vt
alias ex natura illarum actionum veniret ne-
gans condemnandus, quia sunt de his, quæ per
inficiationem crescunt; cum enim sit rationa-
biliter motus ad sic negandum, & ideo non sit
in culpa, pænam pati non debet, vt dictum est,
& primum exemplum ponit etiam Bald. in d.
56 l. eum, qui, sub num. secundo. Aliud exemplum
ponit Barto. in eadem disputatione in eo, qui
imputatus de vulnere, ex quo remansura sit ci
catrix, vel debilitatio membri, confitetur se
percussisse, negat tamen remansuram ex illo ci
catricem, vel debilitationem membri, nam cū
hoc non dependeat ex facto ipsius rei, sed a iu
dicio peritorum, ignorantia est tollerabilis, &
ideo cessat culpa, sine qua nemo est condem-
57 nandus. Exemplificari etiam potest in impu-
tato de vulnere, ex quo sequuta sit mors, qui
confessus fuerit vulnus negata mortalitate, nā
& iste videtur effugere pœnam neganti impo-
sitam per easdem rationes, & ita videtur tene-
re Bald. in dicta l. ea quæ, num. 21. versic. sed po
namus, quod confitetur vulnus, dum disputat
an is sit ad confessionis beneficium admitten-
dus: si enim pro negante haberetur, frustra de
eo disputaretur, facit optime Innoc. in cap. sta
tuimus, sub num. 6. ad medium ibi, si autem il-
le, de offic. delegat. vbi non habet pro negante
confitentem maleficium, sed negantem illud
esse notorium, quando notorietas est funda-
58 mentum iurisdictionis Iudicis. Idem possit di
ci in eo, qui confitetur offensionem a se factam
alteri, negat tamen illum esse gabellarium, vt
in casu Roman. vel nobilem, vel popularem,
seu plebeum, aut ignobilem, quem casum Bar.
nō in loco supra citato in dicta disputatione,
sed antea: colum. 3. sub num. 5. versicu. secundo
probo sic, coniungit cum exemplo proxime re
lato de confitente vulnus, sed negāte quod sit
59 remansura cicatrix, vel debilitatio membri.
Quod posset admitti, quando hoc non esset pu
blice notum, & persona negans verisimiliter
id ignorare poterat, alias enim haberetur pro
negante, & vt talis condemnādus esset, vt pau-
lo supra dixi in hac eadem tertia illatione,
60 quod in arbitrio prudentis Iudicis versabitur
qualitate personarum, loci conditione, & a-
lijs circunstantijs attentis. Ex his ergo facile
patet, quid in alijs similibus casibus sit dicen-
dum quoad pænam pluris impositam neganti
euitandam, vel incurrendam in terminis hu-
ius tertiæ illationis.

Quo vero ad obtinendum beneficium pro-
pter cōfessionem res breuius expediri potest,

61 nam in casibus in quibus incurritur pæna ma
ior negationis, non cadit hæc disputatio, quia
si habetur pro negante totaliter, & vt negans
totum, punitur, frustra agitur de confessionis
beneficio, cum non dicatur confessus, & ita in
puncto tenet Bal. in d. §. porro, sub nu. 13. quæ
fuit prima caus. benef. amitt. vbi clare vult qđ
quando qualitas est exclusio totius pænæ, con
fitens factum negata qualitate habetur in to-
tum pro negante, & in nihilo etiam respectu
ipsius simplicis facti gaudet benef. statuti pro-
pter confessionem, sequitur Angel. de malefic.
in verbo comparent dicti inquisiti, & partim
62 negant, nu. 9. versic. quærit Bal. in casibus vero
in quibus excusatur a pæna pluris per cōfessio
nem facti, negata qualitate, bene cadit dispu-
tatio, in qua resoluendum videtur secundum
Bar. in d. disputatione, colum. fi. versi. circa se-
cundum, quod iste respondens non possit ha-
bere dictum beneficium indistincte quæcun-
que sit qualitas, seu circunstantia negata, & e-
tiam si sit talis, quā iuste, & probabiliter igno
rare poterat negans, quia ad consequendum
beneficium diminutionis pænæ propter con-
fessionem, exigitur plena, simplex, pura, & om
nimoda confessio facti, & omnium eius quali-
tatum, nec quis debet apponere aliquid, quod
possit infringere suam confessionem, nec ex-
cusare pro eo, quod probabiliter ignorare po
terat, & in sua potestate nō erat, vt ibi per Bar
to. quem sequuntur Bal. ibi, sub num. secundo,
& in d. l. ea quæ. q. octaua. num. 14. & q. 11. nu.
18. C. de condic. indeb. & in d. l. quidam æstima
uerunt, sub num. 5. post versic. extra nota, ff. si
cer. pet. & Alex. in d. l. eum qui, sub num. 5. post
ver. quærit etiam, ff. de iureiur. & dixi sup. post
versic. intelligendo tamen, vbi hanc sententiā,
non improbaui, licet in contrarium adduxe-
rim Bal. in d. §. porro, num. 13. tenentem, quod
quando qualitas alterat pænam secundū plus
& minus, confitens factum, & negans qualita-
tem habetur pro confitente respectu facti sim-
plicis, & pro negante respectu qualitatis, & ꝓ-
portionaliter pœna facti minuitur, & pæna
qualitatis augetur, & citauerim etiam Angel.
eum sequentem in d. verbo comparent dicti
inquisiti, & partim negant, num. 9. Sed retenta
63 opinione Bartoli erit nihilominus aduerten-
dum, quod vbi qualitas negata verisimiliter i-
gnorabatur per negantem, & non erat in eius
potestate, vel iudicio confiteri vel negare, con
clusio supra dicta non caret probabili dubita-
tione, vt si imputatus de vulnere ex quo remā-
sura sit cicatrix, vel membrum remansurum sit
debilitatum, confiteatur vulnus, sed neget ci-
catricem remansuram, vel membrum reman-
surum debilitatum, ex quo enim confessus est
factum, & quantum potuit & fuit in eius pote
state, & quod negauit, non ad ipsum, sed ad
peritorum iudicium spectat, in nullo videtur
offendisse legem, & propterea videtur quod
non sit indignus beneficio statuti, sed immo
quod

quod illud obtinere debeat, & pœnæ diminutionem consequi, pro vt in terminis proprijs dixit Bal. in d. l. ea, quæ, num. 22. vers. sed ponamus, quod negat illud quod non est in sua potestate. C. de cond. indeb. vbi tamen loquitur Bal. sub dubio vtens verbo forte, cuius opinionem in practica vidi per multos seruari, & mihi semper placuit ista sententia per rationes ipsius Baldi. Et similiter vidi admitti beneficium confessionis pro vulnere in capite cum fractura ossis, & pro vulnere ad intestina penetrante, & vt aiunt cassali, pro quibus statuta in multis locis maiorem solent imponere pœnam, quam pro simplici vulnere quando reus fatetur simpliciter se vulnerasse, quia ad ipsum non pertinet iudicare, an vulnus sit cum fractura ossis vel penetrans, & cassale, sed est officium peritorum in arte, & Chirurgorum, & medicorum, & satis est quod quoad factū, & quoad ea, quæ erant in facultate ipsius rei, dixerit omnia ea, quæ erant necessaria, & nullum onus probandi transtulerit in Curiam vel accusatorem in hoc, & quod id quod superest probandum per aduersarium non esset tale, quod per ipsum reum confiteri potuisset, quæ obseruantia optime probatur ex dictis ratio-

64 nibus Baldi. Secus autem videtur dicendum de eo, qui imputatus de vulnere ex quo sequuta fuit mors, confitetur vulnus negata mortalitate, nam is non consequitur beneficium statuti de confessione mortalitate probata, quia licet ex actu præcedenti includatur effectus sequentis actus, tamen illud quod confitetur cōfunditur per aliud quod apparet, idest vulnus confunditur per mortem sequutam per l. illud §. fi. & l. si vulnerato, ff. ad l. Aquil. & ita in puncto voluit Bal. in eadem l. ea quæ, nu. 21. versic. sed ponamus quod confitetur vulnus.

Quarto infertur quod quotiescunq; reus fa-

65 tetur factum & negat qualitatem vel circunstantiam aliquam, qua cessante pœna minuitur, si illa a parte agēte probatur, habetur pro negante, & punitur, vt negans, pro vt si negasset qualitatem facientem delictum non punibile ex causa intentata, ut dictum fuit in proxima præcedenti illatione tertia, nam a pari in hoc procedunt negatio qualitatis, qua deficiente, factum non sit punibile ex causa intentata, & negatio qualitatis, qua cessante pœna minuitur, pro ut ita hos duos casus simul coniungit Bar. in d. disput. col. 5. ver. & hic aduertendum, & clarius in d. l. eum qui, sub num. 9. vers. idem si nego, & ibi etiam alii DD. citati sup. in versic. secus uero dicunt præfati DD. & sentit Angel. in d. uerbo, comparent dicti inquisiti & partim negant post principium, nu. 1. & Corn. d. consi. 33. nu. 17. uersic. dico autem lib. 4. si erat talis qualitas, quam scire debeat probabiliter negans, secus uero si eam uerisi-

66 militer ignorare poterat, quia tunc non posset ut negans puniri, cum in eo cesset culpa, sine qua pœna esse nō potest, ut dicit Bar. in d. d. locis, & late probatum est in d. illatione tertia. In hoc tamen differt casus iste ab illo, quia negata qualitate de qua in d. illatione tertia, qua perimitur actio intentata, punitur negās, in pœnam statuti habito respectu ad totam pœnam pro delicto cum sua qualitate impositam

67 In isto autem casu non ita punitur, sed solum habito respectu ad pœnam ipsius negatæ qualitatis, si sit separata, vel diuisibilis a pœna facti principalis, quod fuit confessus, vbi enim negata qualitas respicit totum illud, quod est in inquisitione, vel accusatione deductum, vt in casibus in d. tertia illatione expressis, in quibus perimit actionem, & reddit delictum non punibile ex actione intentata, merito negans d. qualitatem ea probata punitur, ac si absolute totum factum negasset, quia illa confessio nihil operabatur, nec aliquid concludebat in

68 proposita actione, vt ibi dictum fuit. sed quando negata qualitas non respicit totum illud, quod in accusatione vel inquisitione deductū est, sed tantummodo tendit ad augendam pœnam simplicis delicti diuisibilem, qui illam negat, pro rata illius pœnæ tantum punitur vt negans, non autem pro rata pœnæ simplicis delicti, quod fuit confessus, quia non negauit totum, quod fuit deductum, sed partem tantum, vnde non nisi pro parte negata debet puniri, ita concludit Bart. in d. disput. col. 5. ad fin. vers. quandoque negat aliquam qualitatem, qua cessante pœna minuitur, & idem confirmant adducta per ipsum antea in eadem disput. col. 3. ad fin. vers. nono de hoc, idem vult Bald. in d. §. porro sub num. 13. quæ fuit prima cans. benef. ammitt. & Bartolū sequitur Alex. in d. l. cum qui, nu. 5. ver. quæriteriam ff. de iur. iur. qui dicit quod in d. quæst. Bart. limitat ea,

69 quæ dixerat in d. l. eum qui, & exemplificat Alex. hunc casum, vt si statuto diceret quod pro delicto appensate commisso pœna crescat, & cōtingat q; sit accusatus quis de delicto appensate commisso, pro quo attenta illa qualitate veniebat apponenda pœna centum, sed si fuisset simplex idest non appensatum, pœna fuisset tantum in quinquaginta: & alio statuto caueatur quod si quis negauerit puniatur in pœna quadrupli, & contingat quod reus confessus sit se commisisse delictum, sed non appensate, certe pro rata pœnę concernentis delictum simplex non augebitur pœna stante d. confessione, sed bene augebitur pro rata pœnæ concernentis qualitatem, quam negauit, & sic hoc casu pœna quadrupli erit tantum pro quinquaginta, quæ est pœna ipsius qualitatis negatæ, vt etiam dixi sup. in vers. Intelligēdo tamē quod si pœna, & ibi dictis addi potest, quod iste casus exemplificari etiam potest in omnibus casibus positis in d. illatione tertia, in materia negatæ qualitatis, qua cessante perimitur actio intentata, vbicunq; tamen pœna non sit impo-

70 sita super qualitate delicti per se simpliciter, sed respectiue ad pœnam, quæ imponitur pro

de malef. vbi sup. n. 3. & seq. vers. sin autem esset corporalis, & latius per August. in addit. n. 10. & seq. & dicam infra in vers. quæritur in super, & versic. ex præmissis primo deciditur, & hæc sufficiant in hac quarta illatione respectu pœnæ maioris impositæ neganti fugiendæ vel incurrendæ, quando reus confiteretur factū
75 & negat qualitatem. Respectu verò obtinendi beneficij propter confessionem concessi, dicitur in vnico verbo, quod illud non potest sic confitens obtinere, vt in istismet terminis dicit Alex. in d. l. eum qui sub n. 5. post vers. quæritur etiam, de qua re plura posui sup. in tertia illatione circa finem vers. quo vero ad beneficiū obtinendum, & ab ibi dicta me remitto, ne sæpius idem repetam.
76 Prædicta autem omnia de negante qualitatem & confitente factum puniendo vti negante vel in totum vel in partem secundum distinctiones in præcedentibus illationibus factas, intelligenda sunt procedere ita demum, si per curiam inquirentem vel per partem accusantem qualitas illa probata fit planè, & taliter quod probatio illa sit sufficiens ad conden
77 nationem rei, alias secus, in tantum quod non sufficeret quod probarentur inditia & præsumptiones, ex quibus reus fuisset positus ad torturam, & in ea confiteretur d. qualitatem, quia ad puniendum negantem in pœnam maiorem pro mendacio, leges requirunt probationem negati, quæ probatio deficit, quia præsumptiones non sufficiunt, vndæ pœna cessat, ita determinat Bart. in d. disputatione col fin. circa principium vers. ad hoc tamen aduertendum, & in d. l. eum qui sub num. 10. vers. item ex eo. ff. de iur. iur. quem sequuntur ibi Bald. num. 4. vers. sed nunquid & Alex. nu. 6. vers. item per istum textum. vbi late de hoc tractat defendēdo Bartolum, ea præsertim ratione quia cōfessio extorta per torturā non potest propriè dici probatio, sed releuatio ab onere probandi ac Ias. col. fin. in fine vers. secundo videndum est, idē tenet Bald. in §. porrò nu. 12. quæ fuit pr. cau. benefic. amitt. ea ratione quia statutum hoc de pœna propter negationem, intelligitur de negatione cum perseuerantia, quę nō consideratur in torto confitente, sequitur Angel. d. verbo comparent dd. inquisiti & partim ne-
78 gant num. 8. in fine. Scias tamen quod d. confitens non poterit habere beneficium statuti cō cessum confitenti, quia intelligitur de confitente sponte, vt in eadem l. eum qui, voluerunt scribentes & præcipuè Bald. sub num. 4. in fine vers. sed nunquid. Roman. nu. 7. in fin. vers. ad secundum. Castrens. ad finem nu. 7. vers. sed ponamus. Alex. sub num. 6. vers. item per istum textum ad finem. Ias. in finalibus verbis Bald. in d. §. porrò num. 12. Angel. in d. verbo comparent dd. inquisiti & partim negant sub nu. 8. in fine vers. hic etiam insurgit dubitatio, & hoc verissimum est. Et ex hoc idem dicendum crede-
79 rem, quando ex inditijs & præsumptionibus imponeretur reo arbitrariè aliqua pœna, quia cum delictum non sit plenè probatum, non videtur quod iste negans in pœnam sui mendacij, de quo non est legitime conuictus, possit condemnari, & puto verum licet non inueniā
80 modo, ab aliquo tactum in specie. An autem si qualitas negata nullo modo probetur, possit confitens factum simplex, de illo puniri in illo iudicio, est magna & ardua quæstio, in qua secūdum allegata in pr. 3. & 4. illationibus præcedentibus, & secundum doctrinam Bart. in d. l. denutiasse §. quid tamen sub nume. a ff. de adult. in sua magistrali distinctione est dicendum. Quod si talis qualitas facit cessare propositam actionem, seu accusationem vel inquisitionem, vel si non facit cessare sed alterat factum seu crimen, & facit illud esse aliud factū, non potest sequi condemnatio, sed reus absoluitur. Si vero non facit cessare propositam actionem, nec alterat factum, ex eodem processu sequi potest condemnatio: aduertendo tamen quod si effectus condemnationis est diuersus propter illam qualitatem, quia pœna sit maior, debet fieri detractio illius qualitatis pē dente iudicio, alias non posset sequi condemnatio, & hanc theoricam sequuntur Roman. dicens esse communem cons. 110. in toto. & cons. 167. sub num. 8. & 9. Corn. cons. 197. num. 7. & seq. lib. secundo & cons. 33. num. 17. & 18. lib. quarto. qui pariter ex aliorum mente communem dicit. Marsil. in l. si quis ne quæstio n. 130. cū plur. seq. ff. de quæst. & in pract. crim. §. quoniam num. 52. & multis seq. Guid. pap. decis. 553. nu. 1. & 2. Blanc. in pract. crim. in verbo visis indicijs num. 76. & plur. seq. fol. 50. Bart. in l. quid ergo §. pœna grauior, nu. 15. vers. sumus expediti ff. de his qui not. infam. & ibidē Bald. in pri. lect. n. 8, vers. iuxta prædicta, & in repet. num. 10. 11. 12. 13. & 14. vers. iuxta hoc, & in l. etsi seuerior C. ex quib. cau. infam. irrog. num. 29. in versic. sexto iuxta hoc quæritur, Clar. in pract. crim. quæst. 12. n. 14. vers. sed quid si accusator, & quæst. 66. nu. 4. vers. sed quid si pro parte, Angel. de malefic. in verbo qui D. Iudex. il secundo n. 7. & n. 17.
81 Tamen quicquid sit de iure, hoc non seruatur de consuetudine, sed reus indistinctè condemnatur de eo quod confessus, vel conuictus, qualitate proposita non probata, quæ cum quæ ea sit, de qua consuetudine & obseruantia attestantur Guid. pap d. decis. 553. ante finem, Corn. d. cons. 33. num. 18. & 19. lib. 4. Blanc. in d. verbo visis indicijs nu. 87. & multis seq. fol. 51. Clar. quæst. 12. nu. 14. & d. q. 66. sub. d. nu. 4. & ante istos Bald. post longam ad partes dispu
82 tationem num. 3. & plur. seq. in l. 2. C. de probat. maxime stantibus clausulis salutaribus appositis solitis in ipsis accusationibus, & inquisitionibus, vt per eos. Quinimo sunt qui dicant etiam de iure ita fieri posse, vt per Alber. late de statut. lib. 2. quæst. 44. & per Blanc. vbi sup. per Gomez. d. c. 11. sub nu. 6. post quartam limita-

mitationē vers. sed his non obstantibus, & sub
nu. 7. circa medium ibidem vers. sed his non
obstantibus, in quib. locis latissime loquitur,
& ita concludit tenendum, & seruandum, siue
qualitas consistat in loco, vel tempore siue in
circunstantia aggrauante, & siue delictum sit
reiterabile, siue non, quod approbat Addi-
rio ad eum in vtroq; loco, & per nonnullos
citatos a Marsil. in dictis locis & dicit post Ful
gos. & alios Alex. in l. eum qui sub num. 5. post
medium, ff. de iur. iur. quod in homicidio, vel
alio non reiterabili delicto, confitens se illud
commisisse, licet alio loco, vel tempore, quam
dicatur in accusatione vel inquisitione, debet
ex illa confessione puniri, pro vt etiam tenet
Angel. de malefici. in verbo comparent dicti in
quisiti & partim negant. post principium sub
num. 1. qui etiam postea sub eod. nu. ad finem
vers. si autem confitetur factum, idem dicit ma
gis generaliter in aliis casibus, idem tenet Au
gust. ad Angel. de malef. in verbo qui D. Iudex
vt sup. il 2. nu. 9. vers. prima erat fol. mihi 197.
facie secunda & dixi infra casu 137. vbi est vi-
dendum.
83 Sed pone quod quis ab initio negauit, male
ficium, postea vero fuerit conuictus, & allega-
uerit se illud ad sui defensionem fecisse, & id
probauerit, pro vt hoc facere de iure potest
iuxta ea, quæ tradidi sup. cas. 94. nunquid eui-
tabit pœnam statuti impositam neganti, certe
84 non, quia quoad euitandam pęnam principa-
lis delicti bene auditur, non obstante quod ne
gauerit se illud commisisse, & conuictus de eo
fuerit, quia sibi non sunt denegandæ defensio-
nes aduersus probatam actoris intentionem;
sed quantum ad pœnam negationis euitandā,
non auditur, quia iam incursa est per negatio-
nem probato contrario, & auferri non potest
a parte, cui ius est quæsitum, ita concludit Saly
cet. in auth. contra qui propriam. ad finem sub
nu. 8. vers. & ideo in quæstione proposita dic.
C. de non numerat. pecun.
Sed quid si detur appellatio in criminalibus
& reus qui in pima instantia negauit, in causa
appellationis confiteatur?
85 Videtur in hoc dubio quod non solum ap-
pellans euitet pœnam neganti impositam, sed
quod etiam consequatur præmium confitenti
concessum pro diminutione pęnę pro vt in pū-
cto voluit Angel. de malef. in verbo præsente
d. Caio & appellante num. 31. vers. quid autem
si nonobstante appellatione, vbi ad hoc allegat
Bald. in ca. 1. §. porrò circa finem vers. quæro
vtrum in causa appellationis nu. 14. in tit. quæ
fuit prim. caus. benef. amit. quam decis. sequi
videtur Carcasson. Sardus in addit. ad Ias. in §.
ex maleficiis sub nu. 28. in appostilla in verbo si
postea sub littera. O. inst. de action. eam tamen
limitās non procedere, quando statutū loque
retur de confessione in prima causa, vel in pri-
86 ma responsione aut comparitione. Sed quic-
quid dicant isti DD. hæc opinio non est vera,
sed falsa, vt aperte dicit August. de Arim. in ad
dit. ad Angel. de malef. in loco citato, & pro-
batur ex conclusione firmata circa principium
huius resolutionis in vers. alii vero, dicunt
quod scilicet post negationem, pro obtinendo
beneficio statuti non admittatur confessio, ni-
87 si ante litem contestatam, sed pro euitanda pę
na maiori fortè posset opinio hæc admitti, si
adhuc non esset probata agentis intentio, quā
do appellans confitetur, per dicta superius nō
longe a princ. præsentis casus vers. circa secun
88 dum de fugiendo argumento. Vnde etiā alias
uidi practicari, & ipse seruaui quod non ad-
mittatur beneficium confessionis ijs, qui post
condemnationem sequutam in contumacia
fuerunt per Principem admissi ad nouas defen
siones, vel comparuerunt ad eorum innocen-
tiam docendam vigore reseruationis eis in cō
demnatione factæ vsq; ad certum tempus, pro
vt in Dominio Florentino & Senēsi quandoq;
fieri solet, quia in istis casibus vltra quod vide-
tur facta confessio tempore incogtuo, nihil pro
dest fisco vel accusatori, qui non releuatur per
eam ab aliquo onere probandi, quia habet
suam intentionem fundatam in sententia vel
contumacia, contra quam tenetur ipse reus
89 probationes facere & se innocentem ostende
re, si vult absolui ab imputatione & senten-
tiam vel contumaciam, & eius vim & effectum
tollere, vt late ostendit Clar. in pract. crim.
quæst. 44. sub num. 5. vers. sed si quis admittere
tur ad nouas defensiones & sub num. 6. versic.
sed quicquid sit de iure, & ante eum Boss. in
pract. crim. tit. de litteris Princip. bannit. ad-
mit. ad nou. defens. sub nu. 5. circa finem, non
90 enim remissio hæc Principis vel reseruatio sen
tentiæ tollit effectum confessionis ex contuma
cia resultantis, sed solum permittit vt aduer-
sus eam possit reus se defendere, vt bene consi-
91 derat Boss. Licet quandoq; postea, etiā si reus
non se innocentem doceat, & contra eum nihil
sit quod vrgeat vltra contumaciam, non soleas
contra eum attendi in exequendo illa senten-
tia, vel confessio, sed vel torqueatur ad verita-
tem indagandam, vel mitius puniatur, vt ibi
tradit Boss. & latius prosequitur Clar. in pract.
crim. d. quæst. 44. sub num. 6. vers. sed quicquid
sit de iure & q. 96. sub num. 4. ad finem vers. be-
ne verum est. Et circa pœnam negationis isto
casu dicas quod ea non cadit, vt statim dicam
in proxime seq. versiculo.
92 Quinimo etiam comparentibus in eadem
prima instantia post emissas tamen citationes
& earum terminos decursos & sic illis contu-
macibus iam effectis & pro confessis habitis
de cōtentis in accusatione uel inquisitione ex
forma statutorum & confitentibus delictum,
vidi in practica non admitti beneficium con-
fessionis, ex quo non debito tempore sint con
fessi lite scilicet pro cōtestata ad fauorem agē-
tis habita Curiaq; vel accusator non indigeat
illa confessione ad suam intentionem proban
dam,

am , cum ea iam probata ſit ex contumacia, uæ ℘ legitima confeſſione habetur, quæ res x ſuperius dictis optime iuſtificatur. Hoc autem caſu de pæna negāti impoſita tractari nō poteſt etiam ex ijs, quæ poſt dictam comparitionem fierent, nam ſi curia vel accuſator vult os haberi pro confeſſis tanquam cōtumaces, & ad eoſdem ſpectare onus innocentiam probandi, pto vt ſpectat, poſito millies quod negarent & non probarent negationem, non dicentur conuicti de mendacio per probationes, vt opus eſt ad irrogandam dictam pænam, ſed per confeſſionem & quidem fictam, quæ nō eſt vere probatio, ſed probationis releuatio, vt ad aliud propoſitum diximus ſup. in ver. prædicta autem omnia.

Sed ponamus quod reus nollet negare, nec confiteri delictum, ſed ſoluere pænam pro eo impoſitam, erit ne audiendus & tractandus vt negans, an vt confeſſus? Bald. in d. l. ea quę. nu. 24. 25. & 26. verſ. ſed quid ſi non vult. C. de con dict. indebit. ponit hanc quæſtionem & dicit quod iſte non habetur vt negans, nec vt confeſſus, & ideo non incurrit pænam negationis, nec conſequitur beneficium confeſſionis, & quod Iudex poſſet cogere reum imputationi reſpondere, ne alias poſſit eſſe quæſtio de indebito ſoluto, quia opus eſt ſententia, ex quo in criminalibus ante ſententiam non eſt vera obligatio, nec ante illam quis dicitur eſſe in pæna, ſed tantum deſtinatus pænę, & quod via recta & plana eſt deuenire ad condemnationem, nec gratificare ſoluentibus eos abſoluendo, vt faciunt quidam aſſeſſores ſequentes Bartolū, qui introduxit hoc remedium ſolutionis, ſecundum quod etiam ipſe conſuluit ſimiliter gratificans, ſed quod boni aſſeſſoris eſt vti ſeueritate, & non pietate in enormibus, iuxta l. diuus, in verbo, ſeuere vindicet ff. de re iud. & melius ſeruit l. reſpiciendum in princ. ibi in grauioribus pænis ſeueritatem legum cum aliquo temperamento benignitatis ſubſequi ff. de pæn. aut igitur ſecundum Bald. ſolutio recipienda non eſt, vel ſi recipitur, in totum & integraliter pro ſumma pænæ impoſitæ ſine aliqua diminutione recipi debet, & ea mediante ſoluens ab imputatione abſoluendus erit & remedium illud introductum per Bart. reperitur, licet ipſe non dicat vbi, in l. iuſiurandum 34. §. cum res poſt principium. ff. de iur. iur. vbi tradit cautelam Iudicibus in Syndicatu, quod ad effugiendam condemnationem ſoluant ante ſententiam, & omnibus reis, in actionibus famoſis, quod timentes de condemnatione ſoluant, quia per ſolutionem pendente iudicio factam euitabunt pænam, & infamiam, & abſoluentur ab obſeruatione ſeu ab inſtantia iudicij, adiecta cauſa quia ſoluerunt, nec volentes ſoluere, cogi poterunt reſpondere accuſationi vel inquiſitioni, per l. ſi reus, ff. de procurat. & d. l. ſi debitor, ff. de ſolution. & idem voluit ipſe Bart. in d. l. ſi reus, num. 2. & ſeq. ff. de procurator. & melius & expreſſius in l. infamem, num. 11. verſ. ſed ſi vult ſoluere ff. de publ. iudi. quam cautelam & practicam ſequuntur Roman. in d. l. iuſiurandum. d. §. cum res num. 2. & 3. verſ. ex hoc Dec. in l. fin. §. labeo nu. 6. verſ. & ex iuribus ff. ſi cert. pet. Paris de Put. de Syndicat. in verbo compoſitio c. 10. incipi. an officialis Epiſcopi ſub n. 2. ad finem, & Blanc. in pract. crim. in cautelis pro defendēdis reis caut. tertia. num. 3. & ſeq. fol. 155. & 156. vbi ait quod ita a pluribus vidit obſeruatum in Ciuitate Paduæ, & idem tenuit Bald. in l. 1. ſub num. 2. verſicu. idem dicit, ff. qui ſatiſd. cog. inquiens quod reus poteſt ſoluere conditionaliter, vt remaneat in communi, ſi veniat
98 condemnandus, & rehabeat, ſi veniat abſoluēdus, & quod prodeſt iſte modus ſoluendi, quia eo exiſtente in caſu condemnationis, non formabitur condemnatoria ſententia, ſed abſolutoria inſerta cauſa quia ſoluit, quæ abſolutoria non infamat, & dicit menti tenendum. dicit tamen Blanc. in loco citato quod iſtud, quod dictum eſt de infamia vitanda, procedit quando non ex ſolo crimine, ſed ſequuta tantum condemnatione quis efficitur infamis, quod incidenter hic ſit dictum, cum nobis ſit ſatis quod data iſtius remedij veritate ſolutio facienda ſit de ea quantitate, quam lex pro maleficio imponit & nullum augumentum propter negationem nec aliqua diminutio propter confeſſionem fiat, pro vt ex dictis Bart. & ſequacium colligitur.

Non ab re etiam quæri poteſt ſi principalis
99 delinquens propter negationem condemnetur in plus, vel propter confeſſionem in minus, quam ſtatutum pro pæna delicti imponat, & ex alio ſtatuto auxiliator vel opem præſtans debeat condemnari in tantum, in quantum principalis delinquens, an augumentum negationis d. principalis debeat nocere, vel confeſſio prodeſſe auxiliatori, vel opem præſtanti. Iſtud dubium proponit Bart. in l. libertis quos §. poſthumis in verſ. vlt. not. ff. de alim. & cibar. legat. & concludit quod ſi pæna principalis delinquentis venit duplicanda ex alio, quam propter delictum, putà ex negatione ipſius, ea non duplicabitur in dante opem vel auxilium, quia cauſa propter quam in principalem duplicatur, ceſſat in ipſo dante opem, vel auxilium, & ita e conuerſo quod ſi pæna principalis delinquentis venit diminuenda propter confeſſionem ipſius, ea non minuitur in dante opem vel auxilium, quia in eo ceſſat ratio ob quam principalis condemnatur in minus, adeo quod ſi pæna delicti in centum, & principalis propter negationem condemnetur in duplum, & ſic in ducentum, vel propter confeſſionem condemnetur in duabus tertiis vel in tribus quartis partibus tantū dictorum centum, vel in alia minori portione iuxta diminutionis partem a ſtatuto decretam, tamen ipſe præſtans opem vel auxilium

semper condemnabitur in centum, & hanc
Bart. decisionem simpliciter citat Angel. de
malef. in verbo deducta 4. parte nu. 2. subdens
quod ei contradicere videtut Bald. in l. non
ideo minus. C. de accusat. qui tamen si bene
consideretur in terminis nostræ quæstionis, po
tius conuenit, licet in aliis casibus dissentiat.
vera est ergo Bartoli decisio, quod augumen-
tum vel diminutio pœnæ propter negationem
vel confessionem principalis delinquentis, nõ
attendatur in opem vel auxilium dante, quam
opinionem fitmauit idem Bart. in l. is qui opẽ
sub nu. 5. vers. item fallit ff. de furt. & eam se-
quuntur Angel. de malef. in verbo dicto male
ficio semper astitit nu. 11. vers. ex quibus infer-
tur, Felin. in c. sicut dignum nu. 3. vers. tertio li
mita, de homicid. Lancellot. Conrad. in pact.
Crim. tit. de consentientibus sub n. 7. vers. no-
no limita fol. 33 t. & bene confirmatur ex no-
tatis per eundem Bart. in l. sanctio legum sub
nu. 7. ad finem vers. quædam sunt qualitates ff.
de pœn. vbi in simili propositio tradit in augen
dis pœnis non haberi rationem harum qualita
tum ex post facto superuenientium, & ponit
exemplum propriè in duplicatione, quæ ex sta
tuto veniret facienda propter negationem vel
contumaciam rei, Idem videtut tenere Angel.
de malef. in verbo & Sempronium Rodulphi
100 Barbitonsorem. q. 12. nu. 26. ponẽs exemplũ
in qualitate furti manifesti, quæ nocet furi tan
tum, non antem mandanti, qa superuenit post
consumatum delictum ex appræhensione ipsi
us furis mandatarij, quæ in eius persona consi
deratur, non autem in persona mandantis. hãc
etiam Bartoli sentẽtiam approbat Cepol. cõs.
crim. 34. sub nu. 40. vers. aut mandans, vbi ait
101 quod si mandatarius fuit cõtumax vel nega
uit, & propter hoc fuit condemnatus durius,
mandans non contumax, nec negans, sed con-
fessus, non punitur eadem pœna, & confirma-
ri etiam potest ex traditis per eũdem Bart. in
l. 1. n. 3. vers. vlt. ff. de in lit. iur. vbi vult quod
fideiussor de iudicio sisti & iudicatum soluen-
102 do in criminalibus non tenctur, si pœna deli-
cti augeatur ex statuto propter contumaciam
vel negationem delinquẽtis, quia non est pœ-
na maleficii, sed contumaciæ, vel negationis
ipsius delinquentis illud augentis, quod dictũ
ibi sequuntur DD. cum declaratione tamẽ, de
qua per Alex. nu. 5. vers. & ista inducuntur, &
firmat ipse Bart. in d. l. sanctio legum sub nu. 7.
post vers. non obstat quod dictum est supra ff.
103 de pœn. Ex his iusta apparet practica, quæ de
præsenti obseruatur in dominio magni Ducis
Etruriæ, quod cum ex particulari lege super in
tromittentibus se in rixis aliorum ad fauorem
vnius partis contra alteram, dicti intromisso-
res sex auxiliatores inter alias pœnas hanc su-
stineant, quod teneantur in duplum pęnę a sta
tutis impositæ delinquenti principicipali, ad cu
ius commodum se intromiserunt, si ipsi delin-
quẽti principali pœna delicti statutaria minua
tur propter confessionem, vel pacem, hæc di-
minutio non prosit intromissoribus, sed pu-
niantur in duplo totius pœnæ impositæ pro de
licto, nulla habita ratione beneficij confessio-
nis vel pacis concessi eorum principali, quia
in eis cessat causa, ex qua principali fit diminu
104 tio. Et istud vt dictum est procedit quando
qualitas extrinsecus & extra delictum & præ-
ter propositum delinquentium ex post facto,
& delicto iam consumato superuenit, quia nõ
nocet nec prodest opem danti: secus autem
105 quando est qualitas, & quæ inest ab initio tẽ
pore delicti secundum propositum delinquen
tium in personis eorum, quia tunc aliud dicẽ-
dum est, exempli gratia, statutum vult quod
Magnas, vel nobilis, aut forensis puniatur pro
delicto in plus, quam popularis, vel ignobi-
lis, aut ciuis, si popularis, vel ignobilis, aut Ci
uis mandat Magnati, vel nobili, aut forensi,
quod committat delictum, vel ei opem præ-
stet, mandans vel opem prestans delicto sequu
to punietur in illam pœnam pluris impositam
mandatario seu delinquenti propter qualitatẽ
inhereotem ipsi principali delinquenti, ita
concludit Bart. in d. l. is qui opem num. 5. ff. de
furt. vbi etiam adducit aliud exemplum ex l.
106 vtrum ff. ad l. Pompe. de Parricid. quod si ex
traneus det opem filio occidenti patrem, tene
tur pœna parricidij, & sic in plus propter qua
litatem inherentem delinquenti principali,
quod dictum Bart. licet late oppugnetur per
Bald. in d. l. non ideo minus sub num. 11. vers.
hoc præmisso C. de accusat. & cum eo transeat
Angel. de malef. in d. verbo d. maleficio semper
astitit. num. 10. post vers. quæro qua pœna & in
d. verbo & Sempronium Rodulphi Barbiton-
sorem q. 12. nu. 26. & plur. seq. tamen illud de-
fendunt & sequuntur Augustin. de Arim. in ad
dit. ad ipsum Angel. n. 14. in priori loco, & sub
nu. 29. licet non tam clare in posteriori loco,
Cepol. cons. crim. 34. nu. 40. modo quãdo quæ
ritur, Felin. in d. cap. sicut dignum nu. 1. vers.
& quia materia, de homicid. Conrad. in pra-
ctic. crimin. tit. de consentientibus sub num. 6.
io prima & in secunda. limit. fol. 330. dicens es
se communem conclusionem, & illum simplici
ter refert & sequitur Clar. in pract. crim. quæst.
90. sub num. 1. vers. quinimo etiam, & compro
bari potest ex plurib. huic rei deseruiẽtibus,
elegãtissime & subtilissime traditis per ipsum
Bart. in l. sanctio legum nu. 7. post versic. quę-
ro ergo ff. de pęn. vbi etiam meminit de exem
plo d. l. vtrum ff. ad l. Pompei. de Parricidi. &
diffuse loquitur, conclodens tãdem rationem
haberi harum qualitatum inhærentium ipsi
maleficio ab initio ad effectum augendi pęnã
in simili proposito: & quamuis aliqui teneant
quod hoc solum procedat, quando mandans
vel opem pręstans tempore commissi delicti
sciuissent illam qualitatem aggrauantem deli
ctum inesse principali delinquenti, vt per Fe-
lin. in d. c. sicut dignum sub num. pri. vers. sed
illud

istud limitat, quorum sententiam sequuntur Conrad. & Clar. sup. relati, tamen hoc non est
107 verum, & adhuc data ignorantia mādās vel opem præstans tenetur in plus propter qualitatem inhærentem personę principalis delinquentis, quia in delictis quando datur opera rei illicitę, ignorantia non excusat, si quid eueniat extra propositum, vt bene considerat Felin. vbi sup. & latius ostendit Augustin. de Arim. in addit. ad Angel. in priori loco citato, adeo quod Conrad. qui ex Felin. illud asserit, non bene illum vidit, nec etiam Clar. Conradum simpliciter sequutus; quando igitur qualitas inhærens personę principalis delinquentis aggrauat delictum, & auget pœnam, semper & indistincte nocet mandanti vel opē
108 præstanti, vt in plus teneatur. E conuerso vero quando minuit delictum, & eius pęnam extenuat, non attēditur, exempli gratia magnas, vel nobilis, vel forensis qui ex statuto tenebatur pro delicto in plus quam popularis, ignobilis, & Ciuis, mandat populari, ignobili, vel Ciui quod delinquat vel ei præstat opem, sequuto delicto, mandans uel opem præstans nō tenebitur in minus propter qualitatem inhærentem personę principalis delinquentis, sed imo tenebitur in plus inspecta qualitate, quę reperitur in persona sui ipsius, ita determinat Bart. in l. qui seruo 5. item placuit num. 2. vers. iuxta hoc pone ff. de furt. vbi de hoc adducit aliud exemplum ex l. 1. ff. ad l. Pompe. de Parricid. vbi si aliqua de coniūctis personis mandat extraneo vt interficiat coniunctam personam, vel illi prętstet opem, tenetur de parricidio, quam determinationem sequitur Cepol. d. conf. 34. nu. 40. versic. modo quando quæritur, & eam late probat & sequitur Angel. de malef. in d. verbo dicto maleficio semper astitit. nu. 12. vers. quid e contra si minorat. & ad illum etiam se remittit August. ad Angel. d. verbo & Sempronium Rudulphi Barbitonsorem sub nu. 39. in fine vers. quando autem pęna minoratur, & facit ad istud dictum Angel. ibidē.
109 q. 9. n. 33. vbi tenet quod si Clericus solicitat, vel instigat aliquem ad maleficium committēdum, & sequatur mors delinquentis, quia forte furatus est, & fuit suspensus, efficitur irregularis, vt determinat Bald. per eum adductus in l. quid ergo si maiorem 56. §. item si seruum post principium ff. de leg. 1. & sic inspicitur ꝑsona ipsius mandantis vel opem præstantis in eo, quod non concurrit in persona mandatarij, ad idem facit tex. in l. si quis id quod §. fin. ff. de iurisd. om. iud. cum ibi not. per glos. Bart. & alios, vbi habetur quod licet mandata
110 rius, qui sine dolo malo corrumpit albū prętoris, non teneatur illo edicto, de albo corrupto, bene tamen tenetur mandans dolo malo, & sic mandans potest teneri ex delicto, licet mandatarius, non committat delictum, quam conclusionem amplecti videtur Angel. in d. verbo & Sempronium barbitonsorem. q. 3. nu. 9. vbi etiam August. in addit. ad idem allegat not. per Bart. & alios in l. si mulier. §. si seruus,
111 ff. rerum amot. In alijs autem qualitatibus non inhærentibus personis delinquentium, sed inhærentibus circunstantiis, vel concommitantiis delicti seu ipsi maleficio ratione loci vel temporis vel personæ eius in quem delinquitur, regula est quod dictæ qualitates aggrauantes delictum & eius pœnam augentes, semper attendantur contra mandantem vel opē dantem, etiam quod superueniant extra eius propositum, & quod ideo puniatur in illud plus, pro vt principalis delinquens propter dictas qualitates, ita concludit Bart. in d. l. is qui opem sub num. 5. vers. quædam sunt qualitates quæ insunt ab initio ff. de furt. vbi hoc exemplificat, si ego præstiti tibi arma ad homicidiū committendum de die, tu commisisti de nocte, vel ego præstiti tibi opem stando ad tui securitatem extra plateam, vel extra ecclesiā, & tu commisisti in platea, vel in ecclesia, vel ego præstiti tibi arma ad interficiendum Titium, quando erat priuatus, tu interfecisti quando erat in dignitate positus, his enim & similibus casibus tenet Bart. quod ego puniar in plus propter illas qualitates inhærentes ipsi delicto, quia quis obligatur ex delicto propter mandatum seu propter opem præcedentem, & si tunc obligatur, tenetur de illis qualitatibus, quæ insunt in ipso, quia incepit obligari de nocte ex delicto, & in platea, & in ecclesia, & in homine, & in dignitate, & videtur deliquisse, sicut principalis delinquens, & ideo vt ille, tenetur eadem pœna, & Bartol. sequitur Felin. in d. c. sicut dignum sub nu. 1. vers. secundo declara, vbi in specie ponit vltimum exemplum relatum de homine occiso, qui tempore mandati vel auxilij præcedentis erat priuatus, & tempore delicti commissi erat in dignitate constitutus, & Felin. sequutus est Conrad. in d. tit. de consentientibus sub nu. 6. in 3. ampliatione, & in hoc mihi non videtur quod Bald. contradicat. sed potius concordet in d. l. non ideo minus sub n. 11. & seq. post vers. hoc præmisso, & ad istud bene faciunt dicta per eūdem Bart. in l. sanctio legum sub n. 7. post versic. quæro ergo ff. de pœn. dum ex pluribus resoluit has qualitates vti inhærentes ipsi maleficio ab initio esse in consideratione ad augendam pœnam in similibus terminis, & ita etiam in proposito nostro tenere videtur Angel. de malef. in d. verbo & Sempronium Rodulphi barbitonsorem q. 7. nu. 18. & seq. & q. 12. sub nu. 28. & 29. & vbiq; August. de Arim. in addit. qui late insistit, quod adeò verum est vt sicut percutiēs Clericum incidat in pœnam canon. si quis suadente diabolo 17. q. 4. & non possit absolui nisi a summo Pontifice, ita & mandans vel opem præstans ipsi percutienti vt per Angel. & August. in addition. in d. verbo & Sempronium Rodulphi barbitonsorem. q. octaua n. 21. vbi alios adducunt.

Quætitur insuper, nũ quid statuta huiusmo
di de augumẽto pœnæ ob negationẽ, & dimi-
nutione ob confessionem procedant generali-
ter in omnibus pœnis, an verò in aliquibus tã-
tum, & in quibus, & in hoc aduertendum est,
quod de statutis loquentibus de duplicatione
112 pœnarum habemus claram determinationẽ,
quod non habent locum in pœnis consistenti-
bus in specie, vel in corpore, sed tantum consi
stentibus in quantitate. l. planè vidi 34. §. 1. ff.
de leg. pri. l. Lucius. 90. §. impuberem ff. de le-
ga. 2. & ibi Bart. n. 2. & Florian. n. 4. Idem Bart.
in l. meuius 68. §. duorum sub n. 23. & ibidem
etiam Florian. n. 9. eodem tit. de lega. 2. & idẽ
Bart. in l. sanctio legum in fine nu. 9. ff. de pœn.
& in l. in senatus consultum §. fin. circa mediũ
ff. ad S.C. Turpill. Angel. de malef. in verbo in
platea communis num. 18. dicens generaliter
quod istæ duplicationes habent tantum locũ
in eo, quod potest duplari, vt quantitatis, vel
consistens in pondere, numero, vel mensura, se
cus autem si in speciebus, & ibidem sequitur
August. in addit. in fiue sub. nu. 28. De statutis
113 vero diminuentibus pœnã, quod pariter pro
cedant in pœnis existentibus in quantitate, nõ
autem in specie, vel corpore, habemus decisio
nem Angel. de malef. in verbo deducta quar-
ta parte n. 3. & seq. & August. de Arim. ibidem
in addit. nu. 10. & 11. & uidetur esse de mente
Barr. in d. l. meuius §. duorum ad fin. num. 26.
vers. tertio ex præmissis ff. de leg. 2. & patet
etiam ex dictis supra in quarta illatione ante
finem, dum actum est de confitente factum,
pro quo est pœna corporalis, & negante qua-
litatem, vbi etiam adduxi August. vbi sup. &
Bart. in disputat. octaua col. fin. in prine. & qui
dem sicut pœnę consistentes in specie vel cor-
pore non duplicantur, sed existentes tantum
in quantitate, ita etiam pœnę existentes in spe
cie vel corpore non minuuntur, sed existentes
in quantitate tantum, vt contrariorum idem
sit iudiciũ §. 1. inst. de his qui sunt su. vel alien.
iur. & vt idem operetur oppositum in opposi-
to quod operatur propositum in proposito l.
fin. §. pri. ff. de leg. 3. & dicetur infra post vers.
secundo deciditur. ibi sic e cõtra si extrahens.
114 Ex præmissis primo deciditur, quod si pro
maleficio imposita sit pœna amputationis ma-
nus, & ex statuto, neganti, duplicari debeat
pœnã, reo talis maleficij, neganti, non sint am-
putandæ ambæ manus, ita in pũcto tenet Bart.
in d. l. lucius §. impubrrem num. 2. & in d. l. san-
ctio legum num. 9. dicens quod si pro certo ma
leficio delinquenti debeat amputari manus
ex statuto, & in maleficijs commissis de nocte
pœnę duplicentur ex alio statuto, si quis de no-
cte maleficium illud commiserit, vna tantum
manus ei amputatur, & non ambę, quia in pę-
nis consistentibus in specie non cadit ista du-
lipcatio, & Bart. sequitur Florian. in d. §. impu-
berem num. 5. Angel. de malef. in verbo in pla-
tea communis nu. 18. vers. & prædcta, & licet
postea videatur dicere contrarium, quando
statutum loquitur simpliciter de membro, &
non in specie magis de vno quam de alio, pu-
ta de dextro uel sinistro n. 19. versic. quid si sta
tutum, tamen opinio præcedens indistincte
procedit, vt ostendit August. ibi in addition.
n. 25. & 26. vers. item adde aliam limirationẽ,
vbi subdit quod hoc casu loco dictæ duplica-
115 tionis, quæ nõ potest fieri, iudex arbitrabitur
aliã pœnam puta pecuniariam, & sic imponet
illam simplicem personalem, & vltra eam vnã
pecuniatiam arbitrio suo conuenientem, & di
cit ibidem August. in fine sub n. 28. quod secun
dum omnes huiusmodi statutum non habet lo
cũ in pœnis corporalibus in specie, quæ mul-
tiplicari non possunt, & hanc sententiam pro-
bauit Bald. in l. vnica sub nu. 66. vers. sed quid
de pœna C. de sent. quæ pro eo quod interest.
vbi etiam subiũgit quod pro duplicatione om
missa iudex debebit imponere pecuniariã pœ-
nam, idem tenet Bonacos. in suis qq. crim. in
verbo pœna, ver. statutum de pœnis, vbi generã
liter tradit, quod statutum de pœnis duplican
dis non habet locum in corporalibus, & dicit
in specie Bald. in d. l. vnica num. 67. quod ex sta
tuto de pœna duplicanda non potest duplica-
ri amputatio manus, sed debet imponi pœna
pecuniaria iudicis arbitrio, eo quod amputa-
tio secundæ manus longe maior esset prima,
sequitur Paris de Put. de syndicat. verbo pœna
c. 5. nu. 4. vers. si per statutum fol. 361. dicit ta-
116 me idem Bal. in l. quid ergo §. pęna grauior,
in repet. ad finem num. 35. ff. de his qui not. in
fam. quod si statutum facienti vulnus in facie
imponat pœnam amputationis dextræ, si re-
us non habeat dextram, amputabitur sinistra,
vel iudex dictam pęnam commutabit in pęnã
pecuniariam, & quod si quis fecisset duo vul-
nera in facie, nõ tamen ei amputarẽtur ambæ
manus, sed illa dextra tantum, quã vna solutio
sufficit, quæ vtriusq; delicti pœnam includit,
cum non possit multiplicari tanquam consi-
stens in specie, secus autem inquit si statutum
non loqueretur de manu dextra, & sic in spe-
cie, sed simpliciter, & indefinite loqueretur de
manu, quia tunc pro duobus vulneribus possent
duæ manus amputari, quia pluralitas delicto-
rũ exigit pluralitatẽ pęnarũ, & subdit ita Asi
sij fuisse practicatũ, quã practicã de iure defẽ
dit, licet dicat eã nõ fuisse laudatã, quia statutũ
erat intelligendũ de sinistra, vel secundũ alios
de dextra, cum qua erat facta percussio, & il-
la sola erat amputanda, & e conuerso in d. ca-
su confitenti delictum non fiet aliqua diminu-
tio, sed amputabitur manus, quia hæc corpo-
ralis pęna cõsistit in specie, quæ est indiuidua,
& non recipit diminutionẽ nec diuisionẽ vt la
te ostẽdit August. de Arim. in addit. ad Angel.
de Malef. in d. uerbo deducta quarta parte. n.
10. & 11. & licet Angel. in dicto loco n. 5. vers.
secũdo casu. teneat quod hoc casu iudex possit
minorare pœnã illam, & imponere aliam cor-
poral em

poralem leuiorem vt aliquid operetur confessio propter beneficium à statuto concessum, tamen reprehenditur per Augustinum bonas rationes adducentem. Et quod de amputatione manus dicitur gratia exempli, procedere intelligitur in quacunque alia pœna corporali, quæ eodem modo vti indiuidua & in specie consistens non recipit augumentum nec diminutionem ex dictis statutis, nisi vt dictum fuit
17 sup. in 4. illatione ante finem, quando esset diuisibilis & separabilis, vt sunt ictus funis & verbera, & verba statutorum posse ei adaptari, puta quia considerarent quantitatem pœnæ ex numero illius, & dicerent quod pro maleficio quis puniatur in quatuor ictibus funis, vel fustigaretur cum centum verberibus, tunc enim pœna hæc ex negatione augeretur, & ex confessione diminueretur, pro vt si esset quantitas
18 autoritate eiusdem Augustini in d. loco, nu. 10. Sane in pœna mortis nemo dubitat nõ esse cum augumento vel diminutione, quia vnica est priuatio vitę, & indiuisibilis, vt de se patet. Angel. in eodem verbo deducta quarta parte num. 3. & ibi etiam Augnst. in addit. num. 10. & 11. & idem Angel. in d. verbo, in platea communis, sub num. 20. vers. & eodem modo, nec recipiendum videtur quod ibi subdit Ang. sub eodem num. 3. & 4. de alleuiando genere ipsius mortis, vt si delinquens acerbissima dignus esset morte puta furcarum, propter confessionem minus acerbè puniatur puta amputatione capitis, quia contrarium ibi tenet Augnst. num. 10. & 11. & si propter confessionem hoc modo alleuiaretur, e conuerso propter negationem aggrauanda esset, vt si delinquẽs esset pœna amputationis capitis puniẽdus, propter negationem, furcis suspendendus esset, quorũ neutrum videtur dicendum, quia non recipit priuatio vitæ naturalis augmentum vel diminutionem vt dictum fuit.
19 Secundo deciditur, quod si ex statuto extrahens blada contra decretum amittit bestias, imputatus de extractione cum vno mulo, negans & cõuictus in pœnam negationis ex alio statuto duplicante pœnam neganti, non amittit duos mulos, sed vnum tantum ex dicta ratione, quòd in specie seu corpore nõ cadit duplicatio, ita concludit Bart. in terminis in d. l. Mæuius. 65. §. duorum, num. 23. versic. tertio ego induco in argumentum, ff. de lega. 2. quem sequitur ibi Florian. num. 6. & seq. versic. item facit ad statutum, & Angel. de malef. in verbo in platea communis, sub num. 20. versic. inducuntur prædicta, & ante a Bal. in d. §. pœna grauior in repet. ad finem, num. 36. vbi quod si statuto caueatur quod si quis portauerit bladum extra comitatũ, perdat animal, super quo portauit & condemnetur in decem, & alio statuto caueatur, quod in omnibus maleficiis commissis de nocte pœnæ duplicentur, qui extraxit frumentum super mulo de nocte, non tenetur ad duos mulos, sed ad vnum tantum, ex prædicta ratione, quod videtur procedere secundũ
120 ipsum etiam si diuerso tempore super eodem mulo extraxisset, nam adhuc ad vnum tantum mulũ teneretur, nec distinguitur hoc casu vtrũ primo soluerit mulum, vel æstimationem, cum sit debitum ab eadem persona, vt dicunt ibi Barto. & Florian. per l. huiusmodi, §. pri. ff. de leg. pri. & eum hac opinione transit idem Bat. in d. l. sanctio legum, in fine, sub nume. 9. ff. de pœn. dum se remittit ad dicta per ipsum in d. §.
121 duorum. Quinimo & si duo homines diuersis temporibus extraxerunt super eodem mulo, quilibet non debet perdere vnum mulũ, sed sufficit quod ambo vnum tantum perdant, vnde si primus soluit mulum, alter est liberatus, & ad nihilum tenetur, licet si primus soluisset æstimationem, secundus teneretur ad mulum secundum determinationem Bar. in d. §. duorum, sub nu. 23. & seq. vbi vult hoc procedere etiam quod ex statuto statim sequuto delicto, mulus intelligeretur amissus, & effectus fisci, quia adhuc vno extrahentium illum soluente alter liberatur, quia secundus portans super eodem animali non tenetur ad aliud animal erga fiscum, per regulam, quod res mea nõ potest amplius fieri mea, & ad hęc se remittit Barto. in d. l. sanctio legum in fine. aliam rationem adducit Bal. in d. l. quid ergo d. §. pœna grauior in fine, nu. 36. quod cum fiscus habeat causam lucratiuam in pœnis, vnica solutio sufficit ad
122 liberandum à pluribus causis lucratiuis. Sic econtra si extrahens in dictis casibus extractionem cum eodem mulo semel aut etiã pluries diuersis temporibus factam confiteretur, diminutionem propter confessionem non obtineret, pro vt nec pluries diuersis temporibus extrahens & confitens, sed semper soluendus est totus mulus fisco, vel integra eius æstimatio, cum sit pœna consistens in specie vel in corpore, quæ hanc diminutionem non patitur, sed indiuidua censetur, vt supra probatũ fuit post ver. quæritur insuper, ibi de statutis vero diminuentibus, & in propriis terminis ita cõlligitur ex Bar. in d. §. duorum ante finem, nu. 26. vers. tertio ex præmissis, vbi cõcludit quod stante statuto quod confitenti minuatur quarta pars pœnæ, si duo extraxerunt diuersis temporibus bladum super eodem mulo, qui ex alio statuto debet amitti, & ambo cõfessi sunt, si primus soluit fisco tres partes animalis, secundus non tenetur ad alias tres partes, sed tantum ad vnam aliam quartam animalis, quã fiscus non habet, si enim fiscus consequitur æstimationem integram muli, sequitur necessario quod dictis confitentibus beneficium statuti propter confessionẽ in diminutione quartæ partis non conceditur.
123 Et quæ dicta sunt in animali, locum habẽt in ipsis rebus seu bladis exportatis ex lege decreti ammittendis, nam & in his idem per omnia censendum est, quod de animalibus tractatũest, tam in augumento, quam in diminutione

tione pænæ, siue ab eadem persona, sine a pluribus eadem res exportetur, cum talia blada exportata considerentur vt species vel cotpus & secundum præmissa pluries in dominio Sereniss. Mag. Ducis Hærturiæ vidi obseruari circa bestias, & blada, & nunquam vidi duplicari in his pænam propter noctem vel propter aliam causam, ex qua statuta requirunt duplicationem, nec vidi in eadem sententia vnum vel plures eodem tempore vel diuerso super eisdem bestiis blada extrahentes vel illis, auxilium ferentes aut fauorem præstantes, qui ex statutis eadē tenentur pæna, condemnari pro ipsis bestiis & rebus extractis, vt quilibet teneatur ad solutionem bestiarum & rerum, sed tantum vt omnes simul, & insolidum vnica solutione sufficiente tenerētur pro earum amissione erga fiscum & bene, nam cum in obligatione sint ipsæ bestiæ, & res asportatæ, nō possunt plures delinquentes condemnari, nisi ad eas præstandum, vnde illis solutis per quemcunque soluantur, alii omnes liberantur, quia solutione eius, quod debetur, tollitur omnis
124 obligario, §. 1. Instit. quib. mod. tollit oblig. Et idem seruandum est, pro vt obseruari vidi in condemnatione, quæ occasione ipsarum rerum exportatarū fit in quantitate seu pecunia ad rationem tot (puta) librarum vel scutotum pro mensura bladorum puta sextario vel sacco, nam nec in tali pæna debet fieri multiplicatio, sed semel tantū soluitut quot quot sunt delinquentes, & vno soluente alii omnes vt supra insolidum cōdemnati liberantur, quia est pæna accedens rebus, & non potest esse diuersæ naturæ, sed debet suum principale imitari & secundum illud regulati, l. cum principalis, ff. de reg. iur. c. accessorium. eod. titu. in 6. Bene verum est, quod si contra plures diuersis tēporibus super eisdem mulis extrahentes fieret condemnatio in diuersis sententiis, tunc esset distinguendum vt dixit Bar. in d. §. duorū, sub num. 23. & seq. quod aut primus soluir bestias, & secundus liberatus sit, aut primus soluir æstimationem, & secundus teneatur ad mulum; Similiter nunquam vidi respectu ipsarum bestiarum, & rerum exportatarum cuipiam admitti beneficium confessionis, sed imo eas in totum & sine aliqua diminutione in fiscū peruenire, pro vt nec respectu pænæ pecuniariæ, quæ respectiue ad eas res ipsas imponirur, vt supra dixi, uidi dictum beneficium admitti cōfitenti, & ita intelligo ego hanc materiam, qnam Bart. in d. §. duorum, in finalibus verbis dicir esse utilem, & quotidianam, & secūdum consilium Pauli Iurisconsul. in l. legaui, in princip. ff. de libet. legat. aduertendam efficaciter, & nullas illius §. subtilitates esse spernendas tanquam inutiles, & uidi ego plurimos errare, maxime ad commodū fisci putantes quēlibet ex extracroribus, & auxilium uel fauorē præstātibus ad extractionem teneri ad bestias & ad res extractas, ita ut quisque eorum omnes bestias, & res fisco soluere deberet, & memini me plus quam semel nonnullos ita uotātes reprehendisse.

125 Rursus quæritur, an dicta statura de augumento, & diminutione pænarum habeant locum in pænis consistentibus in tempore, puta in confinib. seu relegationibus, uel carcerationibus, uel nauigationibus remporalibus. Bar. in l. sanctio legum in finalibus uerbis, ff. de pæ. se remittit ad dicta per ipsum, in l. in Senatus consultum, §. fi. ff. ad S.C. Turpill. Florian. etiā in l. Lucius 90. §. impuberem ad fi. num. 6. ff. de leg. 2. se remittit ad Bar. in d. §. fina. & Bar. ibidem, num. 3. uers. quæro quid in tempore, dicit se dixisse de hoc in dicto §. fi. subdit tamen quod aut statutum considerat tempus tanquā quantitatem, puta quia dicit quod percutiēs alium in platea stet ad confinia per duos annos simpliciter & indeterminate, & tūc si hoc factum est de nocte, propter quam pæna duplicatur, habebit locum duplicatio: aut considerat tempus tanquam speciem, puta quia dicit stet ad confinia per duos annos a die commissi vel conuicti criminis, vel a die condemnationis, vel notificationis & tunc non duplicabitur pæna, quia statutum sensit de certo biennio ab illo termino temporis vsq; ad alium terminum, & non de alio biennio in genere, in quo locum haberet duplicatio vt in primo casu, & vt etiam quando esset in potestare condemnati stare ad confinia in genere, vt puta, quibus annis tibi placuerit, & non a tempore isto vsque ad illud, nam & tūc duplicaretur pæna, & hoc menti tenendum dicit, & idem in effectu vult ipse in d. l. in Senatus consultum. di-
126 cto §. fin. ff. ad S.C. Turpill. vbi quærit si statutum pro homicidio imponat pænam confinij per decennium, & homicida pendente primo decennio aliud committat homicidium, an secundum decennium incipiat a die finiti primi decennij, an vero a die condemnationis de secundo factæ. & dicit ter vidisse disputari hāc quæstionem in diuersis terminis, sed punctus erat idem, & pro eius vera resolutione distinguit, quod aut istud decennium, quo quis debet stare ad confinia, ponitur vt species, verbi gratia stet ad confinia per decem annos a die condemnationis factæ, quo casu ponitur tempus vt species, quia loquitur statutum ita de illo decennio, vt non de alio, & tunc quoniam species non recipit duplicationem, l. plane vbi 34. §. primo, ff. de leg. 1. & l. Lucius. 90. §. impuberem, ff. de leg. secundo, secundum decenniū currit a die condemnationis secundo loco factæ, non obstante, quod primum decennium nondum sit finitum, quia si illius finis expectaretur, esset aliud decennium, & in illud de quo statutum sensit per tex. in l. si vsusfructus mihi in biennium, ff. de vsufr. legat. vbi si vsufructus in biennium contiuuum a motte testatoris legetur, transacto biennio non debetur etiā illo durante nō præstitus, quia alius futurus esset,

quam

quam qui legatus fuit, sed ad æstimationé agitur. Aut dictum decennium ponitur simpliciter & indeterminate, vt puta stet ad confinia per decennium, nec dicitur de quo decennio, & tunc secundum decennium incipit a die finiti primi decennii, & tempus, quo fuit ad cófinia propter aliud homicidium, non imputatur illi tempori, argum. l. seruus, qui testamento, §. primo, ff. de stat. liber. quæ bene ad hoc facit, & hanc dicit Bart. sibi videri veritatem, & illum sequi videtur ibi Alex. in addit. dum simpliciter refert istam quæstionem tãquam pulcherrimam, & ita etiam tenere videtur Angel. de malef. in verbo in platea communis, n. 18. ad finem vers. idem in tempore, vbi inquit quod quando tempus est specifice designatũ, scilicet cum designatione principii & finis ipsius temporis, non potest duplicari ex qualitate noctis, vel loci, quia est designatum tanquam species, & August. ibi in addit. ad finem num. 28. de hoc dat remissiones aliter non soluendo, & Bonacos. in suis qq. criminal. in verbo pœna, versi. statutum imponens pœnam, inquiens statutum pœnam duplicans non continere pœnam impositam per specificationé temporis. Ex quibus colligi videtur decisio, quod si ista tempora ponantur vt species, non habet locum in proposita quæstione augumentũ pœnæ, & proinde nec diminutio, in qua idem censendum esse demonstraui supra in versic. quæritur insuper, & in duabus quæstionibus exinde sequentibus, & in practica seruãtum scio, & ipse etiam seruaui, maxime in terminis statutorum sacræ Religionis Equitum Diui Stephani Papæ & Martiris loquentium simpliciter & generaliter ac indeterminate de temporibus confinii, carceris, nauigationis, quarantennæ, & septennæ, quod huiusmodi pœnæ duplicentur propter noctem, diem festum, locum priuilegiatum, vel aliam causam, ob quam statuta exigunt duplicationem, & eodem modo minuantur propter confessionem, pacem, & alias causas, ex quibus eadem statuta pœnæ diminutionem concedunt, & in pœna carceris loquitur præcise Florian. in d. §. impuberem ad finem, nu. 6.

Dubitari etiam solet, an statuta ista locũ ha-
127 beant in pœnis nõ determinatis, & certis, sed arbitrariis, & quæ pro motu & arbitrio Indicis imponũtur, & vera resolutio videtur, quòd sic, & quod propter negationem duplicari debeat illud, quod pro tali maleficio consueuit imponi pro pœna, & pariter propter confessionem diminui, & ita in duplicatione notat Bar. in d. l. sanctio legum ad finem, nu. 8. versic. quæro an in pœnis, ff. de pœn. arg. notatorum in l. hodie, eo. tit. & in l. quid ergo, §. pœna grauior ff. de his qui no. infa. & in augumento & diminutione tradit idem Bar. in d. l. hodie, n. 2. vers. quærit gl. quando & in d. l. quid ergo, §. pœna grauior, n. 12. ver. quæro in criminibus extraordinariis & vtrobique gl. ante eum.

128 Et ego memini alias quod quidam condénatus arbitrariè, obtenta pace post latam sententiam, & ea producta in termino mensis petebat condemnationem diminui pro medietate ob pacem vigore ordinũ militarium pro tanta parte beneficium concedentium etiam pace post condénationem habita & intra mésem coram eodem Iudice præsentata, & dum de hoc dubitaretur & meum votum exigeretur, putaui iustam esse petitionem, quia negari non poterat, quin si pax habita fuisset ante sententiam, Iudex eius rationem habuisset, & minorem pœnam arbitratus fuisset, vnde idem videtur dicendum lata sentétia, post quam in hoc statuta militaria concedunt eandem diminutionem, quæ ante condemnationem competebat: sed an hæc mea opinio approbata fuerit, vel ne, ignoro, eam tamen verissimam de iure teneo. Sed vbi non appareat quid solitũ sit imponi pro pœna maleficii, vt plerumq; euenit, tunc rectus Iudex in cuius arbitrio lex pœnam reposuit, debet ex negatione vel ex alia causa duplicationem exigente in plus quã alias fecisset pœnam arbitrari, & ex confessione vel alia causa diminutionem requirente in minus.

Dubitatum etiam pluries fuit de calculo, & computo faciendo in his pœnis auctis ex negatione, vel diminutis ex confessione in casibus, in quibus ex aliis causis pœna maleficii negati vel confessi augeatur, vel minuatur, & est hæc sitatio vtilis & quotidiana, in qua multos, qui se & practicos, & peritos existimabant, deceptos fuisse cognoui, vnde vt errandi occasio auferatur, & cunctis res apertius demonstretur, per exempla procedam: pone ergo, vt prius in augumento loquamur, quod adsint statuta, quod pœnæ maleficiorum duplicentur si cómittantur in ecclesia, vel in platea, vel in alio loco, item si in aliquo die festo, vel die fori, vel in alio die priuilegiato, item si de nocte fiant. Et quod quis de nocte, in die festo, & in platea commiserit delictum, pro quo cessantibus dictis qualitatibus, pœna & sic simplum erat centum, & quod delictum negauerit, propter quam negationem pœna pariter duplicetur, & si vis scire ad quantam summam tota
129 ascendat pœna, præsupponas primo quod licet quando in delicto concurrunt omnes qualitates, per quas augumẽtum ordinatur nõ per nomina multiplicatiua, sed simpliciter puta, quod delinquens in nocte puniatur in decem plus, in platea in sex plus in die festo in quinq; plus, quam si alio tempore vel loco deliquisset, debeat haberi respectus ad illas secundum formã statuti per l. aut facta per tot. ff. de pœn. tamen quando statutum mandat pœnam augeri per nomina multiplicatiua, puta dupli, tripli, quadrupli, nulla potest fieri duplicatio, quæ excedat quadruplum §. omnes autẽ actiones, inst. de actioni. qui textus & si loquitur in ciuilibus, ex identitate rationis procedit etiã in

in criminalibus iuxta l.omnem,& l.tam in cō-
tractibus cum vtrobique notatis, ff. de iudici.
& not.DD. in dicto §.omnes autem actiones,
vbi etiam non desunt affirmantes hoc indistin
cte procedere, siue statutum loquatur per no-
mina multiplicatiua, siue per simplicia, vt per
Bald.numero 4.& 5.& per Ias.num. 10.& plur.
seq.& sentit Bald. generaliter loquens in l.vni
ca, num.66. versic. restat quærere de pænis,C.
de sent.quæ pro eo quod inter. contra quos te
nent Bart.Ang.& August.infra citati,hoc mo-
do distinguentes,& quicquid sit,satis est,quod
vbi sunt nomina multiplicatiua, statuta simpli
citer loquentia ita intelligentur . l. 2. cum ibi
130 no.C.de nox.actio.intelligendo tamen quod
pæna ipsa non potest excedere quadruplum vl
tra simplum,nā computato simplo potest qua-
druplum transcendere, vt patet in actione fur
ti manifesti, quæ in quadruplum vltra rei resti
tutionem habet pænam, §. pæna manifesti,in-
sti.de obligatio. quę ex delict. nasc.& ibi om-
nes scribentes not. Bonacos. in quæst. crim. in
verbo pæna.versic.statutum imponens. secun-
do præsuppone , quod illud veniat duplandū,
131 quod siue qualitatibus augentibus erat sim-
plandum.l.si cum exceptione, §. pri. & §.qua-
druplatur autem id & §.Iulianus,ff. quod met.
132 caus. Tertio præsuppone, quod regulariter
in duplo inest simplum.l. hoc edicto,§.quæren
tibus,ff.de publican.& vectigal.& idem in tri-
plo,vel quadruplo, d.l.si cū exceptione,§.sed,
& si quis per vim,ff.quod met.caus.ita vt in du
plo,triplo, vel quadruplo non dicatur esse pæ-
na in totum , sed tantum in eo quod est vltra
simplum,quod in ipso duplo, triplo , vel qua-
druplo computatur, vt probat text. in d.l.si cū
exceptione,§. quatenus autem, & tradit Bart.
in terminis horum statutorum, in d.l.hoc edi-
cto, d. §. quærentibus.ff.de publican.& in l.in-
terpretatione,ff.de pæn. & tenet etiam Bal. in
cap. 1.§.si duo sub num.6.post versic.quęro se-
cundum glo.tit.de pace tenend. & eius viola-
133 tor.in vsib.feud. dicens tamen hoc esse veri,
quando statutum loquitur per nomina multi-
plicatiua , secus autem quando pænæ impo-
nuntur per nomina simplicia , quia tunc nun-
quam simplum inest duplo,& ad Bal.se remit-
tit Augustin. ad Angel. de malefic. in verbo in
platea communis,nume. 11.in fine,dicens esse
pulcra verba,ea aliter non referendo.Quarto
134 pręsuppone,quod duplicatio,triplicatio,vel
quadruplicatio pænæ delicti fit cum sua causa
& circunstantiis, d.l. si cum exceptione, §. pri.
versi. duplicabitur autem,& §. duplatur antē
id,qui alias erat,vers. sub §.Labeo ait, ff.quod
met.caus.vbi dicitur,quod hæc multiplicatio,
fit habita ratione non solum rei , sed eius fru-
ctuum,& totius eius,quod debetur.facit Bald.
in l.quid ergo, §.pæna grauior, in repet. nu.5.
vers.item adde,ff.de his qui not.infam. vbi ait
quod ratione plurium qualitatum augetur ef-
fectus,& fit duplicatio & triplicatio pænarum
secundum numerum qualitatum habito sem-
per respectu ad factum principale , quia pæna
principalis dinumerat accessorias , sed nō ac-
cessoria dinumerat aliam accessoriam,quia ac
cessorium regulatur à principali,non accesso-
rium ab accessorio . His sic præsuppositis,quæ
optime colliguntur ex Bar. in l.sanctio legum,
sub nu.4. & seq. ver. vlr.per ciuitates Italiæ,ff.
de pæn. & ex Ang. de malef.in verbo in platea
communis sub nu. 14. & ibi etiam Aug.in ad-
dit. in prin.sub nu. 20. Dicas in proposita spe-
135 cie quod delinquens primo tenetur in cen-
tum,quia istud est simplum,& propter noctem
in ducentum,& propter diem festum in tercē-
tum,& propter plateam in quatercentum,& si
adesset alia qualitas,propter quam duplicatio
facienda esset, posset ascendere vsq; ad quin-
gentum , quia sufficit quod ipsa pæna non ex-
cedat quadruplum non computato simplo,vt
dictum est in primo præsupposito , adeo quod
in casu præmisso maleficii pæna tota consistit
in quadringentis, & nō in maiori quantitate,
quia simplum tantum est semper duplandum,
idest summa cētum vt in 2.præsupposito.Nec
obstat quod cum duplicatio sit facienda cum
sua causa vt 4.præsupposito, videatur quod cū
simplum sit centum,& propter noctem ducen-
ta, propter diem festum debeant esse quadrin
genta , vt hoc modo dupletur simplum cū sua
causa idest cum qualitate noctis, & exinde
propter plateam in octingentis eodem modo,
& sic de alia qualitate pænam in duplo augen
te,si adesset.
136 Quia respondetur quod cū omnes istæ qua
litates insint eodem instanti temporis ipsi ma
leficio,& qualitas illa diei festi cū incipit ines-
se,non repetit maleficium commissum cum il-
la qualitate noctis,uel alia pænam augēte, sed
reperit illud in actu committendi, ex quo eo-
dem tempore simul, vt dictum est , istæ quali-
tates accidunt, non possunt operari suum esse
ctum duplandi, nisi in eo, quod reperiunt du-
plandum,vnde cum simplex tantum maleficiū
reperiant , illius tantum simplicem pænam du
plant,& non vltra,quia non satis est, quod vna
qualitas aliam reperiat in fieri, sed opus est,
quod eam reperiat in facto esse , & quod vna
sit posterior altera ad hoc, vt vna respectu alte
rius inducat duplicationē, vt ex prædictis ra-
tionibus,& aliis subtiliter concludit Bar.in d.
l.sanctio legum,num.6. vers.unde in quæstione
prædicta,& iterum sub num.7.versic.& prædi-
cta intelligo, ff.de pæn. quem sequitur Ang. in
dicto verbo in platea communis sub nu. 14. &
sub nu.15.ad finem,& idem sentit ipse Bart.in
d.l.si cum exceptione §.quadruplatur, ff.quod
met. cau. vbi arguit per illum tex. quod si ali-
quis commisit delictum in platea de nocte,
in festo.S. Herculani, & ex omnibus istis cau-
sis pæna duplicetur,vel quadruplicetur,videa
tur quod sit duplandum vel quadruplandum
non simplum , sed ipsum duplatum , vel qua-
druplatum,

druplatum, cum textus ille volens haberi rationem fructuum & omnis causæ rei debitæ, inferat quod habita consideratione oĩs quantitatis debeat fieri duplatio seu quadruplatio, & postea dicit quod illud nõ est verum, vt plene examinauit in l. sanctio legum in fine, ff. de pæn. & cum his concordant in l. cõtra negantem, Bal. num. 8. vers. quæro quid. & Salyce. nu mero 2. vers. quæro cum gl. C. de leg. Aquil. dicentes quod in statutis de duplicatione pænarum, simplum tantum duplandum est ratione cuiuslibet qualitatis, ex qua fit duplicatio, nec duplatum ex qualitate noctis est reduplicandum ex qualitate loci, vel alia; inferentes propterea quod si pæna simplicis maleficij sit in centum, vel in decem, propter noctem, & propter plateam non erunt quadringenta vel quadraginta, sed solum tercenta vel triginta, sequitur Angel. de malefic. in d. verbo in platea communis, sub num. 14. & ibi etiam August. in addit. sub num. 20. & Clar. in pract. crim. q. 82. stat. 9. de augum. & diminut. pænarum, num. 3. versicu. pone statutum, vbi simpliciter allegat August. loco citato. Et ita tenendo, cum ex dictis qualitatibus, noctis, diei festi, & plateæ, pæna centum simpli sit quadringenta propter duplicationes prædictas, restat vt videamus quomodo sit facienda duplicatio propter negatio-
7 nem, & dicas quod tota ista pæna quadringentorum duplicatur & erunt octingenta, quia ista qualitas negationis, propter quam duplatur pæna, inest ipsi maleficio post illud perfectum cum omnibus qualitatibus suis, & reperit maleficium commissum cum illis qualitatibus noctis, diei festi, & plateæ, & inducit duplicationem cũ omni sua causa, vt in quarto præ-
8 supposito, nec refert quod excedat quadruplum vltra simplum ipsius maleficij contra dicta in primo præsupposito, quia illud totũ, quod duplatur, est tanquam simplum, ita concludit Bar. in d. l. sanctio legum, sub d. nu. 6. ver. sed si poneremus, vbi formaliter inquit quod si esset qualitas quæ inesset ipsi maleficio post id perfectum cum omnibus qualitatibus, tunc dupli caretur cum omni sua causa, etiam si excederet quadruplum, & dat exemplum in propriis terminis nostris de statuto dicente, quod contra negantem pæna duplicetur, vel augeatur in quadruplo, nam ob illud negat euenit post maleficium perfectum cum omni sua causa, duplicatur illud totum tanquam simplum, per iura allegata in quarto præsupposito, & idem tenet postea sub num. 7. vers. quædam sunt qualitates & vers. sed qualitates quæ insunt ab initio, sequitur Angel. in d. verbo in platea com-
9 munis, num. 16. vers. secundo casu, & subdit Bar. sub d nu. 6. quod propterea patet quod si ex verbis statutorum appareret quod aliquo ordine intellectus vna qualitas præcederet aliã, licet in instanti temporis producerentur omnes in esse, tamen tũc vltima qualitas duplicaret pænam maleficij cum omnibus illis aliis

qualitatibus, quæ in intellectu præcedunt, &
140 ex hoc postea, nu. 7. ver. quæro ergo, põnit exemplum de statuto dictante, quod si nobilis offendit popularem, puniatur quadrupli pæna eius, qua puniretur popularis offendens popularem, & retentis terminis duplicationis faciẽ dæ ex alio statuto propter noctẽ, propter plateam, & propter diem festum, dicit quod si nobilis offendit popularem de nocte, in platea, & in die festo, posito quod pæna illius offensæ simplicis sit centum, tota pæna, quæ imponeretur priuato seu populari habita ratione omnium illarum qualitatum, est simplum, & illud totum quadruplicabitur, & sic ad multum poterit ascendere; erit enim vt ego calculo pæna mille sexcentum, cum pæna popularis duplato simplo centum propter noctem, & propter plateam, & propter diem festum sit quadringenta, & hoc totum sit quadruplandũ, & quater quadringenta faciãt d. summam mille sexcentum, quia statutum habet respectum ad pænam quæ imponeretur populari, quæ debet intelligi cum omnibus suis qualitatib. quia quã do vna relatio fit ad aliquid, refertur ad illud cum omni sua causa & circunstantia, & sic pæna quadrupli imponenda nobili est considerãda habito respectu ad pænam popularis antẽ ex dictis qualitatibus noctis, plateæ, & diei festi, & non ad simplum tantum dictæ pænæ, cui non conueniunt verba statutorum, quę referuntur ad sententiam, hoc est, ad illud, in quo popularis puniretur, adeo quod illud totum pro vno simplo habetur ad augendam pænam nobili in quadruplo, & qualitates illæ primæ noctis, plateæ, & diei festi, augentes seu duplicantes simpliciter pænam in maleficiis generaliter, dicuntur præcedere aliam qualitatem, propter quam in nobili quadruplicatur pæna habito respectu ad pænam nõ nobili impositam in ordine ne dum intellectus, sed etiã in tempore secundum verba statuti, quia dictæ primæ qualitates considerantur tempore ipsius commissi maleficij; hæc autem inspicitur tempore sententiæ & condemnationis, vnde nõ mirum si ista vltima in faciendo suo augumento recipit in se omnes illas antecedentes, & ad se trahit & de illis rationem habet, vt subtiliter dicit Barto. in d. l. quem sequitur Angel. vbi supra, num. 17. vers. tertio casu, & ibi etiam August. in addit. num. 21. in vers. subdit postea & nu. 23. versic. item adde in quantum, quod nota quia Bar. non forte ab omnibus bene est intellectus, quia loquitur magistraliter, & cum distinctione, sed satis obscure, & per rationes non vulgares, & per verba nõ clara, quę vt supra declarata, omnem, ni fallor, tollunt dubitationem, & Bar sequitur Salyc. in d. l. cõtra negantem sub nu. vers. sed pone. vbi inquit quod si in populari pæna est in decem, in magnate in duplum eius, quo popularis esset puniendus, si magnas delinquit de nocte, illud duplum respectu popularis est simplum in Magnate,

gnate, ideo illud duplicabitur per noctem, & idem dicunt Angel. & August. supra citati.

Aliud autem ex mente eiusdem Bart. in d. l. sanctio legum sub num. 7. versic. & prædicta intelligo dicendum esset si statuta non loquerentur modo prædicto de primis qualitatibus noctis, plateæ, & diei festi duplicando simpliciter pænam maleficii, & de alia qualitate se referrent ad id, in quo priuatus seu popularis puniretur, sed circa omnes ipsas qualitates loquerentur eodem modo se referendo ad tempus sententiæ, seu punitionis, quia tunc pæna tantum simplicis maleficii duplicaretur, vel quadruplicaretur, nec duplicatum vel quadruplicatum ex vna qualitate potest reduplicari vel requadruplicari ex alia, quia nulla dictarum qualitatum respicit maleficium ante aliam in ordine temporis, vel in ordine intellectus, sed eodem tempore omnes concurrunt, vt dictũ fuit supra. super quo primo exemplo in principio huius quæstionis de calculis ineundis post vers. dubitatum etiam pluries fuit, ad quæ dicta me remitto, hic tantum subiiciens de isto dicto Bartoli exemplũ, quod esse iudicio meo potest, si statutum diceret quod propter noctem, propter plateam, & propter diem festũ, quis puniretur pæna dupli eius, qua alias sine dictis qualitatibus puniretur, & aliud statutũ pariter diceret quod nobilis offendens popularem puniatur pæna quadrupli eius, qua puniretur popularis offendens popularem, hoc enim casu cum omnes istæ qualitates considerentur eodem modo per statuta, & simul codẽ tempore concurrant, & ad tempus sententiæ, seu punitionis referãtur, nec vna sit posterior altera aliquo ordine, retento termino quod pęna simplex priuati delinquentis sit centum, hoc simplum tantũ semper duplabitur & quadruplabitur, & propter noctem erunt ducenta, propter plateam trecenta, propter diẽ festum quadringenta, & quia nobilis offendit popularem quadruplando ipsum simplũ erunt octingenta, & ita intelligo Bar. & talem fuisse eius mentem indubitanter credo. Differt igitur iste casus a proximo præcedenti, & differentia cõsistit in verbis statutorum, nam si statutum circa primas qualitates noctis, loci, & diei loquatur simpliciter, puta pænæ duplicẽtur, vel simili modo, & aliud statutum de nobili delinquente pæna maiori puniendo se referat ad tempus sententiæ & punitionis priuati delinquentis, pæna istius nobilis ascendet ad mille sexcenta, vt supra ostensum fuit: si vero vtrumq; statutum eodem modo loquatur, & circa omnes qualitates se referat ad tẽpus punitionis, pęna nobilis delinquentis ascendet tantum ad octingenta vt sup. demonstraui, vnde diligenter sunt consideráda verba statutorum, ne in damnum pauperum, & miserorum reorum cõdemnationes fiant in plus, quã
141 conueniat. Hæc autem pæna siue mille sexcẽtorum in primo exemplo, siue octingentorum in secũdo, propter negationem duplicata ascẽder in primo casu ad tria millia ducenta, & in secundo ad mille sexcẽta, quia ista vltima qualitas negationis, ex qua fit duplicatio in eo maleficio post illud perfectũ cum dictis omnibus qualitatibus, propter quas pæna fuit aucta, & reperit ipsum maleficium commissum cum dictis circunstantiis noctis, loci, & diei, & a nobili, & ideo inducit duplicationem pænæ delicti cum omni sua causa, idq; totũ habetur pro simplo pro vt determinat Bar. in eadem l. sanctio legum, sub iam dicto nu. 7. ante finem, ver. quædam sunt qualitates, & clarius antea sub nu. 6. circa finem vers. sed si poneremus, & aperte demonstraui supra post illa quatuor præsupposita, quæ feci agendo de prima specie proposita in initio istius dubitationis, calculi ineundi, quæ dicta non repero. Eodem modo fa-
142 cienda est computatio, quando statutũ dicit quod popularis percutiens puniatur in centũ, magnas puniatur in centum quinquaginta, & pænæ sunt duplicandę propter noctem, locũ, diem festum, vel aliam qualitatem, nam si Magnas delinquit de nocte, in loco priuilegiato, & in die festo, centum quinquaginta duplicabuntur, quia licet in d. pæna attendatur qualitas personæ, tamen quoad eum, centum quinquaginta sunt simplum, & sic erunt in totum propter dictas qualitates, noctis loci, & diei festi sexcenta; & hoc totum exinde propter negationem tanquam simplum, erit duplicandũ ex superius allegatis, adeo quod tota pæna ascendet ad mille ducenta, & hoc exemplum affert Bald. in l. contra negantem, sub n. 8. vers. sed si pæna qualitatis C. de leg. Aquil. vbi vult quod quando pæna qualitatis est pæna simpli, vt in casu relato, si magnas delinquit de nocte, duplicabuntur centum quinquaginta imposita magnati, & non centum imposita populari, quia licet in tali pæna attendatur qualitas personæ augens pænam ordinariã delicti, tamen cẽtum quinquaginta sunt simplum quoad ipsum Magnatem, sequitur Angel. in d. verbo in platea communis sub n. 14. vers. sed si pæna huius qualitatis sit simplex.

143 Circa calculum vero faciendum in diminutionibus talium pænarum propter confessionem breuius & facilius expediri potest negotium, quam in augumento, nã vt pariter per exempla procedamus, si pæna simplex sit centum, & duplicata propter noctem, propter plateam, & propter diem festum ascendat ad quadringenta, & ex confessione sit detrahenda quarta pars, potes primo calculare simplũ cum suis qualitatibus seu duplicationibus, & postea de tota summa detrahere quartam partem, & remanebunt sexcenta & ista est recta via, potes etiam, si uis, primo detrahere de simplo quod est in centum quartam partem; & postea duplicare tres quartas partes, quæ sunt septuagintaquinque propter noctem, & propter plateam, & propter diem festum, & remanebunt

nanebunt itidem tercenta, quia quatuor septuagintaquinque faciunt dictam summam, siue ergo demas totã quartam partem de tota summa multiplicata propter qualitates augentes simplum, siue eã dettahas de simplo, & postea duplices quod superest propter dictas qualitates augẽtes, vnus & idẽ calculus & effectus resultat, & hoc dubium non habet.

4 Sed difficultas consistere videtur in illis casibus, in quibus propter alias causas pænarum diminutiones conceduntur, puta quando delictum committitur in rixa, calore iracundiæ, vel in attinentem vsq; ad certum consanguinitatis gradum, & in his & similibus casibus ego semper tenui, quod primo loco sit detrahenda pars ista, puta quarta, quæ statim potest considerari cum ipso maleficio commisso, & cum illo est coniuncta, & vnita, & eodem temporis instanti cum eo nascitur, cum delictum fiat cum illa qualitate in rixa scilicet, & calore iracundiæ, & committatur ab attinente contra attinentem argumento eorum, quæ de qualitatibus maleficijs inherentibus considerat Bart. in d. l. sanctio legum sub num. 6. & 7. ff. de pæn. & quod postea detrahatur alia quarta pars propter confessionem, cum istud sit quid superueniens ex post facto, & reperiat maleficium iam perfectum, & sit posterius aliis qualitatibus, quæ insunt ipsi maleficio, vt per Bart. in d. loco, sed quod detrahenda sit non de tota summa pænę, sed de eo tantum, quod facta illa prima detractione superest, idest de tribus quartis partibus, adeo quod retento themate superioris casus, si pæna tota est in quadringentis cum suis duplicationibus noctis, plateæ, & diei festi, facta primo loco detractione quartæ partis in centum, quia in rixa calore iracundiæ, vel quia inter coniunctos factum est delictum, remanebunt tercenta & de dicta summa tercentorum tantum detracta alia quarta parte propter confessionem, quæ est de septuagintaquinq; restabunt ducenta vigintiquinq; pro vt etiam similiter remanebunt si primo de simplo, quod est in centum, demas quartam partem in vigintiquinq; & de residuo quod est septuaginta quinq; detrahas aliam quartam partem, quæ consistit in libris decem & octo & solidis quindecim, quia restabũt libræ quinquaginta sex & solidi quinque, quæ summa postea duplicata propter noctem, propter locum, & propter diem festum ascendet ad eandem quantitatem ducentorum viginti quinq;, quia quater multiplicatis dictis libris quinquaginta sex & solidis quinque, conficitur d. summa ducentarum viginti quinq; librarum, vt enim superius diximus, nulla resultat diuersitas effectus, vel summæ in faciendo has defalcationes de tota summa vltra simplum aucta, vel de ipso simplo, augendo postea id, quod superest de pæna ex illo. Quod si ista alia quarta detraheretur de tota pęna delicti id est habito respectu ad ipsam integram pænam, alia centum de trahenda venirent de dicta pæna duplicata & aucta vt sup. & sic de quadringentis, & de simplici pæna alia vigintiquinq; defalcanda essent, & sic de centum, & pæna tota reduceretur ad ducenta tantum, quia detrahendo de quadringentis duas integras quartas restant ducenta, & defalcando de centum duas quartas pariter integras remanent quinquaginta, quæ quater multiplicata faciunt ducenta, & sic minor esset condemnatio secundum hunc vltimum modum, quam secundum primum, quem dixissem per tenuisse, & adhuc teneo, & probo ex dictis per Angel. de malef. in verbo deducta quarta parte nu. 7. vers. quid autem si statuto, vbi concludit quod si ex vno statuto debeat deduci quarta pars pænę propter confessionem, & ex alio alia quarta propter pacem, si quis cõfitetur crimen, & habet pacem, debet quidem reus ille deducere duas quartas, sed non vnam quamq; de integra summa pænę, & sic dimidiam partem totius condemnationis, sed debet primo deducere vnam quartam partẽ integræ quantitatis pænę, & postea aliam quartam de eo, quod superest de summa condemnationis iam defalcatæ ex deductione primæ quartæ, & adducit exemplum deductionis legitimæ, & Trebellianicæ ad fauorem filii sub conditione grauati de restituendo hæreditatem, qui in consequutione dictarum duarum quartarũ primo deducit legitimam habito respectu ad totam hæreditatem, & mox Trebellianicam de eo tantum, quod superest in hæreditare de ducta legitima, vt per Canunist. in C. Rainutius. de testam. & per legistas in l. in ratione §. quod vulgo ff. ad l. Falcid. & in l. quanquam C. eod. tit. & per exempla & calculum ostendit Angel. quanta sit differentia inter vnam & alteram computationem, & dicit quod istud est notandum, & quod ita practiçatur, & est verum, nisi staturi verba aliud importarent ad quæ semper est aduertendum, & secũdum hoc dictum Angeli indifferẽter obseruatur in practica ex quacunque causa fiant diminutiones & in quacunq; parte: aduertendo tamen vt omnia recte procedant. & secundum veros iuris terminos, & quod prius fiat deductio ex ea causa, quæ alteram præcedit, & quæ magis adheret maleficio per dicta Bart. in d. l. sanctio legum num. 6. & 7. in multiplicatione, ex qua ad diminutionem arguere licet, vt contrariorum eadem sit disciplina, & idem operetur oppositum in opposito, quod propositum in proposito, iuribus ad hoc sup. allegatis, maxime vbi deductiones sunt inæquales, puta si pro cõfessione diminuatur tantum quarta pars, pro pace vero dimidia, vt disponunt nostra statuta Pontremuli, & alia multa aliorum locorum, nam tunc primo deducitur quarta pars pro cõfessione, deinde verò de aliis tribus quartis partibus deducitur dimidia pro pace, pro vt expræsse hunc ordinem tradit Angel. in loco

citato, qui licet loquatur, quando etiam ex pa
ce quarta pars deducitur pro vt ex confessio-
ne, hoc facit gratia exempli, & eius dictũ pro-
cedit etiam quando ex pace maior portio es-
set detrahẽda, quod iustificatur ex ratione per
me adducta, licet quoad effectum & substantiã
rei nulla sit differentia, an primo defalcetur
quarta & mox de residuo tertia, an vero prius
detrahatur tertia, & postea de residuo quar-
ta, quia semper remanet eadem summa, nam
si pæna sit centum, remanebit in quinquagin-
ta factis dictis detractionibus confessionis in
quarta, & pacis in tertia, siue prius detraha-
tur quarta, & postea tertia, siue primo defal-
cetur tertia, & deinde quarta, vt vel mediocri
calculatori facile patere potest.

Hæc fortasse aliquibus leuia videbũtur, sed
minimè sunt spernenda, quia quotidie in fa-
cto occurrunt, & ab omnibus non sciuntur,
quod ex certa scientia affirmare possum, cum
in his qualiacunque sint, nõnullos errare plus
quam semel viderim. Et ne decipiaris in dupli
cationibus faciendis ex qualitatibus illis, de
quibus habetur ratio in augumento faciendo
145 propter negationem iuxta superius dicta, no
tare debes, quod quãdo fit duplicatio propter
aliquem locum ex statuto, ad hoc vt ei locus
sit. oportet, quod sit delictum quod sui natura
possit committi in omni loco, & sic etiam ex-
tra locum illum a statuto expressum, nam si nõ
possit committi pariter in omni loco, sed tan-
tum in loco illo priuilegiato per statutum, nõ
fit multiplicatio, ita concludit Bartol. in l. aut
facta, §. locus per totum, ff. de pæn. & in consil.
199. Tudertinus quidam in secundo dubio per
totum lib. pri. quem sequuntur Angel. de male
fic. in verbo, in platea communis, num. 15. ver-
sic. & sic ex prædictis, & Augnst. in addit. num.
22. versic. item adde quod vnam, & nu. 27. ver.
item adde quod statutum, exemplũ ponit Bar-
to. in dictis locis in delinquente in ecclesia, vel
in Palatio, circa ea quæ alibi non possunt com
mitti: si enim statutum sit, quod si delictũ fiat
in ecclesia, pæna duplicetur, & aliud puniat
committentem, sacrilegium in mille, subtra-
henti rem sacram de ecclesia, & sic sacrilegiũ
committenti, non duplicatur pæna, quia sacri-
legium non potest alibi committi, quam in ec
clesia, & ideo non potest fieri duplicatio,
quia illud est duplandum, quod alias esset sim-
plandum, & simplum non reperit ur alias, cum
alibi non possit committi, vltra quod conside-
ratio istius loci habita fuit in statuto particu-
lari, quod punit sacrilegium in mille, quia ali-
bi quam in loco sacro non potest committi, &
si vigore alterius statuti duplicares pænam, bis
haberetur consideratio istius loci. & sic bis pu
niretur de eodem delicto cõtra iuris regulas.
Eodem modo si statutum punit in duplu ma-
leficium commissum in Palatio Potestatis, &
aliud det certam pœnam pro falsa accusatio-
ne vel pro falsa testificatione, aut pro obre-
ptione, seu relatione falsa, non duplicabitur
pæna per easdem rationes, cum & ista sint de-
licta, quæ indifferenter non possunt committi
tam in Palatio, quam extra, sed de necessitate
committuntur in Palatio tantum, & in dictis
locis bene & subtiliter ostendit Bart. vnde ijs
casibus propter negationem duplicabitur illa
tantum pæna, quæ ex statuto particulari pro
delicto imponitur nulla habita ratione alte-
rius statuti de duplicatione ex loco loquentis
per prædicta. Similiter notare habes, quod in
146 pænis correlatiuis non habet locum augu-
mentum vel diminutio ex personarum quali-
tate, & propterea quando non probans accu-
sationem tenetur pæna talionis, idest eadem
pæna determinata a lege vel determinanda a
Iudice secundum solitum regionis pro delicto
in accusatione deducto, vt per Bart. in l. athle-
tas. §. calumniator, ff. de his qui no. infam. n. 9.
ad finem, & per Bald. nu. 8. versic. vlterius quæ-
ro, quæ pæna, in quam pænam talionis & simi-
litudinis supplicij potest condemnari in ea-
dem sententia, in qua reus absoluitur vt per
Bart. in d. §. calumniator, nu. 6. & 7. in ver. quæ-
ro qualiter, & per Bald. nu. 9. & 10. ver. vlterius
quæro vtrum, si nobilis accusat de homicidio
vilem & debeat condemnari ad pænam talio-
nis, sibi non diminuitur pæna, quia sit nobilis,
quia quando quis tenetur eadem pæna, non
fit distinctio ex qualitate personarum, & e cõ
uerso si magnas sit puniendus in quadruplo
plus, quam popularis, & faciat falsam accusa-
tionem contra popularem, & sit puniendus pæ
na talionis, non punietur in quadruplo, sed tã
tum in simplo, sicut deberet puniri popularis
crimine probato propter pænæ identitatem,
quæ non suscipit plus vel minus, ita pulchre de
terminat Bald. in dicto §. calumniator, col. fin.
nu. 12. & 13. versi. vltimo format. sequitur Au-
gust. in addit. ad Angel. de malefic. in verbo in
platea communis, nu. 24. versi. item adde & in-
tellige prædicta, dicens esse auream decisionẽ,
& notandam, idem etiam sequendo Bald. vbi
sup. tenet Felin. in cap. pastoralis in octaua fal-
lentia, nu. 4. de off. iud. delega.

Pariter debes aduertere pro limitatione
147 omnium, quæ dicta sunt de augenda pæna
propter negationem, quod talis pæna non ha-
bet locum, quando lex vel statutum ipso iure
condemnat seu pænam imponit, tunc enim nõ
crescit pæna propter negationẽ, ita dicit Alex.
in d. l. eum qui, ff. de iureiuran. sub nu. 5. in fine
vers. vnum etiam tene menti, allegat Barto. in
l. id quod seruo, §. pri. vbi hoc clare ponit, ff. de
pecul. legat. & eodem modo non decrescit seu
minuitur propter confessionem sequentem, vt
dicit Alexand. ad Barto. in d. §. primo, quod est
notandum, & in vtroque dicto idem tenet Bal.
in l. ea quæ. C. de condi. indebit. q. secunda, nu.
6. & est singulare dictum, & idem pariter in
vtroque dicto tenet Angel. de malefi. in verbo
comparent dicti inquisiti & partim negant, nu.

6.& ibi etiam August.& Repertor.Inquisit.ver
bo pœna §.nota quod vbi pœna.
Postremo sciendum est pro complemento
materiæ resolutionis huius,quod ad hoc vt pœ
næ contra negantem augeri possint, & confitē
ci minui, necesse est, quod negatio & confes-
sio sint speciales,& claræ, nec sufficit quod fi-
ant, generaliter, & obscurè, & sub inuolucro
148 verborum, adeò vt si quis respōdendo inqui
sitioni vel accusationi negaret narrata pro vt
narrantur,fuisse & esse vera,& petita pro vt pe
tuntur,fieri debere, ex hac responsione non ha
beretur pro negante ad hunc effectum incur-
rendi pœnam contra negantem impositam.
quia per ista verba generalia intelligitur quis
solum negare petitionem principalem, non au
tem qualitates & circunstantias speciales, ita
in puncto dicit Ias. in l. eum qui, sub num. 14.
vers.quarto limita & nu. 15.vers.nunquid autē
sufficiat ff.de iur. iur. allegans ita velle Bart. in
149 l.si dubitetur §. ita demum in fine ff. de fide-
iussor. vbi dicit quod licet fideiussor negans se
fideiussisse perdat beneficium diuisionis, si ta-
men conuentus,vt soluat debitum,negat nar-
rata in petitione esse vera,& petita fieri debe-
re, intelligitur in effectu negare se debere so-
luere, non autem se fideiussisse, & ideo non
perdit dictum beneficium, quia sua responsio
dicitur respicere substantiam facti, non autem
singulas eius qualitates,& Bart. sequuntur ibi
Imol.legens d.§.cum princ. legis sub nu. 5. ad
finem vers.vltimo tene menti, & Castr. legens
illum de per se num.4.vers.dicunt quidam,qui
reddit rationem quare sic respondens non di-
catur negare se fideiussorem, quia scilicet esse
potest,quod fideiusserit, & tamen non tenea-
tur ad debitum, vel quia solutum sit, vel quia
pactum factum sit de non petendo, adducit
etiam Ias. notata in lege sed hoc ita §.quod au
tem, ff.de re iud. dicunt enim ibi Doctores le-
gentes d. legem cum l. non tantum, & præser-
tim Imol.ad finem & latius Alex. num. 2. vers.
150 secundo limita, quod licet socius negans se
socium, perdat beneficium socijs concessum,
vt non condemnentur nisi inquantum facere
possint,per d.§.quod autem, tamen si quis re-
spondendo libello non neget distinctè & ex-
presse se esse socium,sed generaliter neget nar
rata pro vt narrantur esse vera,& petita pro vt
petuntur fieri debere,non perdit d. beneficiū,
quia non uidetur negare se socium, sed solum
151 se debere. quo casu non amittit beneficium,
pro vt nec maritus,cui idem conceditur benefi
cium, si non negat matrimonium, sed dotem
datam,vel contractum celebratum,aut similia
vt tradit Bart. in d. §. ita demum,post princi-
pium & in l.etiam §.licet num.3.4.ff. sol. matr.
& in d. §. quod autem,in fine, in quibus locis
etiam de hoc alia exempla affert, & eius dicta
vbiq; sequuntur addition. ad eum.& licet in
terminis nostris aliqui teneant contrarium,ta
men hanc Bart.opinionem defendit Alex.in d.
§.quod autem, dicens quod illa generalis ne-
gatio non intelligitur comprahendere id,
quod verisimiliter quis non esset in specie ne-
gaturus,& per quod incidisset in pœnam, quā
rationem sequitur Ias.in d.l.eum qui,sub num.
15.in vers.nunquid autem,vbi etiam dicit hāc
opinionem esse veriorem, & eam amplecti vi-
detur Felin. in cap. olim, in tertia quæst. num.
20. de lit. contest. & cum ea transit Alex. cons.
91.num.7.lib. 6.vers.nec obstat si diceretur, &
nouissime Scaccia his scriptis visus in tract. de
iud.caus.ciuil.crim.& heretic. lib. 1. cap. 103.
quod est fin.tit.de lit.contestat.sub nu.2.aiens
quod tenentes contrarium reprahenduntur,
152 & benè, saltem stante consuetudine. E con-
uerso verò si quis respondendo accusationi
vel inquisitioni fateretur narrata pro vt nar-
rantur esse vera, & petita pro vt petuntur
fieri debere, habendus esset ex hac responsio-
ne pro confitente ad effectum consequendi be
neficium pro confessione concessum,quia vide
tur confessio non solum facti, sed etiam om-
nium eius qualitatum & circunstantiarum, ex
quo refertur ad omnia contenta in accusatio-
ne vel inquisitione §. præterea,inst. de inutil.
stipul. non enim, vt dicit ille textus, necesse
est in respondendo eadem omnia repeti, de
quibus expræssim est actum, sed sufficit breuis
& simplex responsio, quæ ad omnia interroga
ta refertur, quod etiam probatur in l. si de-
fensor. §. quis interrogatus, ff. de inter. act. in
l. si is qui ducenta. §. vtrum. vers. proinde si
quis, ff.de reb.dub. & in alijs locis vulgaribus,
& quæ in præfationibus dicuntur in sequenti-
bus repetita intelliguntur l. Titia §. idem re-
spōdit,il pri.ff.de verb. oblig. nec refert quod
negatiua generalis responsio non habeat ean-
dem vim vt sup. est dictum, quia hoc fit quia
agitur de pęna incurrenda, hic autem tracta-
tur de consequēdo beneficio, & non est par ra
tio,quia odiosa sunt restringenda,fauores ve-
rò ampliandi.cap.odia,de reg.iur in 6. & vltra
prædicta quod confessus generaliter omnia
contenta in accusatione vel inquisitione esse
vera,habeatur pro cōfesso non solum facti.sed
etiam eius qualitatum, & circunstantiarum
in imputatione contentarum, tradit Bart. in
l.si cui serui 55. §.si a filio sub num. 1.ff. de leg.
1.vbi inquit quod si accusatus de adulterio cō
misso cum Seia vxore Titii, respondendo ac-
cusationi confiteatur generaliter omnia con-
tenta in accusatione vera esse, responsio re-
fertur ad ea quæ in illa continentur, speciali-
ter, & etiam accessoriè, scilicet per modum
qualitatis,argumento l.fin.ff.de fideicō.libert.
quod dictum sequuntur ibi Bald.in princ.Flo-
rian.num.2.Imol.itidem nu.2.& Castr.num.4.
Repert.inquisitor.in verbo confessio §.sed con
153 fitens omnia.Secus autem dicit Bart. cū quo
præfati DD. transeunt, si simpliciter respon-
dendo confiteretur, se dictam Seiam cogno-
uisse carnaliter, quia tunc non dicitur confes-

ſus delictum, de quo agitur, ideſt Seiam eſſe
vxorem Titij, & ſic adulterium, vnde oporter
probare de matrimonio, vt ex coniunctione
confeſſionis, & probationis plenè maleficium
dicatur probatum; ſimplex enim illa reſpon-
ſio refertur ad ſubſtantiam perſonæ tantum,
& non ad eius qualitates, & ſic comprehendit
ſolum factum ſine qualitatibus, vt dicti Docto
res optime declarant, & licet aliqui in hoc de
iute contratium credunt verius, quod ſcilicet
reſpondens cognouiſſe carnaliter dictam Se-
iam, intelligatur confiteri non ſolum factum,
ſed etiam omnes eius qualitates, & ſic quod
ſit vxor Titij, & conſequenter quod commiſe-
rit adulterium, vt pet Imol. & Caſt. tamen cō-
muniter aduocati, & procuratores ſequuntur
opinionem Barto. vt ſubiicit Caſtrenſ. & iſtud
eſt quod voluit Imol. in d. l. ſi dubitetur, §. ita
demum in fine, ſub num. 5. verſ. & adde, ff. de fi
deiuſſor. dum allegando Barto. in d. §. ſi a filio
154 dicit, quod reſpondens poſitioni per verbū,
credit, non intelligitur confiteri omnes facti
qualitates in poſitione contentas, quia licet
per verbum, credit, fiat præiudicium, ſicut per
confeſſionem expreſſam, tamen confeſſio ſim-
plex non refertur ad qualitates facti, ſed ad e-
ius tantum ſubſtantiam, & dicit eſſe bene no-
tandum, quia ex hoc quis lucrabitur vnam ve-
ſtem, & idem videtur velle in d. §. ſi a filio, ſub
nu. 2. ante finem. Ad hæc facit Rom. conſi 455.
in caſu præmiſſo videtur, vbi conſuluit quod
cum quidam imputatus quod quẽdam Gabel
larium nomine Rainerium vulnerauerit, &
reſpondiſſet verum eſſe, quod dictum Raine-
rium vulnerauerat, per hoc non dicebatur cō-
feſſus, quod ille fuiſſet Gabellarius, quia reſpō
ſio non comprehendebat illam qualitatẽ per
plura, quæ ipſe adducit, & iſta addi poſſunt di
ctis ſuperius in tertia, & quarta illationib. po
ſitis poſt verſ. his præmiſſis, vbi ſatis diffuſe a-
ctum eſt de confitente factum, negando eius
qualitatem, & firmatum talem reſpondentem
non gaudere beneficio cōfeſſionis, niſi ſit qua-
litas per eum iuſte ignorata, & nō exiſtens in
155 eius poteſtate, vt ibi demonſtratum fuit. O-
portet ergo quod confeſſio ſit expreſſa de eo,
de quo quæritur, vt confitẽti proſit, vnde ſi im
putatus de percuſſione manu, enſe, vel alia re
facta, diceret admenaſſe, & neſcire an percuſ-
ſerit, non gaudet beneficio ſtatuti, quia ex ad
menatione nō ſequitur de neceſſitate percuſ-
ſio, quæ licet ſtare non poſſit ſine admenatio-
ne, tamen admenatio ſtat ſine percuſſione, &
regula eſt, quod non probat hoc eſſe, quod ab
hoc contingit abeſſe, l. neque natales. C. de pro
bat. cum ſua materia, nec conſequentia; quæ
procedit ex fallibili, & non neceſſario, bona
reputatur, vt ibi notat Salyeer. vnde percuſſio
probanda eſt per Curiam, vel accuſatorem, &
ſicut probatio debet concludere per neceſſe,
& non per poſſibile, iux. l. non hoc. C. vnde le-
gitim. ita & confeſſio ipſius probationis rele-
uario, arg. l. ſi eum, §. qui iniuriarum, verſi. in-
156 iuriarum autem, ff. ſi quis caut. & multo ma-
gis non diceretur confeſſus delictum, qui præ
paratoria tantum ad illud committendum cō
fitetur, vel etiam omnem eius conatum ad il-
lud perpetrandum, quia nec ex dicta confeſſio
ne de neceſſitate infertur delictum per ratio-
nes prædictas, & propterea Bar. conſi. 38. viſo
proceſſu prædicto in princip. lib. ſecundo, re-
cte conſuluit, quod imputatus de ſtupro com
miſſo cum virgine, ſi dicat quod attentauerit,
& præſumpſerit eam corrumpere, non dicitur
confeſſus illud delictum, ſed aliud, de quo e-
tiam memini in paulo ante citatis illationib.
poſt quas etiam in verſ. an autem ſi qualitas ne
gata, tetigi, an alio nō probato poſſit reſpon-
dens de eo, quod confeſſus eſt, puniri in illo iu
dicio, an vero ſit opus nouo proceſſu. Alii plu-
res caſus prædictis ſimiles recẽſeri poſſent, ſed
quia ab vnius poſitione cęteri perfacile co-
gnoſcuntur, diutius in eis nō immoror, & ſuc-
ceſſiue etiam nihil aliud in hac materia dicā,
cum ea quæ magis frequenter in facto accide
re poſſunt, tetigiſſe ſatis eſſe putem.

EPITOME.

An ſtatutum relaxans partem condem nationis ſoluenti infra certum tempus, habeat locum in eo, qui carceratus eſt, vel dedit fideiuſſorem de ſoluendo condemnationem, & quid de ſtatuto vel decreto liberante bannitū a banno, ſoluendo certam quantitatem infra certum tempus, an ſcilicet, procedat in eo, qui eſt in carcere, vel ſatiſdedit de ſoluendo.

SVMMARIA.

STatutum relaxans certam partem pœnæ condemnationis ſoluenti infra certum tempus, habet locū etſi condemnatus ſit in carcere.

Et in eo qui præſtitit fideiuſſorem de ſoluendo condemnationem. nu. 4.

Beneficia pœnas diminuentia porriguntur ad carceratos. nu. 2.

Statutum vel decretum remittens bannum ſoluenti intra certum tempus ſummam taxatam, habet locum in carcerato. nu. 3.

Et in eo qui præſtitit fideiuſſorem de ſoluendo. 4.

Beneficium diminutionis conceſſum ſoluenti intra certum tempus, non impugnat ſententiam, ſed limitat executionem. nu. 5.

Exceptio omnis peremptoria, quę non impugnat ſententiam, ſed moderat executionem, poteſt opponi poſt ſententiam. nu. 6.

CA-

CASVS QVINQVAGESIMVS SEPTIMVS.



QVod statutum volens, quod soluenti cõdemnationem in fra certum tempus relaxetur seu remittatur quarta pars, habeat locum in condemnatis, qui in carceribus detinentur, concludit expresse Bart. in l. Domitianus, in fine, num. 3. ff. ad Sen. C. Turpill. ea ratione quod beneficia, per quæ pæna tollitur, porriguntur ad carceratos, quam decisionem sequitur Ioan. de Ricciis Florentinus conf. crim. 27. lib. secundo, diuersorum in primo impressis in parua forma.

Sicut etiam ad carceratos extenditur statutum vel decretum, quod banniti liberentur a banno soluendo intra certum tempus certam nummorum quantitatem taxatam secundum qualitatem maleficii, pro quo erant banniti, vt late ostendit Barto. in d. l. Domitianus, nu. 1. & 2. & sequitur Ioan. de Ricci. in d. consi. 27. & ita obseruatur, nec vnquam memini vidisse hoc in dubium reuocari per tenentes partem fisci. Maior autem videtur esse difficultas in eo, qui præstitit fideiussorem de soluendo condemnationem, an scilicet & in isto procedat dictum statutum relaxans quartam partem cõdemnationis soluenti infra certum tempus? videtur enim primo aspectu, quod non habeat locum, quasi quod hoc casu videatur quodam modo satisfactum fisco per cautionem illam, & non videatur agi de remissione, sed potius de iam exacti restitutione: tamen veritas est in contrarium, quod adhuc militet statutum, quia per satisdationem illam condemnatus non desinit esse condemnatus, nec ex primæua obligatione teneri; per fideiussionem enim prima & principalis obligatio nõ tollitur, sed ei alia additur, adeo quod dispositio de condemnatis loquens, etiam in ijs locum habet, & ita determinat Ioan. de Ricci. in d. consi. 27. vbi etiam idem dicit de statuto vel decreto liberante bannitos a banno soluendo infra certum tempus certam pecuniæ quantitatẽ per easdem rationes, & secundum hanc opinionẽ practicatur vbique, quia sufficit, quod cõdemnatus soluat infra tempus statuti, vt habeat illius beneficium, nec attenditur an soluens sit in carceribus, vel dederit fideiussorem de soluendo condemnationem, vel ne, & pro hoc optime facit iudicio meo, quod ista remissio partis pænæ seu condemnationis non impugnat sententiam condemnatoriam iam latam, sed modificat, limitat, & minuit eius executionẽ propter exceptionem ex alio statuto competentem condemnato, non quidem ante ipsam sententiam, sed postea illa iam prolata, vnde merito competit condemnato, non obstante quacunque cautione fisci, vel per detentionẽ personæ vel per fideiussionem de condemnatione exequenda, ex regula generali quod omnis exceptio peremptoria, quæ non venit ad impugnandum sententiam, sed venit ad limitandum seu moderandum executionem, põt opponi post sententiam, de qua habetur per Bar. & alios communiter, in l. 1. C. de iur. & fact. ignor. vbi in specie Ias. ad rem nostram, nu. 16. exemplificat in exceptione compensationis, & deductionis impensarum in re factarum.

EPITOME.

De pænis ex gratia per Principes remittendis, aut mitigandis delinquentibus, maxime vero homicidis, & an pax & remissio partis offensæ requiratur, & an marito vxorem occidenti sufficiat, habita a filijs communibus ipsius interficientis, & interemptæ vxoris.

SVMMARIA.

Principes decet secundum leges viuere, & si legibus sint soluti. nu. 1.

Principes possunt de plenitudine potestatis gratiam de homicidio concedere, licet pace non obtenta a parte offensa. 2. & 6.

Sed quod immo nec id possit Imperator, secundum aliquos. nu. 4.

Homicidii deliberati, difficilius obtinetur a principibus gratia. nu. 3.

De potestate Principis disputare, ad instar dicitur sacrilegij. nu. 5.

Principes de consuetudine non solent gratiam de homicidio concedere pace non habita per delinquentem ab offensis. 6. & quare. 15.

Secus autem pace habita. 18.

Pax per maritum vxoris interfectorem habita a filijs communibus ex se & d. vxore non illi prodest. 7. & 10 cum seq.

Minor potest legitime pacem facere eum autoritatẽ tutoris vel curatoris vel decreto iudicis. 8.

Nec aduersus eam in integrum restituitur. 9.

Pax a filiis communibus patri vxoris interfectori facta præsumitur timore reuerentiali. 11.

Pax a filiis communibus habita a matre quæ maritum interfecit, an ei prosit tanquam legitima. 12.

Pax per maritum uxoris interfectorem habita a filiis partim communibus, ut ultimi matrimonij, partim d. uxoris ex alio marito, an illi prosit. 13.

Maritus qui uxorem occidit debet ab uxoris proximioribus pacem obtinere, alias sibi non prodest. 14.

Homicidam publice ambulare & ante conspectum consanguineorum occisi dicitur quid turpe. 15.

Gratia ubi fiat de homicidio conuenit respectu coniunctorum occisi, aliquam relegationem homicida imponere. num. 16.

Venia petitio mitigat dolorem offensi.17.
Iniuria non fit uolenti.18.

CASVS QVINQVAGESIMVS OCTAVVS.

1 Iustum Principem secundum leges viuere, licet legibus solutus sit, condecens esse existimatur, l. digna vox. C. de legi. quapropter in remittendis aut temperandis ex gratia pœnis coutra delinquentes lento gradu procedere solent boni Principes, & potissimum quando agitur de homicidio, in quo gratiam non faciunt homicidæ, nisi parte con-
2 cordata, & pace ac remissione ab ea obtenta, etiam quod de potestatis plenitudine possent eam facere absq; tali pace & remissione per ea, quæ copiose deducit Boss. in pract. crim. tit. de remed. ex fol. Clement. Princip. num. 23. & plur. seq. vers. ex prædictis, maxime verò si homicidium non sit rixosum, sed deliberatum, in
3 quo maiori cum difficultate gratias concedunt, & vna cum partis remissione aliud concurrere volunt, quod reipublicę causam concernat, vt in loco citato subijcit Boss. num. 41. cum multis sequent. vers. dixi supra, Imo non
4 desunt, qui negent Principem quantumuis supremum, & ipsum Imperatorem posse in homicidiis etiam in rixa commissis, de plenitudine potestatis gratiam facere absq; offensæ partis remissione, vt consuluerunt Bal. & Bene. dict. de Plot. inter cons. crim. diuers. cons. 6. in pri. dubio per totum, tom. secundo in collectis vltimo loco per Zilletum in folio. Et in cōmissis animo deliberato ita firmauit Ioan. bapt. de Plot. in eod. tom. cons. crim. diuer. cons. 73. num. 45. cum infinitis seq. vers. & quia facta ipsa delegatione, de cuius tamen rei veritate agere non intendo, ne de supremi Prin-
5 cipis & Imperatoris autoritate & potestate
6 disputans delinquere videar, & in sacrilegij crimen incidere, per ea, quæ leguntur & notantur in l. secunda C. de crim. Sacrileg. & pulchre tradit Crauet. cons. 241. sub num. 2. & 3.
6 satis enim mihi est, quod saltem ex laudabili consuetudine non soleant in dictis casibus concedi gratiæ non habita pace, licet mero iure concedi possent, de qua consuetudine attestatur Boss. supra relatus num. 24. vers. ex laudabili tamen, & num. 41. vers. dixi supra, & in tit. de pace in princ. num. pri. & generaliter Io. bapt. Plot. d. cons. 37. num. 58. & 59. vers. tertio dicitur. Qua quidem consuetudine attenta, recordor, quod cum alias Senensis quidam vxorem interfecisset, & in pœnam vltimi supplicij & bonorum confiscationis condemnatus fuisset, & ex gratia pœnę capitalis mitigationem ab inuictissimo Don. Ferdinando Medices magno Duce Hetrurię tertio, supplex peteret, ob non habitam pacem auditus nō fuit, & cum postea obtenta remissione a propriis ipsius occisoris & interfectæ vxoris filijs cum interuentu & Decreto Iudicis, quia erant pupilli, eundem Serenissimum Principem deprecaretur vt stante dicta pace pœnam vitæ sibi gratiose remitteret, princeps ipse vti Iustissimus voluit a me scire, an de iure pax illa, & remissio legitima esset, & ad petitam gratiam
7 concedendam sufficiens, cui negatiue respōdi. Quia licet regulariter pax facta per mino-
8 res cum interuētu & autoritate tutoris vel Curatoris, aut cum Decreto Iudicis valeat, vt per Boss. d. tit. de pac. num. 14. per Carrer. in pract. crim. §. vigesimonono excusatur num. 33. & seq. vers. & de statuto requirente pacem fol. mihi 223. & 224. per Iacob. Nouel. in pract. crim. in §. fin. nu. 48. & per Clar. in pract. Crim. quæst. 58. num. 27. vers. quæro an tutor. & ante istos per Bonifaci. de Vital. de malef. tit. de pace num. 16. vers. sed quid dici statutum, & latius per Nell. de bannit. in 3. par. secundi tempo. quæst. 32. & 33. num. 32. & seq. & aduersus cam in integrum restitutio non detur, vt dicit
9 Iacob. Nouel. loco citato num. 91. & diffusius persequitur Nel. in d. tertia parte secundi tēp. quæst. 34. quam examinat cum quæst. 32. & 33. sub num. 32. & seq. circa finem. vers. vltimus articulus sit, vbi huius rei concludentes rationes
10 adducit; tamen quando maritus interficit vxorem, non prodest ei pax habita a filijs communibus ipsius vxoricidæ & vxoris interfectæ,
11 quasi facta timore quodam ob debitam patri reuerentiam orto, iuxta l. 1. §. quæ onerandæ, ff. quar. re. act. non dat. & notata per Felin. in c. nonne col. fi. de præsumpt. & ita in terminis voluit Boss. d. tit. de pac. sub num. 21. vers. quando vxor occiditur a viro, & dicit quod pendente hac quæst. de facto Mediolani, senatus reddebat se valde difficilem in admittenda tali pace per patrem habita a proprijs filijs suis & occisæ vxoris, & Boss. refertur & sequitur Clar. d. quæst. 58. num. 31. vers. contingit etiam, vbi subdit quod in facti contingentia idem senatus expresse reiecit gratiam, quam obtinuerat vxoricida propter pacem habitam a com-
12 munibus filijs, & eorum tutoribus. Dicit tamen quod e conuerso fuit approbata gratia cuiusdam mulieris, quæ maritum in rixa interfecerat habita remissione tātummodo a filijs, forte quia non militat ratio reuerentiæ in matre, pro vt in patre, & hanc decisionem sequitur Bonacos. in suis com. opinion. crim. litera. P. in vers. pax. vxoricidæ lib. pri. vbi tamen simpliciter allegat Clar. quinimo Boss. in loco
13 citato videtur esse opinionis, quod etiam si ex vxore occisa extarent filii ex marito interfectore, & ex alio priori matrimonio, sed plures ex homicida, & omnes facerent pacem, adhuc ea non prodesset, etiam si ex primo matrimonio extarent feminæ, ex secundo autem masculi, propter prædictam rationem reuerentialis timoris, licet alij hoc casu contrarium te-
14 neant. Volunt tamen in dictis locis Boss. Clar. & Bonacos.

& Bonacos.quod in pace & remissione ista cō-
currat consensus attinentium, & propinquo-
rum ipsius interfectæ mulieris,puta parētum,
fratrum,aut aliorum eius proximiorum,& ali
ter non sufficiat, qui quidem propinquorum
consensus in casu mihi commisso nedum non
aderat, sed imo constabat de contrario, quia
requisiti de remissione danda eam expræsse de
negauerant,& credo quod veritatem ipsam di
xerim,& quod ita etiam fieri,bono publico cō
5 ueniat, siquidem pars offensa recipit honoris
sui recompensationem,quando via iuris puni-
tur offendens, cui recompensationi præiudica
retur,si ipsa parte offensa non consentiente,in
iurians veniam consequeretur, vsq; quodam-
modo tertij idest offensæ partis tolleretur con
tra tritas iuris regulas,vt considerant Bald. &
Bened.Plot.d.cons.6.num.3.vers.nam pars, &
Io.Bapt.Plot. d. cons. 37. sub num. 52. circa fi-
nem vers. & etiam, vbi propterea subdit sola-
tium esse hæredibus & coniunctis occisæ per-
sonæ videre via iuris homicidam pati: præte-
rea turpe esset quod homicida sanguine adhuc
calescente, & nondum exsiccato videretur in
populo & deambularet publicè, & ante con-
spectum hæredum, & aliorum coniunctorum
occisi arg.l.cum supra virentes. C. de re mil it.
lib.12.vt ponderat Boss.d.tit.de remed. ex sol.
Clement.Princip.num.47.vers. non omitto ta
5 men,qui ideo dicit quod etiam obtenta remis
sione a parte offensa,senatus Mediolani in ap-
probationibus gratiæ solet iubere homicidā
exulare per aliquod tempus, vt aliquam pœnā
patiatur,& si aliter fieret, non pauca daretur
futurorum scandalorum occasio:nam hæredes
& proximi interfectæ personæ homicidā con-
spicientes,illum de facto forte occiderēt,quia
ij,quorum sanguis effusus est, dolore stimula-
ti,facile in effusorem & occisorē irruerēt,si ab
eis non abest,vt ostendit Io.bapt. Plot.d. cons.
73.sub num.52.vers.nam de iure diuino, vltra
quod hoc modo dictum pænitus inultum re-
maneret,& alij non deterrerentur in offensio-
nem publicam reipub.& priuatam,propinquo
rum occisi,vt docet Io. bapt. Plot. d. cons. 73.
sub num. 53.circa medium vers.& ideo, & ipse
met homicida insolentior factus,alios occide
re non dubitaret vt idem Plot. ponit in fine.d.
cons.sub.nu.65.Cessant autem omnes hæ diffi-
7 cultates,si ab offensa parte pax & remissio ha-
beatur, quia per eam & veniæ petitionem ab
offensore factā offenso, dolor ipsius offensi mi
tigatur,vt est tex.elegans & peregrinus, quem
a nemine allegari ad hoc reperi in cap. exhibi
ta 2.vers.quia vero .. extra de homicid.nec am
plius aliqua læsio iustitiæ aut tertij cōsidera-
8 tur,cū volenti & consentienti iniuria non infe
ratur.l.1.§.vsq: adeo ff.de iniur.& c.scienti,de
reg.iur.in 6.& vtrobiq; not.glos.et scribentes,
& in proposito nostro tradit Dec. in l. nemo
fraudare videtur nu.1.& seq.ff.de reg. iur. vbi
etiam Cagnol. Decium sequens.

EPITOME.

An fideiussor deferentis ex gratia arma cum promissione de eis non abutendo, & de neminem offendendo, teneatur durante gratia tantum, an verò ea etiam reuocata, & postea renouata sine alio eius consensu & obligatione, si promissioni per principalem contraueniatur.

SUMMARIA.

Fideiussor deferentis arma ex gratia cum promissione de eis non abutendo & de neminem offendendo non tenetur reuocata gratia, licet & postea renouata sine alia eius obligatione. n. 1. & 24. & per totum.

Fideiussio facta pro certo & limitato tempore eo finito expirat.2.

Fideiussio est stricti iuris & stricte interpratanda vt minus obliget.3.

Extensio non fit in fideiussione de re, ad rem, loco ad locum, casu ad casum, & tempore ad tempus. numero 4.

Fideiussor Castellani qui recepit Castrum pro sex mensibus, illis finitis non tenetur amplius 5.

Fideiussor Potestatis pro officio duraturo per certum tempus, non tenetur vlterius licet Potestas in off. cōfirmetur.6.

Idem de fideiussore Massarij montis Pietatis pro vno anno.7.

Fideiussor officialis publici pro certo tempore non tenetur vlterius, licet officialis perseuerauerit in officio. num.8.

Fideiussor ad tempus eo elapso tenetur de gestis tempore pro quo fideiusserat.9.

Fideiussores in prima concessione non tenentur in renouatione, nisi & in ea denuo obligentur. 10. Nec in prorogatione actus, licet fiat durante primo numero 11.

Et etiam si in primo dictum sit de eo prorogādo.12

Fideiussione ad certum tempus non limitata, licet effectus (vt solutio) differatur ad certū tempus, fideiussor non liberatur prorogatione. 13.

Fideiussor vt sup. deferentis arma dicitur ex legis dispositione obligatus durante tantum illa prima licētia.14.

Sermo simpliciter prolatus intelligitur de primo actu maxime in odiosis. 15.

Temporis limitatio facta a statuto æquiparatur factæ a partibus 16.

Causatum perimit causa perempta suum.17.

Annullato contractu principali annullatur fideiussio vt ab eo dependens.18.

Fideiussoris obligatio semel extincta nō reuiuiscit. 19.

Fiscus vbi non reperitur specialiter priuilegiatus vtitur iure priuati.20.

Fiscus

Fiscus in dubio non iudicatur priuilegiatus.21.
Dispositio generalis comprehendit priuilegiatos generaliter, nisi in eo casu sint specialiter priuilegiati.nu.22.
Specialitatem allegans vel regulæ fallentiam debet probare.num.23.

CASVS QVINQVAGESIMVS NONVS.



Vm quidam impetrasset licentiam deferendi arma sub fideiussione de eis non abutendo, & neminem offendendo pro certa pecuniarum summa, & exinde reuocatis omnibus huiusmodi licentijs eiusdem gratiæ renouationem obtinuisset, & paulo post orta inter ipsum & alium contentione aduersarium vulnerasset, quærebatur an fideiussor ex illo delicto teneretur ad penam promissam, an verò
1 potius esset liberandus. In quo dubio mea est sententia, quod non teneatur, sed absolui debeat ex infrascriptis. Primo quia dictus fideiussor dicitur interuenisse pro prima licentia, qua expirata per reuocationem, fuit statim liberatus nec tenetur pro secunda licentia, cui
2 non consensit, in fideiussione enim facta pro certo & determinato tempore expeditum est, quod eo elapso expirat fideiussio, & fideiussor vlterius pro tempore sequenti non tenetur, nisi denuo expresse consentiat, & se obliget, vt aperte probatur in l. item quæritur. §. qui impleto ff. locat. & in l. si cum hermes C. eo. tit. & in l.labeo la seconda §. sed si per fideiussores ff. de recept. arbitr. & tradunt Alex. cons. 72. num.2.& 6. lib.6.cons.66.in tertio dub.num.7. lib.7.Socin.cons.21.col.pen.vers.quinto prædicta conclusio. lib. pri. Castr. in l. dies 4. sub. num.2.vers. aduertendum ff. de damn. infect. Dec. cons.93.num.3.& 5.& in l. lecta num. 13. ff.si cert.pet. Paris.cons.48.num.14.lib.pri.Alciat.cons.5.num.15.lib.octauo Grat.cons.126. num.10.cum seq.lib.1. Menoch. cons. 212. nu. 23.& 42.lib.3.Iaf.in l. pri. num. 18. C. de iud. Marsil.in rubr.ff. de fideiuss.quæst.6.num.98. & seq. Gabriel. tit. de fideiussor. concl. tertia in princ.num.1.Blanc. de compromiss. in sexta q. principali in verbo prorogatio nu. 17. in vers. iuxta præmissa.Strac.in tract.de mercatur. tit. de decocto.quint.par.num.1. Ancar. Regiens. lib.1.qq.familiar.quæst.67.num.1. Anton. Thesaur. decisione pedemont. 125. num. 1. & est opinio communis & receptissima, vt fere omnes præfati scribentes dicunt. Et ratio est in
3 promptu, quia cum fideiussio sit stricti iuris, & propterea stricte interpretanda & intelligenda, vt minus obliget quam fieri possit, Dec. cons.107.sub num.2.vers. præterea, Curt. Iun. cons.36.num.5.Menoch.cons.119.num. 6. lib. secundo.Thesaur.d.decis.125.sub num.2.ad fi-
4 nem, merito extendi non debet, neq; de re ad rem, neq; de loco ad locum, neq; de casu ad casum, neq; de tempore ad tempus, vltra quæ sonent verba ipsius obligationis. Socin. cons. 64.col.4.num.5.& 6.lib.tertio.cons.62.num.5. & seq. lib.quarto.Iaf.cons.159.col. 1.lib.secundo.Dec.in l.1.post princ.C.de transact. vbi ceteros refert.

Secundo quia habemus decisionem Bart.in
5 l.Lucius la seconda.§.Paulus. post princ. ff. de administr. tutor.quod fideiussor Castellani recipientis castrum in custodiam vsq;ad sex mēses, illis finitis non tenetur amplius, si castrum perdatur ex mala custodia, licet illis elapsis Castellanus remanserit ad custodiam, quam determinationem sequuntur Alex.d. cons. 72. sub nu.2.& 5.lib.6.& d.cons.66. sub nu. 7. lib. 7.Dec.d.cons.93.sub nu.4. in fin. & in d. l. lecta sub nu.13.Socin.in d.cons.21. col. pen. nu. 11.Iaf.in d.l.pri.sub nu.18. C. de Iud. Gabriel. tit.de fideiuss.concl.tertia limit.secunda nu. 4. Strac.in d.tit.de decoctor. par.5.sub nu.1. Thesaur. d. Decis. 125. sub nu. 11. post vers. ex qua responsione.

Tertio quia & simplex fideiussor potestatis
6 ingredientis aliquod officium duraturum per certum tempus, non tenetur nisi pro tempore quo durat d. officium, adeo quod si in eo cōfirmetur pro alio tempore, non tenetur fideiussor pro illo nouo tempore confirmationis, vt decidit Bald. in l.si cum hermes nu. 2. C. locat.& sequuntur Socin .d.cons.21.col.pen. nu. 11.lib.pri.Stracca d. 5.par.sub nu.primo. Marsil. in d.rubr.ff. de fideiussor. num. 105. vers. & pro istis.& Ancar.d.q.67.nu.2.lib.1. Hinc consuluit Decian. in cons. 72. lib. secundo per totum, quod fideiussor Massarij montis Pietatis
7 pro vno anno teneatur ad debitum factū per d. Massarium in d.anno tantum, & non ad factum in secundo anno, quo d. Massarius fideiussores non renouauit, nec ad factum in tertio anno, quo Mass. recepit alios fideiussores, & loquitur præcise secundū terminos nostros, quando tempus non erat explicite præfixum in fideiussione, sed tantum erat præfinitum per relationem ad tēpus, pro quo ille assumptus,
8 & electus erat Massarius. Et ipse etiam alias iudicaui secundum hanc partem, quod fideiussor officialis publici pro certo tempore, non teneretur ad debita facta post illud tempus, quo perseuerauit in officio, sed tantum ad ea, quæ respiciunt illud ipsum tempus, ad quod fideiussio fuit restricta, & per magistratum recepta, a quibus non potest excusari, quia fideius
9 sor ad tempus tenetur vltra illud tempus & eo elapso de gestis infra tempus, pro quo fideiussit vt not.Bald.in l.si cum hermes sub num.3. & 4.vers.quærit etiam vtrum C.locat.Alex. cons. 72.fere per totum lib. sexto.Strac. tit. de decoctor.par.5.sub n.1.Dec. in l. lecta. num. 13. ff. si cer.pet.Anton.Thesaur.Decis.pede.125.n.11. & 14.& D.Decian.d.cons.72. lib. 2.

Quarto quia cum reuocata fuerit licentia, causa fideiussionis dicitur finita, vt infra dicā,

&renouatio

&renouatio eiusdem licentiæ non dicitur eadem cum prima concessione, sed est noua & diuersa licentia, etiam secundum proprietatem verborū, quia dicitur propriè renouari, quod de nouo fit post lapsum temporis in dispositione prima appositi, in qua quidem renouatione fideiussores, qui in prima dispositione interuenerunt, adhibendos esse de necessitate, & alioquin non teneri, concludit aperte Castr. in d. l. dies, sub numero 2. ff. de damn. infect.
11 vbi etiam fortius vult, quod & in prorogatione actus interuenire debeant, & alias non censeantur obligati, licet ipsa prorogatio fiat durante adhuc & non expirata primo actu & dicatur eadem res cum prima, per l. sed & si ma-
12 nente, ff. de precar. & etiam si in ipso primo actu dictum esset de eo prorogando, & allegat d. l. labeo §. fin. iuncto principio illius legis, ff. de recept. arbitr. & notata in d l. lucius §. Paulus ff. de adminis. tutor. quod dictum Castrens. approbat Blanc. in tract. de comprom. in 7, q. principali in verbo prorogatio, num. 17. vers. iuxta præmissa quæro in fine, illud etiam sequitur Apostill. ad Bald. in d. l. si cum hermes. C. locat. in littera. B. & illud idem tenet nihil tamen de prædictis allegans, nec ita declaratus Ancar. d. quæst. 67. num. 3. in fine & num. 11. etiam in fine.

Nec videtur obstare, si dicatur quod talis fideiussor non dicitur obligatus ad limitatum tempus, sed potius pure & simpliciter absq; appositione alicuius termini & præfinitione tem-
13 poris, & quod propterea tenetur ad pænam promissam etiam pro tempore nouæ concessionis ex communi scribentiū opinione, quod quando obligatio fideiussoris non est restricta & limitata ad certum tempus, sed est simplex licet solutio & effectus differatur ad certum tempus, si fiat prorogatio, fideiussor non dicitur liberatus, sed adhuc tenetur pro tempore prorogato, vt tradunt Alex d. cons. 72. num. 2. & 6. lib. 6. & d. cons. 66. in 3. dub. sub n. 7. lib. 7. Socin. d. cons. 21. col. pen. uers. quinto prædicta conclusio lib. pri. Grat. d. cons. 126. num. 10. & seq. lib. 1. Ias. in d. l. prima, sub nu. 18. C. de iud. Strac. de decoctor. d. par. quint. sub num. 1. Marsil. in d. Rubr. ff. de fideius. quæst. 6. nu. 98. & seq. Blanc. in loco citato, sub d. num. 17. Ancar. d. q. 67. nu. 1. & Thesaur. d. Decis. 125. num. 4. vers. pro concordia, vbi plures alios adducit.

Quoniam respōdetur quod imo ex legis di-
14 spositione censetur duntaxat obligatus durante prima licentia, & sic vsq; ad eius reuocationem, & successiue ad tempus limitatum idest durante tantū dicta licentia, secundum cuius tenorem fideiussit, cum sermo simpliciter pro-
15 latus de primo tantum actu intelligatur, per regulam l. boues §. hoc sermone, ff. de verb. sign. & maxime in materia odiosa, & pænali, vt in propriis nostris terminis ad obiectionem hāc respondet Ancar. d. q. 67. num. 5. & seq. & opti-
16 me facit Blanc. in d. verbo, prorogatio nu. 17. vbi æquiparat quod tempus sit limitatū a partibus, vel a statutis in hoc proposito, nec vt subijcit Ancar. sub n 9. in fine, censetur fideiussor se obligasse respectu temporis, quo reuocata esset licentia; quinimo cum per reuocationem licentiæ cessauerit causa fideiussionis, cessare debet & obligatio fideiussoris, vt dicit Ancar. d. q. nu. 4. per illud vulgatum dictum, causa-
17 tum perimit causa perempta suum, de quo per gl. in cap. ita quorundam in verbo ferrum, de
18 Iude. & reuocata & annullata d. licentia reuocata quoq; & annullata cēsetur fideiussio, quia annullato contractu principali annullatur & fideiussio tanquam dependens ab eo, per regulam l. cum principalis ff. de reg. iur. & c. accessorium eo. tit. in 6. & quia irritata prima causa secunda remanet sine causa, & sic in effectu inefficax l. 2. §. circa ff. de dol. excep. vt arguit Socin. cons. 22. in fine num. 20. lib. 4. & in nostris terminis Anchar. d. quæst. 67. in fin. verbis, num. 12. lib. 1. & quamuis postea noua superuenerit
19 licentia deferendi arma, tamen fideiussoris obligatio semel extincta non reuiuiscit, iuxta l. stipulatio de dote. ff. de iure dot. nec subintelligi potest, cum desint verba, sine quibus stipulatio non fit l. 1. in princ. ff. de verb. oblig. & fideiussio stipulationem requirat. l. blanditus. C. de fideiussor. pro vt deducit Ancar. d. quæst. 67. num. 10. & 11. quibus rationibus vtitur etiam ad hanc rem in suo casu Blanc. sup. citatus.

Non etiam videtur obstare, quod fauore fisci extendenda sit d. fideiussio, vt comprehendat etiam tempus nouæ licentiæ, cum notum sit plura pro ipso fisco inducta esse priuilegia
20 in iure, & de ijs extare integros titulos, quia pro responsione dicitur quod regulariter fiscus vtitur iure priuati, nisi reperiatur specialiter priuilegiatus l. idem ff. de compensat. l. cum vitiose ff. de pignor. l. de contractu, C. de rescin. vendit. l. unitas C. de iur. fisc. lib. 10. l. fin. C. de fiscalib. vsur. eo. lib. 10. l. 1. & ibi Bart. C. de conductor. procur. præd. fiscal. lib. 11. l. item veniunt, §. ait senatus vers. in priuatorum, ff. de petit. hæredit. & ibi etiam glos. & scribentes, & tradunt Cin. in l. 1. C. de petit. hære. Anchar. cons. 101. in fine sub num. 8. Fulgos. cons. 126. num. 2. Guid. pap. decis. 536. n. 2. Dec. cons. 531. n. 3. & Natt. cons. 550. nu. 6.
21 & in dubio pronuntiandum est contra ipsum quod non sit priuilegiatus, iux. l. non puto, ff. de iur. fisc. quam ita interpretantur Dec. in l. in ambiguis la pri. sub nu. 2. ff. de reg. iur. & in rubr. de iud. col. fin. in secunda lect. & in cap. ex litteris col. 3. de probat. Cagnol. in d. l. in ambiguis, n. 4. Rip. in l. 1. num. 4. ff. sol. matr. & in l. si debitor, n 7. ff. de pignor. & habetur per Couar. lib. 1. var. resol. cap. 16. nu. 1. & restringenda sunt priuilegia in casib. expressis, nec sunt multiplicanda, quia etiam in casibus & perso-
22 nis alias priuilegiatis generalis dispositio procedit, & seruatur regula communis, nisi in eo ipso

Fiscus in dubio non indicatur priuilegiatus.21.
Dispositio generalis comprehendit priuilegiatos generaliter, nisi in eo casu sint specialiter priuilegiati.nu.22.
Specialitatem allegans vel regulæ fallentiam debet probare.num.23.

CASVS QVINQVAGESIMVS NONVS.



Vm quidam impetrasset licen
tiam deferendi arma sub fi-
deiussione de eis non abuten
do, & neminem offendendo
pro certa pecuniarum sum-
ma, & exinde reuocatis om-
nibus huiusmodi licentijs eiusdem gratiæ re-
nouationem obtinuisset, & paulo post orta in
ter ipsum & alium contentione aduersarium
vulnerasset, querebatur an fideiussor ex isto de
licto teneretur ad penam promissam, an verò
1 potius esset liberandus. In quo dubio mea est
sententia, quod non teneatur, sed absolui de-
beat ex infrascriptis. Primo quia dictus fide-
iussor dicitur interuenisse pro prima licentia,
qua expirata per reuocationem, fuit statim li-
beratus nec tenetur pro secunda licentia, cui
2 non consensit, in fideiussione enim facta pro
certo & determinato tempore expeditum est,
quod eo elapso expirat fideiussio, & fideiussor
vlterius pro tempore sequenti non tenetur, ni
si denuo expræsse consentiat, & se obliget, vt
aperte probatur in l. item quæritur. §. qui im-
pleto ff. locat. & in l. si cum hermes C. eo. tit.
& in l. labeo la seconda §. sed si per fideiussores
ff. de recept. arbitr. & tradunt Alex. cons. 72.
num. 2. & 6. lib. 6. cons. 66. in tertio dub. num. 7.
lib. 7. Socin. cons. 21. col. pen. vers. quinto prædi
cta conclusio. lib. pri. Castr. in l. dies 4. sub.
num. 2. vers. aduertendum ff. de damn. infect.
Dec. cons. 93. num. 3. & 5. & in l. lecta num. 13.
ff. si cert. pet. Paris. cons. 48. num. 14. lib. pri. Al-
ciat. cons. 5. num. 15. lib. octauo Grat. cons. 126.
num. 10. cum seq. lib. 1. Menoch. cons. 212. nu.
23. & 42. lib. 3. Ias. in l. pri. num. 18. C. de iud.
Marsil. in rubr. ff. de fideius. quæst. 6. num. 98. &
seq. Gabriel. tit. de fideiussor. concl. tertia in
princ. num. 1. Blanc. de compromis. in sexta q.
principali in verbo prorogatio nu. 17. in vers.
iuxta præmissa. Strac. in tract. de mercatur. tit.
de decocto. quint. par. num. 1. Ancar. Regiens.
lib. 1. qq. familiar. quæst. 67. num. 1. Anton. The
saur. decisione pedemont. 125. num. 1. & est
opinio communis & receptissima, vt fere om-
nes præfati scribentes dicunt. Et ratio est in
3 promptu, quia cum fideiussio sit stricti iuris, &
propterea strictè interpætanda & intelligen-
da, vt minus obliget quam fierit possit, Dec.
cons. 107. sub num. 2. vers. præterea, Curt. Iun.
cons. 36. num. 5. Menoch. cons. 119. num. 6. lib.
secundo. Thesaur. d. decis. 125. sub num. 2. ad fi-
4 nem, merito extendi non debet, neq; de re ad
rem, neq; de loco ad locum, neq; de casu ad
casum, neq; de tempore ad tempus, vltra quã
sonent verba ipsius obligationis. Socin. cons.
64. col. 4. num. 5. & 6. lib. tertio. cons. 62. num. 5.
& seq. lib. quarto. Ias. cons. 159. col. 1. lib. secun-
do. Dec. in l. 1. post princ. C. de transact. vbi ce-
teros refert.

Secundo quia habemus decisionem Bart. in
5 l. Lucius la seconda. §. Paulus. post princ. ff. de
administr. tutor. quod fideiussor Castellani re-
cipientis castrum in custodiam vsq; ad sex mẽ-
ses, illis finitis non tenetur amplius, si castrum
perdatur ex mala custodia, licet illis elapsis
Castellanus remanserit ad custodiam, quam
determinationem sequuntur Alex. d. cons. 72.
sub nu. 2. & 5. lib. 6. & d. cons. 66. sub nu. 7. lib.
7. Dec. d. cons. 93. sub nu. 4. in fin. & in d. l. le-
cta sub nu. 13. Socin. in d. cons. 21. col. pen. nu.
11. Ias. in d. l. pri. sub nu. 18. C. de Iud. Gabriel.
tit. de fideius. concl. tertia limit. secunda nu. 4.
Strac. in d. tit. de decoctor. par. 5. sub nu. 1. The-
saur. d. Decis. 125. sub nu. 11. post vers. ex qua
responsione.

Tertio quia & simplex fideiussor potestatis
6 ingredientis aliquod officium duraturum per
certum tempus, non tenetur nisi pro tempo-
re quo durat d. officium, adeo quod si in eo cõ
firmetur pro alio tempore, non tenetur fide-
iussor pro illo nouo tempore confirmationis,
vt decidit Bald. in l. si cum hermes nu. 2. C. lo-
cat. & sequuntur Socin. d. cons. 21. col. pen. nu.
11. lib. pri. Stracca d. 5. par. sub nu. primo. Mar-
sil. in d. rubr. ff. de fideiussor. num. 105. vers. &
pro istis. & Ancar. d. q. 67. nu. 2. lib. 1. Hinc con-
suluit Decian. in cons. 72. lib. secundo per to-
tum, quod fideiussor Massarij montis Pietatis
7 pro vno anno teneatur ad debitum factũ per
d. Massarium in d. anno tantum, & non ad fa-
ctum in secundo anno, quo d. Massarius fide-
iussores non renouauit, nec ad factum in ter-
tio anno, quo Mass. recepit alios fideiussores,
& loquitur præcise secundũ terminos nostros,
quando tempus non erat explicite præfixum
in fideiussione, sed tantum erat præfinitum per
relationem ad tẽpus, pro quo ille assumptus,
8 & electus erat *Massarius*. Et ipse etiam alias iu
dicaui secundum hanc partem, quod fideius-
sor officialis publici pro certo tempore, non
teneretur ad debita facta post illud tempus,
quo perseuerauit in officio, sed tantum ad ea,
quæ respiciunt illud ipsum tempus, ad quod fi
deiussio fuit restricta, & per magistratum rece
pta, a quibus non potest excusari, quia fideius
9 sor ad tempus tenetur vltra illud tempus & eo
elapso de gestis infra tempus, pro quo fideius-
sit vt not. Bald. in l. si cum hermes sub num. 3. &
4. vers. quærit etiam vtrum C. locat. Alex. cons.
72. fere per totum lib. sexto. Strac. tit. de deco
ctor. par. 5. sub n. 1. Dec. in l. lecta. num. 13. ff. si
cer. pet. Anton. Thesaur. Decis. pede. 125. n. 11.
& 14. & D. Decian. d. cons. 72. lib. 2.

Quarto quia cum reuocata fuerit licentia,
causa fideiussionis dicitur finita, vt infra dicã,

& renouatio

&renouatio eiusdem licentiæ non dicitur eadem cum prima concessione, sed est noua & diuersa licentia, etiam secundum proprietatem verborũ, quia dicitur propriè renouari, quod de nouo fit post lapsum temporis in dispositione prima appositi, in qua quidem renouatione fideiussores, qui in prima dispositione interuenerunt, adhibendos esse de necessitate, & alioquin non teneri, concludit aperte Castr. in d. l. dies, sub numero 2. ff. de damn. infect.
11 vbi etiam fortius vult, quod & in prorogatione actus interuenire debeant, & alias non censeantur obligati, licet ipsa prorogatio fiat durante adhuc & non expirata primo actu & dicatur eadem res cum prima, per l. sed & si ma-
12 nente, ff. de precar. & etiamsi in ipso primo actu dictum esset de eo prorogando, & allegat d.l. labeo §. fin. iuncto principio illius legis, ff. de recept. arbitr. & notata in d l. lucius §. Paulus ff. de adminis. tutor. quod dictum Castrens. approbat Blanc. in tract. de comprom. in 7, q. principali in verbo prorogatio, num. 17. vers. iuxta præmissa quæro in fine, illud etiam sequitur Apostill. ad Bald. in d. l. si cum hermes. C. locar. in littera. B. & istud idem tenet nihil tamen de prædictis allegans, nec ita declaratus Ancar. d. quæst. 67. num. 3. in fine & num. 11. etiam in fine.

Nec videtur obstare, si dicatur quod talis fideiussor non dicitur obligatus ad limitatum tempus, sed potius pure & simpliciter absq; appositione alicuius termini & præfinitione tem-
13 poris, & quod propterea tenetur ad pœnam promissam etiam pro tempore nouæ concessionis ex communi scribentiũ opinione, quod quando obligatio fideiussoris non est restricta & limitata ad certum tempus, sed est simplex licet solutio & effectus differatur ad certum tempus, si fiat prorogatio, fideiussor non dicitur liberatus, sed adhuc tenetur pro tempore prorogato, vt tradunt Alex d. cons. 72. num. 2. & 6. lib. 6. & d. cons. 66. in 3. dub. sub n. 7. lib. 7. Socin. d. cons. 21. col. pen. uers. quinto prædicta conclusio lib. pri. Grat. d. cons. 126. num. 10. & seq. lib. 1. Ias. in d. l. prima, sub nu. 18. C. de iud. Strac. de decoctor. d. par. quint. sub num. 1. Marsil. in d. Rubr. ff. de fideius. quæst. 6. nu. 98. & seq. Blanc. in loco citato, sub d. num. 17. Ancar. d. q. 67. nu. 1. & Thesaur. d. Decis. 125. num. 4. vers. pro concordia, vbi plures alios adducit.

Quoniam respõdetur quod imo ex legis di-
14 spositione censetur duntaxat obligatus durante prima licentia, & sic vsq; ad eius reuocationem, & successiue ad tempus limitatum idest durante tantũ dicta licentia, secundum cuius tenorem fideiussit, cum sermo simpliciter pro-
15 latus de primo tantum actu intelligatur, per regulam l. boues §. hoc sermone, ff. de verb. sign. & maxime in materia odiosa, & pœnali, vt in propriis nostris terminis ad obiectionem hãc respondet Ancar. d. q. 67. num. 5. & seq. & opti-
16 me facit Blanc. in d. verbo, prorogatio nu. 17. vbi æquiparat quod tempus sit limitatũ a partibus, vel a statutis in hoc proposito, nec vt subijcit Ancar. sub n 9. in fine, censetur fideiussor se obligasse respectu temporis, quo reuocata esset licentia; quinimo cum per reuocationem licentiæ cessauerit causa fideiussionis, cessare debet & obligatio fideiussoris, vt dicit Ancar. d. q. nu. 4. per illud vulgatum dictum, causa
17 tum perimit causa perempta suum, de quo per gl. in cap. ita quorundam in verbo ferrum, de
18 Iude. & reuocata & annullata d. licentia reuocata quoq; & annullata cẽsetur fideiussio, quia annullato contractu principali annullatur & fideiussio tanquam dependens ab eo, per regulam l. cum principalis ff. de reg. iur. & c. accessorium eo. tit. in 6. & quia irritata prima causa secunda remanet sine causa, & sic in effectu inefficax l. 2. §. circa ff. de dol. excep. vt arguit Socin. cons. 22. in fine num. 20. lib. 4. & in nostris terminis Anchar. d. quæst. 67. in fin. verbis, num. 12. lib. 1. & quamuis postea noua superuenerit
19 licentia deferendi arma, tamen fideiussoris obligatio semel extincta non reuiuiscit, iuxta l. stipulatio de dote. ff. de iure dot. nec subintelligi potest, cum desint verba, sine quibus stipulatio non fit l. 1. in princ. ff. de verb. oblig. & fideiussio stipulationem requirat. l. blanditus. C. de fideiussor. pro vt deducit Ancar. d. quæst. 67. num. 10. & 11. quibus rationibus vtitur etiam ad hanc rem in suo casu Blanc. sup. citatus.

Non etiam videtur obstare, quod fauore fisci extendenda sit d. fideiussio, vt comprehendat etiam tempus nouæ licentiæ, cum notum sit plura pro ipso fisco inducta esse priuilegia
20 in iure, & de ijs extare integros titulos, quia pro respõsione dicitur quod regulariter fiscus vtitur iure priuati, nisi reperiatur specialiter priuilegiatus l. idem ff. de compensat. l. cum vitiose ff. de pignor. l. de contractu, C. de rescin. vendit. l. iustas C. de iur. fisc. lib. 10. l. fin. C. de fiscalib. vsur. eo. lib. 10. l. 1. & ibi Bart. C. de conductor. procur. præd. fiscal. lib. 11. l. item veniunt, §. ait senatus vers. in priuatorum, ff. de petit. hæredit. & ibi etiam glos. & scribentes, & tradunt Cin. in l. 1. C. de petit. hære. Anchar. cons. 101. in fine sub num. 8. Fulgos. cons. 126. num. 2. Guid. pap. decis. 536. n. 2. Dec. cons. 531. n. 3. & Natt. cons. 550. nu. 6.
21 & in dubio pronuntiandum est contra ipsum quod non sit priuilegiatus, iux. l. non puto, ff. de iur. fisc. quam ita interpretantur Dec. in l. in ambiguis la pri. sub nu. 2. ff. de reg. iur. & in rubr. de iud. col. fin. in secunda lect. & in cap. ex litteris col. 3. de probat. Cagnol. in d. l. in ambiguis, n. 4. Rip. in l. 1. num. 4. ff. sol. matr. & in l. si debitor, n 7. ff. de pignor. & habetur per Couar. lib. 1. var. resol. cap. 16. nu. 1. & restringenda sunt priuilegia in casib. expressis, nec sunt multiplicanda, quia etiam in casibus & perso-
22 nis alias priuilegiatis generalis dispositio procedit, & seruatur regula communis, nisi in eo

ipso

ipso casu, de quo agitur, reperiatur adesse speciale priuilegium, vt no. Bal. in l. in fraudem, §. fin. per illum tex. ff. de milit. testam. Dec. consi. 325. col. fin. nu. 8. & in l. 1. nu. 8. ff. de reg. iur. & in proposito nostro cons. 531. sub num. 3. adeo quod oporteret, quod tuentes partes fisci ostenderent illum in hoc habere priuilegium, quia habēs pro se regulam dicitur habere intentionem suam fundatam, & alleganti fallen
23 tiam, exceptionem, vel specialitatem incumbit onus probandi per tradita per DD. in l. 1. ff. de reg. iu. vbi præcipue Dec. nu. 6. & 7. & Hyeronim. Cagnol. nu. 21. qui alios adducit, quod quidem aliquem ostensurum non credo, cum istud nō reperiam inter fisci priuilegia diligēter enarrata per eos, qui de eis particulariter
24 tractarunt, & quod magis est cum contrarium inueniam decisum per Barto. Bald. & alios supracitatos in secundo & tertio fundamentis, qui loquuntur in fideiussoribus erga publicū præstitis, & pro eo interesse publico, & fiscali etiam, & adest in indiuiduo in casu isto decis. Anch. d. q. 67. & tex. in d. l. si cum hæres. C. locat. loquitur in conductione vectigalium publicorum, text. etiam in d. l. item quæritur, §. qui impleto in ver. eadem causa, ff. eod. tit. vult hoc procedere etiam in conductore prædiorū Reipublicæ, adeo vt oppositio ista iuridica nō videatur, & firma maneat conclusio supra firmata secundum regulam communem.

EPITOME.

An statutum vel decretum secularium bānitos impune offendi & occidi permittens, & offendentibus & occidentibus indulgentiam propriorum delictorum & etiam præmia concedens, comprehendat clericum bannitum, ita vt quis illum impune offendere & occidere possit, & gratiis prædictis gaudere, & dato quod non, quid sit in clerico, qui deposito habitu & tonsura clericali incedit vt laicus, & immiscet se enormitatibus, & an & quando talis amittat priuilegium fori Ecclesiastici, & iudicari possit a Iudice seculari.

SVMMARIA.

Statuta vel decreta secularium permittentia bannitos impune occidi non comprehendunt occidentem clericum bannitum. nu. 1.

Limitatur tamen in Clerico se immiscente enormitatibus. nu. 7. 10.

Fictio non debet plus posse, quam veritas. 2.

Mora debitoris non debet plus tribuere creditori, quā si debitor vere soluisset. 3.

Quod directo negatur non debet per indirectum concedi. nu. 4.

Nemo dat quod non habet. nu. 5.

Indulgentia concessa delinquentibus se inuicem occidentibus vel capientibus comprehendit delinquentes in personam clerici. 6.

Clericus ut amittat fori priuilegium requiritur trina monitio. nu. 8.

Temporis diuturnitas idem operatur quod trina monitio. nu. 9.

Clericus an amiserit priuilegium vel non, indicat Iudex Ecclesiasticus. nu. 11.

Clericum se dicenti, est per Iudicem laicum assignandus terminus ad iustificandum. nu. 12.

Et ad quem effectum iudex, d. terminum assignet. 15.

Iudex ex off. tenetur quandoque defensionem rei perquirere. nu. 13.

Excommunicatio incurritur per Iudicem secularē punientem Clericum in casu non permisso. nu. 14.

Clericus incedens vt laicus, vt absque trina monitione priuetur fori priuilegio, requiritur vt diu perseuerauerit, se enormitatibus immiscendo 16.

Alias requiritur. d. monitio. 17. Licet multi teneant quod & data perseuerantia nihilominus requiratur d. monitio. nu. 18.

Intellectus c. cum non ab homine. & c. perpendimus, de sent. excom. nu. 19.

Clericus etiam in sacris constitutus, qui dimisso habitu, aliquod enorme crimen commiserit, potest secundum aliquos a Iudice laico puniri, licet non præcesserit trina monitio. nu. 20.

Contrarium tamen magis placet. nu. 21.

Clericus, an propter incorrigibilitatem amiserit priuilegium, iudicat Ecclesiasticus. 22.

Libertati Ecclesiasticæ, & religioni est fauendum in dubio. num. 23.

CASVS SEXAGESIMVS.



EXtantibus ob hominū hodierni tpis maximam peruersitatem & incredibilem nequitiam in plurib. mundi partibus Principum seculariū decretis & constitutionib. contra bannitos, qđ possit impune offendi, & occidi, concessis ēt plerunq; talib. offendentib. & occidentib. indulgētiis propriorum criminū, & præmiis, vt similib. malis hoibus prouincia purgetur, & publica ac priuata quies & tranquillitas nō turbetur. Dubitatū qnq; fuit, an talia Decreta cōprehendant Clericū bannitū ita vt quis illū impune offendere & occidere
1 possit & gratiis, vt supra concessis gaudere. In qua dubitatione reperio Sacrum Consilium Neapolitanum determinasse pro opinione negatiua, vt refert Vincent. de Franch. decis. 463. numero primo, & 2. in tertia parte, & hoc ea ratione, quia Decreta ista secularium intelligantur respectu eorum, in quos ipsi seculares habent

habent Iurisdictionem,& non aliorum,qui eo rum Iurisdictioni non sunt subiecti, & quia quemadmodum si Clericus esset in posse Curiæ secularis, non posset per eam condemnari ad pœnam mortis naturalis verè, ita nec poterit fictè,cum non possit plus fictio, quam veritas l. filio quem pater ff. de liber. & posthu. quam rationem probat etiam tex. in l. fin. C. de iis qui veni. ætat. impetr. & ponit Bart.cons. 100.a Domino Cino nu.9.lib.1. facit quod di-
3 citur de mora debitoris,quæ plus tribuere nō debet creditori, quam fuisset habiturus, si debitor vere soluisset.l. item si verberatum.§. fin. ff. de rei vendicat. l. cum res 49. §. fin. ff. de leg.1.& si aliter diceremus, non parum resul-
4 taret absurdum, quod scilicet seculari Curiæ permitteretur per indirectum cōtra Clericos, quod directò ei prohibetur,quod est cōtra nostras iuris regulas vt in cap. cum quida vna via. de reg.iur.in 6.& in ca.pri.de Cleric.coniugat. eod.lib.& in l.scire oportet §.si mater, ff. de tutor.& curato.dat.ab his.cum similibus, nec possunt decreta secularium subditis concedere aduersus Clericos facultatem, quam ipsimet
5 non habent.l.nemo plus iuris,ff.de reg.iu.l.traditio,ff.de acquir.rer.domin.cap.nemo potest plus iuris.de reg. iur.in sexto.& c.nuper,extra
6 de donat.inter virum & vxor. Dictæ tamen cōclusioni obstare videtur,quod idem Franc.postea dixit decis.499. dum concludit, quod indulgentia concessa delinquentibus admuicē se occidētibus vel capientibus exceptis sacrilegis intus Ecclesiam,venit concedenda ei qui extra Ecclesiam commisetat sacrilegium in personam Clerici. Nisi dicatur quod non obstat ista determinatio priori decisioni, quia per indulgentiam concessam delinquentibus, qui alios delinquentes occidant, vel capiant, non permittitur offensio Clerici non suppositi iurisdictioni indulgentium, sed solummodo agitur de cancellando & annullando condemnationem iam sequutam propter offensionem factam Clerico, & sic agitur de abolitione pœnæ iam incursæ propter delictum in Clericum commissum ante emanatam indulgentiam; si enim concessa tali indulgentia laicus, qui offenderat Clericum extra Ecclesiam, & ob id sacrilegus erat effectus, occidat vel capiat alium delinquentem laicum,certe gaudebit tali indulgentia prout dicit Franch.d.decis.499. quia est casus comprehensus in Decreto,quod excipit tantum sacrilegos intus Ecclesiam,nec per hoc contrariatur priori decisio. 463.quia non dicitur in secunda, quod vigore dictæ indulgentiæ liceat delinquenti occidere vel capere clericum delinquentem, qui non sit sacrilegus intus Ecclesiam, cuius contrarium deciditur in d.decis.463. adeo quod casus vtriusq; decisionis sunt diuersi,& nulla inter eos considera tur contrarietas.

7 Retenta igitur dicta conclusione, vt supra per me corroborata, eam limitat Franch. dicta decis.463.non procedere,quando Clericus bā nitus publice armatus & maxima hominū multitudine sociatus per vias publicas accedebat, committendo furta,rapinas, homicidia, & alia delicta enormia,& turbādo publicam quietem, ex qua emanarunt decreta, quia etiam
8 quod trina requiratur monitio, vt Clericus amittat priuilegium fori, iuxta cap. in audientia,de senten. excommunic.cum ibi not.tamen hoc non procedit in eo, qui dimisso habito est inueteratus in aggressuris,& tirannijs,quia in
9 isto idem operatur diuturnitas tēporis,quod trina monitio secundum opinionem Ancha-
10 ran. in capit. ea quæ,in 12. quæst. versic.quandoque dimittit,de reg. iur. in sexto, quæ videtur communis,vt per Boss.in pract. crimin. tit. de foro competen.num. 139 & per Couar.lib. pract.qq.cap.32.post numerum secundum,versic.tertio his erit,& quam communem, veriorem & obseruatam dicit Franch. dicta decisio. 463.nu. 5. cum seq. vsque ad finem,& secundū quam ait factum consilium iudicasse in facti contingentia ad fauorem occidentis,quia Clericus videbatur priuatus priuilegio fori & cōsequenter vti laicus poterat offendi. Ego tamen alias,dum quidam fabricationis falsæ monetæ reus in flagranti crimine & in mero laicali habitu repertus, allegaret se esse Clericū, & ob extremam eius paupertatem non posset hoc probare, aperiret tamen viam, per quam id verificari posset dicendo vbi, a quibus,& quando Clericatus sacros ordines sumpsisset, & quo in loco litteræ testimoniales, & parentes clericatus sui reperirentur, & nonnulla alia delicta a se diuersis in locis commissa etiā non leuia fateretur, nolui eum condemnare vti Clericali priuilegio priuatum,& veluti lai-
11 cum.Sed ex quo cognitio,an Clericus a seculari iurisdictione exemptus etiam in criminalibus secundum commu. opinionem Ioan.Campeg.inter consi.Alex.de Neu.consi.56.nn.pr.late Clar.in pract.crim.q. 36.num.1.& Bonacos. lib. 1.com.opin.crim.in verbo Clerici in Criminalibus, in princi. amiserit,vel ne priuilegium fori,spectat ad iudicem Ecclesiasticum,& interim iudex secularis non potest procedere, sed debet supersedere,vt dicunt Bal.in l.si qua per calumniam,num.4.C. de Epis. & cler. Afflict.in consti. Regn. lib.pri.Rubr.tertia super constitutione apostatantes, nu.11.post versic. quibus addo,Clar. in pract. crim. q. 36.nu.21. vers. regulariter autem Couar.lib. pract qq.c. 33.in principio, & nu.1.Bonacos.lib.1.comm. opin.crim.in verbo Clericus,an quis sit,& optime Decian.in tract.crim.lib.4.c.9.num. 110. vers. quamquam autem tom.pr. Bertaz.consil. crim.78.in fin.num. 10.lib. 1.& plures alii,qui omittuntur,cum de hoc sit tex.clarus,in c.si Iudex laicus de sent.excom.lib.6. & pulchre ponit Ioan de Campeg. inter consi. Alex.de Neu. consi.56.in fin.n.16.& latius postea ipse Alex. de Neu.consi 59.n.27. vers. aut captus fuit,& Angel.

Angel.de Castr.in consi.61.in fine, num.5.cum
subscriptione Ioan.Bapt. Rosel. inter consi.ip-
sius Alex.de Neuo, quicquid idem postea di-
xerit d.consi.59.nu.28.versic. sed superest,dixi
quod cum adhibita aliqua diligẽtia posset ha
beri veritas de eo, quod reus asserebat ad de-
clinandam iudicis secularis Iurisdictionem,&
carceratus nõ posset ob eius inopiam hoc pro
bare,nec expensas necessarias facere,& nullus
pro eo compareret, Iudex ex off. tenebatur
hoc inquitere, quia videbatur captus implora
re officium ipsius Iudicis, vt de hoc se informa
ret, cum ipse id faciendi commoditatem non
12 haberet, erat enim assignandus terminus reo
ad dictum suum iustificandum, quod respicie-
bat iurisdictionẽ Ecclesiasticam,vt dicit Mar-
sil.singul. 70. incipient.Iudex laicus ad finem,
versic.& teneas menti, & in tract.de bannit. in
verbo Ecclesiæ,num. 132.versicu. & subdit,sed
reo non valente aliquid facere præ inopia,alle
gante tamen exceptionem,quæ probata obsta
13 ret, & modum & normam eam comprobandi
docente,debet Iudex ipse ex off. perquirere,&
veritatem indagare per ea, quæ in illis & etiã
durioribus terminis tradunt Marsil.in repet.l.
vnic.C.de rapt.virg.num. 206.& pluribus seq.
vers.item quod statutum, Gram.in eius consil.
1. posito in decis. suis Neap. post decis. 105.&
qq.quasdam subsequentes, num.24.& seq.ver
sic.& licet acta,Bonacos.in pri.parte comm.o-
pin.criminal. in verbo Clerici in criminalibus
versic.& ideo, Decian.in tract. crimin lib.4.c.
9.nu.121. vers. poterit etiam Iudex secularis,
præsertim autem cum agatur de periculo ani-
14 mæ,propter pœnam excommunicationis,quæ
incurritur per Iudicem secularem punientem
clericum,quasi quod violet immunitatem fori
Ecclesiastici, vt legitur & notatur,in c.clerici,
& in c.cum non ab homine, extra de iud.& la-
te tradit Bertazz.d.consi.78.in princ.quo casu
promptus esse debet Iudex ex suo officio,& ne
mine instante.d.informationem capere,vt pul
chre tradit Marsil.in d.tracta. de bannit.in ver
15 bo delictis,num.10.& 11. versic.facit etiam a
prædicta,non quidem vt ipse pronunciet illum
esse vel non esse Clericum, aut amisisse vel non
amisisse priuilegium, sed vt videat,an vere sit
clericus, & an putet amisisse priuilegium fori,
ad finem tantum illum remittendi, si cogno-
scat remittendum, vt expresse dicit Decian.
in loco citato, & est de mente Bal.in d.l.si qua
per calumniam,sub num.4.C.de episcop.& cle
ric.& aliorum Doctorum supra adductorum,
Quod libentius feci, quia per medium tem-
pus,d.reus incesserat vt laicus,& pauca commi
serat delicta, & ea quidem non grauia præter
illud falsæ monetæ, pro quo captus erat;verissi
16 mum enim semper credidi,quod ad hoc vt cle
ricus maxime constitutus in sacris,qui dimisso
habitu & tonsura incedit vt laicus,& immiscet
se enormitatibus, non præcedente trina sui su
perioris monitione desistendi a dictis enormi
tatibus,& habitum reassumendi, beneficium,
& priuilegium fori Ecclesiastici amittat, & a
iudice seculari tanquam laicus condemnari
possit, requiratur quod in dictis enormitatib.
sceleribus, & facinoribus diu perseuerauerit,
& in sæuis, & atrocibus delictis inueteratus
17 fuerit,& alias sine dicta perseuerantia.& diu-
tina grauiter delinquendi consuetudine mini
me dictum priuilegium amittat, nisi trina mo
nitio præcedat, vt supra secundum opinionem
firmatam per Vincent. de Franch. quam vltra
adductos per ipsum sequuti sunt veluti veram
& a consuetudine receptam & magis commu-
nem Alexand.de Neu.consi.59.num.20.versic.
verum est autem,Christophor.de Castillion.cõ
si.5.in fine,sub nu.11.versi.non obstat quod di
citur se immiscuisse enormitatibus, Foller. in
pract. criminal. ciuil. in secunda par. secundæ
partis principalis in verbo, audiantur excusa-
tores,nu.47.versi.alia vero,Marsil.consi.67.nu
me.61.versi.præterea respondeo,Capijc.decis.
161.sub num.1.post medium,Conrad.in pract.
crim.tit.de inquisit.sub nu.8.in 19 fallentia,fo
lio 247.Clar.in pract.Crim. quæst.36.sub num.
23.post ver.quæro modo circa medium ibi ali-
qui vero licet transeant, Io. Bernard. Diaz.in
pract.crim.canon. in verbo data incorrigibili-
tate,c.142.sub nu.1.&ibi latius apostillator in
verbo vt tradatur Curiæ seculari sub littera.B.
Bertaz.consi.crimina. 78.nu.5.& 6.versic.vltra
quod & nu.9.versic.& cum sufficiat, lib.1.I ro-
sper.Farinac.lib.1.qq.crimin.tit.de inquisit.q.
8.nu.55.ver. sublimita secundo. Decian.in tra
ctat.crimin.tom.1.lib.4 cap.9.nu.90.& seq.ver
sic.fallit primo.Bonacos.lib.1.com. opin.crim.
in verbo Clericus assassinus circa medium.An-
gel. de Perus. inter consi.crimin.diuers.in vlt.
impressis in magna forma,consi.30.nu.19.ver-
si.secundo vero casu,& Matte.Brun.consi.115.
nu.12.& 13.in versic. vnde dixit tom.secundo.
Colleg. Patauin. in eisdem consi.diuers.consil.
pri.nu.6.& seq.versi. & hæc opinio.& Zabarel.
consi.53.nu.15.& seq.ver.licet autem tom.pri.
& alij plures qui a præfatis Doctoribus citan-
18 tur,& ita videntur intelligi tex. in c.cum non
ab homine in fine,& in ca.perpendimus,extra
de sent.excom. a quorum intellectu tota hæc
pendet disputatio,& tanto magis,quia nõ de-
19 sunt qui a.d.opinione,quam firmauimus,rece
dant,& velint adhuc trinam requiri monitio-
nem, & ea omissa Clericum maxime in sacris
non priuari priuilegio fori,etiam quod dimis-
so habitu & tonsura immiscuerit se enormita-
tibus & in illis perseuerauerit, vt per Alber. de
Rosat.de stat.lib.3.q.42. vbi post multa conclu
dit, quod exigitur monitio, & quod ita vidit
communiter seruari in practica,quam opinio-
nem sequuntur Alex.consi.8.num.2.& 3.lib.1.
Capijc. decis. 161. sub nu.2. & tertio.Afflict.in
constit. Regn. lib. 1.Rubr.3.super constitutio-
ne apostatantes,nu.10.ver.hinc sumpta occa-
sione.Cepol. latissime insistens consi. crim.11.
nu.28.

nu.28.cum plur. seq. vers. circa secundum, vbi etiam refert alios attestātes, quod ita obserue tur, & subdit quod ipse ita vidit pluries obseruari & iudicari & alij quos adducunt Clar. d. q.36.n.23. in princ. Farinac. d.q.8.nu.55. versi. sublimita pri. Decian. d.c.9. sub nu.88. & 89. & vltra eos Foller. in pract. crim. ciuil. in verbo au dianrur excusatores sub n.47. post vers. alia ve ro, Marsil. singul.383. clericus incedens. ad finem, Vulpel. licet non multum clare respons. crim.110.nu.4. Gram. vot.33.nu.11. & seq. vsq; ad finem, vbi loquitur in imputatis de diuersis criminibus enormibus, & nuncupatim etiā de falsa moneta, Matte. Brun. diffuse inter cōs. crim. diuers. consi.115.nu.67. & seq. versi. minus refragatur tom. secundo in vltimo impres sis in magna forma, Collegium Patauinum inter eadem consil. crim. diuers. cons.1. num. 10. & plur. seq. vers. sed contraria opinio tom. primo. Io. bapt. Plot. in consiliis criminalibus diuersorum primo impressis in parua forma cōs. 109.nu.25. & 27. versi. septimo etiam dicitur lib.1. Conar. lib. pract. qq.ca.32. sub nu.2. post versi. tertio his erit. & Apostillator ad Diaz. in pract. crim. canon. ca.142. in additione in verbo vt tradatur Curiæ seculari sub littera.b. ante medium versi. multis tamen, vbi etiam alios adducit & hāc ait esse communem sententiā, imo magis communē & magis veritati & æqui tati consonam, & sequendam, & contrariam non esse seruandam, & iure non probari, nulloq; modo saltem ī cōstitutis in sacris defendi posse, nisi eo in casu, quo crimen aliquod ita in Reipub. perniciem fuerit a Clerico perpetratum, vt pium sit & æquissimum contrariam admitti sententiam, præsertim si degradatio Iudicis ecclesiastici expectanda foret, subsit suspitio aliqua impunitatis, vt Couar. subdit in loco citato quem sequutus est Apostillator ad Diaz. vbi supra versic. ideoq; prima communis opinio, inquiens hoc sibi summe placere, 20 & isto etiam casu admitti posset opinio Clari d. quæst.36. num.23. ad finem versi. exempla ta men, qui post Guid. pap. decis.138. per totam & Boer. decis.69.n.16. & seq. & alios p eū relatos affirmat secundum communes decisiones & approbatas consuetudines Clericum etiam in sacris constitutum, qui dimisso habitu & tō sura aliquod enorme delictum commiserit, nulla monitione præcedente fore priuilegium amittere, & a Iudice Laico puniri posse, vt scilicet id procedere possit in vnico delicto enormissimo, & valde qualificato, non autē in simplici quantumuis graui & enormi, pro vt loquitur Clar. quem reprehendit & bene Bertaz. d. cons.78. num.5. post versic. vltra quod, & ita in puncto distinguendum dicit & Clarū ipsum saluat Farin. d.q.8. sub nu.55. post versi. sublimita secundo. & fuit distinctio Alex. de Neuo quem ipse allegat, in cons.59. sub nu.21. vers. quando autem Clericus, & cum eadem distinctione saluari pariter posset Addition. ad Alex. d. cons.8. lib. pti. in apostilla in verbo admonitione, littera B. quod propter atrocissimum delictum Clericus repertus sine habitu & tonsura potest illico capi per Iudicē secularem, & puniri sine alia sollemnitate, etiā quod nō fuerit monitus per allegata a Marsil. cons.9. num.17. vers. & ideo dixit, vbi multa ad

21 hoc allegat, quod dictum tamen expresse reprobat Apostillator ad Diaz. in loco sæpe relato in versi. ex quibus longe repellenda est, aiens esse opinionem contra sacra Canonica decreta, & contra receptissimas opiniones. Et ego vere numquam sequerer tale dictum, sed intrepidē contrarium seruatum, quia durum videtur quod nulla præcedēte monitione pro vnico delicto quantumuis grauissimo, enormissimo, & atrocissimo, vel etiam qualificato, Clericus, & si habitum & tonsuram non deferat, priuilegium fori amittat, pro qua re fa-

22 cit Felin. in cap. cum non ab homine n 9. versi. vtrum autem. extra de Iudic. vbi ex pluribus concludit quod Iudex secularis non potest appræhendere Clericum facinorosum data etiā vna incorrigibilitate, sed debet expectare quod super ista qualitate, quæ ei confert auto ritatem, fiat declaratio per Iudicem Ecclesiasticum, & fortius cum etiam non careat probabili dubitatione opinio per Franch. firmata, quod tali priuilegio priuatus sit, quando plura commiserit delicta, & in eis perseuerauerit, & multi non modicæ autoritatis cōtrarium teneant, & adhuc monitionem necessariam dicant, vt ex superius allegatis apparet,

23 & negari non possit quin in dubijs amplectēda sit opinio, quæ fauet Religioni & Ecclesiasticæ libertati, vt in puncto dicit Cepol. d. cōs. crim.11. sub nu.46. versi. item hoc, & sequenda sit semper ea sententia, quæ est tutior pro anima pro vt est illa per quā concluditur pro non amissione dicti priuilegii fori, quia Iudex secularis non remittendo Clericum delinquētem ad ecclesiasticum Iudicem potest incurrere in excommunicationem, & facere contra præceptum legis diuinæ; remittendo autē fugit omne prriculum peccati & securus est, quod Iudex ecclesiasticus faciet iustitiam, vt subiicit Cæpol. sub. eod.46. versi. vlt. hoc etiam suadet. vnde in casu de quo sup. memini iuxta opinionem meam, scriptæ fuerunt quam plures litteræ seu epistolæ ex officio ad indagandam veritatem allegati Clericatus, & tandem re mature discussa Romæ in Congregatione Illustrissimorum & Reuerendissimorum Dominorum sacræ consultæ fuit rescriptum admodum Illustri & Reuerendissimo Nuntio Apostolico Florentiæ Resideti apud sereniss. Magn. Ducem Hætruriæ, quod dictum reum dimitteret iudicandum & puniendum Curiæ seculari, quæ eum in pænam furcarum condemnauit & sententia exequuta fuit.

EPITOME.

An de iure communi bannitus impune offendi possit, & quid ex speciali statutorum dispositione, & in foro conscientię, & an in omni bannito, & ex quacunque causa etiam leui. Et an licita sit occisio, offensione simpliciter permissa.

SVMMARIA.

BAnniti non possunt de iure communi offendi, nu. 1. cum aliq. seq.

Vltionem non debet quisquam sibi ipsi permittere. 2.

Exul non reperitur ab agendo nu. 3.

Casus in quibus quis potest sibi ipsi ius dicere, remissiue. num. 4.

Statuta quod banniti possint impune offendi, vt rationi consona valent. nu. 5.

Etiam si ex leui causa fuerit quis bannitus. numero 9. 11 & 15.

Licet aliqui velint, quod iusta causa requiratur. numero 10.

Bannitos stante statuto prædicto, in foro conscientiæ licet occidere & quomodo istud procedat. nu. 6.

Et quod non procedit sine difficultate. nu. 7.

Bannitos vt sup. occidens, an bono, an malo animo fecisse præsumatur. nu. 8.

Banniti qui ex forma statuti possunt offendi poterunt etiam occidi licet istud in specie non exprimatur in stat. nu. 12.

Quod declaratur secundum aliquos procedere si essent banniti ex delicto pro quo pæna sanguinis debe retur, secus si ex leui causa. nu. 13.

Sed quod conclusio indistincte procedat magis probatur. nu. 14.

Statuta prædicta contra bannitos qua ratione edita. num. 1. & 16.

CASVS SEXAGESIMVS PRIMVS.



1 POstquam in præcedenti casu de decretis bannitorum offensionem concernentibus aliquid dictum est, non ab re hic quærendum est, an circumscriptis dictis statutis seu decretis, de iure communi possint banniti impune offendi.

Et quod non sit licita offensio, videtur probari per l. non est singulis concedendum, ff. de reg. iur. & quia iudiciorum vigor est in medio
2 constitutus, ne quisquam sibi ipsi permittere valeat vltionem. l. nullus. C. de Iudæ. & quia E-
3 xul non repellitur ab agendo. l. Papinianus e-
4 xuli, ff de minor 25. an. & quia certi sunt casus speciales, in quibus quis potest sibi dicere ius propria autoritate, notati in d. l. nullus, per scribentes, & maxime per Alberic. inter quos non reperitur expressus iste de bannito, vnde remanet sub regula communi iuxta l. 1. ff. ad Municip. & de Incol. & ita ex prædictis arguit Alberic. de Rosat. de statut. lib. 4. quæst. 16. num 4. & 5. vers. in contrarium, vbi subdit quod licet allegata in oppositum num. 1. 2. & 3. satis vrgeãt pro contraria opinione, tamen communiter vidit obtineri, quod de iure communi non possit bannitus impune offendi, eandem opinionem tenẽt Bart. in l. vt vim. num. 1. ff. de iust. & iur. Bald. de statut. in verbo, bannitus, num. 42. & seq. & iterum num. 74. & Clarus in §. homicidium num. 52. vers. plerunq; etiam vbi refert alios attestãtes hanc esse communem omnium sententiam, quam ait ipse maximam habere æquitatem, ne homines ea ex causa inter
5 se ipsos sæuiant. Quia tamen expedit, vt prouincia malis hominibus purgata remaneat in quiete, & vt homines a delinquendo remoueã tur & terreantur, scientes se postea posse impune offendi, & vt delicta non remaneant impunita, communiter per varias mundi partes, potissimum verò per Italiam, extant statuta, quod banniti possint impune offendi & occidi, quæ quidem statuta tanquam publicam vtilitatem & communem quietem respicientia, indubitanter valere firmarunt Bart. in quæst. prima incip. Lucanæ Ciuitatis statuto num. 11. post vers. contra quod & in cons. 100. visis omnibus statutis in princ. num. 1. & in cons. 188. statuto Castri plebis in fine nu. 5. & lib. 1. in l. omnes populi nu. 23. vers. pri. an valeat ff. de iust. & iur & in l. 2. in princ. C. quando lice vnicuiq. sine Iudi. se vindic. & ibi etiam Bald. & idem Bal. de statutis in verbo, bannitus, ad finem, n. 82. Alber. de statut. lib. 4. q. 17. num. 3. & seq. Abb. in ca. fin. n. 4. & ibi etiam addentes ad eũ, extra de consuetud. Felin. late in c. quæ in ecclesiarum nu 3. extra de constitut. Nell. de bannit. in prima par. secundi temp. q. pri. Castreos. in l. raptores. nu. 6. C. de Episcop & cleric. & in l. 1. nu. 2. C. quand. lic. vnicuiq. sine Iud. se vindic. Ias. in l. vbi pactum nu. 5. vers. nota etiã C. de transact. Alex. cons. 65. num. 2. lib. tertio, Deci. cons. 327. col. secunda, vers. sed tamen prædictis non obstantibus, Vulpel. respons. crim. 58. in princ. Clar. in d. §. homicidium
6 nu. 35. vers. valet enim statutum. Intantũ quod id etiam in foro conscientiæ licitum est facere, & absq; peccato, dummodo offendẽs vel occidens id faciat zelo iustitiæ, & pro publica vtilitate, & non liuore vindictæ vel delectatione effundendi sanguinem humanum, quia facit autoritate legis & vt minister & executor statuti, & sicut Iudex puniendo vel occidendo malefactorem secundum formam legis non peccat, imo meretur, ita & ille qui hoc facit autoritate legis & ob vindictam ad vtilitatem publicam, vt tradit Alber. de Rosat. de statut. lib. 4. quæst. 19. nu. 1. & seq. quem referunt & sequuntur Nell. de bannit. in secunda par. 2.

temp.

temp.q. 11. Felin.in d. c. quæ in ecclesiarum n. 14. vers. pr. quod licet, Ias. in d. l. vbi pactum n. 16. Sebestian. Sapi. in addit. ad Abbat. in d. ca. fin. sub num. 4. in apostilla in verbo occidi, vbi tamen dicit esse maximam contrarietatem inter Theologos & Canonistas, Clar. in d. §. homicidium num. 54. versic. sed nunquid, Fumus in sum. Armilla in verbo bannum sub num. 1. & in verbo, homicidium, sub num. 8. ver. si autem lex concedat, quam tamen determinationem, ego sequens Nell. in d. q. 11. in fine, libenter Theologis relinquo, cum multa possint impunè fieri & bono etiam Zelo, quæ tamen innocentiam non habeant, & immunditia non careant. Vtrum autem offendens vel occidens bannitum id fecerit Zelo iustitiæ & pro publica vtilitate & vt placeret Reip. vel malo animo, & liuore vindictæ, aut delectatione effundendi sanguinē humanum, stabitur dicto suo in foro conscientiæ secundum Felin. in d. cap. quæ in ecclesiarum, sub nu. 14. vers. vtrum autē ille. extra de constit. & dicit Clar. in d. §. homicidium, sub d. nu. 54. quod receptior est Doctor. sententia, quod in dubio si nō apparet qua intentione id fecerit, dicitur fecisse malo animo, & per consequens intelligitur peccasse mortaliter, vt per Menchiac. quem allegat de testam. in pri. par. §. 7. post num. 22. vers. vnde data & lib. 1. controuer. Illustr. & vsu frequent. quæst. c. 49. nu. 4. vers. vnde infertur, vbi tamen ipse tenet contrarium, vt tunc publicæ tantum salutis causa fecisse videatur, & proinde non peccauerit, idq; post plura ad hoc propositum adducta firmat n. 16. vers. in re autem dubia.

Proceduntq; prædicta non solum, quando quis est bannitus ex magna causa & pro graui delicto, sed etiam quando est bannitus pro leui maleficio & pro causa, quæ non videatur iusta ad inuitandum homines ad offensionem &
3 occisionem illius, nam & si non desunt tenentes huiusmodi statuta aliter non valere, quam si ex iusta causa procedant, & contra bannitos ex grauibus & enormibus delictis, vt p Clar. in d. §. homicidium sub nu. 53. vers. hæc tamen omnia, referentem Deci. de communi attestātem in d. c. quæ in ecclesiarum post nu. 14. vers. excipiuntur plures, & Menchiac. lib. 1. controuer. & Illustr. quæst. cap. 8. sub num. 41. cū plur. seque. vers. at verò inquit, vbi plura pulcra ad propositum istud congerit, & vltra cum Felin. in d. cap. quæ in ecclesiarum, num. 4. vers. primus casus est, vbi etiam subiungit ex mente aliorum, quod bannum debet esse pro culpa digna morte, & comprobari potest ex iis quæ paulo post dicemus circa intellectum statuti, quod simpliciter loqueretur de offensione, vt ad occisionem trahi possit, quando bannum erat ex causa, propter quam irrogabatur pæna mortis, & non aliter.

1 Tamen alij volunt quod indistinctè valeant talia statuta, quia non solum id statuunt propter delictum, ob quod quis est bannitus, sed etiam propter eius contumaciam & inobedientiam factam suo Principi, vt propterea si ei irrogetur mors, non fiat hoc contra iusvt declarat Nell. de bannit. in pri. par. 2. temp. quæst. pri. & tradit etiam Castrens. in l. 1. num. 3. C. quand. lice. vnicuiq; sin. iud. se vindic. & subdit Nell. ibi quod licet alias tenuerit, quod offensio & occisio permissa dicatur, quando offensus bannitus fuerat ex causa, ex qua ei capto debuisset irrogari mors, tamen nunc tenet quod permissa sit indistinctè, & certe vt dicit Clar. in loco citato inhumanū esset quod offendens vel occidens publica fide & autoritate statuti confisus deciperetur, vnde ex quacunque causa bannum procedat, tutus est & a pæna immunis offendens, vel inteficiens bannitum dicto statuto vigente, & est consideratio Bart. quem Clar. non allegat in d. cons. 188. statuto Castri plebis in fine nu. 5. lib. 1. nec vt dixi in fine præsentis casus, tenetur ipse perscrutari de validitate & inualiditate horum statutorum, & an ex causa legitima fuerint condita, vel ne, sed sibi sufficit publica fides, & autoritas, quæ impunitatem præstat, & si vt ibi dixi, licita est offensio & occisio quando statutum non meminit de occisione, sed de offensione tātum in genere, etiā si ex causa pecuniaria bannū processerit, a fortiori licita erit, quādo statutum expressè de ipsa occisione loquitur.

Sane dubium est, & non modicum, an si statutum specialiter non permittat occisio-
12 nem banniti, sed simpliciter de offensione loquatur, quod scilicet possit impune offendi, nunquid hoc casu possit etiam impune occidi? hanc quæstionem ponit Gandin. de malef. tit. de mult. quæst. dependent. a stat. ad finem num. 38. in versi. circa finem præsentis tituli, & ea ad partes disputata concludit, quod de rigore iuris, cum consuetudo generaliter interpretatur, & communis omnium opinio sit vt possit occidi, a tali opinione non est recedendum, & secundum hanc sententiam consuluit Bartol. in cons. 188. statuto Castri plebis in pri. dubio num. 1. lib. 1. pro qua ibi addentes multa adducunt, eandem opinionem post multa pro & contra allegata firmat Alberic. de Rosat. de statut. lib. 4. quæst. 18. num. 9. & seq. versi. pro pri. opinione, dicens quod dictum statutum communiter est intellectū & interpretatum, quod talis offensio mortem complectatur, & quod ita etiam obtinuit Pergami, & quod ita pariter fuit determinatum Bononiæ per Collegium Doctorum, eam etiam post longam disputationem tenet Nell. de Bannit. in secunda par. 2. tempor. quæst. septima num. 7. vers. examinatis quæstionibus, & ait quod ista pars cōmuniter tenetur, & ita seruatur, hanc etiam sequuntur Cepol. cons. crim. 5. nu. 9. & seq. versi. in contrarium videtur, Castr. in l. raptores sub n. 6. C. de Episc. & Cler. & in l. 1. nu. 3. C. quando lice. vnicuiq; sine iud. se vindic. vbi dicit ita communiter teneri. Ias. in l. in suis n. 26. versi.

imo fortius ff. de lib. & posth. dicens esse communem opinionem, Felin. in c. quæ in ecclesiarum sub n. 14. vers. & istis adde. extra de constitut. Alciat. de verb. signif. lib. secundo nu. 48. vers. hinc etiam communi sententia & Clar. in d. §. homicidium n. 55. vers. est tamen.

33 De æquitate tamen distinguẽdum videtur, quod aut est bannitus ex delicto, quod ingerit pænam mortis, & possit occidi, aut ex leuiori crimine, & non possit occidi, quia durũ est & parũ verisimile statuta intellexisse, quod bannitus ex leui causa possit interfici, vt dicit Gandin. in loco citato in finalibus verbis, quẽ referunt Alberic. de Rosat. & Nell. supracitati, & etiam Cepol. d. conf. 5. num. 12. versic. & prædicta debent intelligi & Castr. in d. l. pri. nu. 3. & quam opinionem multum sibi placere & esse rationabilem dicit idem Castrens. in l. binas ædes n. 3. ff. de seruitutib. vrbãn. prædi.

34 Sed parum de hac æquitate curandum est, nec in ea confidere debent banniti, cum de stricto rigore iuris licita sit eorum occisio, & hoc sufficeiat, vt occisor impunitus euadat, & si istud licet, quando statutum non facit mentionem de occisione, sed tantum de simplici offensionem loquitur, mu'to magis licebit quã

35 do expresse permittit occisionem, tunc enim fine aliquo dubio licita est occisio ex quacunq; causa, & ex quocunq; delicto processerit bãnum, nec tenetur occidens inquirere de statutorum validitate, & an ea leg tima de causa fuerint facta, vel ne, sed ei sufficit fides & autoritas publica, quæ sibi impunitatem præstat, & sub qua decipi non debet, vt sup. diximus, maxime quia vt dicit Castrens. in d. l. 1. sub num. 3. C. quand. lice. vnicuiq. sin. iud. se

36 vindic. statuta hæc fiunt non solum propter ipsum delictum, sed etiam propter obedientiam, & concernunt publicam vtilitatem, cui renuntiari non potest, quam rationem etiam explicauit Nell. in d. pri. par 2. temp. quæst. pri. & de ea fusius loquuti sumus supra agentes de causa ex qua ad huiusmodi sta tura sit deueniendum in vers. procederunrq; prædicta, & loquitur Castr. in bannito pro causa pecuniaria, ponens exemplum in statuto dictante, quod bannitus a centum libris supra possit impune offendi, quod inquit esse factum ut eius timore veniant ad soluendum, & ob publicam vtilitatem, & in eisdem terminis præcisis ponit etiam quæstionem Nell. in d. secunda par. 2. tempor. q. septima quam eodẽ modo resoluit quo Castr. & ante eos ita similiter loquutus est Bart. in d. conf. 188. statuto Castri plebis, lib. primo.

EPITOME.

Quod defendens se ipsum vel alium in casibus a iure permissis potest impune vti armis a statutis vel proclamatibus sub pæna vetitis & quibus alias vti non potuisset citra incursum pænæ.

SVMMARIA.

PÆna delationis armorum non tenetur, qui illis vtatur in casu licita defensionis. nu. 1. cum seq. & maxime. 3. & 6.

Concesso vno, & omne id censetur concessum, sine quo illud expediri non potest. nu. 2.

Cui mandantur sequentia videntur mandari præcedentia & econtra. 3.

Vicini uel alij ubi teneantur currere ad succursum, possunt id facere cum armis prohibitis. 4.

Et si arma non fuerint necessaria. 5.

CASVS SEXAGESIMVS SECVNDVS.



Efendens se ipsum vel alium in casibus in quibus de iure licet defendere, potest in tali defensione vti armis prohibitis, & quibus vti alias

1 non poterat, nec pro tali vsu puniri potest pæna legis aut statuti talem armorum vsum prohibentis, quia si licet vnum,

2 licet & id, sine quo illud expediri non potest arg. l. 2. ff. de iurisd. om. iud. & l. oratio ff. de sponsal. & facit vulgara iuris traditio, quod cui mandantur sequentia, videntur etiam mandari præcedentia, per quæ peruenitur ad ea l. ad rem mobilem & l. ad lega-

3 tum ff. de procurat & e contra cui committuntur præcedentia, videntur etiam commiti sequentia, sine quibus inutilis esset commissio. l. qui procuratorem eod. titulo, & ita decidit in puncto Lodouic. Carrer. in practic. crim. in §. quinto excusar defensio naturalis, numero 72. versic. sed an in casu quo licet defendere fol. mihi 170. vbi ad hoc citat Afflict. in constit. Regn. lib. pri. rub. 22. si quis mulier. violent. parient. & acclam. non succurrerit super Constit quicunque in pri. notab. sub numero primo, versi. an autem, qui dicit quod cum illa constitutio velit, quod vicini audiẽtes mu-

4 lierem clamantem teneantur velociter et occurrere, & succurrere, hic possunt hoc facere cum armis prohibitis, & cum illis impune occurrere & succurrere dictæ mulieri acclamanti, quia si est permissus succursus, dicitur etiam concessum omne id, per quod peruenitur ad succursum, per d. l. 2. & d. l. orario, quam decisionem sequitur & ex multis comprobat & veram fatetur Addition. ibi in pri. apostilla, qui dicit quod ex quo constitutio illa ne dum permittit, sed etiam iubet vicinos debere succurrere mulieri acclamanti, eamq; defendere ab inferentibus violentiam, videtur etiam permittere antecedens necessarium ad talem, defensionem,

fensionem, & sic arma quantoeunque prohibita, nec inquit esse verisimile, quod Princeps voluerit vicinos mulieri acclamanti & violentiã facienti succurrere absque armis, exponendo vitam eorum periculo, & manibus interrentium molestiam mulieri, maxime si dictæ mulieri inferretur violentia cum armis, quia tuc magis de plano possent vicini eam defendere cũ armis, & subdit, quod procedit ista opinio
5 etiam quod arma non essent necessaria in tali defensione, quia sufficit quod cum eis facilius & securius explicari possit defensio, cui rationi addi potest quod vicini non tenentur diuinare, quod defendere possint mulierem sine armis, imo potius debent credere contrariũ, & accedere armati, vt iniuriam, & violentiam repellere possint, quam potius debent cogitare factam ab armatis, quam ab inermibus, vt patet ad sensum.
6 Idem colligitur ex Afflict. co. lib. pri. const. Reg 1. Rub. 9. de illicitat portat armor. in constitutione intentionis, sub num. 4. & 5. in octauo, & nono casibus, vult enim quod non obstante statuto prohibēte delationem armorũ, quis possit ea deferre ad sui defensionem, & eis vti, si ab aduersario armis insultetur, sequitur Carer. in pract. crim. §. in textu. num. 13. ver sic. & tacit. folio 36. & optime huic resolutioni seruiunt dicta supra in similibus terminis casu 45. statutum vel bannum in toto.

Ex his pluries mandaui, quod absoluerētur a pœna delationis & vsus armorum, qui se ipsos vel alios in casibus a iure & statutis permissis defendendo ab aduersarijs & aggressoribus assumpserunt arma ex domibus, vel a potecis, aut manibus, vel lateribus personarũ rixę præsentium, & cum illis contra dictos aduersarios admenarunt, etiam quod talium armorũ vsus ipsis esset prohibitus per banna & proclamata, quia si eis licita erat defensio, licitus etiã esse debebat vsus armorum, sine quibus se defendere non potuissent.

EPITOME.

Armorum appellatione quid veniat in statutis tam circa vsum, quam respectu portationis, & quid in dentibus, vnguibus, vasibus vitreis, vel terreis, libris, pera, panis, sacculo pecuniarũ vel similibus, lapidibus, fustibus, Zappis, ligonibus, securibus, manaris, malleo, vel aliis instrumentis ferreis rusticalibus, vel ad alias artes ordinatis, & an dictis instrumentis percutiens puniatur pœna percutientis cum armis, vel aliter, & quando etiam de armorum delatione puniri possit.

SVMMARIA.

DEntes non veniunt armorum appellatione. nu. 1. & 19. & 20.

Nec Vngues. 2. & 17. & 19. & 20.

Nec vasa Vitrea, terrea, liber, saceulus, & similia. 3. & 17.

Malleo, Aceetta, Ronea, vel similibus instrumentis non principaliter ad offensionem ordinatis percutiens, tenetur pœna percussionis eum armis, non tamen pęna delationis armorum. 4.

Et est opinio, & distinctio pluries practicata. numero 6.

Licet aliqui velint quod indistincte dicta instrumenta veniant appellatione armorum in statuto. numero 5.

Accettam, Roncam, vel similia ex dd. instrumentis deferens tenetur pęna delationis armorum, si illa loco vel tempore incongruo deferat. 7.

Et maxime si constaret eum animo offendendi detulisse. 8.

Arma deferens cum licentia superioris si ipsis abutitur punitur pęna delationis secundum aliquos. numero 9.

Quod tamen non placet nisi ille in impetratione licentiæ promisisset de eis non abutendo. 10.

Grauius tamen punitur propter abusum licentiæ & illa priuandus est. 11.

De percussione cum dentibus si non adsit specialis pœna determinata poterit imponi, quæ datur pro percussione cum manu. 12. & 20.

Sed quod potius puniatur vti perentiens lapide vel baculo magis placet. 14.

In casibus non decisis proceditur de similibus ad similia etiam de iure com. 13.

Pœna statuta imposita percutienti cum aliqua re apta ad maleficium, tenetur percutiens cum re apta, licet non principaliter inuenta ad nocendum, vt cum tabula, libro uel similibus. 15.

Sed quod imo non teneatur nisi res illa sit principaliter ordinata ad maleficium, tenent aliqui. 17. & ibidem quid de gladio paruo.

Prior tamen opinio est magis practicabilis. 18.

Pila aliquem ludendo offendens, an teneatur tanquam armis offendens. 16.

Dentibus percutiens non tenetur pœna statuti de percutiente cum re apta ad maleficium. numero 19. & 20.

Dictio, alia, est implicatiua similium. 20.

CASVS SEXAGESIMVS TERTIVS.



1 VI alium dentibus percutit, aut vulnerat, pœna statuti punientis percutientem aut vulnerantem cum armis, non tenetur, quia dētes nō veniunt appellatione armorum, sed sunt pars corporis hominis, ita ĩ indiuiduo tenet Bar. in consi. 106. statuto castri plebis, n. 1. lib. 1. quem sequuntur Cæpoll. in l. cui dens nu.

nu.10.& 11. ff. de ædilit.edict. August. de Arimin. in additionibus ad Angel. de maleficiis, in verbo vno flocco ferreo, sub num. 1. in fine additionis, versic. item adde. Felyn. in cap. ita quorundam, sub nu. 2. post prin. ver. secus etiã extra de Iudæ. & Saracen. Lodouic. Carrer. in pract. crimin. §. in textu, ibi itemque eorum, n. 67. ver. quid autem si dentibus, fol. 40. Marsil. in pract. crim. §. pro complemento, nu. 17. versi. infertur Matte. de Afflict. in Const. Regn. lib. 1. Rub. de percus. illicit. cum armis super constitutione si quis aliquam. q. 4. nu. 7. ver. in cõtrarium. Ias. in §. ex maleficiis, nu. 84. vers. an autẽ Insti. de action. & Decian. in tract. crim. lib. 8. c. 2. nu. 10. vers. item dentes, tom. 2. & idem est si
3 quis alium vnguib. percutit aut vulnerat, quia nec iste pœna percutienti aut vulneranti cum armis imposita tenetur, cum & vngues non cõtineantur appellatione armorũ, nec principaliter sint ordinatæ ad nocendum, sed ad aliam operationem, & pro seruitio corporis hominis, vt dicunt Marsil. in d. §. pro complemento,
8 nu. 15. vers. ex quo infertur. Carrer. & Decian. supra citati. Plus dicunt Ias. Carrer. & Decian. in locis adductis, & Marsil. in d. §. pro complemento, nu. 16. quod percutiens, aut vulnerans cum amphora plena vino, ciato, vel alio vase vitreo, vel terreo, aut cum pera panis, aut cum libro, aut cum facculo pecuniarum non punitur pœna ordinata contra percutientem, vel vulnerantem cum armis, quia ista non sunt arma nec principaliter adinuenta ad nocẽdum, sed ad aliam operationem, quam Decisionem sequitur etiam August. de Arimin. in addit. ad Angel. de malefic. in verbo vno flocco ferreo, sub nu. primo, in pri. additione, in princip & colligitur ex Angel. de Perus. in l. si pignore. §.
4 furem, ff. de furt. cuius formalia verba inferius referam. Huic tamen dicto videntur aduersari dicta per Afflict. in Constitu. Regn. lib. 1. Rub. 9. de illicit. portatione armorum super Constit. intentionis, q. 3. nu. 11. & 12. & in d. Constit. si quis aliquem, q. 4. num. 6. & 7. quem sequitur Carrer. in dicto §. in textu. nu. 18. & 19. fol. 37. quod percutiens cum Manarra, Acetta, Ronca, Malleo, vel alio instrumento ferreo rustico, vel ad aliquas artes exercendas ordinato, vel etiam fuste, aut lapide tenetur pœna legis vel statuti contra percutientes armis, licet non contra deferentes arma, quia appellatione armorum quoad effectum percussionis factæ cum eis, veniunt etiam arma non offendibilia, licet secus quoad effectum portationis armorum, cum quo vltimo dicto, quod scilicet appellatione amorum in statutis prohibentibus delationem armorum non veniant lapides, & fustes, nec alia quæ principaliter non sunt inuenta ad offendendũ, sed ad aliũ vsum sunt adinuenta, & ordinata, tenent Amode. de syndicat. nu. 88. ver. aduertat tamen. Cotta memor. verbo armorum circa principium. Clar. in pract. crim. q. 82. statuto sexto, circa delationem armorum, nu. 4. in versi. & sciãs, inquiens ita in facti contingentia tenuisse Senatum Mediolani, licet ergo instrumenta ista non sint principaliter ordinata ad offendendum, & nocendum, & non veniant appellatione armorũ, tamen si quis alium offendendo eis vtatur debet puniri, ac si cum armis offendisset secundum Afflict. & dicit Marsil. in d. §. pro complemento, nu. 14. ver. & scias, & Bertazzol. consi. cri mi. 246. nu. 12. lib. 1. quod fustes, & lapides saltem post percussionem veniunt appell. armo-
5 rum in statutis & licet contrarium, quod imo fustes, & lapides, & huiusmodi deputata ad alium vsum, quam ad nocendum, non contineãtur in statutis appellatione armorum, & proinde percutiens cum eis nõ puniatur pœna imposita percutienti cum armis, dicant Felin. in cap. ita quorundam, nu. 2. in prin. extra de Iudæ. & Saracen. & clarius & latius Corn. consil. 199. col. fi. nu. 4. versic. quarto, & vlt. lib. 4. vbi idem dicit in Zappis, securibus, pungettis, & similibus instrumentis, Roman. in l. 1. §. occisorum num. 1. ff. ad S.C. Syllan. Alex. in addit. ad Bart. in l. hi qui ædes §. telorum in princ. apo-
6 stillæ ff. ad l. Iul. de vi publ. Opinionem tamen Afflicti in vtroq; membro pluries vidi obseruari in practica, quod scilicet simili instrumento percutiens puniatur, ac si cũ armis percussisset, postquam eis tanquam armis vsus est, non tamen puniatur pœna deferentibus arma im-
7 posita, cum dicta instrumenta deferre sibi liceat, nisi forte ea deferat tẽpore & loco incongruis, quibus non poterat illis vti ad vsum destinatum, nec ipsa operatio ad quam sint desti
8 nata, explicari poterat, & presertim si constaret, quod animo aduersarium offendẽdi ea deferret, nam tunc etiam de delatione puniretur, vt per Soci. reg. 30. in verbo, arma, in quarta fallentia in fine & est de mente Bart. in l. 1. ff. ad l. Iul. de vi publ. nu. 2. in fine, licet hoc minime placere videatur August. ad Angel. de malef. in verbo vno flocco ferreo sub nu. 1. in pri-
9 ma apostilla ante finem, imo fortius dixit Marsil. in d. §. pro complemento nu. 9. & 10. versi. & teneas menti, quod licet quis ex permissione vel licentia superioris possit arma portare, tamen si abutitur ipsis, aliquem percutiendo, puniendus est de delatione armorum, quia priuilegium meretur amittere, qui sibi concessa abutitur potestate, licet ego nunquam vide-
10 rim tales sic puniri, nisi in impetratione licentiæ promisissent de non abutendo, & pluries contrarium obseruaui, & cum hac mea opinio ne reperij concordare Decian. his iam scriptis visum in tract. crim. lib. 8. c. 3. nu. 62. vers. item aduertat, vbi relata illa decisione Marsil. dicit se ei non assentire, quia quoad delationem armorum non deliquit percutiens, cum licentiam haberet, & est quo ad ipsum perinde ac si de iure communi non esset prohibita portatio armorum, quo casu certum est, quod non posset puniri de delatione armorum, etiam si hominem

hominem occidisset, sed tantum de occiso: sub
11 dit tamē quod grauius puniretur propter abu
sum licentiæ, quia præter delictū, offendit etiā
benignitatem superioris, qui licentiam dedit,
& quod deinceps priuabitur licentia ex reg. al
legata per Marsil. & non parum lætatus sum in-
uenire Excellentis. Doct. opinionem meam
comprobantem, Marsil. tamen sequitur Carer.
in d. §. in textu n. 10. & 11. vers. item excipitur
fol. 35. vbi etiam ad idem allegat Afflict. in d.
Const. inteutionis, in octauo not. num. 35. ad fi
nem, versi. an autem, vbi ait quod priuilegiati
in portatione armorum, si portant ea ad ma-
lefaciendum, & hoc constat, possunt puniri,
etiam quod malum sequutum non sit, quia pri
uilegium debet stricte intelligi, videlicet quan
do portant arma ad nullum malum, quod mē-
ti tenendum dicit, & subdit nu. 36. quod pote-
rit cōstare, quod ad maleficium ea portarent,
si ipsi dixissent vel aliter ex coniecturis & indi
tiis posset apparere, quod ea portarent ad of-
fendēdum alium, & ad eum se remittit Carer.
vbi supra. Quicquid igitur sit in percutiente
cum dentibus & vnguibus, in percutiēte cum
aliis rebus & instrumentis supra relatis, quæ
magis facile & magis apte nocere possunt, du-
bia redditur conclusio Ias. Mars. Carer. & De-
12 cian. de qua supra. Sed cum delicta non de-
beant remanere impunita, dicendum est, quod
pro punitione sic percutiens cum dentibus
aut vnguibus, recurrendum est ad pœnam alte
rius statuti punientis percussionem cum ma-
nu, vt in percutiente cum dentibus dicit Bart.
d. conf. 106. nu. 2. lib. 1. ea ratione, quod sicut
manus est membrum, ita & dens, & quia cum
non reperiatur statutum particulare de percu
tiente cum dente, procedendum est de simili-
bus ad similia, siue de hoc sit statutum, siue
non, cum etiam de iure com. in casibus non
13 expressis recurratur ad similes, vel ad consue-
tudinem. Reperio tamen quod Afflict. in d. cō-
14 stit. si quis aliquem, quæst. 4. in fine sub nu. 7. te
net contrarium, dicens quod iste percutiens
dentibus non dicitur percussisse manu, nec pu
nitur pœna percutientis cum manu, sed puni-
tur sicut percussisset cum lapide vel bacculo,
quod mihi magis placet, quia videtur quod ta
lis pœna percussionis cum lapide vel bacculo.
magis conueniat cum pœna percussionis cum
dentibus, quam pœna percussionis cum ma-
nu, cum qua solet leuior fieri offensio, quam
cum dentibus, nec rationes Bartoli obstant,
sed potius iuuant, quia non negatur recurren-
dum esse ad similem pœnam statuti, sed dici-
tur quod magis similis & porportionabilis est
ea, quæ imponitur pro percussione cum lapi-
de vel bacculo, quam cum manu vacua.

Sane vbi statutum non simpliciter loquere-
15 tur de percutiēte cū armis sed etiā de percutiē
te cū alia re euidēter apta ad nocendū, vel ad
maleficiū cōmittendum, pro vt dictat statutū
Florētiæ lib. tertio rubr. 119. de pœna percutiē
tis aliquē cū armis, dicendū esset, quod sub ta-
li statuto cōprehenderentur omnes illes res,
quibus quandoq; vtimur ad nocendum, licet
non principaliter ad id fuerint inuentæ, & fa-
bricatæ, sed ad alium finē & ad aliam operatio
nē, & vsum ordinatæ, & destinatæ, ita vt si quis
candelabro, vel libro, aut tabulis, vel scamno,
aut alia simili re aliquem percusserit animo p
cutiēdi, teneatur pœna dicti statuti, ex quo scimꝰ
omnes quod his instrumentis percutiendo of-
fendimus & nocemus, & hoc euidenter & ex ip
sa rerum natura apparet, vt formaliter tradit
Decian. d. c. 2. num. 14. vers. sed quid si statutum
16 puniat, vbi tamen subdit quod si quis pila lu-
dens aliquem offenderit, non putat eum dicto
statuto comprehendi, nisi etiam animo noce n
di in eum inijceret pilam.

17 Contrarium tamen tenet expresse August.
ad Angel. de malef. in verbo, vno stocco ferreo
sub nu. 1. in pr. apostilla vbi loquens in statuto
Perusino punctualiter dicente quod si quis of-
fenderit aliquem cum armis, vel re aliqua apta
ad nocendum, ait statutum non comprehende
re illum, qui percussit aliquem cum amphora
plena vino, vel cum vase vitreo, vel terreo, &
quod ita semel practicatum fuit in vno, qui p-
cusserat cum pera, in qua erat panis, & exiuit
sanguis, & non fuit punitus tanquam percu-
tiens cum armis, quia ista non sunt principali-
ter ordinata ad nocendum, & fuit originale di
ctum Angel. de Perus. in l. si pignore §. furem in
princ. ff. de furt. vbi formaliter ait, quod ea di-
cuntur apta ad nocendum, quæ principaliter
secundum ordinationem naturæ possunt noce
re, quia alias pauca sunt, quæ nocere non pos-
sunt, & quod istud vidit de facto Perusii in sta-
tuto puniente percutientem in Platea cum
re apta ad nocendum in perditione manus,
quia quidam rapiendo per vim de manibus ca
ponem, scidit manum rustici cū arido vngue,
& pronuntiatum fuit non debere eum manu
priuari, quia ille vnguis non est ordinatus na-
turaliter ad nocendum, & quod idem dicen-
dum est in percutiente aliquem cum vno pane,
vel linteo, & subdit ad finem num. 2. pro hoc
bene facere textum in auth. de arm. vbi gladi-
us ad incisionem panis ordinatus, vel ad tem-
perationem pennarum, quia non est principa-
liter ordinatus ad offensam, non cōtinetur ap-
pellatione armorum offendibilium vt ibi dicit
glos. & non est alibi, & hoc verius est, licet in
18 practica durum esset recedere ab opinione
Decian. & maxime cum idem seruetur quan-
do statutum simpliciter de percutiente cum ar
mis loquitur vt supra dixi ex Afflict. & alijs.
19 Non tamen sub hoc statuto comprehenditur
percutiens dentibus vel vngue, pro vt vidi pra
cticari in quodam, qui alterum dentibus per-
cutiendo in naribus, abstulerat quandam ipsa
rum narium partē cum deturpatione, & vitu-
peratione faciei perpetuo remansura, qui fuit
excusatus a pœna statuti pro tali percussione
facta

facta cum aliqno genere armorum, vel alia re
euidenter apta ad maleficium committendũ,
quasi quod statutum intellexerit de percussio-
ne facta cum rebus & instrumentis separatis a
persona offendentis, & manufactis, non au-
tem cum membris vel partibus corporis ipsi-
us percutientis, maxime ponderando quod
dum statutum dixit de percutiẽte cum aliquo
genere armorum, statim subiecit vel alia re eui
denter apta ad maleficium committendum, vt
sic cum arma sint instrumenta manufacta, &
ab homine separata, ita cæteræ res ad no-
cendum aptæ debeant esse manufactæ & ab ho
mine separatæ, per illam dictionem, alia, quæ
10 est implicatiua similium vt est glos. com. ap-
probata in l si fugitiui in glos. in verbo alia pæ
na. C. de ser. fugit. & ad hoc optime facit deci-
sio Angel. de Perus. in d. §. furem, ex qua col-
ligitur statutum de percutiente cum re apta
ad nocendum, intelligi nõ de omni re quæ po-
test nocere, sed de ea tantum quæ principali-
ter & naturaliter ordinata est ad nocendum:
alia ergo pæna, quam dicti statuti puniendus
erit sic percutiens alium dente vel vngue vt su-
pra ostendimus in vers. sed cum delicta non de
beant remanere impunita.

E.P I T O M E.

An milites Hierosolymitani vulgo nun
cupati Equites Rhodi seu Melitæ e-
xercentes officia pro Principibus se-
cularibus & in eis delinquentes pos-
sint per dictos Principes vel eorũ mi-
nistros seculares puniri, an vero sint
remittẽdi ad Iudices & ministros pro
priæ eorum Religionis.

S V M M A R I A.

EQuites Rhodi seu Melitæ delinquentes in officijs, quos pro Principibus secularibus gerunt, puniri debent per Iudices eorum Religionis. 1. & 8.

Et idem in Clericis. 3.

Equites Melitæ sunt exempti a seculari iurisdictione. num. 2.

Aliqui tamen dicunt consuetudinem esse in contrarium. nu. 4.

Sed non debet attendi. nu. 5.

Consuetudo quod Laicus possit inquirere, vel punire Clericum non valet. 6.

Licet sit præscripta & sciente Papa. 7.

Clerici vel similes, qui a iudicibus secularibus puniri non possunt, non debent ad off. publ. secularia admitti. 9.

Et valet lex vel statutum quod ad ea non admittantur. 10.

CASVS SEXAGESIMVS QVARTVS.



DVbitatum fuit, an Milites Hie
rosolymitani olim nuncupa-
ti equites Rhodi, quia ibi eo
rum erat residentia, nunc ve-
rò equites Melitæ, dicti ob
eorum domum & conuen-
tum in ea Insula existentem, qui exercent ali-
qua officia secularia sub Principibus secula-
ribus, si in illis officijs deliquerint, vel in Syn-
dicatu habuerint quætelas, possint iudicari
& puniri ab ipsis Principibus, vel ab eorum
Iudicibus & ministris secularibus, an verò
remittendi sint ad ipsorum Iudicem & Ma-
1 gnum Magistrum. Et ego fui in voto, quod
Principes seculares & eorum Iudices non
possent contra eos procedere, sed deberent
2 eos remittere ad eorum Iudicem competen-
tem, & sic ad magnum Magistrum, quia isti
milites sunt Deo dicati, non ducunt vxores,
& dicuntur vere Religiosi, & appellantur fra-
tres Hospitalis S. Ioannis Hierosolymitani,
& sunt de foro ecclesiastico, & exempti ab om
ni secularium iurisdictione vt patet ex bullis
plurium summorum Pontificum descriptis in
fine voluminis statutorum Religionis dicto-
rum equitum, & tradit in puncto Felin. in cap.
2. sub numero 8. versic. item subdunt moderni,
extra de fo. compet. quem sequitur Decian. in
tract. crim. lib. 4. cap. 9. numero 36. vers. sexto
idem dicendum tom. pri. & latissime ostendit
Cacheran. multa adducens decis. Pedem. 27.
numero 18. vers. quibus non obstantibus, ex
quo infertur quod sicut Clericus admissus per
3 Principem secularem ad aliquod officium se-
culare, si in ipso off. delinquat, non potest ab
ipso Principe vel alio Iudice seculari puniri,
ita nec isti milites eiusdem fori priuilegium
habentes, pro vt in Clerico dicunt Couar. lib.
pract. qq cap. 33. sub numero 6. post vers. cle-
rici autem, qui dicit esse com. opinionem, li-
4 cet apud Gallos minime receptam. Clar. in
pract. crim. quæst. 36. numero 25. vers. pone
quæro. vbi & ipse dicit communem, sed non ob
seruatam in Gallia, & subdit quod videmus
quotidie. Principes seculares tales clericos
etiam in sacris constitutos priuare officio, &
etiam multare pænis pecuniariis, vbi qualitas
facti hoc exigit, licet forte de iure male susti-
neri posset. Prosp. Farinac. lib. primo quæst.
crim. tit. de inquisitione, quæst. 8. numero 98.
versi. & propterea si Clericus, qui pariter asse-
rit communem de iure, licet de consuetudi-
ne contrarium seruetur ex testimonio Clar.
Decian. d. cap. 9. numero 143. versi. decimo no-
no limitatur & nouissime Vincent. de Franch.
postea visus Decisio. Neapol. 479. numero 3.
Nec obstat quod aliqui teneant contrarium,
vt per Decian. vbi supra, & præter eum per
Marsil. sing. 694. apud omnes post principium
versi.

vers. tene tamen menti perpetuo, & per Conrad. in pract. crim. tit. de inquisit. sub nu. 8. in 16. & 17. limitationibus fol. 247. quia eorum dictum non est uerum, nec hoc cautum iure reperitur, vt dicit Decian. in loco citato, vbi etiam respondet ad ea quæ per tales contradictores allegantur. Nec vim facit consuetudo
5 in contrarium, de qua attestantur tot celeberrimi Doctores, quia vt fatetur Clar. male de iure sustineri potest plus ego dico quod nõ va
6 let consuetudo, quod laicus possit inquirere vel punire Clericum de delicto, quia esset irrationabilis, & contra ius diuinum, quo Clerici sunt exempti a iurisdictione secularium, vt optime ostendit Decian. d. c. 9. num. 10. vers. tertio extende, vbi adducit ca. clerici cum ibi notatis per scribentes communiter extra de iudic. & alia iura & autoritates Doctorum,
7 quod procedit etiam si esset præscripta tanto tempore, de cuius initio memoria non extaret, vt subiungit Decian. num. 14. vers. extenditur prædicta conclusio, & etiam si Papa conscius fuisset de tali consuetudine, & nihil dixisset, quia licet iura imprescriptibilia, sciente principe præscribantur, hoc tamen verum est data capacitate præscribentis, secus autem si sit incapax, vt est laicus iurisdictionis in Clericos secundum Decian. alios adducentem vbi supra n. 16. vers. extenditur quoque.
8 Ex his, (ni fallor) votum meum iustificatur, secundum quod obseruatũ fuisse scio. postea; reperii. D. Vincent. de Franc. in d. decis. 479. n. 4. in tertia par. loquentem in milite Hierosolymitano in proprijs nostris terminis, & idẽ determinantem, vt propterea & ex rationibus, & ex autoritatibus in puncto d. d. opinio
9 ne recedendum non sit, sed moneri debeant Principes seculares, ne ad eorum officia publica secularia, Clericos, vel tales milites eligant, & admittant ob publicam vtilitatem, cum maxime sit absurdum, & iniquum admitti ad officia publica secularia eos, qui non possunt a iudicibus secularibus puniri si in eis delinquant, vt eleganter deducit Couar. d. ca. 33.
10 n. 6. vers. Clerici autem, qui etiam ostendit de hoc posse eos particularem constituere legẽ, eamq; tenere, & congruam & rationabilem censeri, quod etiam admittit Franch. in d. Decis. 479. n. 2. & 4. vbi loquitur de admissis ad publica officia secularia per Vice regem Regni Neapol. qui erant clerici & milites Hierosolymitani, & non bene se gerebant in officiis.

EPITOME.

Quod delinquens post quam fecit probationes pro consequutione habitus militum Hierosolymitanorum, & obtinuit gratiam suscipiendi d. habitum, & soluit viaticum, & alia facienda fecit, vt vestiretur, illum tamen adhuc non assumpsit, non gaudet priuilegio fori dictæ Religionis, sed remanet sub iurisdictione secularium Iudicum; ac si dictam gratiam non obtinuisset.

SVMMARIA.

De proximo accingendus habetur pro accincto, numero 1.
Et quando illud sit verum. 7.
Paratum vt detur, habetur pro dato. 2.
Conditio deficit quam constat statim esse defecturam, num. 3.
Clericus effectus post delictum, ex voto tamen ante delictum emisso, non potest accusari coram Iudice seculari, nu. 4.
Et quare. nu. 8.
Sed in praxi minime receptum est. nu. 9.
Iuramentũ statur in dependentibus ab animo. nu. 5.
Miles Hierosolymitanus creandis, qui gratiam se vestiendi obtinuit, nec aliud illi deest, quam habitus assumptio, non habetur pro milite, nec tunc gaudet fori priuilegio. nu. 6.
Miles Religionis Sancti Stephani creandus, qui cuncta adimpleuit, nec ei deest aliud, quam actualis assumptio habitus, non habetur pro milite, nec gaudet priuilegio eis concesso delationis armorum. numero 10.

CASVS SEXAGESIMVS QVINTVS.



Diximus supra proximo præcedenti casu, quod milites Hierosolymitani delinquentes gaudent priuilegio fori, & immunes & exempti sunt a iurisdictione secularium Iudicum; & sunt remittendi ad eorum Iudicem competentem Magnum Magistrum.

Quæritur modo an dictum hoc procedat in eo, qui deliquit postquã fecerat probationes, & obtinuerat gratiam suscipiendi habitum, & exsoluerat viaticum, & iam se præparauerat accedere ad insulam Melitæ pro assumptione dicti habitus, & illum tamẽ nondum assumpserat, & videbatur quod sic, primo per regulam
1 quod de proximo accingendus habetur pro cincto. l. penult. ff. de milit. testam. cui conformis est tex. in l. item legaro 47. §. pri. vers. vtroq; autem legaro ff. de leg. 3. & §. fin. ad finem. in auth. vt exact instan. dot. quod pro da-
2 to habetur, quod iam paratum est vt detur. & in l. si quis cũ sciret in fin. ff. pro emptor. quod perditum reputatur, quod statim est perdendum, & in l. fin. ff. de condit. inst. quod defi-
3 cit conditio quam constat statim defecturam, quam regulam pulchre exornat Marsil. sing. 106. qui de proximo, & in repet. l. vnic. n. 54. & seq.

& sequen.versic.facit præterea.C.de rapt.virg.
4 secundo per decisionem Bald. in l.1.ad finem,
nume.11.C.an seru.ex facto suo,vt tenet quod
si laicus post commissum delictũ efficitur Cle-
ricus, vel Religiosus ex voto, quod ante deli-
ctum commissum fecerat de clericatu vel reli-
gione,non potest accusari coram Iudice secu-
lari,nec ab eo puniri,sed cognitio erit Iudicis
Ecclesiastici, quasi quod votum retrahatur,&
delinquens eo tempore censeatur fuisse Cle-
ricus vel Religiosus, quam decisionem sequun
tur Ias. in l. cum quædam puella, numero 11.
versic.limita singulariter,ff.de iurisdictio. om-
nium,iudic.& Decian. in tract. crimin.tom.1.
lib.4.cap.9. numero 23.versic.decimo extendi
tur.&subdit Ias.num.12.esse valde notandum,
quia per eam quis possit euadi a pæna mortis,
præsertim quia, an votum emiserit ante deli-
ctum commissum, vel nõ,standum esset eius iu
5 ramento, pro vt de alijs dependentibus ab ani
mo vel conscientia alicuius regulariter stari
debet iuxta notata per glos. & scribentes,in §.
sed istæ,insti. de action. & sequitur Decian. vbi
supra, & idem tenent Cott.memorab.in verbo
Laicus.post princ.vers.sed hoc limitari debet,
& Marsil.sing.534.attende ad vnum,circa me-
dium,vers.hoc tamen limita, qui pariter Bald.
& Ias. sequuntur.

6 Contrarium tamen, quod imo remissio fa-
cienda non sit, verius est, ex quo delinquens,
vere non est miles, ad hoc enim vt dicatur mi-
les, requiritur quod habitum militarem assum
pserit, nec sufficit destinatio, quæ ex multis,&
varijs accidentibus quandoque non sortitur
suum effectum, & ita in puncto decidit Vincẽ.
de Franch,decis.Neapol.449.in tertia parte,&
inquit quod ita Iudicauit magna Curia Vica-
riæ & deinde sacrum consilium ex iam dicta ra
tione & alijs quæ ibi videri possunt.

7 Ad allegata in oppositum respondet Franc.
vno modo. num. 4. quod regula d. l. penult.&
aliorum iurium similium procedit secundum
fictionem, & non secundum veritatem. Altero
modo respondet.numer. 5. quod locum habet
quando infallibiliter opus paratum faciendũ
est de proximo,secus autem quando potest nõ
8 fieri,vt in casu nostro. Ad dictum Bald. & sequa
cium de voto respondet, numero 6.quod pro-
cedit,quia id est indubitanter successurum,ex
quo quis tenetur votum adimplere, secus au-
tem si indubitanter successurum nõ esset, pro
vt in terminis nostris, in quibus multa accide
re possunt, ex quibus non assumatur habitus
concessus,pro qua respõsione adduco ego tex.
in dicta l.item legato,dicto §.primo,in illis ver
bis vel quæ emerat,nec dum tamen ei assigna-
uerat assignaturus si vixisset, ff.de leg.3.subdit
9 præterea,num.7. quod in praxi non recipitur,
quod Clericus vel Religiosus suscipiens habi-
tum post delictum,licet præcedente voto, gau
deat priuilegio fori Ecclesiastici, quia ex quo
non dum est impressus caracter,nõ dicitur ex-
tra Iurisdictionem Iudicis Secularis,vt per Co
uar.lib.pract.quæst.cap.32.ad fin.sub nume.4.
ver.cæterum quidam,vbi pulchre,& diffuse lo-
quitur,& per Clar.in pract.crim. quæst.98. sub
nu.4. vers. sed quid condemnatus ad finem.Ex
10 præmissis dum alias Eques Scipio de Martinis
Senensis Miles sacræ Religionis Diui Stepha-
ni molestaretur pro delatione armorum tem-
pore,quo nondum actualiter fuerat insignitus
habitu dictæ Religionis, licet de eo gratiam
obtinuisset,& instrumentum fundationis com
mendæ, quam cum reseruatione iuris patrona
tus in eius familia ex beneplacito Serenissimi
Don Ferdinandi Medices tertij magni Ducis
Hæturiæ,& præfatæ Religionis Magni Magi-
stri meritissimi erexerit,iam celebratum esset,
& is omnia per ipsum facienda adimpleuisset,
fui in voto quod de iuris rigore esset punien-
dus,cum tempore delationis armorum nõ as-
sumpsisset habitum,& per consequens nõ pos-
set tunc vere dici Miles Sancti Stephani,cui ex
particularibus priuilegijs concessa est facultas
dicta arma deferendi: proposui tamen quod
Princeps præfatus ex sua solita benignitate pę
nam ei gratiose condonaret,&ita factum fuit,
licet Domini de consilio de mero iure absolu-
tioni locum esse dicerent, & non bene, prout
apparet ex dicta decisio.Franch. quæ non po-
test esse magis in terminis, nec melius compro
bare votum meum.

EPITOME.

An Notarius de crimine læsæ maiestatis condemnatus in contumaciam possit in alieno territorio instrumenta cõficere,& dato quod non possit,qua pæna si conficiat sit puniendus.

SVMMARIA.

Notarius condemnatus in contumaciam in pænam furcarum,& confiscationis bonorum ob crimen læsæ maiestatis non potest etiam in alieno territorio pro notario se gerere.nu.1.ad nu.5.

Rebellis Notarius amittit omnia quæ sunt iuris ciuilis.eo,nu.1.

Rebelli imponitur ipso iure pæna mortis & confiscationis omnium bonorum.nu.2.

Rebellis habetur loco mortui.nu.3.

Notarius rebellis amittit priuilegium Notariatus.numero 4.

Instrumenta faciens tanquam Tabellio cum non sit nec fuerit,punitur pęna mortis.nu.5.

Notarius qui Notariatus priuilegio priuatus est, si se gerat pro Notario punitur citra mortem iudicis arbitrio.6.cum seq.& maxime.nu.9.

Falsum non videtur in totum quod veritatis primordio innatur.nu.7.

Dignitas

Dignitas praecedens licet abolita multum operatur. nu mero 8.

CASVS SEXAGESIMVS SEXTVS.



Væsitum fuit, an Notarius in contumaciam condemnatus in pœnam furcarum & confiscationis omnium bonorum ob crimen læsę maiestatis, possit in aliena prouincia se gerere pro Notario, Instrumenta publica & alia atti Notariatus conuenientia faciendo, & vbi non possit, quomodo puniendus sit si Notariatum exerceat. In quo dubio
1 quoad primam pårtem sum opinionis, quod non possit, quia quando Notarius est Rebellis, amittit omnia quæ sunt iuris ciuilis. l. amissione §. qui deficiunt ff. de capitu. diminut. cum ibi notatis & rebelli ipso iure impo-
2 nitur pœna mortis & confiscationis bonorũ. l. quisquis. C. ad l. Iul. maiest. & ibi Doctor. late Afflict. in Constit. Regn. lib. 2. Rubr. 21. de accusat. coram iustitiar. in Const. Contin-
3 git numero 4. & 5. & habetur loco mortui l. 1. §. fin. ibi deportatos enim mortuorum loco ha bendos. ff. de bon poss. contr. tab. Et Nota-
4 rius propter tabellionem amittit priuilegium notariatus secundum Bald. in tit. de pac. Constant. in §. nos Romanorum, pro vt illum refert & sequitur Afflict. prædicta omnia dicens decis. 6. numero 4. vers. maxime quia, cuius autoritas cum sit in terminis, videtur sufficere ad præfatæ dubitationis resolutionem. Quo autem ad secundam partem licet Bald. in l. data opera sub numero 50. vers. & idem in eo. C. de iis. qui accus. non pos. dicat quod
5 faciens instrumenta tanquam Tabellio, cum non sit, puniatur pœna mortis, tamen hoc vi-
6 detur procedere in eo, qui nunquam fuit creatus Tabellio, secus autem in eo qui fuit semel creatus notarius, & postea priuatus, qui non punitur pœna mortis, sed alia mitiori Iudicis arbitrio, quia iuuatur primordio veritatis, vt ipse Bald. subijcit ibi arg. not. in §. quia verò verisimile, in auth. de non alien. aut permut. rebus eccles. sed melius seruit l. cum filius. §. hæręs meus ff. de leg. 2. ibi nec in to-
7 tum falsum videri, quod veritatis primordio adiuuaretur, & l. fin. ff. de Decurion. vbi reli-
8 quiæ præcedentis dignitatis etiã abolitæ multum operantur, de qua re plura norat exempla Felin. in capit. quæ in ecclesiarum, sub numero 81. & 83. post versic. fallit quinto, sen declaratur extra de constitutio. & hanc Bald. sen
9 tentiam in puncto sequuntur Felin. in cap. super litteris, colum. 17. sub numero 30. vers. pro quo facit, extra de rescript. Boss. in practic. crimin. de fals. num 131. & Menoch. de arbitr. iudic lib. secundo, cent. 4. cas. 320. num 9. & præter eos Felin. in dicto capitu. quæ in ecclesiatum, sub numero 82. versic. & hinc est quod mitius punitur, & Addent. ad Barto. in tracta. de
1 insign. & arm. in additione in verbo Insignia Doctoratus, sub littera A. & ab hac opinione discedendum in iudicando non videtur.

EPITOME.

De pęna eorum, qui prætextu amicitię, vel familiaritatis Principum, vel Iudicum muneribus, vel promissionibus receptis, aut etiam amore vel gratia euentum negotiorum & causarum petentibus vel litigantibus promittunt.

SVMMARIA.

QVI prætextu amicitię vel familiaritatis Principũ vel iudicũ aliquo sibi dato vel promisso, promittunt petentibus negotij euentum, vel victoriam, uel se in eorum fauorem loquuturos sunt pœna digni. nu. 1 & 3. cum seq.

Fumi venditores dicuntur promittentes ut sup. nu. 2.

Fumi uenditores qualiter fuerint aliquando puniti. nu. 3. & 8.

Fumi uenditores si sint Iudicum comites tenentur lege Iul. repetund. 4.

Alias extraordinarie Iudicis arbitrio. nu. 5.

Et leuius si non muneribus nec promissionibus, sed amore uel gratia ducti, promiserint. nu. 6.

Fumi uenditores detestantur. nu. 7.

In Magno Ducatu Hætruria iustitia summopere colitur, & ibi contra fumi venditores spirituali lege prouisum est. num. 9.

CASVS SEXAGESIMVS SEPTIMVS.



VI Iudicum amicitia, vel fa-
miliaritate litigantibus litis
1 euentum, & negotij victo-
riam re aliqua recepta, vel. vel promissa pollicentur, rem illicitam, & punitione dignam faciunt, vt dicit tex. in l. qui explicandi. C. de accusatio. Cum quibus hi etiam connumerãtur, qui cũm gratia aliquid apud Principes vel causarum iudices possunt. pecunias, & alia munera aut promissiones ab his, qui ab ipsis Principibus, vel Iudicibus aliquid sibi concedi postulant, accipiunt, vt quid futurum de illorum petitionibus sit, referant, vel vt in ipsorum dantium aut promittentium fauorem loquantur, vt tradit Menoch. de arbitra. iudic. libro secundo, centu. quarta, cas. 344. in principio, aiens hos dici venditores fumi.
2 Sed quoniam qua pœna ij digni sint, non aperit d. l. qui explicandi, circa eam dubitarunt scribentes vt patet ex not. ibi per glos. & Salicet.

Salicet. Quapropter Menoch. loco citato, nu-
3 mero 4. & sequ. refert varios variè punitos, & quosdam cruce affixos, alios fumo necatos, tãdem, nu. 7. & seq. ex sententia Duaren. in loco
4 per eum relato firmat, quod si hi fumi vendito res sunt comites iudicum, puniuntur lege Iulia repetundarum, per l. in comites, ff. ad l. Iul.
5 repetund. si autem non sunt ex comitibus, puniuntur extraordinaria pœna arbitrio Iudicis pro qualitate delicti, ita tamen vt omnino pu-
6 niantur, licet leuius etiam si pecunia non accepta, nec promissa, sed amore tantum vel gratia ducti prædictum crimen commiserint, quod æquum videtur, cum in arbitrariis pro modo
7 delicti Iudex pœnam imponere debeat. Vtinã vero temporib. nostris non adessent huiusmodi fumi venditores, hominumq; deceptores, qui cum Principes, Magistratus ac iusdicentes eos familiares habent, officiorum, administrationum, aliarumque gratiarum, ac littium spem, & euentum ingentibus præmiis ab vna parte, & quod deterius est, & turpius sæpè ab vtraque receptis vendentes, præsidium afferre promittunt, & falso, se quædam dixisse, quædam vero ipsis responsa fuisse referunt, negotium adhuc pendere affirmant, & denique omnes fallunt, & magnas diuitias tali nequissimo modo sibi percito vsurpaut. Nec semel tantum
8 vidi hos improbissimos viros fallacia eorum tãdem detecta grauiter puniri pœna pecuniaria, exilij temporalis, & officiorum ac dignitatum priuationis, & eorum in futurum consecutionis illis indictis, scioque multis in locis præsertim vero in Magno Ducatu Hætruriæ, vbi iustitia summoperecolitur, aduersus pestẽ
9 hanc speciali lege prouisum esse, ut nihil prorsus uenale esse posit, nisi maximo cum periculo huiusmodi scelera perpetrantium.

EPITOME.

An statuta punientia delinquentẽ conuictum de crimine, procedant in confitente delictum, quod alias probatum non erat.

SVMMARIA.

Conuictus proprie quis dicatur. nu. 1.

Conuictus & confessus ponuntur tanquam diuersæ species, nu. 2.

In odiosis fit stricta interpretatio. nu. 3.

Cum conuicto grauius, cum confesso leuius agi solet. nu mero 4.

Statutum puniens delinquentem conuictum non comprebendit, qui solum est confessus secundum aliquos. num. 5.

Contrarium tamen dicitur verius & in praxi seruandum. 7. cum seq. & maxime, nu. 12.

Vt seruatum fuit Bononiæ. 6.

Confessio (vt plures volunt) non dicitur probatio, sed probationis relatio. num. 8.

Sed quod immo sit probatio, & omnibus melior. numero 9.

Statuta recipiunt passiuam interpretationem a iure communi. nu. 10.

Confessus, vel conuictus a pari procedunt de iure communi. num. 11.

CASVS SEXAGESIMVS OCTAVVS.



Dubitatum fuit, an statutum, quod Notarius conuictus de falso instrumẽto uel alia scriptura, puniatur in amputatione manus dexteræ, locum habeat in confitente falsitatem, de qua per processum legitime non erat
1 conuictus. Et quod hic casus a statuto non sit comprehensus, facit quod lex Municipalis utitur uerbo conuictus, quod magis pertinet ad eum, qui testibus aut alijs legitimis argumentis facinus commisisse probatus est, quam ad
2 confessum de quo non loquitur lex, nec idem sunt conuictus & confessus, sed potius ueluti diuersæ species ponuntur a legislatoribus, l. si quis in hoc genus, C. de episc. & cleric. l. fin. C. de exec. rei iud. l. 2. cum gl. C. quorum appella. non recip. & cap. at si Clerici, extra de iudic. ut
3 propterea in grauissima pœna mutilationis mẽbri, & in materia odij plenissima, in qua stricta facienda est interpretatio, & uerba strictissime accipienda, arg. cap. odia. de reg. iur. in 6. censendum fit statutum noluisse separare sponte confessos a conuictis, nec quidem absque ra
4 tione, quia grauius agi solet cum conuicto testib. vel alijs legitimis probationib. quã cum sponte confesso, cum ille propter negationem, & onus probandi impositum fisco grauiorem pœnam mereatur, arg. l. eum qui in princ ff. de iureiuran. & §. studium uero maleuolentiæ, in authent. de trient. & semis. & proinde soleant quandoque statuta negantibus pœnas augere, confitentibus uero minuere, & ita ex prædi-
5 ctis, & nonnullis aliis rationibus concludit, in puncto Fulgos. consi. 123. præsuppositis statutis in 2. dubio, nu. 3. uersi. circa secundum con sultationis articulum, eandem conclusionem tenet Marsil. in Rubr. C. de probat. nu. 88. uersi. ideo D. Abbas, ubi dicit quod statuta facientia mentionem de probationibus in materia odiosa, non includunt confessionem partis, &
6 quod propterea statutum Bononiense dictans, quod si probetur aliquem fabricasse uel falsificasse, uel fabricari aut falsificari fecisse aliquod instrumentum, uel aliquam scripturam, igne cumburatur, non sufficit ut sit locus statuto, quod reus confiteatur fabricasse uel falsificasse, aut fabricari uel falsificari fecisse, sed requiruntur probationes, & subiungit esse mẽti tenendum, quia uidit alias de facto Bononiæ

niæ fuisse decapitatum quendam Notarium propter eius confessionem, qui tamen nõ poterar decapitari, quia nõ erar probata aliqua falsitas contra eum, nisi per suam confessioné, quæ non includitur sub illis verbis statuti,& quod hoc operata fuit aduersarij ipsius potentia,non autem iuris rigor. Contrarium autem
7 quod imnio is,qui falsitatem confitetur,ex statuto prædicto puniatur,ac falsitas ipsa proba-
8 ta fuisset, suadetur ex eo quod & si nõ desunt, qui velint, quod confessio uon sit vere probatio,sed probationis releuatio,vt per Marsil.in dicta rub.C.de probat.num 84.& sequen. versic.sed contrariam partem, & in singular. 110. vbique de magis com.opin.attestantem,&per Aluar.Valasc. in tractat. de iure emphyteot.q. 7.nume. 27. versic.nono limitatur,vbi pariter ex aliotum mente magis communem dicit,ta
9 men quod proprie vere & in effectu confessio sit probatio, & omnium optima, probatur ex pluribus congestis per Marsil.in dicta Rub.numero 80.& plur.seq.versicul.& per Aluar.Valasc.vbi sup. versic. sed ego, vbi hoc verius esse iuribus, rationibus, & autoritaribus copiose ostẽdit, & in contrarium adductis respondet, vt ideo cum confessio dicatur probatio, & omnibus melior, multo magis locus sit statuto in casu criminis sponte confessi, quam testibus,
10 vel argumentis probati. Nec sunt statuta ita praué intelligenda,cum a iure communi recipiant interpretationem passiuam, l. pri. §.lex Falcidia vbi Alexand.& alij,ff.ad leg.Falcid.l. 2 & ibi omnes scribentes.C.de noxal.act. quo
11 quidem iure a pari procedunt,criminosum testibus vel confessione sua esse conuictum.c.nos in quemquam & cap.iudex criminosum, & ca. vnus ex vobis post principium. 2. quæst.1.&l.
12 qui sententiam.C.de pæn.ex quibus Aluar.Valasc.in loco citato,num. 28.versi.illud non prætercam, inciuile esse dicit dictum illud Marsil. de Bononiensi statuto, & subdit quod cũ olim ita dictasset, reperijt postea Bero.id ipsum scribentem in Rub.extra de probat.numero 75.& quod est sine dubio verum,& ita tenendũ censeo quicquid Fulgos. & Marsil. dixerunt,quorum sententiam in praxi nullus (vt opinor) sequeretur, pro vt nec obseruata fuit Bononiæ, vt ipsemet Marsil.fatetur.

EPITOME.

An dicens falsum testimonium non iuratus,puniatur de falso,ac si iurasset.

SVMMARIA.

TESTIS *dictum sine iuramento non probat nume.1.*

Testis non iuratus dicens in iuditio falsum testimoniũ, potest puniri de falso.2.

Iuramentum non est de substantia testimonij, & potest a partibus remitti.co.

CASVS SEXAGESIMVS NONVS.



1 SCiunt omnes quod dictum testis sine iuramento non probat. l. iusiurandi (cum sua materia) C. de testibus. Vn-
2 de in controuersiam venire solet, An dicens falsum testimonium in iudicio non iuratus, possit puniri de falso perinde, ac si iurasset, & Bart. in l. si quis legatum, num. 3. & 4.ff.ad leg.Cornel.de fals. tenet, quod sic, ea ratione quod licet dictum huius testis sit inualidum, habet tamen debitam formam, & est verum testimonium,
3 & offendit aures iudicis, nec est iuramentum de forma vel substantia testimonij,& potest remitti a partibus,in fauorem quarum est introductum,& Bartol.sequitur Alexand.dicens esse magis commu.opinionem, in l.argentarius, §.cum autem,numero sexto, ff. de edeu.idem tenet Clar.§.falsum,numero decimosexto,versic.tu scis,vbi etiam allegat Curt.sen.in tracta. de testibus, conclusio. decimaquinta.numero 34.quibus addo Ias.in l.præscriptione in secundo notab. sub num. 8. in secunda limitatione, ad finem,C.si contr.ius vel vtilit.publ.vbi multos huius sententiæ adducit, & idé sentit Boss. in pract.crim.tit.de fal.sub num. 163.ver.quæro quando testis.

EPITOME.

An is qui mercede aduenis locat cameras,& eos hospitatur,licet non sit caupo,nec stabularius, teneatur pro immissis in eius domũ, pro vt teneretur, si esset caupo vel stabularius, & dato quod sic, an sufficiat quod res per aduenas immissæ sint in hospitium,an vero etiam requiratur, quod specialiter ei consignentur,in qua re plura in materia notatu digna,& alibi non ita plene congesta habentur.

SVMMARIA.

CAMERAS *tenentes locandas tenentur de immissis in eorum domos,ac si essent Caupones vel stabularij.nu.1.*

Et procedit licet non sint soliti tenere hospitium,dũmodo recipiant mercedem.3.

Secus autem si gratuito quis recipiat 2.

Caupones, nautæ, stabularij tenentur de immissis in eorum domos,licet ipsis non fuerint consignata.4.

Caupones & similes, eo quod patiuntur res in domos eorum intromitti, censentur promittere il-

las saluas fore. 5.

Caupones tenetur custodire res immissas in eorum caupones. 6.

Caupones ob d. custodiam tenentur de ipsorum facto, nec non familiæ, & extraneorum viatorum. 7.

Caupo non potest repellere viatores. 8.

Caupones non tenentur de facto viatorum, si protestentur se nolle immissorum periculum subire. 9.

Caupones & similes tenentur de leuissima culpa. 10.

Caupo non excusatur nisi adhibuerit diligentiam vt pater familias. 11.

Caupones non tenentur de casu fortuito. 12.

Furtum præsumitur factum, culpa saltem leuissima. 13.

Nec connumeratur inter casus fortuitos. 14.

Caupones & similes semper præsumuntur in culpa saltem leuissima. 15.

Caupones, per traditionem clauium nõ liberantur a custodia. 16. & 31.

Caupo tenetur de furto facto in camera, in qua fur intrauit per fenestram non habentem ferratam. 17.

Caupo (secundum aliquos) liberatur a custodia, si claues cubilis domino tradiderit, vel dominus famulũ ad custodiam apposuerit. 18.

Contrarium tamen, quod licet Viator deferri faciat fardellum in camera, & claues recipiat, vel famulum apponat custodiæ, hospes teneatur, magis probatur. 19.

Quod tamen non procederet, si ab initio protestetur hospes viatori, vt ille res suas seruet, secus si non ab initio. 20

Commodatarius censetur liberatus a custodia rei commodatæ per appositionem custodis commodantis a princ. factam. 21.

Commodatarius non censetur liberatus per appositionem dicti custodis ex post facto, si res penes eum remansit. 22.

Secus si pœnes eum non remansit. 23.

Et quare. 24.

Custodem apponens a principio dicitur in se periculum suscipere, secus ex post facto. 25.

Custodis appositio & clauium traditio idem operatur. 26.

Baldi dictum in Rubr. C. deposit. nu. 1. declaratur contra Bost. & Plos. 27.

Comentariensis pœnes quem remansit carceratus, non liberatur a custodia per appositionem custodis Potestatis ex post facto. 28.

Conductor equi non censetur liberatus a custodia, eo quod Dominus miserit famulum cum equo. 29.

Res, ab hospite non dicuntur ablatæ per ipsarum asportationem de priori loco in cameram, ubi dormiuit viator. 30.

Clauium traditio, re pœnitus a locatore non ablata, ipsum non liberat a custodia, contra Castrens. 31. & supra num. 16.

Hospitis liberatio qua dicitur fieri per appositionem custodis Domini dicitur ficta, id circo non sufficiens. 32.

Hospes tenetur viatores recipere & res ipsorum in hospitium inductas custodire earumque periculum subire. 33.

Hospes non potest a debita custodia liberari, nisi per expressum viatoris consensum. 34. & 37.

Hospes non liberatur per protestationem factam, nisi ei expresse consenserit viator, non autem si tacite, vt non contradicendo. 35.

Quod procedit in protestatione ex post facto, nam si a principio fiat, nec viator contradicat, hospes liberatur. 36.

Glos. in l. fin. §. item si predixerit ff. naut. caup. stabul. comm. reprobata, sustinetur distinctione adducta. co.

Hospitis culpam plura indicantia. 38.

Hospites arctius pro ablatis tenentur, quam ceteri locatores. 39.

Hospites tenentur de leuissima culpa, licet contractus gratia vtriusq; ineatur. 40.

Hospites vti communiter, vulgares, mali, & rapaces, sunt seueriter tractandi. 41.

Viator cui de nocte dormienti in hospitio res furatæ fuerunt, non dicitur in culpa, eo quod audito rumore in camera non acclamauit, vt ei succurreretur. 42.

Rumor inopinatus dormienti terrorem incutit, & mentis consilium aufert. 43.

Metus cadens in constantem virum, ipsi nocere non debet. 44.

Hospite & viatore existentibus in aliqua culpa, attenditur culpa maior. 45.

Culpa, quo maior, tanto est damni causa proximior. 46.

Hospes potest condemnari ad restitutionem ablatorum, quorum liquidatio fieri poterit in executione. 57.

CASVS SEPTVAGESIMVS.



Væsitum fuit, an tenentes cameras, vt eas locent scolaribus, vel aliis pro certa mercede diurna, mẽstrua, aut annua, etiam si non præstent illis victum, sed tantum hospitentur, & recipiant conuentam mercedem pro cameris & vtensilibus, quibus vtuntur hospitati, teneantur pro immissis in eorum domos eodem modo, quo caupones & stabularii, & vbi teneantur, an satis sit, quod bona in hospitium immissa fuerint, an vero etiam requiratur, quod eorum consignationem ipsi hospitatores receperint. Circa primam difficultatem paucis res expedienda est, quia adsunt

1 decisiones in puncto, quod similes personæ nõ secus teneãtur, ac si essent caupones vel stabularij, ita enim tradit Florian. de S. Petr. in l. si mensor §. hoc iudicium in fin. n. 8. ff. si mens. fal. mod. dix. vbi sequendo Oldrad. ibi dicit, quod licet quis non sit caupo vel stabularius, si tamen hospites recepit, & vendidit eis vi-

ctum,

ctum,& satisfecit sibi pro hospitando, tenetur
2 ex illo edicto naut. caup. stabul. secus si gra-
tuito recepit, quam decisionem sequitur Mar
sil.cons.23.nu.9. & Bertazzol. cons. crim. 313.
nu.1.& 2.vbi latius insistit & alios idem tenen
tes adducit, & in his qui tenent in domo sco-
lares pro mercede, licet non sint caupones, nec
3 aliter soliti tenere hospitium, ita consuluit
Marsil d.cons.23.& pro resolutio.præsupponit
postea cons.92. & idem in eo qui aliquem ho-
spitatus est pecunia recepta, licet non soleret
tenere hospitium vel cauponem, consuluit Ber
tazz.cons.crim.161. & in eodem casu. d. cons.
313.& videtur esse de mente Bald. in l.certi iu-
ris, sub n.1.& 4.C.locat. qui loquitur in hospi-
tatoribus & albergatoribus, & ita alias ego
practicaui Florentiæ contra quandam mulierẽ
tenentem cameras aduenis locãdas pro rebus
in eius domo ablatis Domino. Landriano Me-
diolanensi legum scolari. Circa secundã diffi-
cultatem, quia in eius terminis reperii me a-
lias consuluisse, & dicta tunc, vera nunc existi-
mo, placet dictam consultationem hic pro re-
solutione inserere & est vt sequitur.

SPIRITVS SANCTI GRATIA
Illuminet intellectum meum.

PRæsupponitur in facto quod Dominus
Dominicus Galessus Pisciensis hospitatus
in hospitio Moretti in loco S. Viti territorij
Lucensis intulit in coquinam d. hospitii quas-
dam valigias seu bulgas vulgo bisaccias nun-
cupatas, ponendo eas super quandam capsam,
& ibi eas dimittendo, dum cum dicto Moret-
to cenaret, interrogatusq; ab ipso Moretto,
num in eis aliquid haberet, respondit formali-
ter, *c'hò pur anco dodici quattrini*. Quodq; mox
cenatus iens dormitum in vnam ex cameris di
cti hospitii dictas valisias secum portauit, &
clausa ianua cameræ a parte anteriori, eas in
lecto quo iacebat sub ceruicali seu puluino po
suit, & mane surgens dictas valisias non repe-
riit dicta ianua cameræ, quam clauserat, aper-
ta inuenta, & pariter quadam fenestra, a Mo-
retto ipso, vt idem asserit, clausa existente in
quadam logia seu ambulacro, per quod in d.
cameram introiri potest, & quod a quo dictæ
valisiæ, in quibus aderant trecentum duode-
cim nummi scutati, & Torques, ac Armillæ seu
bracchialia aurea non modicæ æstimationis
erant, subtractæ fuerint, hucusq; ignoratur.
Quæritur modo an stantibus prædictis & non
nullis aliis, quæ inferius circa factum an nota
buntur, dictus Morretus teneatur d. Domino
Dominico ad satisfactionem dictarum pecu-
niarum, & rerum in d.hospitio furatarum. Et
mihi de iure respondendum videtur, quod te-
neatur, nam quicquid sit in aliis personis, quæ
ratione earum officii tenentur pro rebus earũ
custodiæ commissis, tamen in Nauta, caupo-
4 ne, & stabulario singulari iure constitutum
est, vt res immissæ in nauim, hospitium vel sta-
bulum dicantur per eos receptæ, licet non fue
rint eis consignatæ, & pro illis teneantur, non
secus ac si specialiter earum consignationẽ re-
cepissent, & saluas fore promisissent, ita vt im-
missio cum scientia & patientia eorum æquipa
retur expressæ assignationi, & receptioni, ita
est text. ad litteram, in l.1.§.fin.ibi hoc tamen
ipso quod in Nauem immissæ sunt, receptæ vi-
dentur & puto omnium eum recipere custo-
diam, quæ in nauim recepta sunt, ff. naut.cau-
po.stabul.& ibi hoc notat gl. in verbo, illæ sunt
& optime Bal. qui formaliter dicit. Nota quod
5 Nautæ, caupones, stabularii ipso facto viden-
tur recipere, & promittere saluum fore, scili-
cet patiendo res intromitti, quamuis non sint
eis specialiter assignatæ, vnde si tu patiente ho
spitatore mittis Roncinum in stabulo, postea
alio vadis, & cum reuerteris, non inuenis Ron
cinum, Hospitalarius tenetur tibi, etiam si si-
bi nihil dixeris, & etiam si ibi nolebas hospi-
tari de sero, & ita etiam in puncto tradunt idẽ
Bal.in l. certi iuris, sub numero tertio, versi. &
hæc faciunt. C. locat. Rimin. sen. in consi. 391.
num. secundo, Marsil. consi.23.num.4.& pluri
bus seq. Bonifac. de Vital. de malef. tit. de furt.
aduers. Naut. sub n.3.versi.& prædicta. & sub n.
4. versi. sed si ipso præsente & vidente res im-
missæ sunt Calef. in decis. crim. Rot. senens. po
sitis post secundum vol. cons. crim. diuers. pri-
mo loco impressorum in parua forma, decis.6.
num.3.versi. idem tamen esset, Ancar Regiens.
q.61.num.3.lib.1. Bertazzol. cons. crim 68. sub
nu.1.& cons.161. post num.9.versi. præsupposi
to igitur & nu.13.versi. tertio quod, & vtrobiq;
Claud. in Addit. Bonacos. in tract. de eqnis. q.
371. Io. bapt. Plot. in tract. de in lit. iur. §. 10.
sub nu.12. post versi. sed dico ego. ibi tamen iu-
6 ra volunt, & hoc ratione custodiæ, quam Nau
ta, Caupo, & Stabularius tenentur habere ad
res ipsis consignatas, vel etiam simpliciter im-
missas in eorum nauim, cauponam & stabu-
lum. l. nauta & Caupo ibi, tamen custodiæ no-
mine ex locato tenẽtur. ff. naut. caup. stabular.
Rimin. d. cons. 391. nu. 3. propter quam custo-
7 diam tenentur ne dum de eorũ facto, & fami-
liarium suorum, sed etiam extraneorum, & via
torum, vt dicit tex. in d. l. 1. d. §. fin. in fine & in
l. seq. quæ incipit sicut, ibi & factum non solum
nautarum præstare debere, sed & vectorum, si-
cut & caupo viatorum, & in l. subsequenti in-
cip. & ita de facto in princ. & clare ostẽdit An-
car. d. q.61. nu.7.& 8. versi. sed redendo, cui rei
respectu extraneorum & viatorum non uide-
tur aduersari tex. in l. vnica. §. fin. ibi viatorum
autem factum non præstat, namq; viatorem si-
bi eligere caupo vel stabularius non videtur,
8 nec repellere potest iter agentes, & ibi glos.
& Bart. ff. furt. aduers. naut. caup. & stabul. &
in l. licet §. in factum ibi hoc autem non per-
tinet ad eum, qui hospitio repentino recipitur
veluti viator. ff. naut. caup. stabul. licet enim

videatur ex dictis legibus & ex not. per glos. & Bart. inferri, quod Nauta caupo & stabularius non teneantur de facto extraneorū vel uiatorum ex sola immissione rerum, nisi etiam saluas fore receperint, idest nisi earum assignationem habuerint, vt dicunt gl. & Bart. pro vt etiam ita eos intelligit loqui Calef. d. decis. Senens. 6. nu. 2. qui in hoc Bald. a Bart. dissen-
9 tire aduertit, tamen hoc verum non videtur, nisi videntes immissionem nominatim dicant & protestentur se nolle earum periculum recipere iux. l. fin. §. item si prædixerit cum ibi not. per glos. & DD. ff. naut. caup. stab. hac enim protestatione facta, non tenentur ex sola immissione, secus autem dicta protestatione non facta, & ita hanc contrarietatem soluit g'. in d. l. sicut, quæ est secunda ff. naut. caup. stabul. & ita etiam sentire videtur eadem glos. in locis in contrarium adductis, dum se remittit ad aliam solutionem datam in d. lege sicut, & ita etiam dictam discrepantiam resoluit Bonifac. de Vital. d. tit. de furt. aduers. Naut. sub num. 4. versi. sed si ipso præsente & vidente. & idem sentire videtur Bertazzol. d. cons. 68. sub nu. pri. versi. quo casu, & latius explicat Ancar. d. q 61. sub nu. 7. & 8. loquens punctualiter in furto facto a viatoribus de re simpliciter immissa absq; consignatione alicui facta, volens ex ea Cauponem dici recepisse eam saluam fore, quando sciuit immissionem, & eam non improbauit, cuius decisionem approbat Claud. Bertaz. in addit. ad dict. cons. Bartolom. patris 68. & 161. & ab opinione Bart videtur dissentire & Baldo annuere Calef. d. decis. 6. n. 3. & ita etiam videtur esse de mente Aretin. in §. fin. in pri. notab. sub nu. 1. inst. de oblig. quæ ex quasi. delict. nasc. dum inquit quod hospes tenetur de furto facto in hospitio a familia sua, secus autem si a forensibus, vel aliis per. d. l. vnic. §. fin. ff. furt. aduers. naut. caup. stabul. nisi saluum fore receperit d. l. 1. §. fin. & d. l. sicut ff. naut. caup stabul. quod ex sola scientia & patientia immissionis factum videtur, cum ex ea hospes dicatur, immissi custodiam & periculum recipere, nisi se nolle teneri fuerit protestatus, vt
10 supra dixi. Adeo autem Nauta caupo & stabularius tenentur ad custodiam rerum consignatarum, vel etiam simpliciter immissarum, vt puniantur de negligentia, & dicantur esse in culpa propter malam custodiam, vt dicit Rimin. d. cons. 391. num. 12. & seq. versi. & pro corroboratione, & tenentur de leuissima culpa l. 3. §. ait enim Prætor versi. at hoc edicto & ibi hoc notant gl. & Bart. in princ. ff. naut. caup. stabul. glos. in l. nauta & Caupo in verbo tenentur ff. eod. tit. Mars. d. cons. 23. num. 1. in fin. & Bertaz. cons. 313. nu. 3. vnde magis tenetur Morettus in casu nostro, in quo nec dolo carere videtur, aut saltem lata culpa, ex eo quod sciens habere fenestram ita propinquam solo, vt per eam faciliter intrari posset in logiam seu ambulacrum, & ex eo in cameram, non prouidit de securitate aduenarum hospitantiam faciendo d. fenestræ trasennam seu ferratam, & ex eo etiam quod claues. d. cameræ iam diu amiserat, nec alias fieri fecerat, nec serraturam seu serram mutauerat, nec aliam diligentiam adhibuerat, per quam d. camera secura redderetur, & cum d. claue amissa non aperiretur, & ex eo vlterius, quod sciebat habere malos & prauos vicinos, & alias in d. hospitio passum aliud furtum, quamuis leue, addito etiā quod eadem nocte antequam Dominus Dominicus iret dormitum, sciens Morettus quod in valisiis aderant pecuniæ & quod in d. hospitio aderat Camillus Blasioni sibi suspectus, qui valisias viderat, & in eis pecunias adesse audierat, vt ipsemet Morettus dixit debebat post recessum d. Camilli reuidere d. fenestram iam per ipsum vt asserit clausam, & admonere D. Dominicum, & omnem diligentiam possibilem adhibere pro securitate d. cameræ & rerum in ea repositarū, quod cum non fecerit, merito de rebus ablatis in d. camera tenetur, vt in istis terminis eleganter supradictas & similes considerationes faciendo determinant Rimin. d. cons. 391. num. 14. & seq. vsq; ad num.
11 25. & facit dictum Bart. in d. l. 3. §. ait enim Prætor. in fin. ff. naut. caup. stab. quod tenentur adhibere hę personæ eam diligentiam, quā quilibet pater fam. adhibere potuisset, sicvolunt excusari sequitur Marsil. d. cons. 23. num. pr. ad fin. quam quidem diligentiam in præsenti casu adhibitam fuisse nullus sani capitis di-
12 ceret; Nec dicatur quod videtur furtum hoc commissum casu fortuito, quem præstare non debet hospitator, nec ex eo tenetur. d. l. 3. §. ait enim Prætor versi. inde Labeo scribit, & versi. idem erit dicendum ff. naut. caup. stab. Io. de Anan. cons. 2. sub num. 2. in fin. & ibi Bolognet. in addit. ante fin. versi. & eodem modo, & Bertaz. in locis infra citandis, & Bonif. de Vital. d. tit. de furt. aduer. naut. ad fin. num. 11. versi. excusatur autem, quia respondetur quod
13 furtum præsumitur factum culpa saltem leuissima eius, apud quem res est, & non connumeratur inter casus fortuitos, ita dicit glos. in d.
14 §. ait enim Prætor in versi. at hoc edicto, & in d. l. nauta & caupo ff. naut. caup. stab. tradit Bertaz. cons. 68. nu. 4. & 5. & d. cons. 313. n. 4. Grat. cons. 94. num. 52. & in eodem casu Galeot. de Gualdis inter eius consil. cons. 100. n. 15. & 16. lib. pri. & præsertim quando sumus in Nauta, caupone, & stabulario, qui semper præsumuntur in culpa saltem leuissima, & diligentius potuissent res custodire, vt considerat Claud. in addit ad d. cons. Bertaz. 68. post. Io. de Anan. d. cons. secundo nu. 3. in fine; Nec etiam releuat quod a parte interiori camera fuerit clausa, vt dicit famulus. d. D. Dominici, quia per hoc non liberatur Morettus a custodia came-
16 ræ, pro vt eum non liberasset traditio clauiū glos. in l. fin. §. Item si prædixerit in glos. pri. ad fin. ff. naut. caup. stabul. quam ibi sequitur

Bart.

Barto.in fine. Idem etiam ibidem sentire videtur Bald.in versic.in gloss.circa medium,& clare tradunt Marsil.d.consi.23.num.2.& Bertazzo.d.consi.313.nu.7.versi.nec me mouet,aiens cum Barto.transire DD.Bartol.de Vulp.consi. 95.num.3.versic.traditio autem clauium libro pri.consi.crim.vltimo loco collectorum per Zilet.in impress.in folio, & ante eos Bonif.de Vital.de malef.tit.de furt.aduers.Naut. nume.6. versic. sed quid si caupo. vltra quod cum furtũ hoc factum fuerit sine fractura fenestræ, per quam tenet Morettus furem introijsse, vel hostij cameræ,hospitator vtique ipse præsumitur in dolo, nec liberatur a restitutione ablatorũ, etiam si cameram cum clauibus consignasset, vt tradit Castr. in l. dominus horreorum in fine,princ.nn.4.& 5.ff. locat.quem sequitur Bertaz.d.consi.161.num.11.& d.consi.313.num.6.&
17 8.& in terminis quod teneatur hospitator pro furto facto in camera, in quã fur introiuit per fenestram non habentem ferratam, consuluit Rimin. d. consil. 391. quem sequitur Claud.in addit.ad d.consi.Bertaz.161.& si in casib.Bertazzo. dictorum consi.68.161.& 313.sententia fuit lata pro aduenis hospitatis contra hospitantem, vt vbique affirmat Claud.in addit.fortius pro d.Dominico ferenda erit,ad cuius fauorem plura concurrunt cõtra hospitatorem, quam in dictis casibus concurrerent,& ita pro iustitia iudicandum teneo ex prædictis;& pro nunc consulto modus probandi pecunias, & alia in valisijs contenta omittitur. Laus Deo, & Virgini.

Et cum postea Excellens D. Potestas Lucẽsis,coram quo causa agitabatur,dubia excitasset contra dictum D. Dominicum de Galessis, & ea mihi resoluenda data fuissent,illis pro veritate (ni fallor) respondi, quas solutiones, & hic inserere volui, cum agatur de casu sæpissime occurrẽti, & multa in varijs locis per DD. tradita in vnum collegerim, non sine aliqua legentium vtilitate vel saltem laboris diminutione,& sunt tenoris pro vt infra videlicet.

SPIRITVS S. GRATIA ILLVMInet Intellectum meum.

Obijcitur D.Dominico de Galessis Piscien si, pro qua alias scripsi, quod non possit obtinere a Moretto hospite in loco Sancti Viti satisfactionem pecuniarum,&rerum in eius hospitio sibi furatarum, ex eo quod ad custo-
18 diam earum ne dum dimisit proprium famulum,ex cuius custodis appositione videtur custodiæ hospitis renunciasse, illamque ab ea liberasse, in se ipsum eam assumendo, vt tenet Boss.in pract.crim.tit.de fur.aduers.Naut.cau po.stabul.num.5.vers.& nota & Plot.in tracta. de in lit.iuran.in repet.l.si quando.C.unde vi.§.10.sub num.10.vers.fallit vlterius, & ante eos Bal. quem vterque eorum allegat in Rubr. C.depos.sub num.1.ad fi.sed ipsemet etiam ad

earundem custodiam remansit in camera, in quam eas deferri fecit, antequam dormitum iret, & eas ab hospite auferendo penes se retinere voluit in eadẽ camera,in qua etiam famulus permansit,& sub puluino lecti.& in quo noctu illa iacuit, quo casu magis de plano videtur hospes liberatus a custodia per ea,quæ tradunt Bart.& Castr. in l.si ut certo,§.si me rogaueris,& §.sequen.incip.si de me,ff.commodat. vbi etiam tenuit Castr. quod si ab hospite nõ sint totaliter ablatæ,sed in camera repositæ cũ proprio custode Domini, & receptione clauium,hospes dicitur liberatus ab omni custodia,& pro iis non tenetur amplius, quod tanto magis videtur dicendum, cum nihil uideatur posse imputari hospiti.sed omne damnum ascribendum uideatur Domino, qui existens in lecto audiuit rumorem quendam subtus lectum,in quo iacebat,& tacuit,cum tamen debuisset insurgere, & acclamare, ut sibi succurri potuisset per hospitem, & alios, quod cum non fecerit, quicquid inde euenit, sibi imputandum est.capit.damnum,de regul.iur.in 6.& l.quod quis ex culpa,ff.de regul.iur.& non hospiti qui in nulla uidetur fuisse culpa, ex quo claues cameræ tradiderat, & hostium a parte anteriori ita clausum erat, quod a parte exteriori aperiri non poterat, etiam cum claue,adeo ut cessante omni culpa d.hospitis, furtum quoad ipsum,casu factum uideatur, quem ipse non prẽstat, nec de eo tenetur.l. contractus, in fine,ff.de regu.iur. Bald.in l.ex Diui,in principio.ante num.1.C.locat.per tex.in l.1. eod.tit. vbi etiam hoc notant DD.& ego etiam dixi in aliis meis scriptis alia iura, & autoritates in puncto adducens.

19 Quibus tamen non obstantibus recedendũ non uidetur a firmata conclusione ad fauorẽ d.Domini Dominici contra d. Morettum hospitem, quoniam opinio Boss. & Plot. in locis relatis non est uera. Nam nolunt ipsi generaliter, quod hospes non teneatur de re immissa in hospitio,quando consignauit uiatori clauẽ Cubilis, uel quando uiator habuit famulum, vel alium ex suis ad custodiam, moti autoritate Bald.in Rub.C. deposit. sub numero pri. ad fin.ubi inquit quod hospes non tenetur, quando ille,quidepomit fardellum,suscepit in se sollicitudinem custodiæ, puta quia recipit cameram cũ claue, uel posuit ibi custodes proprios arg.l.si ut certo,§.si me rogaueris,& §. seq.cum ibi not.ff. commodat.& notatorum,in l.fina.§. primo,in gloss.ibi posita, ff.naut.caup.stabula. contra quod dictum Bald.expresse tenet Ias.in l.in actionibus,sub num.43.uersic. tertio limita,ff.de in lit.iuran. ubi recitata opinione Bal. quod si uiator faceret deferri fardellũ seu ualesiam in camera,& reciperet claues cameræ,vel dimitteret famulos proprios ad custodiam cameræ, hospes non tenetur de subtractis, quasi tunc uiator in se custodiam susceperit, dicit tenendum esse oppositum, & quod in contrariũ

est glos.ordinaria in l. fin §. 1. in glos. magna,
quam Bart. ibi simpliciter sequitur ff. naut.
caup. stabul. quæ opinio verior est, & proba-
tur ex glos per eum allegata in d. l. fin. §. item
20 si prædixerit in glos.magna, quæ inquit quod
si hospes ab initio dedit viatori claues came-
ræ, & protestatus fuit, vt ille res suas seruet,
neq; damnum se præstaturum, non tenetur de
earum amissione: si vero non fecit protesta-
tionem,tenetur, & præsumitur potius dedisse
claues, vt possit viator res quando volet reci-
pere,& sub silentio habere,quam vt se pericu-
lo exoneret: si vero non ab initio, sed postea
dedit claues, etiam cum dicta protestatione,
non releuatur hospes, quod dictum optime vi-
detur probare intentionem Ias. & destruere
opinionem Baldi, qui pro se eandem glos.
allegat, quæ vt bene intuentibus patet, po-
tius in contrarium facit. Nec alia iura per
Bald. allegata eius sententiam simpliciter &
absolute, prout ipse loquitur, probare viden-
tur, sed cum distinct. tantum, quæ recte ad ca
sus nostri factum applicata, seruit Galesio, ad
cognoscendum enim in terminis d. §. si me ro-
gaueris & d. §. si de me, an per appositionem
custodis commodantis commodatarius sit li-
beratus a custodia rei commodatę, vel n e, di-
stinguendum est secundum Bart. in d. §. si de
21 me, sub nu. pri. quod aut custos fuit appositus
ab initio,& tunc videtur actum quod commo-
datarius non teneatur de custodia. arg. l. fin. §.
1. ff. naut. caup. stabul. & aliorum iuriu, aut fuit
22 appositus ex post facto, & tunc aut res reman-
sit penes commodatarium, & non videtur re-
missa custodia vt in d. §. si de me, aut penes
23 eum non remansit & videtur remissa custodia,
l. eum qui §. fin. & l. si mea causa §. pri. ff. com-
mod. quam distinctionem sequitur Castr. in
24 eod. §. si de me. num. 1. & 2. cum enim teneatur
commodatarius de custodia rerum penes se
existentium, non liberatur ab ea, nisi per con-
trariam conuentionem expressam, quam non
inducit appositio custodis, quę non facit vide
ri nominatim conuentum de contrario, & ideo
per eam non liberatur, quin teneatur ad custo-
diam, quam semel in se recepit vt deducit ibi
Castrens sub nu. pri. & ad hanc distinctionem
se remittit Bart. in l. dominus horreorum n. 2.
vers. quęro quid ff. locat. vbi quęrit nunquid il
le, qui posuit merces in horreo, & ibi appo-
suit custodes, videatur renuntiare custodię de
bitę per dominum horrei, & ait esse dicendum
vt in d. §. si de me. & secundum ea esse intelli-
gendum quod dicitur in l. 1. & in l. ex diui C.
locat. in qua quidem l. ex diui, Bald. sub num. 2.
25 vers. oppono quod idem, inquit quod ille qui
custodem apponit, ad periculum se astringit
per d. §. si me rogaueris & §. seq. & hoc quan-
do in ingressu & vsque a principio hoc facit,
quia tunc custodiam in se transtulisse videtur:
secus autem si ex post facto, quia tunc secus
26 est, & contractus aliam legem assumpsit, &
idem quod in custodis appositione, dicit esse
in traditione clauium, adeo quod potius inspi
citur quod ab initio fit, quam quod postea, Sa
lycet. etiam in l. 1. num. 5. versi. quęro quid si lo
cator. C. locat. formaliter dicit, quod per tra-
ditionem clauium conductori, locator libera
tur a custodia, idest ab iis ad quę propter cu
stodiam tenetur, & pariter si conductor cu-
stodem apposuit a principio, secus autem ex
post facto, vt in d. §. si de me, & facit glos. in d.
l. fin. §. item si prędixerit ff. naut. caup. stabul.
quę similem distinctionem fecit in traditione
clauium, & protestatione simul facta per ho-
spitem viatori, vt dictum est supra, & latius in-
fra dicetur, adeo quod si dictum Bald. in d. Ru
br. C. deposit. intelligendum est secundum iu-
27 ra per ipsum allegata, & secundum eiusdem
met Baldi dicta alibi, clare constat quod non
ita simpliciter & absolute sit intelligendum,
prout intellexerunt Bosi. & Plot. sed quod eo
tantum casu procedat, quo ab initio & in ipso
ingressu in hospitium viator res suas in came-
ram deferri iussit, illius claues recepit, & per
proprium famulum, non per hospitem custo-
diri voluit, non autem quando ex post facto,
quādo viator iam ingressus fuit hospitium, &
res in illud intulit, cum tunc illico hospes ad
custodiam & periculum earum fuerit obliga-
tus, nec liberatus censeatur per traditionem
clauium, aut appositionem custodis a Domi-
no factam, vt in casu præsenti, in quo post in-
gressum in hospitium, & depositionem rerum
ad præsentiā hospitis, & super eis habito etiā
sermone inter ipsum hospitem, & viatorem,
viator iens dormitum, secū deferri iussit res,
& eas retinuit in talamo, in quo cum famulo
nocte illa stetit, hoc etenim casu nullo modo
dicitur liberatus hospes a custodia, & pericu-
lo dictarum rerum, ad quam iam fuerat obligā
tus, vt ex præmissa distinctione patet, & ma-
gis in specie constat ex dictis per Bart. in eod.
28 §. si de me n. 2. vbi dicit quod si potestas recō-
mendauit aliquem in carceribus, & postea du-
bitans de fuga, misit familiā suam ad custodiā
carceris, per appositionem proprij custodis,
non videtur remissa custodia Commentarien
si, cum apud ipsum reus in carcere remaneat,
licet secus esset si familiæ carceratus crede-
retur, & sequitur ibi Castr. n. 3. versi. sed vlt. &
tradit idem Bart. in l. 1. §. quemadmodum ff.
29 de liber. agnosc. & facit etiam quod idē Bart.
subdit in d. §. si de me n. 3. quod locator Ron-
cini, qui cum Roncino misit famulum suum,
non videtur remisisse eius custodiam scolari
conducenti, nisi clare appareat quod famulum
misetit causa custodiæ Roncini quia vt dicit
ibi Castr. n. 4. vers. item pone, præsumitur mis-
sus famulus, vt equum gubernaret & reduce-
ret, non autem vt illum custodiret, nisi con-
trarium expresse appareat, & idem tenuerunt
ipse Bart. in d. l. 1. §. quemadmodum ff. de li-
ber. agnoscen. & Bald. in d. l. ex Diui. num 3. C.
locat.

loca. Nec ex asportatione rerum ex Coqui-
na,in qua per viatorem, & famulum præsente
30 hospite,& aliis sumpta fuit cœna, in Camerā,
videntur res ipsæ ablatæ ab hospite, quinimo
adhuc videntur remansisse sub eiusdem custo-
dia, & pænes eundem, ex quo camera illa est
intta habitationem hospitij, & eius pars. &
sub eodem conclaui seu sub vna clausura prin
cipalis domus, vt per Bald.in l. 1. in tertia op-
posit.sub num.2.C. locat.& Castr.statim citan
dum, etiā si dictæ cameræ fuissent traditæ cla-
ues, quæ tamen non fuerunt traditæ, licet con
trarium in dubiis præsupponatur, nec etiā tra
di potetant, si hospitis confessioni standum
est,qui illas per multos dies antea amisisse di-
xit,& non dum alias fieri fecisse, vt satis in ter
minis voluit Castr. in l. dominus horreorum
in fin.num.4. versicu.si vero horrea, ff. locat.vt
propterea non sit opus aliter respondere di-
31 cto eiusdem Castr. in d.§. si de me, sub num. 1.
ad finem, dum putat traditionem clauium etiā
re pænitus non ablata a locatore inducere e-
ius liberationem a custodia, cum vt dictum est
hic nulla clauium traditio interuenerit, nec
interuenire potuerit, vltra quod hæc opinio,
quod per traditionem clauium, quis liberetur
a custodia sibi iniuncta, uera non est, & repro-
batur per glo.in d.l.fin.§.item si prædixerat, ff.
naut.caup.stab.& per Barto.& Bald.ibidem &
per alios, quos in primis meis scriptis allega-
ui, quibus addendi sunt Ias.in d. l. in actionib.
sub num:43.versic.3. limita,& Plot.in d.§.deci
mo, sub num.10, uersic. & licet caupo. Et vltra
prædicta ad confirmationem dicti illius Iaso-
nis optime facit, quod ea liberatio, quæ fit per
32 appositionem proprii custodis, dicitur fieri ta
cite & per præsumptum consensum, non autē
nominatim & per expressum consensum, ut de-
clarat Paul.de Cast. in d.l.si ut certo, dicto §.si
de me, sub num.pri.ff. commodat. qui quidem
tacitus consensus in proposito nostro non suf-
ficit ad liberandum hospitem a custodia & pe-
riculo rerum per viatorem in hospitium dela-
33 tarum, nam cum hospes postquam hospitium
tenere incipit, teneatur ex dispositione legis
viatores recipere, & ex necessitate eius officii
res per illos in hospitium inductas custodire,
earumque periculum suscipere, l.1. circa prin-
cipium, in §.maxima, ff.naut.caupo. stab.& ibi
Bart.& l.unic.§.fin. & ibi Bart. in §.serui, num.
34 3.ff.furt.aduers.naut.caup.& stabul.utique nō
potest a tali custodia, & periculo liberari, nisi
per expressum uiatoris consensum, ut est text.
in d.l.fin.§.item si prædixerit.ff.naut.caup. sta-
35 bul. ubi habetur quod tunc demum protesta-
tio hospitis, Nautæ, stabularii,& similis, ut u-
nusquisque uiatorum res suas custodiret, ac
conseruaret, neque damnum se se præstaturū,
eum liberat, si protestationi uiatores consen-
serint, & non aliter, & tradunt DD.infra ci-
tandi, qui quidem consensus debet esse expres
sus,& explicitus, non autem tacitus,& impli-
citus per nō contradictionem uiatorum, ut uo-
luit Bartol. in l. non solum, §. morte, num. 22.
versic.sed quæro, an etiam partis consensus re
quiratur, ff.de oper.no.nunc.reprobando glo.
in d.§.item si prædixerit, dum ad verbum con-
senserunt ibi positum subaudit maxime, quasi
quod sufficiat etiam tacitus consensus ex non
contradictione, cū sit imputandum ipsis viato
ribus, cur in hospitio remanserint audita pro-
testatione hospitis, quam opinionem Bar.pro
bat & communiter per scribentes teneri testa-
tur ibidem Ias.sub num. 17.ver.aduerte etiam,
dum Barto. tenet,& inferius, versic. si hospes,
vbi aperte concludit, quod ex quo hospes te-
netur de necessitate ex dispositione legis cu-
stodire res in hospitium inductas per iura su-
pra allegata, protestatio cōtra dispositionem
legis nihil releuat, nisi pars consentiat prote-
stationi, ita vt non sufficiat, quod protestetur
se nolle teneri de periculo in præsentia partis
non contradicentis, & sic non sit satis tacitus
consensus, sed requiratur, quod pars expresse
consentiat d.protestationi, hanc eandem opi-
nionem sequitur, & communiter per DD.te-
neri ait Alex. in addit. ad Bartol. in d.§.item si
prædixerit, in verbo, protestatio, sub littera B.
eam etiam amplectitur Ias.in l.pacta nouissima
sub nu. 12.versic.secundo contra gl. C.de pact.
& est de mente Aret. in §.fin.sub nu.1.versic.&
quod dixi, insti.de obl.quæ ex qua.delict.nasc.
& licet gloss.in d.§. item si prædixerit, voluerit
contrarium, & eam sequatur simpliciter Plot.
in dicto §.decimo, num.13. versic. fallit præte-
rea in fine,& ante eum Barto. in l. pacta no-
uissima in pri.lect in finalib. verbis, C.de pact.
& Imol.in d.§.morte, sub num.8.versic.& ideo
in proposito, tamen ea communiter reproba-
tur vt supra dictum est, & quatenus posset mo-
do aliquo sustineri, non procedere simpliciter,
sed tunc solummodo quando protestatio fuit
36 facta a principio ante quam hospes recepisset
viatores, & res eorum in hospitio, quia tunc si
ue consentiant siue nō, statur protestationi,&
imputatur eis, quare steterunt: secus autem si
protestatio fuit facta postquam receperat in
hospitio, quia tūc non sufficit, nisi illi consense
rit expresse pro vt distinguendo Bart. in d.§.
37 item si prædixerit saluat opinionem d.glossæ
& Petri, qui illam impugnabat, quā distinctio-
nē sequi videtur Addition.ad Barr.in d.§.mor-
te in pri.additione sub littera. A. in verbo mor
te eius,& de ea meminit etiam Imol. in eod. §.
morte sub nu.6. & seq. vers. tertio adde, adeo
quod nec dicta opinio glos.vt sup. declarata &
intellecta noceret Galeslio, cum ea quæ con-
tra eum ponderantur pro liberatione hospitis
a custodia & periculo rerum secuta sint nō ab
initio ingressus, sed postquam receptus fuerat
cum eius rebus in hospitium, quo casu non suf
ficiebat hospiti aliquis actus per quem consen
sus tacitus Galeslij induceretur de transferen-
da in se ipsum custodia, sed specialis & expres-
sus

fus requirebatur confessus, vt ex premissis apparet & propterea bene dixit in hoc proposito Castr. in d. l. si vt certo. d. §. si de me. post princ. ff. commod. quod cum quis tenetur de custodia rerum penes se existentium, non liberatur ab ea, nisi per contrariam conuentionem expressam, quam, cum non inducat appositio custodis, quæ non facit videri conuentum de contrario, merito per eam non liberatur, quin teneatur ad custodiam quam semel in se recepit.

Nec quæ dicuntur ad excludendam culpam ab hospite & reijciendam in Galessium, videntur obstare, quoniam vt in prioribus scriptis demonstraui, non potest hospes dici sine cul-
38 pa, cum sciens habere fenestram in domo, per quam facile poterat ingredi in cameram, in qua viator cum famulo iacuit, non prouidie securitati aduenarum hospitantium, ita vt per eam nõ posset introiri in domum, addito etiã quod cum claues dictæ cameræ iam diu ammissas fuisse asserat, & alias fieri non fecerit, nec serram mutari, vt a parte exteriori in d. cameram introiri non posset cum d. claue amissa, vel alia, in manifesta culpa depræhenditur, eo maxime cum dictæ cameræ hostium repertum fuerit apertum, & ipse credat furem per dictam fenestram introiuisse in cameram, & deinde hostium aperuisse, & recessisse, & fateatur dictam fenestram, quam de sero ab ipso clausam fuisse afferit, potuisse facile aperiri a Camillo Blasoni, qui postea ex hospitio recesserat visis Galessio, famulo, & valisiis, & illis etiam bene inspectis, & audito vlterius quod in illis aderant pecuniæ, cum enim illum furem esse sciret vel saltem suspectum haberet, vtiq; post eius recessum debebat adhibere omnem dilingentiam pro securitate viatorum, & rerum eorum, & prospicere an dicta fenestra esset clausa, vel aperta, & an ex aliqua parte domus in cameram introiri posset, præsertim cum non appareat in processu, quod a parte anteriori hostiũ cameræ, ita esset clausum, quod a parte exteriori aperiri non posset cum claue, licet in dubiis hoc pro vero supponatur, nec ex eo quod constat d. hostium a d. parte fuisse clausum, infertur necessario quod ab extra aperiri non posset cum claue, vltra quod hoc parum faceret ad rem, quia ex iudicio hospitis constat furem fuisse ingressum in cameram per illam fenestram solo propinquam per bracchium vnum cum dimidio, circa quam si non vsus fuisset tam magna negligentia, sed adhibuisset eam diligentiam quam quilibet diligens pater famil. adhibuisset, vtiq; furtum factum non fuisset, ad quod propterea erga viatorem merito tenetur, cum arctius hi pro
39 ablatis teneãtur, quam ceteri locatores Bald. in l.pr. sub nu.6. versi. & nota & in l.ex diui nu. 2. versi. oppono ergo C. locat. Castr. in l. dominus horreorum nu.2. in fin. ff. eo. tit. locat.
40 vnde tenentur etiam de leuissima culpa, licet contractus ineatur gratia vtriusq; partis, vt dictum fuit in aliis scriptis, & tradunt etiã Bart. in l.Dominus horreorum nu.1. ff. locat. Bald. in l.certi iuris sub nu.3.versi. & hæc faciunt in fine C. locat. & Castr. in l.qui mercedem post princ. ff. eo. tit. locat. & cum ex generali præ-
41 sumptione homines hi sint cõmuniter vulgares, mali, & rapaces, seuere contra eos agendum est secundum Bald. in d. l. 1. sub num.6.C. locat. alioquin materia eis daretur cum furibus aduersos eos, quos recipiunt coeundi, cũ nec ob pœnas, & prouisiones contra eos rigorose institutas, abstineãt a fraudibus, vt inquit tex. in l. 1. post princip. in §. maxima ff. naut.
42 caup. stab. Nec Domino Galessio potest nocere, quod nocte audiens rumorem subtus lecti, tacuerit, & non acclamauerit, quia primum, confisus de securitate a lege sibi promissa, tutus in cameram, & exinde in cubile introiuit, hostio ab intus clauso, & nulla alia circa securitatem adhibita diligentia, tanquam sibi nõ necessaria, & mox nocte audito rumore, a taciturnitate excusandus est ob ipsum nocturnum tempus, ob ignorantiam qualitatis domus, & ob dubium probabile mortis sibi inferendæ, si os aperuisset, cum maxime esset forensis, & inermis, & a communiter contingentibus nocte ad furandum accedentes ad domos alienas plures esse soleant, & arma etiam deferãt, cum quibus multa mala eos committere docet experientia vera rerum magistra, quando a Dominis rerum ablatarum vel ab alis impediuntur, quin furta iuxta eorum animi deliberationem perficiant: vltra quod inopinatus il-
43 le rumor non modicum terrorem semidormiẽti intulisse videtur, ac omne mentis consilium abstulisse, vt in simili considerat Bald. in d.l. ex Diui in princ. ante num. 1. post Odofred. ibidem C. locat. si enim, an iustus sit timor, & in constantem virum cadens vel ne, ex qualitate personarum & facti iudicandum est per iudicem, cuius arbitrio id a lege committitur iuxta late tradita per Menoch. in tract. de arbitr. iud. lib. secundo, centur. secunda. cas. 135. num. 2. cum seq. certe iustissimus arbitrabitur in Galessio, & talis qui in constantissimum, nedum in constantem virum cadere po-
44 terat, qui proinde sibi nocere non debet, vt notat Menoch. d. cas. 135. numero 1. & ponunt omnes in l. metum autem ff. de eo quod metus caus. & in l. vani timoris ff. de reg. iur. Et in om-
45 nem casum leuia essent, quæ contra viatorem pro culpa allegantur, respectu eorũ, quæ contra hospitem adducuntur, quæ tanquam vrgentiora attendenda sunt, quia culpa maior velat minorem & ei præponderat, & quanto
46 est maior, tanto est proximior causa damni, vt formaliter inquit Bald. in l. certi iuris sub nu. 3. vers. & hæc faciunt in fine C. locat. qui loquitur proprie in terminis istis, quando & viator
47 & hospes erant in aliqua culpa. Debet igitur Morettus hospes condemnari ad restitutionẽ

rerum

retum Calesio ablatarum,& in huius condem
nationis executione liquidabit quid & quan-
tum veniat restituendum, & num locus sit iu-
ramento in litem, cum non me lateat dari ca-
sum,quod hospes teneatur pro ablatis, & ta-
men contra eum non possit iurari in litem.

EPITOME.

**Qualiter puniatur,qui virilia, & mulie-
bria, idest virorum ac mulierum pu-
denda depicta, vel cornua, aut alia
huiusmodi ad domum alienam ap-
pendit.**

SVMMARIA.

*APPENDENS ad domum alienam puden-
da depicta;cornua, vel similia grauem infert in-
iuriam nu.1.*
*Imo enormem, nume,6. concurrentibus circunstan-
tijs.*
Et grauiter iudicis arbitrio venit puniendus. 2.
*Et quod pœna Mitra & triremium fuit quandoque
imposita 4.& 7.*
*Proijciens in aliquem,lutum,stercus,vel similia,quo-
modo sit puniendus nu.3.*
Iniuria fit etiam factis,& signis contumeliosis.5.

CASVS SEPTVAGESIMVS PRIMVS.

QVI ad hostium, & fenestras
domus aliena pudenda viri-
lia, & muliebria depicta, vel
1 cornua appendit, vel aliud si
mile facit, grauem iniuriam
2 inferre dicitur, cuius pœna
eum regulariter sit arbitraria iudicis, inspecta
facti,& personarum qualitate iuxta tex. in §. in
summa instit.de iniur. & tradunt Crauet.con-
sil.119.num.1.Clar, in §.iniuria. num. 7. & Me-
noch de arbitr.iudic. lib.2 cas.263.num. 3.con
stat talem delinquentem graui animaduersio-
ne dignum esse, quod clare demonstrari vide-
3 tur ex tex.l.1. §. 1.ff. de extraord.crim.fit iniu-
ria (dicit ibi Paulus) contra bonos mores,ve-
luti si quis fimo corrupto aliquem perfuderit,
cœno,luto oblinierit, aquas spurcauerit, fistu-
las, lacus, quidve aliud ad iniuriam publicam
contaminauerit,in quos grauiter animaduer-
ti solet,quem locum referunt Clar. in §.fin.qō.
83.num.9.versi.item puniendi sunt, & Menoc.
de arbitr.iudic.lib.2.cent.4.cas.385.num.pri.
Ex hocque dicit Clar. quendam, qui ampho-
ram stercore plenam in mulierem proiecerat,
fuisse ictibus duobus funis affectum, licet re-
missionem haberet, quod exemplum refert e-
tiam Menoch. vbi supra, num. 2. Et quendam,
4 qui virilia, ac muliebria picta, idest virorum ac
mulierum pudenda, & cornua appenderat ad
domum cuiusdam mulieris nuptæ nobilis, li-
cet non sine magna inhonestæ vitæ suspicione,
scio condemnatum fuisse (me ita votante) ad
triremes ad tempus, hoc etiam addito quod
antequam transmitteretur ad triremes, ince-
deret per ciuitatem cum Mitra in capite & scri
ptura in pectore, quæ huiusmodi punitionis
causam denotaret,vt sic & ipse palam & publi
ce pœnam infamem pateretur,postquam mu-
lierem ita patenter infamauerat. Fit enim in-
5 iuria varijs modis, & inter cæterus factis,& si-
gnis contumeliosis,quibus infamia, defectus,
crimina,& vitia alterius denotantur,obijciun
tur,& exprobrantur,quæ quidem punienda ve
nit discretione iudicis,vt dicit Iodoc.in pract.
crimin.c.139 tit.de iniuriis per gestus,ante fi
nem, qui locus optime ad rem nostram facit.
Et si vt oportet,factum locum,tempus,& per-
sonam inspiciamus, cum factum ipsum turpe
sit in se,Domus esset in publica platea, & pro-
pè Ecclesiam celebrem & a populo frequenta
tam,concurreret etiam tempus,quia erat dies
festiuus, & solennis, & mulier esset nobilis,&
ciui probo nupta, licet non careret nota inho
6 nestatis,non tamen notoriæ, atrox & enormis
censenda est talis iniuria,l.prætor,§.attrocē.l.
vulneris.&l.sed est,ff.de iniur.& §.atrox.insti.
eod.tit.Iodoc.in d.pract.cap.137.tit.de iniur.
factorum ad finem,num. 18.& 19. & late pro-
sequntur Menoch.de arbitr.iud.lib. 2. cas.263.
fere in toto, vt propterea omnibus bene pen-
7 satis in proposita specie a recto iudicis arbi-
trio pœna minor descendere non debuerit;pro
qua sententia inueni postea Parid. de Put. in
tract sindicat in verbo iniuria officialis, c. pri.
num.6.vers.& dixit no.Angel.cum duobus ver
sic.seq.fol. 273.a tergo, dicentem esse grauem
iniuriam,& alias consuluisse quod quidam qui
pinxerat quandam honestam mulierem, quæ
nolebat ei consentire,nudam cum certo vitu-
perio,& illam picturam ad eius ignominiā affi
xerat in locis publicis, esset relegādus in opus
publicum in triremi,siue in galea,quia talis pi
ctura erat libellus infamatorius.

EPITOME.

**An,& quando pluribus accusatis, vel
inquisitis de crimine simul commisso
possit vnus pro alio intercedere, & fi-
deiubere de stando iuri, iudicatū sol-
uendo, & se representando ad obti-
nendam relaxationem a carceribus.**

SVMMARIA.

*PLVRIVM inquisitorum de delicto simul com-
misso, vbi veniat pœna pecuniaria,potest vnus pro
alio fideiubere nu.1.& 5.*

Dummo-

Dummodo sint aliàs fideiussores idonei 2.
Forenses non sunt idonei fideiussores. 3.
Fallit in pluribus clericis conuentis. 4.

CASVS SEPTVAGESIMVS SECVNDVS.



Ictum Barto, in l. penult. ff. de rutor. & curator. dat. ab his, quod in criminalibus vbi pæna pecuniaria tantum imponitur, si plures de eodem maleficio communiter commissosint accusati, vel inquisiti, unusquisque eo-
1 tum possit pro alio fideiubere, & promittere de stando iuri, iudicatum soluendo, uel repræsentãdo, quæ fideiussio vicaria dicitur, Musca tel. in practic. fideiussor. parte prima, cap. 20. numero tertio, communiter hodie obseruatur in tribunalibus, & probatur per tex. in d. l. penult. ubi unus potest teneri vti tutor pupilli, & uti fideiussor contutoris eiusdem pupilli, qui tex. licet loquatur in ciuilibus, procedit tamen etiam in criminalibus, ut unus possit teneri tanquam reus, & tanquam fideiussor alterius rei, quando de pæna tantum pecuniaria agitur, & ita tradit Angel. in l. reos circa princip. ff. de duobus re. quem sequitur ibidem Castren. numero secundo, Angel. Aretin. de malefic. in verbo pro quibus Antonius fideiussit, numero septimo, versic. quæro, an unus, Amad. de syndicat. sub numero 210 versic. item aduerte, Addition. ad Bald. in l omnes. 31. C de Episco. & Cler. in addition. sub numero quinto, in verbo, plures simul, & est dictum per omnes ap-
2 probatum, dummodo qui vult esse fideiussor sit alias idoneus, & non suspectus, ne alias vana sit, & frustratoria fideiussio, si suspectus esset, & nihil possideret. & ita cum hoc temperamento procedere dictum Angel. intelligere videtur Imol. in d. l. reos in princip. quem secuti sunt ibidem Aretin. & Ronchegal. late insistens, & de commun. sententia attestans, num. 10. & 11. versic. occasione huius præclaræ decisionis, idem tennerunt August. de Atimin. in addition. ad Angel. de malefic. in loco citato, Marsil. in rubr. ff. de fideiussor. quæst. 56. nume. 4. 4. & ita etiam uerbis apertis voluerit Barr. d. l. penult. sequuntur addentr. ad eum, & idem ibi tenuit Bal. Adeo quod dictum Angeli bene indigebat suppletione & temperamento præd. sed non dictum Bart.

Ex quibus infertur, quod si accusati vel in-
3 quisiti essent forenses, & in territorio iudicis immobilia non possiderent, etiam quod alias essent diuites, & non inuenirent fideiussores de territorio, non audirentur, volentes adinuicem fideiubere, ut ex carceribus relaxarentur, ex quo non sunt idonei, sed suspecti, & si recederent, non esset bene consultum Curiæ, quod vltra præmissa probatur in l. omnes, la se-
4 conda, C. de Episco. & cle. & in hac autem, quæ est l. 31. ubi speciali priuilegio hoc conceditur Clericis forensibus, ut sic contrarium sit de re communi, quod in pluribus conuentis extra proprium domicilium unus pro altero satisdare non possit, sumpto argumen. a spec in d. l. pro ut non ineleganter adnotauit Ronchegal. in d. l. reos, numero vndecimo, uersi & ubi plures forenses, cuius legis dispositio in ciuilibus loquitur, ut ibi dicit Bald. nume
5 quinto, procedit tamen & in criminalibus, quibus de pecuniaria tantum agatur pæna, ex superius dictis apparet, a quibus iudicandi recedere tutum non esset.

EPITOME.

Quo remedio Iudex maleficiorum, q reum relaxauit a carcere sub fideiussoribus non idoneis sine approbat re, possit consulere eius indemnitat ne teneatur de proprio parti, & Reipublicæ ad interesse.

SVMMARIA.

IVDEX maleficiorum recipiens pro reo fideiussores minus idoneos tenetur de suo proprio. nume. & 3.
Pupillus & respublica æquiparantur. 2.
Fideiussores dum Iudex recipit, cautela ne ipse teneatur, est vt eorum approbatores recipiat. 4.
Fideiussorum approbatores recipiendi consuetudo per Italiam. eo.
Florentiæ verò & Mediolani quid in specie obseruatur. 7.
Approbatores tenentur, si fideiussores minus idonei r periantur. 5.
Quid autem in simplici laudatore vel commendatore. 6.
Fideiussores vbi Iudex receperit minus idoneos, p test iterato reum detinere, donec præstet idoneos. & 10.
Fideiussor primus, per dationem secundi non censetur liberatus 9.

CASVS SEPTVAGESIMVS TERTIVS.



1 Vdex maleficiorum recipiens pro reo fideiussores non idoneos, tenetur de proprio ad interesse parti, & rei publicæ l. 1. §. sciendum cum gl. & §. Magistratus ab initio. & §. filiusfamilias, ff. de magistr. conuen. & §. sciendum, instit. de satisdat. tutor. quæ iura, & si loquuntur in fideiussore pupilli, procedunt in fi-
2 deiussore reipublicæ, quia pupillus & respublica æquiparantur l. imperatores. & ibi gl. & DD ff. de re iud. & probatur & in l. quoties, ff. qui satisd.

tisd. cog.& in l.fin.C.de magistr. conuen. cum
vbiq; notatis per DD. Et ita in puncto tradút
3 Amad.in tract. de sindicat.num.212.versic.po-
stremo aduerte Angel. de malefi. in verbo pro
quibus Antonius fideiussit, num.13.versic.no-
ta etiam Paris. de Put.in tractat. de sindicat.in
verbo fideiussot officialium, cap. 3.nu.1. & seq.
& Marsil.in rub.ff.de fideiussor.q.47.nu.406.in
4 princ. Propter quod periculum aufugiendum
introducta fuit cautela, quod Iudex, quando
recipit fideiussores, vult eos dare approbato-
res, quos ipse sciat esse idoneos, vt subdit A-
mad. & idem voluit Angel. dicens quod con-
suetudo est per Italiam, quod Iudex velit vnũ
approbatorem & late prosequitur Mars. sub d.
n.406.vbi alios idem tenentes allegat, & dicit
quod communiter in Ciuitatibus sunt deputa
ti isti approbatores fideiussorũ, & est optima
5 cautela, nam per eam liberatur Iudex, & tenẽ-
tur ipsi approbatores, si fideiussores reperian-
tur nõ idonei.d.l.§.sciendum vers.diuus Adria
nus ff.de magistrat.conuen.& l.si ab arbitro x.
ff.qui satisd.cog.& vtrobiq; glos.& scribent.&
est tex. ceteris clarior in l.cum ostendimns §.
fin.ad finem ff.de fideiussor.tutor.qui enim (vt
dicit tex.ille) affirmant aliorum idoneitatem,
fideiussorum vicem obtinent. Angel. vbi sup.
nu.14. Marsil. sub.d.nu.406.& Paris de Put.d.
6 c.3.nu.4.& n. 7. ad finem, vbi subdit quod se-
cus est in simplici laudatore & commendato-
re fideiussoris, qui non tenentut in aliquo per
l.& eleganter §. fin. ff. de dol. nisi hoc fraudo-
7 lenter fecerit vt in d.§.fin.in fine, cum l. seq. &
in l.consilii ff. de reg. iur. Ego in statu Medio-
lani vidi in mnltis locis Iudices velle a reis fide
iussorum approbatores. In statu autem Floren
rino & in quibusdam aliis loci vidi Iudices ac
cipere fideiussores ex relatione pub. nuntii,
vel (vt aiunt) Caballarii de eorum idoneitate,
licet istæ sint personæ vilissimæ. In aliquibus
etiam locis vidi obseruari, quod absq; aliqna
approbatione recipiantur, nullaq; etiam a pu-
blicis nuntiis habita relatione, & propterea
dubitatum scio, quo remedio sit consultum iu
dici, qui relaxauit reum a carcere sub fideiusso
ribus non idoneis, quos ipse putabat idoneos
esse, vt nullum de hoc sentire possit damnum
8 in sindicatu, & determinatum fuit posse eum
iterato capi facere reum & in carceribus reti-
nere, donec alios idoneos fideiussores pręstet,
vt in terminis notat Bald. in l. 1. sub num. 3.
versi. secundo casn ff. si qnis in ius vocat. non
iuer. vbi formaliter dicit, qnod si iudex male-
ficiorũ acceptauerit fideiussores non idoneos,
& captum relaxauit, poterit nihilominus eum
capere de nouo, & facere quod iterato præstet
fideiussores, quibus præstitis etiam primi re-
9 manent obligati, nec eximuntur a fideiussio-
ne primo loco præstita, quod dicit menti te-
nendum, quod ea ratione factum videtur, quia
acceptatio priorum fideiussorum non idoneo
rum fuit facta per illum, qui non habebat po-
testatem præiudicandi Reipnblicæ, vnde me-
rito non obstat, quin ad nouam fideiussionem
10 deueniri possit. Quam decisionem commen-
danr & sequuntur August. de Arim. in addit.
ad Angel.de malef. in verbo quod fama publi-
ca præcedente sub n.67.in addit.incip. tu autẽ
in hac materia ad finẽ versi. & tene mẽti quod
dixit Bald. & Mars. in rubr. ff. de fideiussor. q.
4.num.85.post versi.& in materia, pro qua opi
nione, optime, ni fallor, facit tex. in l. de die.
§.pr.& §.si seruus ff.qui.satisd. cog.& ita etiam
tenere reperio Strac.in tract. de mercatur.tit.
de decoctor.par.quinta num.2.versi. item quæ
ro, vbi generaliter ait, quod vbi Iudicis off. prę
stita est satisdatio, & effecta sit non idonea, ex
integro præstanda est, quia eadem æquitas sug
gerit iterum caueri in hac specie, cum ex ino-
pia subsequuta in fideiussore desinat esse cau-
tum, & licet loquatut quando fideiussor post
factam promissionem effectus est non soluen-
do, tamen idem videtur quando ab initio non
erat idoneus, imo forsan & fortius, & idem
quod Strac. nouissime his iam scriptis tenere
inueni Rouescal. in addit. ad cons. Baldi cons.
308. sub nu. 1. post medium versi. sed maius du
bium est lib. 4. quod cons. tamen in libro meo
est. 315. & allegat text in l. si ab arbitro §. fin.
ff.qui satisd.cog.& ibi doctor. & in alijs locis.

EPITOME.

An neganti maleficium prosit pax ad diminutionem pænę a statutis concessam habenti pacem.

SVMMARIA.

ALLEGANS contraria non auditur. nume.1.
Pax ad cautelam fieri potest etiam neganti 2.& nume.6.
Pax prodest etiam neganti ad obtinendum beneficium statuti.3.
Contrarium secundum aliquos. 10.
Prior tamen conclusio est tenenda. 11.
Pacem producens non dicitur fateri delictum, dicto nume.3.
Et si illam gratis non habuerit.4.
Pacis instrumentum apud Mediolanenses plene probat delictum.7.
Cautela vt vllo casu pax obesse non possit.8.
Transactio super quocunq; crimine permittitur de consuetudine totius Italia.9.

CASVS SEPTVAGESIMVS QVARTVS.


Vęsitum, quandoque fuit, an si reus negauit maleficium, & postea producat pacem a parte obtentam, pax illa possit ei prodesse ad reportandum commodum statuti diminuentis pæ-

nam

nam propter pacem, videtur enim primo
aspectu, quod talis productio pacis non prosit,
quia in penam mendacij punitur in hoc, quod
1 non potuit confiteri, & tanquam allegans con-
traria non auditur. l. 1. C. de furt. & ita in pro-
posito nostro arguit Bald. in l. 1. C. de confes.
sub nu. 7. post verũ. item quæro an quod primo
negatur. Cōtrarium tamen est verum, quia pax
2 ad cautelam fieri potest etiam neganti, sicut
absolutio ab excōmunicatione prætensa, item
ad redimendum vexationem, vnde non est ne-
cesse, quod veritas maleficij præcedat verita-
tem instrumenti partis, ita determinat Bald.
in loco citato, & subdit quod hoc est vtile sci-
re, ne si confiteretur per productionem illam,
detruderetur in carcerem, & ad allegata in op-
positum respondet, quod possent procedere si
per instrumentum pacis diceretur probatum
maleficiũ, & quod differt negatio a productio
ne pacis, quia si concordia non prodest, nisi
in parte pœnæ, quæ remittitur per statutum,
negatio tamen prodest in totum, si maleficium
non probatur, quia sequitur absolutio, & Bald.
sequutus est Catald. de Boncompagn. in tract.
3 de siudicat. q. 187. sub nu. 124. ver. adde an in-
strumentum pacis prosit neganti, & est certis-
sima conclusio, & quotidie practicata, quia
producens pacem non intelligitur fateri cri-
men, vt subdit Cataldin. d. l nu. 125. versi. item
an producens instrumentum pacis, Paris. de
Put. in eod. tract. in verbo compositio. ca. 11. in-
cip. an officialis Episcopi sub. n. 2. Brun. in tract.
de indit. & tortura in 3. q. pri. part. nu. 27. ver-
sic. quæro quid de confessione. Blanc. in tract.
de indit. n. 306. vers. pax seu transactio. Carrer.
in pract. crim. versi. trigesimum primum indi-
tium est nu. 2. & seq fol. 64 & in versi. vigesimo
nono num. 39. & seq. fol. 224. & 225. Marsil. in
pract. crimin. §. diligēter n. 178. & seq vers. quæ-
ro vlterius. Clar in pract. crim. q 22. n. 38. versi.
pax seu trāsactio maxime si eam habuerit gra-
tis, & non per pecuniam, vt præfati omnes
DD. dicunt, licet etiam si illam consequatur
aliquo dato, aliqui ex sup. citatis Doctoribus
teneant adhuc non intelligi eum confiteri de-
lictum, sequentes Bald. in l. furti §. pactus, post
medium versic. extra quæro ff. de his qui not.
infam. vbi expresse tradit, quod licet melius
4 sit habere concordiam gratis, quam per pecu-
niam, tamen neutro casu eam producens dici-
tur fateri crimen quoad condemnationem,
quia producitur concordia ad condemnatio-
nem excludendam, & non debet contrarium
operari, & respondet ad l. quoniam eod. tit.
quæ videtur probare totum oppositum. quod
5 scilicet trāsigens aliquo dato super delicto vi-
detur illud fateri, quod loquitur respectu in-
famiæ, non autem quoad condemnationem fi
scalem, & quod fictio illius legis est contenta
suis terminis, quia fictiones sunt restringen-
dæ, vt non operentur, nisi in illo effectu, ad
quem sũt ordinatæ. Addi etiam possunt ratio-
nes, quas adduxit in d. l. 1. C. de confes. quod
6 eam potuit facere ad cautelam, & ad vexatio-
nem redimendam, quo casu non dicitur fate-
ri, prout idem Bald. tenet in l. Athletas, in ad
ditione seu in secunda lectura in fine num. 6.
vers. nota redimentem eod. tit. de his qui not.
infam. quod maxime procedit temporibus ho
diernis, in quibus instrumenta pacis fiunt ex-
presse ad euitandos litis sumptus, & non quia
qui prætenditur alterum offendisse, commise-
rit delictum, de quo facit pacem, vel qui rece-
pit iniuriam remittit per pactum omnem in-
iuriam, quam constare posset patrem sibi intu-
lisse, vel generalius sit remissio de omni iniu-
ria, & offensione, quæ dicitur per partes ad in-
uicem se fecisse & intulisse, his enim casibus in
dubitanter nulla insurgit confessio criminis,
vt per Brun. loco citato num. 28. versic. sed quo
modo poterit, quē sequuti sunt Blanc. & Mar-
sil. sup. citati, dicit tamen Clar. in p. versic. pax
seu transactio quod apud Mediolanenses, si re-
7 peritur instrumentum pacis, illud plenè pro-
bat delictum contra eum, qui pro eo pacem fa
cit: quod si verum est, notandum est per practi
cantes in illo dominio, cum sit contra disposi-
tionem iuris com. saltem si sic indistincte intel
ligatur, vt ex prædictis cōstat, vnde subdit pro
8 cautela, quod pax fiat per aliquem tertium no
mine omnium, quorum interest, vel speciali-
ter nomine ipsius rei, quia tunc valet, & pro-
ducenti prodest, & non nocet, vt ipse subijcit.
sunt etiam qui in hoc adhibeant distinctio-
nem secundum terminos l. transigere C. de
transact. vt scilicet pax tunc inducat confessio-
nem delicti, quando fit in casibus, in quibus
per d. legem prohibita est transactio, secus au-
tem, quando fit in casibus, in quibus ex eadem
lege permissa est concordia, quia tunc non ope
ratur criminis confessionem, cum facta sit iu-
re permittente, vt per Blanc. & Clar. in locis re
latis. In quo nullam faciendam vim existimo,
quia quicquid sit de iure per dispositionem
d. l. transigere, de consuetudine totius Italiæ
9 hodie potest fieri transactio super quocunq;
crimine, & licitum est facere pacem de omni
delicto cuiuscunq; generis & qualitatis sit,
sic attestatur Clar. in pract. crim. quæst. 58.
58. sub numero 16. post versi. secunda regula,
vbi propterea subdit se committere disputa-
tiones super regulis, quæ colliguntur ex d. l.
quia de illis raro aut nunquam in practica tra
10 ctatur. Quod tamen non prosit productio pa-
cis ad beneficium statuti obtinendum, quan-
do facta est non simpliciter tanquam cum de-
linquente, sed tanqua eum simpliciter impu-
tato de delicto, & circa confessionem malefi-
cij, tenet Nell. de bannit. in tertia part. secun-
di tempor. q. 32. & seq. nu. 32 cum seq. versi. id
autem hoc dicitur, & hoc ea ratione quia re-
quiritur fieri pacē de contentis in imputatio-
ne, in qua continetur, quod quis deliquit, vn-
de nō videtur satisfactum statuto per verba in

strumenti

ftrumenti,quæ non ſunt affirmatiua, ſed dubi-
tatiua,quod eſt contra Bal. a quo non videtur
recedendum,quia eius rationes videntur me-
liores, & ſuffiecere videtur ad ſtatuti benefi-
cium conſequendum, quod pars offenſa remiſ
ſionem iniuriæ faciat imputato,etiam quod is
non fateatur ſe iniuriam intuliſſe,quia idem re
ſultat effectus quietis, & tranquillitatis, ac ſi
fateretur, & conſequitur idem finis a ſtatuto
conſideratus,vt de ſe patet.

E P I T O M E.

An pax ab vno ex corrixantibus producta,proſit aliis, qui ſunt contumaces quoad obtinendum beneficium dimunutionis pœnæ conceſſum a ſtatutis habentibus pacem.

S V M M A R I A.

PAX ab vno ex corrixantibus producta,prodeſt etiam contumaci,nu.1.

Quod ex equitate ſaltem videtur procedere.8.

Contrarium tamen defenditur 2.cum ſeq.

Et in praxi dicitur obſeruatum.5.

Statum minuens pœnam propter pacem dicitur contra ius comu.3.

Appellatio vnius prodeſt conſortibus,licet non appellantibus.4.

Socius in criminalibus non gaudet priuilegio ſocij.6.

Contrarium.7.

Opiniones tamen diſtinctione concordantur.9.

Abſurdum nõ eſt in criminalibus aliquos ex eadem cauſa abſolui, alios condemnari, quoſdam itẽ grauius, nonnullos mitius puniri.10.cum ſeq.

Iudices practici procedunt prius contra contumaces, poſtea contra carceratos.11.

CASVS SEPTVAGESIMVS QVINTVS.



Væſitum etiam fuit in materia
ſtatuti minuentis pœnam cri-
minis habenti pacem,an pax
ab vno ex corrixantibus pro-
ducta proſit alteri contuma-
ci ad obtinendum beneficiũ
dicti ſtatuti. in qua quæſtione Catald. de Bon-
comp.in tract.de ſyndicat. quæſt. 187. ſub nu.
127. verſi. item an pax producta, dicit videri
1 quod ſic, per l.1.& per tot.tit.C.ſi vnus ex plur.
appellauer.& per l. etiam §. ex cauſa ff. de mi-
nor. 25.an.Contrarium tenuit Vulpel.in tract.
2 de pace.quæſt. 65. vbi inquit quod non poteſt
aſſentire Cataldino, quia ſtatutum minuens
3 pęnam propter pacem eſt contra ius com. ſe-
cundum Bald. in l.diuus ff.ad Syllanian. quod
etiam fatetur Cataldin. in citata quæſt. in
princ.poſt num. 124. & eſt gloſ.in cap ad apo-
ſtolicæ,de re iudicat.in ſex.& ideo eſt proprie
intelligendum in producente, & ſtatuti bene-
ficium implorante, & ad allegata in contra-
rium reſpondet,quod non mirum eſt,ſi appel-
latio vnius ex pluribus,quorum cauſa erat cõ-
4 munis, & eadem omnium defenſio, aliis non
appellantibus proſit, quia hoc fit, ne ex vno
& eodem facto, & vbi eſt eadem abſolutionis
ratio, diuerſæ appareant ſcientiæ, nempe ab-
ſolutoria & condemnatoria, quod eſſet ab-
ſurdum; Quod vero pro eodem facto plures ea
dem ſententia damnentur non vniformiter,
ſed vnus maior quantitate, quia contumax
fuerit, nec confeſſionis, aut pacis beneficium
ſibi impartiri petierit, non eſt inconueniens,
& ſibi culpæ adcribendum eſt, non iudici, qui
5 nihil petenti, nihil impartitur. Ego fui ſem-
per ſolitus in contingentiis facti ſequi hanc
vltimam opinionem Vulpel. per eius ratio-
6 nes,& per tex. in l. ſi quis vxori ff. de furt. vbi
quod in criminalibus,ſocius non gaudet priui
legio ſocij, & per ea quæ in punctio dicit Gan-
din. per eum non viſus in tract. maleficior. in
Rubr. de tranſact. & pact. in malefic. ſub num.
17.poſt verſi.ſed quid ſi dicam, vbi ſtante ſta-
tuto quod quicunque habuerit pacem de ma-
leficio, non puniatur, ponit caſum quod duo
ad inuicem ſe percuſſerunt, & inierunt pa-
cem,& requiſiti per iudicem vnus comparuit,
& produxit cartam pacis, alius vero fuit con-
tumax, & bannum recepit, & quærit an pro-
ductio d. pacis proſit illi contumaci, & ait vi-
deri quod non propter contumaciam ſuam,
& quia pro eo non ſunt factæ defenſiones,
& probationes, quæ fieri non poterant, quia
præſentia opus erat. l. pen. §. ad crimen ff. de
publ.iudiciis,ſed quod de æquitate ſunt argu-
7 menta contra, vt per conſortem & ſocium cri-
minis beneficium ſit illi acquiſitum,vbi eſt ea-
dem cauſa defenſionis, & identitatis.atq. eo-
rum quæ habentur C.ſi in eom eadẽq; c.per to
tum titulum, & in l.1. §. ſin. ff. de iniur. quæ
nihil facit, ſed voluit allegare l. etiam §.
pen. & l.ſi de communi ff.ſi ſeruit. vendicet. &
maxime quia hodie ex inquiſitione non proce
ditur ſolenniter, vel in figura iudicii,videtur
enim Gandi. per ſuprad. hanc ſententiam de
8 iuris rigore firmare, cõtrariam autem ex ęqui
tate admittere. Et quod qui vult ex pace con-
ſequi beneficium ſtatuti in diminutionem pæ-
nę delicti, debeat illam coram iudice produ-
cere, tenet Angel. de maleſ. qui tamen non
loquitur in terminis huius quæſtionis, in ver-
bo deducta quarta parte num.7.verſi.quid au-
tem ſi ſtatuto debeat deduci,& ita tenendo ad
omnia in contrarium deducta reſpondeo ego
aliter quam faciat Vulpel.nihil allegans,quod
9 ea procedunt in iis,quæ inhærent facto ab ini-
tio, & ab eo ſeparari non poſſunt, in quibus
quod per unum fit, aliis etiam non facienti-
bus prodeſt, ſecus autem in his quæ poſtea ſu

perueniunt extra ipsum factum, & eo iam sequuto, in quibus quod vni conuenit, non omnibus conuenire dicitur, sed vniuscuiusq; factu inspicitur, & secundum illud quisq; iudicatur, & hoc siue agatur de diminutione condemnationis ob confessionem vel pacem, siue agatur de augumento ob negationem vel contumaciam ex statutorum dispositione, quia si causa propter quam fit diminutio, vel augumentum militat in vno, & in alio cessat, debet solum id habere locum in eo, qui militat, & non in eo, in quo cessat, ita vt non sit inconueniés, quod ex corrixantibus & suppositis eidem pænæ vnus propter confessionem vel pacem condemnetur in minus, & alter propter negationem, vel contumaciam in plus, cum istæ sint qualitates & circunstantiæ a maleficio separatæ, & post illud superuenientes, in quibus singulæ personę delinquentium & singula earum facta considerantur iuxta notabiliter tradita per Bart. in l. libertis quos. §. posthumis versi. vlt. nota ff. de alim. & cibar. legat. & in l. is qui opem sub nu. 5. versi. item fallit ff. de furt. vt latius comprobaui supra casu 56. in versic. Non ab re etiam quæri potest, vbi est videndum. Vt
10 sic absurdum non videatur in criminalibus, quod ex eadem sententia habentes eandé causam diuersimode puniantur, nedum quãdo inter eos est vnus contumax, sed etiam quando omnes comparuerunt, quorum aliqui quandoq; fatentur delictum, & gaudent beneficio confessionis; alij vero negãt & carent dicto beneficio, & quandoq; etiam grauius puniuntur, vt ex prædictis patet. Adsunt præterea aliquãdo intercorrixantes aliqua priuilegia, putã milites, quibus concedunt priuilegia ob confessionem & pacem pinguiora, quam aliis, quorum causa minori pæna condemnantur, quam corrixantes non ita priuilegiati, itidem confitentes & pacem habentes. Quinimo vt ad contumaces reuertamur, quando plures simul de eodem delicto imputantur, & non omnes se
11 constituunt in carceribus, solent Iudices practici prius procedere contra non comparentes, & in contumaciam eos condemnare veluti confessos, & postea cõtra carceratos cognoscere, & causam prosequi, quorum aliquando bona pars, & nonnunquam omnes absoluuntur, cum tamen idem & vnicum fuerit omniũ contumacium & carceratorum factum, & eadem causa, quod fieri posse constat ex dictis per Felin. cæteros adducentem in c. cum inter nu. 20. versiculo fallit 4. de sent. & re iud. & sentit Gomez. tom. terr. var. resol. de delictis cap. primo, sub numero 88. versic. vnum tamen est, & tradit Angel. de malefic. in verbo, & Andream Marci, numero secundo, versic. aduertas tamen, & ibi etiam Augustin. in addition. in princip. & pluries practicaui.

EPITOME.

An, & quando Officiali perpetuo, vel temporali delinquenti in officio, vel extra officium interdicenda sit administratio officij lite pendente.

SVMMARIA.

OFFITIALI delinquenti extra officium non interdicitur administratio. nu. 1.

Officialis accusatus de crimine commisso in officio, retinet officium pendente accusatione, sed illi interdicitur administratio. 2.

Et quare. 5.

Procedit autem conclusio si talis sit accusatio, qua probata veniret ab officio remouendus. 3.

Et dummodo ex habitis informationibus incipiat cõstare de mala administratione. 4.

Nec sit differentia inter officialem perpetuum, vel temporalem. 6

Officio durante cognosci potest de crimine pro quo venit pœna priuationis, & quare. 7.

CASVS SEPTVAGESIMVS SEXTVS.



VIDI alias dubitari, an officiali delinquenti interdicenda sit officij administratio causa pendente, & decidi secundum opinionem Bart. in l. libertus, §. in quæstionibus, ff. ad municipal. & de incol. vbi distinguendo
1 dicit, quod quando quis accusatur de crimine commisso extra officium, pendente iudicio retinet officium, & administrationem per dictũ
2 §. in quæstionibus, quando vero accusatur de crimine commisso in officio licet accusatione pendente retineat officium, administratio tamen interdicitur per l. quod si forte, §. sunt quidam, ff. de solution. & l. eum, quem C. de suspect. tutor. in quibus locis hoc ipsum notant idem Barto. & cæteri scribentes, quam distinctionem etiam faciunt ex antiquis DD. Ioan. Fab. in §. si quis autem in princip. institu. de suspect tutor. & Luc. de Pen. in l. vnica, columna fina, versicu. in glos. vltima. C. de rei. postulat. libro decimo, & in l. Iudices, columna secunda, versic. sed an Iudici. C. de dignit. libro duodecimo, & ex Modernioribus, Paris de Put. in tracta. syndicat. in verbo, accusatus, columna 1. 2. & 3. Afflict. in Const. Regn. libro primo, Rubr. 37. super Consti. statuimus, sub nu. 50. post vet. sexto fallit, dũ simpliciter se remittit ad dicta per Parid. supra citatum, & nouissime Vincent. Franch. Decis. Neapol. octaua, in princip. Id autem quod dicitur de administratione interdi-
3 cenda Officiali accusato, lite pendente intelligendum est procedere, quando accusatio est talis,

talis, quod ea probata remouendus is esset ab
officio, alias vero secus, secundum Bart. in d.
§. sunt quidam, ad finem num. 5. quem sequitur
4 Vincent. de Franch. d. decis. 8. num. 2 Et quando de tali accusatione captæ sunt informationes, & incip t constare de mala officii administratione, & non aliter, nec enim ex sola accusatione, quæ probata sufficeret ad priuationē, suspendendus est accusatus ab administratione, sed solū quando capta informatione ali quid substantiale contra ipsum apparet, ita est de mente Bart. in d. §. sunt quidam circa finem, sub nu. 5. & clare ponit Franch. d. decis. 8. num. 4. & 5. & idem aperte voluerunt Io. Fab. in d. §. si quis autem, post princ. & Luc. de Fenna in d. l. Iudices, colum. 2. post vers. sed an Iudici ibi, quod videtur verum si marito est suspectus. Ratio autem quare concurrentibus prædictis cō
5 siderationibus lite pendente interdicitur administratio Officiali, est multiplex vt per Frāc. d. decis. 8. nu. 3. sed ea potissimum vrget, quod nisi ita fieret, astrueret testes scientes veritatem, vel eis minaretur, ut dicit Paris de Put. loco citato, quem sequitur Franc. inquiens quod si officiales retinerent administrationem officii terrerent testes, qui de facili non possent
6 deponere veritatem, uel facerent, quod deponerent falsum. Et procedit ista conclusio non solum in Officiali perpetuo, sed etiam in temporali, cuius officii finis non est expectandus, vt per Parid. ubi supra, num. 7. uersic. & prædicta, quem sequitur Franch. in sæpe citata Decis. octana, nume. 6. vbi etiam allegat Bald. super feud. tit. de pac. Costant: in uerbo, creden-
7 tias in finalibus uerbis, sub num. 2. dicentem, quod quando pro crie imponitur pœna remotionis ab officio, potest de eo cognosci durante officio quia si expectaremus finē officii, frustra fieret amotio, quod est notandum, quia non raro accidit in facto.

EPITOME.

De materia regulæ quod qui non habet in ære, luat in corpore, quomodo intelligatur, & in quibus casibus procedat, & de multis quæstionib. circa hoc non raro occurrentibus in practica.

SVMMARIA.

CESSIO bonorum non admittitur iu criminali bus, nu. 1.

Qui non habet in ære, luat in corpore eo.

Quod sine dubio procedit concurrente consensu creditoris. 2.

Et hoc quando pœna saltem in parte applicatur par ti. 4.

Sed & creditore inuito potest Iudex commutationē arbitrari, vel quod creditor fidem habeat, donec ad pinguiorem fortunam deuenerit. 3.

Luere non cogitur in corpore qui soluit maiorem partem condemnationis, sed de reliquo est fides habenda, donec deuenerit ad pinguiorem fortunam. 5.

Condemnatus occasione delicti ad interesse partis nō admittitur ad cessionem bonorum, sed debet in corpore luere. 6.

Fideiussor de repræsentando condemnatus pro non facta repræsentatione luere non cogitur in corpore, sed admittitur ad cessionem bonorum. 7.

Cessio bonorum admittitur pro multa. 8.

Et quare. 12.

Multam potest Iudex ex causa diminuere, ac etiam in totum remittere. 9.

Multatus non habens in ære, non cogitur in corpore lue re. 10.

Quod procedit in multa fisco debita, secus si parti debeatur. 11.

Habens in ære, r.õ est audiendus, si velit in corpore lue re. 13.

Statuto stante quod non soluens pœnam pecuniariam intra certum tempus, puniatur corporaliter, si ille sit soluendo, nec soluat, volens potius in corpore lue re, non debe audiri, sed Iudex debet de bonis eius cō demnationem extinguere 14.

Pœna quæ loco pecuniariæ in prædictis imponitur, debet esse temporalis exilij. 15.

Sed verius est quod arbitrio Iudicis remittatur. 16.

Regula quod non habens in ære, luat in corpore, procedit solum in vilibus, secus in nobilib. 17. De quo tamen relinquitur cogitandum. 18.

Clericus non habens in ære, luit in corpore, sicut laicus. 19.

Commutatio tamen debet per Iudicem Ecclesiasticum fieri, licet a laico processerit condemnatio. 20.

Mulier licet non habeat in ære, non luit in corpore. 21.

Sed pro leui condemnatione, si fideiussores non inueniat, relaxatur iuratoriæ cautioni. 22.

Quod tamen de consuetudine non seruatur. 24.

Mulier pro graui condemnatione retinetur in carceribus, donec soluat. 23.

Commutatio pœnæ pecuniariæ in corporali fit a iudice criminali, licet a Iudice ciuili facta esset condemnatio. 25.

Cessio bonorum a principali facta non prodest fideiussori. 27.

Commutatio quare non fiat habenti fideiussorem, cum cessio principalis non prosit fideiussori. 28.

Pœnam corporalem qui subijt loco pecuniariæ, penitus liberatur, adeo quod nec ad pinguiorem fortunam deueniens teneatur. 26.

Cedēns bonis, nihilominus tenetur si ad pinguiorem fortunam deuenerit. 30

Fallit si Cessio facta fuerit cum aliquo vituperio. 31.

CASVS SEPTVAGESIMVS SEPTIMVS.



Atis trita est conclusio quod
vbi ex delicto imponitur pæ-
1 na pecuniaria, data debito-
ris impotentia soluendi, non
habet locum cessio bono-
rum, sed fit commutatio in
pœnam corporalem, per regulam quod qui nõ
habet in ære, luat in corpore de qua in l. 1. §.
fin. ff. de pæn. in l. si quis id quod §. in seruos. ff.
de iurisd. om. iud. in l. fin. ff. de in ius voc. in l.
qui ædes, ff. de incend. ruin. nau. in l. quicunq;
§. quod si ad prædictam C. de seru. fugit. in l. fin.
C. de sepulcr. viol. in l. ob fænus, ff. de admi-
nistr. tut. cum vbiq; notatis per scribentes, &
tradunt Io. Fab. in §. fin. Inst. de act. num. 5. &
ibi Ias. num. 13. Alberic. de Rosat. de stat. lib.
secundo quæst. 196. qui multos antiquos Do-
ctores ita tenentes allegat, Salycet. in l. 1. num.
7. C. qui bon. ceder. pos. Cepol. cons. crim. 9.
num. 3. 4. Socin. reg. 81. in verbo debitor in pr.
fallentia, Gomez. tom. secund. var. resol. de
contract. cap. 11. de qualitat. contract. sub nu.
51. versi. item adde quod si debitor, Clar. in
pract. crim. quæst. 95. num. 2. versi. sed quid si
reus, & nu. 5. versi. sed pone quod iste, inquiens
ita tenere DD. communiter, Couar. lib. secun-
do var. resol. cap. 1. num. 8. versi. præterea du
bitatur, Brun. in tract. de cession. bon. in quar-
ta quæst. princ. num. 5. Vincent. de Franch. De-
cis. Neapol. 358. nu. 1. 2. in secunda par. & De-
cis. 597. itidem num. 1. 2. in tertia pat. Don Lo-
douic. de Peguer. in suis decis. seu quæst. crim.
cap. 6. num. 6. versi. his tamen non obstantibus,
vbi late insistit, & communem & receptam
opinionem dicit, & hoc siue debitor in frau-
dem legis deliquerit, sciens se non posse solue
re pænam pecuniariam, siue non ea cogitatio-
ne maleficium commiserit, & sic indistincte ex
com. opinione, de qua attestatur Clar. in pract.
crim. quæst. 95. num. 3. versi. & scias. post Saly-
cet. in l. fin. C. de sepulc. viol. sub nu. 4. in quar-
ta oppos. quam opinionem tenet etiam & cõ-
munem dicit idem Salycet. in l. & si seuerior in
11. opp. sub num. 6. C. ex qui. caus. infam. irro-
ge. Quam tamen conclusionem ita demum
2 procedere intelligunt DD. si creditor consen-
tiat, ita vt satis non sit quod debitor seu con-
demnatus d. pænæ commutationem petat,
cum in creditoris potestate sit, expectare debi
torem donec veniat ad pinguiorem fortunã,
& non extinguere suam actionem, nec ei inui-
to aliud pro alio solui possit, vt post Bald. Ca-
str. Ias. Dec. Abbat. Felin. & alios tradunt Pe-
guer. d. cap. 6. nu. 11. versi. scias tamen, & Frãch.
dicta Decis. 358. num. 3. quam opinionẽ com.
dicit Boer decis. 349. post num. 10. versi. secun-
do si is, quem refert & sequitur Clar. d. quæst.
95. num. 4. versi. sed quæro quid si pars, & idem
tenet Couar. d. cap. pr. sub num. 8. versi. hæc ve-
ro commutatio, & ante eum Ias. in § pænales
nu. 46. & 47. versi. tertio prædicta regula,
de action. & Cepol. d. cons. crim. 9. post pr
qui loquitur in condemnato ad certam q
titatem fisco, & ad aliam parti, qui habita
tia a principe de parte debita fisco, vol
pro alia debita ostenso cedere bonis, So
reg. 81. in verbo debitor, in tertia fallen
3 Verum si creditor non velit consentire pet
per debitorem commutationi pænæ pecu
riæ in corporalem, & vere non sit debitor
uendo, potest ipse Iudex, ne ille marcesca
carceribus, arbitrari, vel quod luat in corp
vel quod creditor habeat fidem de debito,
nec perueniat ad meliorem fortunam, vt
cit Peguer d. cap. 6 num 13. versi. sed restat
bium, idem sentit Boer. d. decis. 349. sub nu
10. post versi. secundo si is, & est de mente
rid. de Pute. de Syndicat. in verbo pæna cap
circa princip. sub num. 1. fol. 360. quod eti
voluit Franch. d. Decis. 358 nu. 4. dicens qu
ita visum fuit in contingentia facti Sacro co
quod scilicet debitor admitteretur ad pet
per ipsum luitionem pænæ pecuniariæ in c
pore, postquam non erat soluendo, vel qu
deberet a carceribus liberari, & creditor e
pectare meliorem illius fortunam, quod v
de æquum videtur. Procedunt autem ista, q
4 diximus de consensu partis, quando pæna p
uato accusatori, vel parti in totum, vel p
parte applicatur, nam si ea fisco tota adiudi
tur, mutatur in corporalem etiam accusato
inuito, vel parte nolente, vt dicit Couar. d. c
1. sub num. 8. post versi. hac vero com mutat
quem sequitur Peguer. d. c. 6 n. 14. versi. & h
quæ diximus, & idem tenuit Aretin. in §. pæn
les sub num. 19. inst. de actio. post versi, in ea
Dubitatur autem primo loco, an præd
concl. procedat, quando reus in soluenda p
na pecuniaria in modico deficiat, ita vt si t
tam condemnationem excepto nũmo seu d
nario soluere possit, adhuc tamen tanqu
non habens in ære, debeat luere in corpore,
qua quæstione Bald. in l. fin. in vltimis verb
C. de sepulcr. violat. tenuit quod sic, quam s
tentiam veluti communem, quamuis dura
in iudicando sequendam esse asserit Clar. d.
95. n. 6. versi. quæro quid si ille reus, vbi pro
adducit Gomez. Boer. & Viui. Tandem opin
nem tenẽt Alex. & Felin. adducti per Pegue
d. cap. 6. num. 9. versi & adeo hæc opinio v
rior existimatur, & Socin. d. reg. 81. in pr
ampl. quæ sententia displicet Iasoni contrari
tenenti in d. l. si quis id quod, num. 28. ff. de i
risd. om. iud. & aliis relatis per Peguer. in lo
co citato, vbi ex pluribus concludit opinion
hanc contrariam esse æquiorem, vt scilicet ca
ceratus soluendo maiorem partem debiti, pr
modico, quod restat, non puniatur corpora
liter, sed relaxetur ex carcere præstita fideiu
sione de soluendo, si ad pinguiorem deuene
rit fortunam, quia pro modica pæna quis no
debet corporaliter puniri, nec in carcerem re

teneri,

tineri,& ita dicit tenere Boer. d. Decis.349.n.
9.versi.quinimo si talis, quem in contrarium
5 allegauit Clar. Et ab hac opinione nunquam
ego discederem,maxime ex traditis per Alex.
cons. 104. in fine lib. 1. vbi multa ponit, quæ
huic rei optime seruiunt, quibus additur Ias.
in terminis istis in §.pænales nu.50.& 51.versi.
vlt. prædicta regula, inst.de actio.vbi hanc sẽ-
tentiam late probat & dicit veriorẽ & ęquio-
rẽ,& Ias.sequitur Boer.in d.versi.quinimo si ta
lis condemnatus, vbi etiam nonnulla ad con-
firmationem adducit,idem etiam tenent So-
cin. d. reg. 81. in secunda fallent. & Paris de
Put.de Syndicat.in verbo pæna.ca.5. in princ.
num.1,fol. 360.

Secundo dubitatur, an præfata conclusio
procedat in condemnato occasione delicti ad
damna vel interesse partis in carceribus reten
to, donec dicta damna vel interesse solueret.
Hanc difficultatem proponit in indiuiduo Pe-
guer.d.c.sexto.&ea plene & eleganter ad vtrã-
q; partem disputata concludit tandem,talem
6 condemnatum non esse admittendum ad ces-
sionem bonorum, sed puniendum in corpus,
& aliter ex carceribus non esse liberandum,di
citque esse sententiam hanc veriorem, quam
iuribus,rationibus, & autoritatibus compro-
bat. & idem tenet Vincent, de Franch. d. Di-
cis.358.nu.3.4.& ante eos idem tenuit Couar.
d.ca.1.sub nu.8.ibi & id non tantum procedit,
& constat ex traditis per Aretin.in §. pænales,
sub nu.12.13.inst. d. action. & ibidem per Ias.
nu.46.&seq.versi.tertio prædicta regula.& per
Boer.d.Decis.349.nu.11,versi. sed quoad Cle-
ricum,& per Io.fabr.in §.fin.num.5.versi. quid
si ex delicto.Inst.de actio.& per Cepol.d. cons.
crim.9. num. 3. & 4. ad quorum dicta sufficiat
remissio.

Tertio dubitatur, an eadem cõclusio proce
dat in fideiussore de repręsentãdo, qui ob non
factam repræsentationem condemnatus repe
7 ritur,in carceribusq; positus.Et in hac quęstio
ne vera est resolutio, quod iste habeat benefi-
cium cessionis bonorum, & non debeat luere
in corpore, ex quo non est delinquens,nec cõ-
demnatus pro delicto,sed pro contrauentione
fideiussionis pænalis commissa, & non est faciẽ
da extensio in pænalibus, nec vnus pro alio
puniri debet,& ita in puncto decidit Vincent.
de Franch.d.decis.507.num.3. & seq. in tertia
parte,&est Decisio notabilis & non raro in fa-
cto contingibilis.

Quarto dubitatur,an relata conclusio pro-
cedat,quando quis non est in pænam pecunia
riam per sententiam diffinitiuam condemna-
tus,sed tantummodo multatus. In qua dubita
tione concluditur quod non,quia in multa ad
8 mittitur cessio bonorum, nec est opus com-
mutatione in pænam corporalem data pauper-
9 tate rei, & Iudex potest illam diminuere, &
ex toto remittere.Boer.Decis.349.num.2.& 3.
Brun.de cess.bon.in quarta q.princ.num.5.Sa-
lycet.in l.& si seuerior,sub nu.6.in 10.oppo.&
iterum sub nu. 7. in sua distinctione C. ex qui.
ca.infa.irrog. Paris. de Put. de Synd. in verbo
pæna.c.tertio nu.3.fol.357.& probatur in l. il-
licitas §.fin. ff. de off. præsid. & est com. opi-
nio,de qua attestatur Menchiac.lib.1.qq. con
trouer.& Illustr.cap.24.num.15.versi.similimũ
est,& ita per hoc tenet Clar.d.quæst.nu.8.vers.
hæc autem omnia,subdẽs ita sæpe numero per
Senatum Mediolani fieri vidisse, & etiam ma-
gistratum solere sumptis informationibus de
paupertate, multatos admittere ad composi-
tionem, quę non sit minor quarta parte totius
10 multæ,& quod in Multa non habeat locum re
gula,quod qui non habet in ære, luat in corpo
re,sed admittatur cessio bonorum, tradit etiã
Pegue. multos eiusdem sententiæ referens. d.
cap.6. num, 4. versi. secundo pro hac parte fa-
cit,Idẽ tenent in d.l.si quis id quod,Ias.sub nu.
28.in quarta limit.& Deci.num.25.in fin.versi.
similiter regula. Ias. in d.§. pænales num. 49.
versi. quarto prædicta regula, inst. de actio.qđ
11 tamen intelligendum videtur in multa Fisco
debita, quæ per Iudicem potest reo propter
paupertatem remitti, secus autem in Multa
parti adiudicata ꝓ suo interesse, quæ minime
per Iudicem condonari potest,vt punctualiter
dicit Boer.sub d.num. 3. in vers.sed est intelli-
gendum, quem sequitur Menchiac. loco cita-
to, & tenet etiam Salycet in d.l. & si seuerior,
sub num.7.in sua distinctione, ratio autem dif
12 ferentiæ inter pęnam & Multam ea est, quod
multa plerunq; interloquendo imponitur, vn-
de postea potest Iudex eam minuere vel ex to-
to propter paupertatem suo Officio nobili,
quod durat,tollere; pæna autem legalis ordi-
naria vel extraordinaria imponitur per senten
tiam diffinitiuam, qua lata Iudex functus est
officio suo, nec potest eam alterare, vt in pun-
cto dicunt Salycet.in l.fin.in fine C.de sepulcr.
viol.& in d.l.& si seuerior, sub num.6. in 10.op
pos.& Paris de Put.d.cap.3.num.3.&ante eum
Bart.in l.Iudex.55.ff.de re iudi. sub n. 2. quem
alii sequuntur.

Quinto dubitatur, an quando reus soluẽdo
est, malit tamen subire pænam corporalem,
quam pecuniariam soluere, audiri debeat pe-
tens dictam commutationem pęnę pecunia-
13 rię in corporalem. Et recepta est & commu-
nis scribentium opinio, quod audiri non de-
beat, sed cogi condemnationem pecuniariam
soluere, vt dicit Dec. in d.l. si quis id quod,nu.
22.& sequentibus,ff. de iurisd. om. iud. quem
sequitur Clar.d.q.95.num.7.versi. quęro etiam
si reus, idem tenet Boer. d.decis.349.sub num.
10.in versi.ex quo Bald.& hanc opinionem se-
quitur Peguer.d.ca.6.nu.12.versi. & in tantum
hoc est verum, quod dictum licet non proprie
pertineat ad propositum conclusionis supra
firmatę,quę loquitur stante paupertate debi-
toris, & eius impotentia soluendi pænam pe-
cuniariam, qua cessante non potest habere lo-

sus requirebatur confessus, vt ex premissis apparet & propterea bene dixit in hoc proposito Castr. in d. l. si vt certo. d. §. si de me. post princ. ff. commod. quod cum quis tenetur de custodia rerum pœnes se existentium, non liberatur ab ea, nisi per contrariam conuentionem expressam, quam, cum non inducat appositio custodis, quæ non facit videri conuentum de contrario, merito per eam non liberatur, quin teneatur ad custodiam quam semel in se recepit.

Nec quæ dicuntur ad excludendam culpam ab hospite & reijciendam in Galettium, videntur obstare, quoniam vt in prioribus scriptis demonstraui, non potest hospes dici sine cul-
38 pa, cum sciens habere fenestram in domo, per quam facile poterat ingredi in cameram, in qua viator cum famulo iacuir, non prouidit securitati aduenarum hospitantium, ita vt per eam nõ posset introiri in domum, addito etiã quod cum claues dictæ cameræ iam diu ammissas fuisse asserat, & alias fieri non fecerit, nec serram mutari, vt a parte exteriori in d. cameram introiri non posset cum d. claue amissa, vel alia, in manifesta culpa depræhenditur, eo maxime cum dictæ cameræ hostium repertum fuerit apertum, & ipse credat furem per dictam fenestram introiuisse in cameram, & deinde hostium aperuisse, & recessisse, & fateatur dictam fenestram, quam de sero ab ipso clausam fuisse asserit, potuisse facile aperiri a Camillo Blasoni, qui postea ex hospitio recesserat visis Galettio, famulo, & valisiis, & illis etiam bene inspectis, & audito vlterius quod in illis aderant pecuniæ, cum enim illum furem esse sciret vel saltem suspectum haberet, vtiq; post eius recessum debebat adhibere omnem dilingentiam pro securitate viatorum, & rerum eorum, & prospicere an dicta fenestra esset clausa, vel aperta, & an ex aliqua parte domus in cameram introiri posset, præsertim cum non appareat in processu, quod a parte anteriori hostiũ cameræ, ita esset clausum, quod a parte exteriori aperiri non posset cum claue, licet in dubiis hoc pro vero supponatur, nec ex eo quod constat d. hostium a d. parte fuisse clausum, infertur necessario quod ab extra aperiri non posset cum claue, vltra quod hoc parum faceret ad rem, quia ex iudicio hospitis constat furem fuisse ingressum in cameram per illam fenestram solo propinquam per bracchium vnum cum dimidio, circa quam si non visus fuisset tam magna negligentia, sed adhibuisset eam diligentiam quam quilibet diligens pater famil. adhibuisset, vtiq; furtum factum non fuisset, ad quod propterea erga viatorem merito tenetur, cum arctius hi pro
39 ablatis teneãtur, quã ceteri locatores Bald. in l. pr. sub nu. 6. versi. & nota & in l. ex diui nu. 2. versi. oppono ergo C. locat. Castr. in l. dominus horreorum nu. 2. in fin. ff. eo. tit. locat.
40 vnde tenentur etiam de leuissima culpa, licet contractus ineatur gratia vtriusq; partis, vt dictum fuit in aliis scriptis, & tradunt etiã Bart. in l. Dominus horreorum nu. 1. ff. locat. Bald. in l. certi iuris sub nu. 3. versi. & hæc faciunt in fine C. locat. & Castr. in l. qui mercedem post princ. ff. eo. tit. locat. & cum ex generali præ-
41 sumptione homines hi sint cõmuniter vulgares, mali, & rapaces, seuere contra eos agendum est secundum Bald. in d. l. 1. sub num. 6. C. locat. alioquin materia eis daretur cum furibus aduersos eos, quos recipiunt coeundi, cũ nec ob pœnas, & prouisiones contra eos rigorose institutas abstineãt a fraudibus, vt inquit tex. in l. 1. post princip. in §. maxima ff. naut.
42 caup. stab. Nec Domino Galettio potest nocere, quod nocte audiens rumorem subtus lectũ, tacuerit, & non acclamauerit, quia primum, confisus de securitate a lege sibi promissa, tutus in cameram, & exinde in cubile introiuit, hostio ab intus clauso, & nulla alia circa securitatem adhibita diligentia, tanquam sibi nõ necessaria, & mox noctu audito tumore, a taciturnitate excusandus est ob ipsum nocturnum tempus, ob ignorantiam qualitatis domus, & ob dubium probabile mortis sibi inferendæ, si os aperuisset, cum maxime esset forensis, & inermis, & a communiter contingentibus nocte ad furandum accedentes ad domos alienas plures esse soleant, & arma etiam deferãt, cum quibus multa mala eos committere docet experientia vera rerum magistra, quando a Dominis rerum ablatarum vel ab alis impediuntur, quin furta iuxta eorum animi deliberationem perficiant: vltra quod inopinatus il-
43 le rumor non modicum terrorem semidormienti intulisse videtur, ac omne mentis consilium abstulisse, vt in simili considerat Bald. in d. l. ex Diui in princ. ante num. 1. post Odofred. ibidem C. locat. si enim an iustus sit timor, & in constantem virum cadens vel ne, ex qualitate personarum & facti iudicandum est per iudicem, cuius arbitrio id a lege committitur iuxta late tradita per Menoch. in tract. de arbitr. iud. lib. secundo, centur. secunda. cas. 135. num. 2. cum seq. certe iustissimus arbitrabitur in Galettio, & talis qui in constantissimum, nedum in constantem virum cadere po-
44 terat, qui proinde sibi nocere non debet, vt notat Menoch. d. cas. 135. numero 1. & ponunt omnes in l. metum autem ff. de eo quod metca us. & in l. vani timoris ff. de reg. iur. Et in om-
45 nem casum leuia essent, quæ contra viatorem pro culpa allegantur, respectu eorũ, quæ contra hospitem adducuntur, quæ tanquam vrgentiora attendenda sunt, quia culpa maior velat minorem & ei præponderat, & quanto
46 est maior, tanto est proximior causa damni, vt formaliter inquit Bald. in l. certi iuris sub nu. 3. vers. & hæc faciunt in fine C. locat. qui loquitur proprie in terminis istis, quando & viator
47 & hospes erant in aliqua culpa. Debet igitur Morettus hospes condemnari ad restitutionẽ rerum

cetum Calesio ablatarum, & in huius condemnationis executione liquidabit quid & quantum veniat restituendum, & num locus sit iuramento in litem, cum non me lateat dari casum. quod hospes teneatur pro ablatis, & tamen contra eum non possit iurari in litem.

EPITOME.

Qualiter puniatur, qui virilia, & muliebria, idest virorum ac mulierum pudenda depicta, vel cornua, aut alia huiusmodi ad domum alienam appendit.

SVMMARIA.

APPENDENS ad domum alienam pudenda depicta; cornua, vel similia grauem infert iniuriam nu. 1.

Imo enormem, nume. 6. concurrentibus circunstantijs.

Et grauiter iudicis arbitrio venit puniendus. 2.

Et quod pœna Mitræ & triremium fuit quandoque imposita 4. & 7.

Proijciens in aliquem, lutum, stercus, vel similia, quomodo sit puniendus nu. 3.

Iniuria fit etiam factis, & signis contumeliosis. 5.

CASVS SEPTVAGESIMVS PRIMVS.



QVI ad hostium, & fenestras domus aliena pudenda virilia, & muliebria depicta, vel
1 cornua appendit, vel aliud simile facit, grauem iniuriam
2 inferre dicitur, cuius pœna eum regulariter sit arbitraria iudici, inspecta facti, & personarum qualitate iuxta tex. in §. in summa instit. de iniur. & tradunt Crauet. consil. 119. num. 1. Clar. in §. iniuria. num. 7. & Menoch de arbitr. iudic. lib. 2. cas. 263. num. 3. constat talem delinquentem graui animaduersione dignum esse, quod clare demonstrari vide-
3 tur ex tex. l. 1. §. 1. ff. de extraord. crim. fit iniuria (dicit ibi Paulus) contra bonos mores, veluti si quis fimo corrupto aliquem perfuderit, cœno, luto oblinierit, aquas spurcauerit, fistulas, lacus, quidve aliud ad iniuriam publicam contaminauerit, in quos grauiter animaduerti solet, quem locum referunt Clar. in §. fin. q. 83. num. 9. versi. item puniendi sunt, & Menoc. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 4. cas. 385. num. pri. Ex hocque dicit Clar. quendam, qui amphoram stercore plenam in mulierem proiecerat, fuisse ictibus duobus funis affectum, licet remissionem haberet, quod exemplum refert etiam Menoch. vbi supra, num. 2. Et quendam,
4 qui virilia, ac muliebria picta, idest virorum ac mulierum pudenda, & cornua appenderat ad domum cuiusdam mulieris nuptæ nobilis, licet non sine magna inhonestæ vitæ suspicione, scio condemnatum fuisse (me ita votante) ad triremes ad tempus, hoc etiam addito quod antequam transmitteretur ad triremes, incederet per ciuitatem cum Mitra in capite & scriptura in pectore, quæ huiusmodi punitionis causam denotaret, vt sic & ipse palam & publice pœnam infamem pateretur, postquam mulierem ita patenter infamauerat. Fit enim in-
5 iuria varijs modis, & inter cæterus factis, & signis contumeliosis, quibus infamia, defectus, crimina, & vitia alterius denotantur, obijciuntur, & exprobrantur, quæ quidem punienda venit discretione iudicis, vt dicit Iodoc. in pract. crimin. c. 139 tit. de iniurijs. per gestus, ante finem, qui locus optime ad rem nostram facit. Et si vt oportet, factum locum, tempus, & personam inspiciamus, cum factum ipsum turpe sit in se, Domus esset in publica platea, & propè Ecclesiam celebrem & a populo frequentatam, concurreret etiam tempus, quia erat dies festiuus, & solennis, & mulier esset nobilis, & ciui probo nupta, licet non careret nota inho-
6 nestatis, non tamen notoriæ, atrox & enormis censenda est talis iniuria, l. prætor, §. attrocē. l. vulneris. & l. sed est, ff. de iniur. & §. atrox. insti. eod. tit. Iodoc. in d. pract. cap. 137. tit. de iniur. factorum ad finem, num. 18. & 19. & late prosequitur Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. cas. 263. fere in toto, vt propterea omnibus bene pen-
7 satis in proposita specie a recto iudicis arbitrio pena minor descendere non debuerit; pro qua sententia inueni postea Parid. de Put. in tract. sindicat in verbo iniuria officialis, c. pri. num. 6. vers. & dixit no. Angel. cum duobus versic. seq. fol. 273. a tergo, dicentem esse grauem iniuriam, & alias consuluisse quod quidam qui pinxerat quandam honestam mulierem, quæ nolebat ei consentire, nudam cum certo vituperio, & illam picturam ad eius ignominiā affixerat in locis publicis, esset relegādus in opus publicum in triremi, siue in galea, quia talis pictura erat libellus infamatorius.

EPITOME.

An, & quando pluribus accusatis, vel inquisitis de crimine simul commisso possit vnus pro alio intercedere, & fideiubere de stando iuri, iudicatū soluendo, & se repræsentando ad obtinendam relaxationem a carceribus.

SVMMARIA.

PLVRIVM inquisitorum de delicto simul commisso, vbi veniat pœna pecuniaria, potest vnus pro alio fideiubere nu. 1. & 5.

Dummo-

Dummodo sint aliàs fideiussores idonei 2.
Forenses non sunt idonei fideiussores. 3.
Fallit in pluribus clericis conuentis. 4.

CASVS SEPTVAGESIMVS SECVNDVS.



DIctum Barto. in l. penult. ff. de tutor. & curator. dat. ab his, quod in criminalibus vbi pœna pecuniaria tantum imponitur, si plures de eodem maleficio communiter commisso sint accusati, vel inquisiti, unusquisque eorum
1 possit pro alio fideiubere, & promittere de stando iuri, iudicatum soluendo, uel repręsentádo, quæ fideiussio vicaria dicitur, Musca tel. in practic. fideiussor. parte prima, cap. 20. numero tertio, communiter hodie obseruatur in tribunalibus, & probatur per tex. in d. l. penult. ubi unus potest teneri vti tutor pupilli, & uti fideiussor contutoris eiusdem pupilli, qui tex. licet loquatur in ciuilibus, procedit tamen etiam in criminalibus, ut unus possit teneri tanquam reus, & tanquam fideiussor alterius rei, quando de pœna tantum pecuniaria agitur, & ita tradit Angel. in l. reos circa princip. ff. de duobus re. quem sequitur ibidem Castren. numero secundo, Angel. Aretin. de malefic. in verbo pro quibus Antonius fideiussit, numero septimo, versic. quæro, an unus, Amad. de sindicat. sub numero 210 versic. item aduerte, Addition. ad Bald. in l omnes. 31. C de Episco. & Cler. in addition. sub numero quinto, in verbo, plures simul, & est dictum per omnes ap-
2 probatum, dummodo qui vult esse fideiussor sit alias idoneus, & non suspectus, ne alias vana sit, & frustratoria fideiussio, si suspectus esset, & nihil possideret. & ita cum hoc temperamento procedere dictum Angel. intelligere videtur Imol. in d. l. reos in princip. quem secuti sunt ibidem Aretin. & Ronchegal. late insistens, & de commu. sententia attestans, num. 10. & 11. versic. occasione huius præclaræ decisionis, idem tenuerunt August. de Atimin. in addition. ad Angel. de malefic. in loco citato, Marsil. in rubr. ff. de fideiussor. quæst. 56. nume. 4 . 4. & ita etiam uerbis apertis voluerit Bart. d. l. penult. sequuntur addent. ad eum, & idem ibi tenuit Bal. Adeo quod dictum Angeli bene indigebat suppletione & temperamento præd. sed non dictum Bart.

Ex quibus infertur, quod si accusati vel in-
3 quisiti essent forenses, & in territorio iudicis immobilia non possiderent, etiam quod alias essent diuites, & non inuenirent fideiussores de territorio, non audirentur, volentes adinuicem fideiubere, ut ex carceribus relaxarentur, ex quo non sunt idonei, sed suspecti, & si recederent, non esset bene consultum Curiæ, quod vltra præmissa probatur in l. omnes, la se-
4 conda, C. de Episco. & cle. & in hac aurem, quæ est l. 31. ubi speciali priuilegio hoc conceditur Clericis forensibus, ut sic contrarium sit de iure communi, quod in pluribus conuentis extra proprium domicilium unus pro altero satisdare non possit, sumpto argumen. a speciali in d. l. pro ut non ineleganter adnotauit Ronchegal. in d. l. reos, numero vndecimo, uersicu. & ubi plures forenses, cuius legis dispositio, & in ciuilibus loquitur, ut ibi dicit Bald. numero
5 quinto, procedit tamen & in criminalibus, in quibus de pecuniaria tantum agatur pœna, ut ex superius dictis apparet, a quibus iudicando recedere tutum non esset.

EPITOME.

Quo remedio Iudex maleficiorum, qui reum relaxauit a carcere sub fideiussoribus non idoneis sine approbatore, possit consulere eius indemnitati, ne teneatur de proprio parti, & Reipublicæ ad interesse.

SVMMARIA.

IVDEX maleficiorum recipiens pro reo fideiussores minus idoneos tenetur de suo proprio. nume. 1. & 3.
Pupillus & respublica equiparantur. 2.
Fideiussores dum Iudex recipit, cautela ne ipse teneatur, est vt eorum approbatores recipiat. 4.
Fideiussorum approbatores recipiendi consuetudo est per Italiam. eo.
Florentiæ verò & Mediolani quid in specie obseruetur. 7.
Approbatores tenētur, si fideiussores minus idonei reperiantur. 5.
Quid autem in simplici laudatore vel commendatore. 6.
Fideiussores vbi Iudex receperit minus idoneos, potest iterato reum detinere, donec præstet idoneos. 8. & 10.
Fideiussor primus, per dationem secundi non censetur liberatus 9.

CASVS SEPTVAGESIMVS TERTIVS.



1 IVdex maleficiorum recipiens pro reo fideiussores non idoneos, tenetur de proprio ad interesse parti, & reipublicæ, l. 1. §. sciendum cum gl. & §. si Magistratus ab initio. & §. si filius familias, ff. de magistr. conuen. & §. sciendum, insti. de satisdat. tutor. quæ iura, & si loquuntur in fideiussore pupilli, procedunt in fi-
2 deiussore reipublicæ, quia pupillus & respublica equiparantur l. Imperatores. & ibi gl. & DD. ff. de re iud. & probatur et in l. quoties, ff. qui satisd.

tisd. cog. & in l. fin. C. de magistr. conuen. cum vbiq; notatis per DD. Et ita in puncto tradût
3 Amad. in tract. de sindicat. num. 212. versic. postremo aduerte Angel. de malefi. in verbo pro quibus Antonius fideiussit, num. 13. versic. nota etiam Paris. de Put. in tractat. de sindicat. in verbo fideiussor officialium, cap. 3. nu. 1. & seq. & Marsil. in rub. ff. de fideiussor. q. 47. nu. 406. in
4 princ. Propter quod periculum aufugiendum introducta fuit cautela, quod Iudex, quando recipit fideiussores, vult eos dare approbatores, quos ipse sciat esse idoneos, vt subdit Amad. & idem voluit Angel. dicens quod consuetudo est per Italiam, quod Iudex velit vnû approbatorem & late prosequitur Marsil. sub d. n 406. vbi alios idem tenentes allegat, & dicit quod communiter in Ciuitatibus sunt deputati isti approbatores fideiussorû, & est optima
5 cautela, nam per eam liberatur Iudex, & tenêtur ipsi approbatores, si fideiussores reperiantur nô idonei. d. l. §. sciendum vers. diuus Adrianus ff. de magistrat. conuen. & l. si ab arbitro x. ff. qui satisd. cog. & vtrobiq; glos. & scribent. & est tex. ceteris clarior in l. cum offendimus §. fin. ad finem ff. de fideiussor. tutor. qui enim (vt dicit tex. ille) affirmant aliorum idoneitatem, fideiussorum vicem obtinent. Angel. vbi sup. nu. 14. Marsil. sub. d. nu. 406. & Paris de Put. d.
6 c. 3. nu. 4. & n. 7. ad finem, vbi subdit quod secus est in simplici laudatore & commendatore fideiussoris, qui non tenentur in aliquo per l. & eleganter §. fin. ff. de dol. nisi hoc fraudo-
7 lenter fecerit vt in d. §. fin. in fine, cum l. seq. & in l. consilii ff. de reg. iur. Ego in statu Mediolani vidi in multis locis Iudices velle a reis fide iussorum approbatores. In statu autem Florentino & in quibusdam aliis loci vidi Iudices accipere fideiussores ex relatione pub. nuntii, vel (vt aiunt) Caballarii de eorum idoneitate, licet istæ sint personæ vilissimæ. In aliquibus etiam locis vidi obseruati, quod absq; aliqua approbatione recipiantur, nullaq; etiam a publicis nuntiis habita relatione, & propterea dubitatum scio, quo remedio sit consultum iudici, qui relaxauit reum a carcere sub fideiussoribus non idoneis, quos ipse putabat idoneos esse, vt nullum de hoc sentire possit damnum
8 in sindicatu, & determinatum fuit posse eum iterato capi facere reum & in carceribus retinere, donec alios idoneos fideiussores præstet, vt in terminis notat Bald. in l. 1. sub num. 3. versi. secundo casu ff. si quis in ius vocat. non iuer. vbi formaliter dicit, quod si index maleficiorû acceptauerit fideiussores non idoneos, & captum relaxauit, poterit nihilominus eum capere de nouo, & facere quod iterato præstet fideiussores, quibus præstitis etiam primi re-
9 manent obligati, nec eximuntur a fideiussione primo loco præstita, quod dicit menti tenendum, quod ea ratione factum videtur, quia acceptatio ptiorum fideiussorum non idoneorum fuit facta per illum, qui non habebat potestatem præiudicandi Reipublicæ, vnde merito non obstat, quin ad nouam fideiussionem
10 deueniri possit. Quam decisionem commendant & sequuntur August. de Arim. in addit. ad Angel. de malef. in verbo quod fama publica præcedente sub n. 67. in addit. incip. tu autê in hac materia ad finê versi. & tene mêti quod dixit Bald. & Mars. in rubr. ff. de fideiussor. q. 4. num. 85. post versi. & in materia, pro qua opinione, optime, ni fallor, facit tex. in l. de die. §. pr. & §. si seruus ff. qui. satisd. cog. & ita etiam tenere reperio Strac. in tract. de mercatur. tit. de decoctor. par. quinta num. 2. versi. item quæro, vbi generaliter ait, quod vbi Iudicis off. ptę stita est satisdatio, & effecta fit non idonea, ex integro præstanda est, quia eadem æquitas suggerit iterum caueri in hac specie, cum ex inopia subsequuta in fideiussore desinat esse cautum, & licet loquatur quando fideiussor post factam promissionem effectus est non soluendo, tamen idem videtur quando ab initio non erat idoneus, imo forsan & fortius, & idem quod Strac. nouissime his iam scriptis tenere inueni Rouescal. in addit. ad cons. Baldi cons. 308. sub nu. 1. post medium versi. sed maius dubium est lib. 4. quod cons. tamen in libro meo est. 315. & allegat text in l. si ab arbitro §. fin. ff. qui satisd. cog. & ibi doctor. & in alijs locis.

EPITOME.

An neganti maleficium prosit pax ad diminutionem pænę a statutis concessam habenti pacem.

SVMMARIA.

ALLEGANS contraria non auditur, nume. 1.
Pax ad cautelam fieri potest etiam neganti 2. & nume. 6.
Pax prodest etiam neganti ad obtinendum beneficium statuti. 3.
Contrarium secundum aliquos. 10.
Prior tamen conclusio est tenenda. 11.
Pacem producens non dicitur fateri delictum, dicto nume. 3.
Et si illam gratis non habuerit. 4.
Pacis instrumentum apud Mediolanenses plene probat delictum. 7.
Cautela vt vllo casu pax obesse non possit. 8.
Transactio super quocunq; crimine permittitur de consuetudine totius Italia. 9.

CASVS SEPTVAGESIMVS QVARTVS.



Vęsitum, quandoque fuit, an si reus negauit maleficium, & postea producat pacem a parte obtentam, pax illa possit ei prodesse ad reportandum commodum statuti diminuentis pænam

nam propter pacem, videtur enim primo
aspectu, quod talis productio pacis non prosit,
quia in pęnam mendacij punit ur in hoc, quod
1 non possit confiteri, & tanquam allégans con-
traria non auditur. l. 1. C. de furt. & ita in pro-
posito nostro arguit Bald. in l. 1. C. de confes.
sub nu. 7. post veri. item quæro an quod primo
negatur. Cōtrarium tamen est verum, quia pax
2 ad cautelam fieri potest etiam neganti, sicut
absolutio ab excōmunicatione prætensa, item
ad redimendum vexationem, vnde non est ne-
cesse, quod veritas maleficij præcedat verita-
tem instrumenti partis, ita determinat Bald.
in loco citato, & subdit quod hoc est vtile sci-
re, ne si confiteretur per productionem illam,
detrudeterur in carcerem, & ad allegata in op-
positum respondet, quod possent procedere si
per instrumentum pacis diceretur probatum
maleficiū, & quod differt negatio a productio
ne pacis, quia si concordia non prodest, nisi
in parte pænæ, quæ remittitur per statutum,
negatio tamen prodest in totum, si maleficium
non probatur, quia sequitur absolutio, & Bald.
sequutus est Catald. de Boncompagn. in tract.
3 de sindicat. q. 187. sub nu. 124. ver. adde an in-
strumentum pacis prosit neganti, & est certis-
sima conclusio, & quotidie practicata, quia
producens pacem non intelligitur fateri cri-
men, vt subdit Cataldin. d. l nu. 125. versi. item
an producens instrumentum pacis, Paris. de
Put. in eod. tract. in verbo compositio. ca. 11. in-
cip. an officialis Episcopi sub. n. 2. Brun. in tract.
de indit. & tortura in 3. q. pri. part. nu. 27. ver-
sic. quæro quid de confessione. Blanc. in tract.
de indit. n. 306. vers. pax seu transactio. Carrer.
in pract. crim. versi. trigesimum primum indi-
tium est nu. 2. & seq. fol. 64 & in versi. vigesimo
nono num. 39. & seq. fol. 224. & 225. Marsil. in
pract. crimin. §. diligēter n. 178. & seq vers. quæ-
ro vlterius. Clar in pract. crim. q 22. n. 38. versi.
pax seu trāsactio maxime si eam habuerit gra-
tis, & non per pecuniam, vt præfati omnes
DD. dicunt, licet etiam si illam consequatur
aliquo dato, aliqui ex sup. citatis Doctoribus
teneant adhuc non intelligi eum confiteri de-
lictum, sequentes Bald. in l. furti §. pactus, post
medium versic. extra quæro ff. de his qui not.
infam. vbi expresse tradit, quod licet melius
4 sit habere concordiam gratis, quam per pecu-
niam, tamen neutro casu eam producens dici-
tur fateri crimen quoad condemnationem,
quia producitur concordia ad condemnatio-
nem excludendam, & non debet contrarium
operari, & respondet ad l. quoniam eod. tit.
quæ videtur probare totum oppositum, quod
5 scilicet trāsigens aliquo dato super delicto vi-
detur illud fateri, quod loquitur respectu in-
famiæ, non autem quoad condemnationem fi
scalem, & quod fictio illius legis est contenta
suis terminis, quia fictiones sunt restringen-
dæ, vt non operentur, nisi in illo effectu, ad
quem sūt ordinatæ. Addi etiam possunt ratio-
nes, quas adduxit in d. l. 1. C. de confes. quod
6 eam potuit facere ad cautelam, & ad vexatio-
nem redimendam, quo casu non dicitur fate-
ri, pro vt idem Bald. tenet in l. Athletas, in ad
ditione seu in secunda lectura in fine num. 6.
vers. nota redimentem eod. tit. de his qui not.
infam. quod maxime procedit temporibus ho
diernis, in quibus instrumenta pacis fiunt ex-
presse ad euitandos litis sumptus, & non quia
qui prætenditur alterum offendisse, commise-
rit delictum, de quo facit pacem, vel qui rece-
pit iniuriam remittit per pactum omnem in-
iuriam, quam constare posset patrem sibi intu-
lisse, vel generalius sit remissio de omni iniu-
ria, & offensione, quæ dicitur per partes ad in-
uicem se fecisse & intulisse, his enim casibus in
dubitanter nulla insurgit confessio criminis,
vt per Brun. loco citato num. 28. versic. sed quo
modo poterit, quē sequuti sunt Blanc. & Mar-
sil. sup. citati, dicit tamen Clar. in p. versic. pax
seu transactio quod apud Mediolanenses, si re-
7 peritur instrumentum paci s, illud plenè pro-
bat delictum contra eum, qui pro eo pacem fa
cit: quod si verum est, notandum est per practi
cantes in illo dominio, cum sit contra dispos-
tionem iuris com. saltem si sic indistincte intel
ligatur, vt ex prædictis cōstat, vnde subdit pro
8 cautela, quod pax fiat per aliquem tertium no
mine omnium, quorum interest, vel speciali-
ter nomine ipsius rei, quia tunc valet, & pro-
ducenti prodest, & non nocet, vt ipse subijcit.
sunt etiam qui in hoc adhibeant distinctio-
nem secundum terminos l. transigere C. de
transact. vt scilicet pax tunc inducat confessio-
nem delicti, quando fit in casibus, in quibus
per d. legem prohibita est transactio, secus au-
tem, quando fit in casibus, in quibus ex eadem
lege permissa est concordia, quia tunc non ope
ratur criminis confessionem, cum facta sit iu-
re permittente, vt per Blanc. & Clar. in locis re
latis. In quo nullam faciendam vim existimo,
quia quicquid sit de iure per dispositionem
d. l. transigere, de consuetudine totius Italiæ
9 hodie potest fieri transactio super quocunq;
crimine, & licitum est facere pacem de omni
delicto cuiuscunq; generis & qualitatis sit,
sic attestatur Clar. in pract. crim. quæst. 58.
58. sub numero 16. post versi. secunda regula,
vbi propterea subdit se committere disputa-
tiones super regulis, quæ colliguntur ex d. l.
quia de illis raro aut nunquam in practica tra
10 ctatur. Quod tamen non prosit productio pa-
cis ad beneficium statuti obtinendum, quan-
do facta est non simpliciter tanquam cum de-
linquente, sed tanqua eum simpliciter impu-
tato de delicto, & circa confessionem malefi-
cij, tenet Nell. de bannit. in tertia part. secun-
di tempor. q. 32. & seq. nu. 32. cum seq. versi. id
autem hoc dicitur, & hoc ea ratione quia re-
quiritur fieri pacē de contentis in imputatio-
ne, in qua continetur, quod quis deliquit, vn-
de nō videtur satisfactum statuto per verba in

strumenti

ſtrumenti, quæ non ſunt affirmatiua, ſed dubi-
tatiua, quod eſt contra Bal. a quo non videtur
recedendum, quia eius rationes videntur me-
liores, & ſufficere videtur ad ſtaturi benefi-
cium conſequendum, quod pars offenſa remiſ
ſionem iniuriæ faciat imputato, etiam quod is
non fateatur ſe iniuriam intuliſſe, quia idem re
ſultat effectus quietis, & tranquillitatis, ac ſi
fateretur, & conſequitur idem finis a ſtatuto
conſideratus, vt de ſe patet.

EPITOME.

An pax ab vno ex corrixantibus producta, proſit aliis, qui ſunt contumaces quoad obtinendum beneficium dimunutionis pænæ conceſſum a ſtatutis habentibus pacem.

SVMMARIA.

PAX ab vno ex corrixantibus producta, prodeſt etiam contumaci. nu. 1.

Quod ex equitate ſaltem videtur procedere. 8.

Contrarium tamen defenditur 2. cum ſeq.

Et in praxi dicitur obſeruatum. 5.

Statum minuens pœnam propter pacem dicitur contra ius comu. 3.

Appellatio vnius prodeſt conſortibus, licet non appellantibus. 4.

Socius in criminalibus non gaudet priuilegio Socij. 6.

Contrarium. 7.

Opiniones tamen diſtinctione concordantur. 9.

Abſurdum nõ eſt in criminalibus aliquos ex eadem cauſa abſolui, alios condemnari, quoſdam itẽ grauius, nonnullos mitius puniri. 10. cum ſeq.

Iudices practici procedunt prius contra contumaces, poſtea contra carceratos. 11.

CASVS SEPTVAGESIMVS QVINTVS.



QVæſitum etiam fuit in materia
ſtatuti minuentis pænam cri-
minis habenti pacem, an pax
ab vno ex corrixantibus pro-
ducta proſit alteri contuma-
ci ad obtinendum beneficiũ
dicti ſtatuti. In qua quæſtione Catald. de Bon-
comp. in tract. de ſyudicat. quæſt. 187. ſub nu.
127. verſi item an pax producta, dicit videri
1 quod ſic, per l. 1. & per tot. tit. C. ſi vnus ex plur.
appellauer. & per l. etiam §. ex cauſa ff. de mi-
nor. 25. an. Contrarium tenuit Vulpel. in tract.
2 de pace. quæſt. 65. vbi inquit quod non poteſt
aſſentire Cataldino, quia ſtatutum minuens
3 pęnam propter pacem eſt contra ius com. ſe-
cundum Bald. in l. diuus ff. ad Syl. lanian. quod
etiam fatetur Cataldin. in citata quæſt. in
princ. poſt num. 124. & eſt gloſ. in cap ad apo-
ſtolicæ, de re iudicat. in ſex. & ideo eſt proprie
intelligendum in producente, & ſtatuti bene-
ficium implorante, & ad allegata in contra-
rium reſpondet, quod non mirum eſt, ſi appel-
latio vnius ex pluribus, quorum cauſa erat cõ-
4 munis, & eadem omnium defenſio, aliis non
appellantibus proſit, quia hoc fit, ne ex vno
& eodem facto, & vbi eſt eadem abſolutionis
ratio, diuerſæ appareant ſcientiæ, nempe ab-
ſolutoria & condemnatoria, quod eſſet ab-
ſurdum; Quod vero pro eodem facto plures ea
dem ſententia damnentur non vniformiter,
ſed vnus maior quantitate, quia contumax
fuerit, nec confeſſionis, aut pacis beneficium
ſibi impartiri petierit, non eſt inconueniens,
& ſibi culpæ adcribendum eſt, non iudici, qui
5 nihil petenti, nihil impartitur. Ego fui ſem-
per ſolitus in contingentiis facti ſequi hanc
vltimam opinionem Vulpel. per eius ratio-
6 nes, & per tex. in l. ſi quis vxori ff. de furt. vbi
quod in criminalibus, ſocius non gaudet priui
legio ſocij, & per ea quæ in puncto dicit Gan-
din per eum non viſus in tract. maleficior. in
Rubr. de tranſact. & pact. in maleſic. ſub num.
17. poſt verſi. ſed quid ſi dicam, vbi ſtante ſta-
tuto quod quicunque habuerit pacem de ma-
leficio, non puniatur, ponit caſum quod duo
ad inuicem ſe percuſſerunt, & inierunt pa-
cem, & requiſiti per Iudicem vnus comparuit,
& produxit cartam pacis, alius vero fuit con-
tumax, & bannum recepit, & quærit an pro-
ductio d. pacis proſit illi contumaci, & ait vi-
deri quod non propter contumaciam ſuam,
& quia pro eo non ſunt factæ defenſiones,
& probationes, quæ fieri non poterant, quia
præſentia opus erat. l. pen. §. ad crimen ff. de
publ. iudiciis, ſed quod de æquitate ſunt argu-
7 menta contra, vt per conſortem & ſocium cri-
minis beneficium ſit illi acquiſitum, vbi eſt ea-
dem cauſa defenſionis, & identitatis. arg. eo-
rum quæ habentur C. ſi in com eadẽq; c. per to
tum titulum, & in l. 2. §. fin. ff. de iniur. quæ
nihil facit, ſed voluit allegare l. etiam §.
pen. & l. ſi de communi ff. ſi ſeruit. vendicet. &
maxime quia hodie ex inquiſitione non proce
ditur ſolenniter, vel in figura iudicii, videtur
enim Gandi. per ſuprad. hanc ſententiam de
8 iuris rigore firmare, cõtrariam autem ex ęqui
tate admittere. Et quod qui vult ex pace con-
ſequi beneficium ſtatuti in diminutionem pæ-
nę delicti, debeat illam coram iudice produ-
cere, tenet Angel. de malef. qui tamen non
loquitur in terminis huius quæſtionis, in ver-
bo deducta quarta parte num. 7. verſi. quid au-
tem ſi ſtatuto debeat deduci, & ita tenendo ad
omnia in contrarium deducta reſpondeo ego
aliter quam faciat Vulpel. nihil allegans, quod
9 ea procedunt in iis, quæ inhærent facto ab ini-
tio, & ab eo ſeparari non poſſunt, in quibus
quod per unum fit, aliis etiam non facienti-
bus prodeſt, ſecus autem in his quæ poſtea ſu

perueniunt extra ipsum factum, & eo iam sequuto, in quibus quod vni conuenit, non omnibus conuenire dicitur, sed vniuscuiusq; factu inspicitur, & secundum illud quisq; iudicatur, & hoc siue agatur de diminutione condemnationis ob confessionem vel pacem, siue agatur de augumento ob negationem vel contumaciam ex statutorum dispositione, quia si causa propter quam fit diminutio, vel augumentum militat in vno, & in alio cessat, debet solum id habere locum in eo, qui militat, & non in eo, in quo cessat, ita vt non sit inconueniẽs, quod ex corrixantibus & suppositis eidem pænæ vnus propter confessionem vel pacem condemnetur in minus, & alter propter negationem, vel contumaciam in plus, cum istæ sint qualitates & circunstantiæ a maleficio separatæ, & post illud superuenientes, in quibus singulæ personę delinquentium & singula earum facta considerantur iuxta notabiliter tradita per Bart. in l. libertis quos. §. posthumis versi. vlt. nota ff. de alim. & cibar. legat. & in l. is qui opem sub nu. 5. versi. item fallit ff. de furt. vt latius comprobaui supra casu 56. in versic. Non ab re etiam quæri potest, vbi est videndum. Vt
10 sic absurdum non videatur in criminalibus, quod ex eadem sententia habentes eandẽ causam diuersimode puniantur, nedum quãdo inter eos est vnus contumax, sed etiam quando omnes comparuerunt, quorum aliqui quandoq; fatentur delictum, & gaudent beneficio confessionis; alij vero negãt & carent dicto beneficio, & quandoq; etiam grauius puniuntur, vt ex prædictis patet. Adsunt præterea aliquãdo intercorrixantes aliqua priuilegia, putà milites, quibus concedunt priuilegia ob confessionem & pacem pinguiora, quam aliis, quorum causa minori pæna condemnantur, quam corrixantes non ita priuilegiati, itidem confitentes & pacem habentes. Quinimo vt ad contumaces reuertamur, quando plures simul de eodem delicto imputantur, & non omnes se
11 constituunt in carceribus, solent Iudices practici prius procedere contra non comparentes, & in contumaciam eos condemnare veluti confessos, & postea cõtra carceratos cognoscere, & causam prosequi, quorum aliquando bona pars, & nonnunquam omnes absoluuntur, cum tamen idem & vnicum fuerit omniũ contumacium & carceratorum factum, & eadem causa, quod fieri posse constat ex dictis p Felin. cæteros adducentem in c. cum inter nu. 40. versiculo fallit 4. de sent. & re iud. & sentit Gomez, tom. tert. var. resol. de delictis cap. primo, sub numero 88. versic. vnum tamen est, & tradit Angel. de malefic. in verbo, & Andream Marci, numero secundo, versic. aduertas tamen, & ibi etiam Augustin. in addition. in princip. & pluries practicaui.

EPITOME.

An, & quando Officiali perpetuo, vel temporali delinquenti in officio, vel extra officium interdicenda sit administratio officij lite pendente.

SVMMARIA.

Offitiali delinquenti extra officium non interdicitur administratio. nu. 1.

Officialis accusatus de crimine commisso in officio, retinet officium pendente accusatione, sed illi interdicitur administratio. 2.

Et quare. 5.

Procedit autem conclusio si talis sit accusatio, quæ probata veniret ab officio remouendus. 3.

Et dummodo ex habitis informationibus incipiat cõstare de mala administratione. 4.

Nec fit differentia inter officialem perpetuum, vel temporalem. 6

Officio durante cognosci potest de crimine pro quo venit pœna priuationis, & quare. 7.

CASVS SEPTVAGESIMVS SEXTVS.



VIDI alias dubitari, an officiali delinquenti interdicenda sit officij administratio causa pendente, & decidi secundum opinionem Bart. in l. libertus, §. in quæstionibus, ff. ad municipal. & de incol. vbi distinguendo
1 dicit, quod quando quis accusatur de crimine commisso extra officium, pendente iudicio retinet officium, & administrationem per dictũ
2 §. in quæstionibus, quando vero accusatur de crimine commisso in officio licet accusatione pendente retineat officium, administratio tamen interdicitur per l. quod si forte, §. sunt quidam, ff. de solution. & l. eum, quem C. de suspect. tutor. in quibus locis hoc ipsum notant idem Barto. & cæteri scribentes, quam distinctionem etiam faciunt ex antiquis DD. Ioan. Fab. in §. si quis autem in princip. institu. de suspect. tutor. & Luc. de Pen. in l. vnica, columna fina. versicu. in glos. vltima. C. de rei. postulat. libro decimo, & in l. Iudices, columna secunda, versic. sed an Iudici. C. de dignit. libro duodecimo, & ex Modernioribus, Paris de Put. in tracta. syndicat. in verbo, accusatus, columna 1. 2. & 3. Afflict. in Const. Regn. libro primo. Rubr. 37. super Consti. statuimus, sub nu. 50. post ver. sexto fallit, dũ simpliciter se remittit ad dicta per Parid. supra citatum, & nouissime Vincent. Franch. Decis. Neapol. octaua, in princip. Id autem quod dicitur de administratione interdi-
3 cenda Officiali accusato, lite pendente intelligendum est procedere, quando accusatio est talis,

talis, quod ea probata remouendus is esset ab
officio, alias vero secus, secundum Bart. in d.
§. sunt quidam, ad finem num. 5. quem sequitur
4 Vincent. de Franch. d. decis. 8. num. 2 Et quan-
do de tali accusatione captæ sunt informatio-
nes, & incipit constare de mala officii admi-
nistratione, & non aliter, nec enim ex sola ac-
cusatione, quæ probata sufficeret ad priuatio-
nē, suspendendus est accusatus ab administra-
tione, sed solū quando capta informatione ali
quid substantiale contra ipsum apparet, ita est
de mente Bart. in d. §. sunt quidam circa finem,
sub nu. 5. & clare ponit Franch. d. decis. 8. num.
4. & 5. & idem aperte voluerunt Io. Fab. in d. §.
si quis autem, post princ. & Luc. de Penna in d.
l. Iudices, colum. 2. post vers. sed an Iudici ibi,
quod videtur verum si marito est suspectus. Ra
tio autem quare concurrentibus prædictis cō
5 siderationibus lite pendente interdicitur ad-
ministratio Officiali, est multiplex vt per Frāc.
d. decis. 8. nu. 3. sed ea potissimum vrget, quod
nisi ita fieret, astrueret testes scientes verita-
tem, vel eis minaretur, ut dicit Paris de Put. lo
co citato, quem sequitur Franc. inquiens quod
si officiales retinerent administrationem offi-
cii terrerent testes, qui de facili non possent
6 deponere veritatem, uel facerent, quod depo-
nerent falsum. Et procedit ista conclusio non
solum in Officiali perpetuo, sed etiam in tem-
porali, cuius officii finis non est expectandus,
vt per Parid. ubi supra, num. 7. uersic. & prædi-
cta, quem sequitur Franch. in sæpe citata De-
cis. octaua, nume. 6. vbi etiam allegat Bald. su-
per feud. tit. de pac. Costant. in uerbo, creden-
7 tias in finalibus uerbis, sub num. 2. dicentem,
quod quando pro crīe imponitur pæna remo-
tionis ab officio, potest de eo cognosci duran-
te officio. quia si expectaremus finē officii, fru-
stra fieret amotio, quod est notandum, quia
non raro accidit in facto.

EPITOME.

De materia regulæ quod qui non habet in ære, luat in corpore, quomodo intelligatur, & in quibus casibus procedat, & de multis quęstionib. circa hoc non raro occurrentibus in practica.

SVMMARIA.

Cessio bonorum non admittitur in criminalibus. nu. 1.

Qui non habet in ære, luat in corpore eo.

Quod sine dubio procedit concurrente consensu creditoris. 2.

Et hoc quando pœna saltem in parte applicatur parti. 4.

Sed & creditore inuito potest Index commutationē arbitrari, vel quod creditor fidem habeat, donec ad pinguiorem fortunam deuenerit. 3.

Luere non cogitur in corpore qui soluit maiorem partem condemnationis, sed de reliquo est fides habenda, donec deuenerit ad pinguiorem fortunam. 5.

Condemnatus occasione delicti ad interesse partis nō admittitur ad cessionem bonorum, sed debet in corpore luere. 6.

Fideiussor de repræsentando condemnatus pro non facta repræsentatione luere non cogitur in corpore, sed admittitur ad cessionem bonorum. 7.

Cessio bonorum admittitur pro multa. 8.

Et quare. 12.

Multam potest Index ex causa diminuere, ac etiam in totum remittere. 9.

Multatus non habens in ære, non cogitur in corpore luere. 10.

Quod procedit in multa fisco debita, secus si parti debeatur. 11.

Habens in ære, nō est audiendus, si velit in corpore luere. 13.

Statuto stante quod non soluens pœnam pecuniariam intra certum tempus, puniatur corporaliter, si ille sit soluendo, nec soluat, volens potius in corpore luere, non debe audiri, sed Index debet de bonis eius cō demnationem extinguere 14.

Pœna quæ loco pecuniariæ in prædictis imponitur, debet esse temporalis exilij. 15.

Sed verius est quod arbitrio Iudicis remittatur. 16.

Regula quod non habens in ære, luat in corpore, procedit solum in vilibus, secus in nobilib. 17. De quo tamen relinquitur cogitandum. 18.

Clericus non habens in ære, luit in corpore, sicut laicus. 19.

Commutatio tamen debet per Iudicem Ecclesiasticum fieri, licet a laico processerit condemnatio. 20.

Mulier licet non habeat in ære, non luit in corpore. 21.

Sed pro leui condemnatione, si fideiussores non inueniat, relaxatur iuratoriæ cautioni. 22.

Quod tamē, de consuetudine non seruatur. 24.

Mulier pro graui condemnatione retinetur in carceribus, donec soluat. 23.

Commutatio pœnæ pecuniariæ in corporali fit a iudice criminali, licet a Iudice ciuili facta esset condemnatio. 25.

Cessio bonorum a principali facta non prodest fideiussori. 27.

Commutatio quare non fiat habenti fideiussorem, cum cessio principalis non prosit fideiussori. 28.

Pœnam corporalem qui subijt loco pecuniariæ, penitus liberatur, adeo quod nec ad pinguiorem fortunam deueniens teneatur. 26.

Cedens bonis, nihilominus tenetur si ad pinguiorem fortunam deuenerit. 30

Fallit si Cessio facta fuerit cum aliquo vituperio. 31.

tineri,& ita dicit tenere Boer. d. Decis. 349.n.
9.versi.quinimo si talis, quem in contrarium
5 allegauit Clar. Et ab hac opinione nunquam
ego discederem, maxime ex traditis per Alex.
cons. 104. in fine lib. 1. vbi multa ponit, quæ
huic rei optime seruiunt, quibus additur Ias.
in terminis istis in §.pænales nu.50.& 51.versi.
vlt. prædicta regula, inst.de actio.vbi hanc sē-
tentiam late probat & dicit veriorē & æquio-
rē,& Ias.sequitur Boer.in d.versi.quinimo si ta
lis condemnatus, vbi etiam nonnulla ad con-
firmationem adducit, idem etiam tenent So-
cin. d. reg. 81. in secunda fallent. & Paris de
Put.de Syndicat.in verbo pæna.ca.5. in princ.
num.1,fol.360.

Secundo dubitatur, an præfata conclusio
procedat in condemnato occasione delicti ad
damna vel interesse partis in carceribus reten
to, donec dicta damna vel interesse solueret.
Hanc difficultatem proponit in indiuiduo Pe-
guer.d.c.sexto.&ea plene & eleganter ad vtrā-
q; partem disputata concludit tandem, talem
6 condemnatum non esse admittendum ad ces-
sionem bonorum, sed puniendum in corpus,
& aliter ex carceribus non esse liberandum, di
citque esse sententiam hanc veriorem, quam
iuribus, rationibus, & autoritatibus compro-
bat. & idem tenet Vincent. de Franch. d. Di-
cis.358.nu.3.4.& ante eos idem tenuit Couar.
d.ca.1.sub nu.8.ibi & id non tantum procedit,
& constat ex traditis per Aretin.in §. pænales,
sub nu. 12.13.inst. d. action. & ibidem per Ias.
nu.46.&seq.versi tertio prædicta regula.& per
Boer.d.Decis.349.nu.11.versi. sed quoad Cle-
ricum,& per Io.fabr.in §.fin.num.5.versi. quid
si ex delicto.Inst.de actio,& per Cepol.d. cons.
crim.9. num. 3. & 4. ad quorum dicta sufficiat
remissio.

Tertio dubitatur, an eadem cōclusio proce
dat in fideiussore de repræsentādo, qui ob non
factam repræsentationem condemnatus repe
7 ritur, in carceribusq; positus. Et in hac quæstio
ne vera est resolutio, quod iste habeat benefi-
cium cessionis bonorum, & non debeat luere
in corpore, ex quo non est delinquens, nec cō-
demnatus pro delicto, sed pro contrauentione
fideiussionis pænalis commissa, & non est faciē
da extensio in pænalibus, nec vnus pro alio
puniri debet, & ita in puncto decidit Vincent.
de Franch.d.decis.507.num. 3. & seq. in tertia
parte,& est Decisio notabilis & non raro in fa-
cto contingibilis.

Quarto dubitatur, an relata conclusio pro-
cedat, quando quis non est in pænam pecunia
riam per sententiam diffinitiuam condemna-
tus, sed tantummodo mulctatus. In qua dubita
tione concluditur quod non, quia in multa ad
8 mittitur cessio bonorum, nec est opus com-
mutatione in pænam corporalem data pauper-
9 tate rei, & Iudex potest illam diminuere, &
ex toto remittere, Boer. Decis. 349.num. 2.& 3.
Brun.de cess.bon.in quarta q.princ.num.5.Sa-
lycet.in l.& si seuerior, sub nu.6.in 10.oppo.&
iterum sub nu. 7. in sua distinctione C. ex qui.
ca.infa.irrog. Paris. de Put. de Synd. in verbo
pæna.c.tertio nu.3.fol.357.& probatur in l. il-
licitas §.fin. ff. de off. præsid. & est com. opi-
nio, de qua attestatur Menchiac. lib. 1. qq. con
trouer.& Illustr.cap.24.num.15.versi.similimū
est,& ita per hoc tenet Clar.d.quæst.nu.8.vers.
hæc autem omnia, subdēs ita sæpe numero per
Senatum Mediolani fieri vidisse, & etiam ma-
gistratum solere sumptis informationibus de
paupertate, multatos admittere ad composi-
tionem, quę non sit minor quarta parte totius
10 multæ, & quod in Multa non habeat locum re
gula, quod qui non habet in ære, luat in corpo
re, sed admittatur cessio bonorum, tradit etiā
Pegue. multos eiusdem sententiæ referens. d.
cap.6. num. 4. versi. secundo pro hac parte fa-
cit, Idē tenent in d.l.si quis id quod, Ias.sub nu.
28.in quarta limit.& Deci.num.25.in fin.versi.
similiter regula. Ias. in d. §. pænales num. 49.
versi. quarto prædicta regula, inst. de actio.qd
11 tamen intelligendum videtur in multa Fisco
debita, quæ per Iudicem potest reo propter
paupertatem remitti, secus autem in Multa
parti adiudicata, p suo interesse, quæ minime
per Iudicem condonari potest, vt punctualiter
dicit Boer.sub d.num. 3. in vers.sed est intelli-
gendum, quem sequitur Menchiac. loco cita-
to, & tenet etiam Salycet in d. l. & si seuerior,
sub num.7.in sua distinctione, ratio autem dif
12 ferentiæ inter pęnam & Multam ea est, quod
multa plerunq; interloquendo imponitur, vn-
de postea potest Iudex eam minuere vel ex to-
to propter paupertatem suo Officio nobili,
quod durat, tollere; pæna autem legalis ordi-
naria vel extraordinaria imponitur per senten
tiam diffinitiuam, qua lata Iudex functus est
officio suo, nec potest eam alterare, vt in pun-
cto dicunt Salycet.in l.fin.in fine C.de sepulcr.
viol.& in d.l.& si seuerior, sub num.6. in 10.op
pos.& Paris de Put.d.cap.3.num.3.&ante eum
Bart.in l.Iudex.55.ff.de re iudi. sub n. 2. quem
alii sequuntur.

Quinto dubitatur, an quando reus soluēdo
est, malit tamen subire pænam corporalem,
quam pecuniariam soluere, audiri debeat pe-
tens dictam commutationem pęnę pecunia-
13 rię in corporalem. Et recepta est & commu-
nis scribentium opinio, quod audiri non de-
beat, sed cogi condemnationem pecuniariam
soluere, vt dicit Dec. in d.l. si quis id quod, nu.
22.& sequentibus, ff. de iurisd. om. iud. quem
sequitur Clar.d.q.95.num.7.versi. quęro etiam
si reus, idem tenet Boer.d.decis.349.sub num.
10.in versi.ex quo Bald.& hanc opinionem se-
quitur Peguer.d.ca.6.nu.12.versi. & in tantum
hoc est verum, quod dictum licet non proprie
pertineat ad propositum conclusionis supra
firmatę, quę loquitur sta nte paupertate debi-
toris, & eius impotentia soluendi pænam pe-
cuniariam, qua cessante non potest habere lo-

eum d. conclusio, nam cum lex non admittat pœnam corporalem, nisi propter inopiam, nó extante ipsa inopia, cessat legis dispositio, vt bene arguit Dec. in d. l. si quis id quod nu. 24. vetissimum est, & ex eo alias pluries dixi in
14 contingentia facti, quod stante statuto quod si condemnatus in pœnam pecuniariam pro ali quo delicto eam non soluerint intra mensem, vel alium certum terminum, puniatur in amputatione manus, aut pedis, vel mittatur ad triremes, aut aliter in corpore castigetur, & sit soluendo, & nolit soluere, sed potius pati pœ nam corporalem, & permittat labi terminum ad soluendum pœnam pecuniariam assignatum, Iudex non debet eum audire, sed eius bo na capere & vendere pro dicta pœna soluenda & non attendere voluntatem ipsius condemna ti, qui non potest eligere dictam pœnam corporalem, cum non sit dominus membrorum suorum, vt in terminis tradunt Ias. in d. §. pœnales num. 48. post versi. & pro ista determinatione inst. de actio. Deci. in d. l. si quis quod num. 22. & seq. ff. de iurisd. omn. iud Marsil. sing. 651. pu to te scire ad finem, Peguer. d. cap. 6. sub nu 12. vers per quam rationem.

Sexto dubitatur quæ pœna sit imponenda reo, quādo locus est commutationi pœnę quia creditor eam petit, vel petitę per ipsum reum debitorem consensit iuxta superius adducta. In qua re Peguer. d. cap. 6. in fin. sub num. 19. at testatur Regium criminale consilium Cathaloniæ imposuisse pœnam exilij quinquennalis quibusdam reis retētis in carcere pro damnis & iniutia partis ratione homicidii per eos per petrati, & dicit Franch. d. Decis. 358. in fine sub n. 6. quod dum in vna ex causis remissis ma gnæ Curiæ ea condemnasset ad pœnam triremium, interposita appellatione ad sacrum cō silium fuit imposita pœna temporalis exilij, &
15 cum hac opinione quod pœna temporalis exi lij sit imponenda, transit postea idem Franch. d. Decis. 507. n. 2. Sed hoc perpetuum non esse
16 censeo, sed Iudicis arbitrio declarandam esse pœnam inspectis causarum meritis, & persona rū qualitatibus, prout in istis terminis est tex. apertus in ca. finem litibus ad finem ex. de dol. & contumac. vbi formaliter dicitur quod si cō demnatus pecuniariter soluendo nō fuerit, secundum arbitrium discreti Iudicis puniatur, & ibi hoc not. glos. & DD. & in proposito nostro tradunt in d. l. si quis id quod ff. de iurisd. om. iud. Ias. nu. 30. versi. per ista potes, & Deci. sub nu. 19. versic. non sic videtur in regula, & Paris. de Put. de Synd. in verbo pœna. c. 5. sub nu. 1. versi. & adde quod quia quidam Doctor. fol. 361. & aute eos Cepol. in tract. caut clarum cautel. 3. incipient, nota cautelam pulcram in princ. vbi ad hoc citat Angel. Aretin. in §. pœnales Inst. de actio. vbi num. 14. versi. ex hoc ita tenet, & notat pro optima cautela ad liberandum amicum condemnatum in magna quantitate pecuniarum a carcere, & conseruando illi famam, impetrando a Iudice proprio pœ nam corporalem leuem, & non vituperosam putà torturam inferendam cum fune, vel aqu in Palatio in secreto, pro vt etiā dicunt Cepo & Paris. de Put. in locis citatis.

Septimo dubitatur an præfata cōclusio pr cedat generaliter & indistincte in omnibus is siue nobilibus siue ignobilibus. Et dicenc
17 est quod non, quia tantum habet locum in v libus personis, non autem in nobilibus, vel a ter honestis, in quibus omnis pœna corporal etiam minima excedit quamcunq; pecuniar secundum regulam l. in seruorum §. fin. ff. c pœn. & ideo punirentur maiori pœna pro lu tione in corpus, quā esset illa pecuniaria, qu tenebantur quæ ratio cessat in vilibus, in qu bus dispositio d. l. in seruorum d. §. vlt. non pr cedit, ita in puncto dicūt in d. l. si quis id quo Ias. sub num. 28. in tertia limit, & Dec. sub nu 24. 25. vers. simillter regula restringitur, qui t men nonnulla in contrarium cauillando ac ducit, & Aret. in §. pœnales sub num. 13. vers in glos. in verbo quam si non soluerit, & ibid Ias. n. 44. & 45. versi. secundo & multum singu lariter inst. de action. Bocr. Decis. 349. sub nu 10. vers. tertio limitat regulam. Franch. d. De cis. 358. sub nu. 6. versi. dicunt Deci. & Curtiu Socin. d. reg. 81. in vlt. fallentia, & ante istos S lycet. in l. & si seuerior sub num. 6. in 11. oppo & iterum sub n. 7. in sua distinct. C. ex qui. cau infam. irroge. Ego tamen non parum de hac mitatione dubito, ex eo quod video regula habere locum in clerico, vt dixi in prox. se quest. Rursus quia dicunt DD. quod etiam d iure procedit in officialibus condemnatis i Syndicatu, licet de consuetudine retineant in carceribus, donec soluant vt per Clar. in q. 95. sub n. 3. post vers. & scias, ibi & nota quo hæc conclusio, post Bald. in ca. 1. §. iudices n 2. versi. item nota quod Iudex, de pac. iur. fir in vsi. feud vbi etiam appostilla idem dicit, s quuntur Amad. de Syndicat. num. 160. vers. i debet puniri Paris de Put. in eod. tract. in ve bo Iudex male iudicans, c. 1. nu. 12. versi. Iudo qui in Syndicatu fol. 300. & alii per Clar. adc cti, non. n. videtur dici posse, quod clerici & o ficiales prædicti sint viles personę, sed potiu videntur nobis, vel saltem dicuntur honest & non abiectę, & tamen in eis locū haber reg
18 la de iure ideo cogita & vide Salycet. in l. fi ad finem C. de sepulcr. violat. cui non multu videtur placere ista restrictio ad regulam, l cet nihil de prędictis alleget.

Octauo dubitatur an etiā procedat in Cl rico, sicut in laico. Et habere locum determi nat punctualiter Boer. d. Decis. 349. sub n. 1 versi. sed quoad Clericum, vbi post plures pe eum adductos concludit, quod Clericus sicu
19 laicus potest detineri in carceribus pro pœn pecuniaria & fieri commutatio illius in corp ralem secundum allegata per ipsum in sta ma teria, & adducit tex. hoc probantem in d. cap finem.

finem litibus de dolo, & contumac. & subdit quod ista detentio in carceribus & pariter cōmutatio est facienda per suum Iudicem Ecclesiasticum, licet per Secularem inte permittente fuisset in pecunia condemnatus. Et faciunt dicta infetius.quæstio.decima,&probatur per tex.apertum in l.fi.C. de sepulcr.viol.in fin.ibi vel si minus idoneus ad eas soluendas sit, suo corpore sub competenti Iudice luere pænas, & in l. quicunque, §. quod si ad prædictam.C. de seru.fugit. ibi quod si ad prædictam pænam soluendam, is qui susceperit minime sufficiat, æstimatione competentis Iudicis castigatio in eum procedat.

Non dubitatur an etiam in muliere locum sibi vendicet. Et respondendum est quod non, nisi sit inhonesta. Sed quod si sit leuis,& modica condemnatio, & propter inopiam non possit soluere, nec fideiussores dare, relaxetur sub iuratoria cautione, si vero condemnatio sit magna retinenda sit in carceribus vsque ad satisfactionem, ita ex multis resoluit Boer. d.decis.349.colum.pen.&fin. sub num.11.ver. respectu vero mulieris, vbi etiā testatur quod ex consuetudine generali ratione pænæ pecuniariæ ex quocunq; delicto descendentis, mulier non euitat carceret propter paupertatem, nec relaxatur Iuratoriæ cautioni, quod & ipse vidi obseruari in diuersis Italiæ tribunalibus. Et in istis terminis reperio Foller. in pract.crimin. ciuil.in pr. par. secundæ par. in princip.in verbo notatos capiat de persona, num.19.versicu. sed quid si mulier fol. 34. dicentem quod mulier condemnata pro delicto detinetur personaliter, & carceratur donec soluat,habita tamen consideratione ad carcerem,in quo detinetur, & respondet ad ea quæ dicuntur in contrarium ex authent.hodie nono iure.C.de custod.reorum, quod procedunt in princip.causæ ante condemnationem,non autem causa finita, & secuta condemnatione postquam cessant priuilegia, quod tamen arbitrarer esse tēperandum, vt tantum procedat in pæna non leui,secus magna iuxta traditionem Boer.licet de cōsuetudine etiam pro leui detineatur, donec soluat.

Decimo dubitatur quando Iudex ciuilis cōdemnat ad pænam pecuniariam in casibus a iure permissis, & est locus commutationi in corporalem, an ea facienda sit ab ipso Iudice ciuili, qui condemnauit, an vero a Iudice criminali. Et vera resolutio est,quod fieri debeat a criminali, non autem a ciuili,qui ad pænam corporalem condemnare non potest,pro vt determinat Franch.d.decis.358.numero quinto, &6. post alios per eum relatos, quibus addo Ias.in d.l.si quis id quod sub num.30 post vers. per istam potes,& Cepol.in tract. cautel. caut. tertia,ante finem, versi.item aduerte,& faciūt dicta superius in octaua quæst. ad finem. Dicit tamen Clar.in d.q.95.sub nu.2. post versic. sed quid si reus circa finem, quod in Ducatu Mediolani hæc commutatio non fit, nisi per Senatum, & quod ideo fuit grauiter reprehensus quidam Prætor,qui inconsulto Senatu fecit fustigari quendam,qui non habebat modum soluendi pænam pecuniariam, in quā fuerat pro blasphemia condemnatus, & in hoc fuit reprehensus,quod inconsulto superiore pænam pecuniariam commutasset, non autem pro eo, quod pæna fustigationis non esset conueniēs, pro vt intelligere videtur & male Franch. dicta Decis.358.sub num.6.

Vndecimo dubitatur, an si reus non sit soluendo,habeat tamen fideiussorem, a quo condemnatio exigi possit, fieri debeat commutatio. Hanc quæstionem non inuenio tactam, ab

26 aliquo credo tamen quod non, quia videtur cessare impossibilitas soluendi,in qua fundata est cōmutatio,ut dictum est supra quæst.quinta nec refert,an ab ipso reo, an vero a fideiussore exactio fieri possit, & ita videtur sentire Clar.in d.quæst.95. sub numero 3.versi.& scias ad finem, dum inquit quod in officialibus condemnatis in Syndicatu in pænam pecuniariā, rarò hæc quæstio contingit in practica,quia vt plurimum tam in princip.officij,quam tempore Syndicatus præstant idoneos fideiussores, qui compelluntur ad soluendas condemnationes, pro qua re etiam multum facit conclusio

27 DD.quod cessio principalis debitoris nō prodest fideiussori, quin possit molestari a creditore,& illi soluere teneatur,§.fi.& ibi scribentes, instit.de replicat.Aret.in §.fi. insti.de actio.nu. 12. verficul. quæro principalis cessit, & ibidem Ias.num. 25. versi.autem cessio,Brun.de cessio. bonor.in octaua q princip. in princi.num.1.& alij per eos allegati,& præcipue Guid. Pap.decis.211.ante finem,sub nu.3.uersi. sed an cessio bonorum. Impotentia ergo principalis debitoris non potest inducere liberationem fideiussoris & per consequens ubi fideiussor soluēdo est,non potest facere locum commutationi pecuniariæ in corporalem, quia hoc modo se ipsum pænitus liberaret reus, ut dicā in proxima seq. q. & consequenter etiam fideiussorem suum accessorie obligatum, l. fi.ff.de pact.& l.

28 cum principalis,ff.de reg.iu.Nec obstat,quod ipse reus admittatur ad cessionem non obstante fideiussione præstita. quia per eam nō extinguitur actio, sed imo durat in ipsomet debito re cedente,qui propterea si perueniat ad fortunam meliorem,satisfacere tenetur vt in d.proxima q.diximus, ut ideo mirum non sit,si fideiussor facta cessione a principali cogatur soluere,quod non esset, facta commutatione prædicta, quę omnē actionem & obligationem tollit, & hanc esse meram veritatem puto, quia ideo fideiussores accipiuntur pro reo, ut si is soluendo non sit, a fideiussoribus debitum exigatur, ut elegantioribus uerbis utēs dicit tex. in d.§.fin.in fine,instit.de replication.

Duodecimo dubitatur, an facta,d.commutatione pænæ pecuniariæ in corporalem,& ea

soluta,

soluta, seu satisfacta, vel executa, debitor siue
reus sit penitus liberatus, ita vt licet postea p-
ueniat ad pinguiorem fortunam, vlterius ta-
men non teneatur. Et quod omnino liberetur,
& si peruenerit ad meliorem fortunam, am-
plius pro tali debito molestari non possit, quia
pœna corporalis successit loco pecuniariæ, &
per eius executionem seu satisfactionem sub-
29 lata est obligatio, tenent Ias. in d. l. si quis id
quod numero 29. versic. tertio collige, & ibi-
dem Deci. numero 26. versic. vlt. notandum, ff.
de iurisd. omnium iudicum. Aret. in §. pœnales,
sub num. 12. versic. & aduertas, insti. de action.
& ibidem Ias. nume. 47. Boer. d. Decis. 349. sub
num. 4. versi. ita quod, vbi alios idem tenentes
adducit, quibus additur Paris de Put. de Syn-
dic. in verbo, pœna, cap. 5. num. 3. versicu. si ta-
men postquam luit fol. 361. quod & in Multa
procedere videtur, vt scilicet, & is cui propter
paupertatem, Multa fuerit per Iudicem remis-
sa, ipso iure liberatus cēseatur, intantum quod
licet postea diues efficiatur, nihil tamen solue-
re debeat, vt post multos deducit Boer. d. de-
cis. 349. numero quarto, versic. ita quod multa,
& vltra eum Deci. in d. l. si quis id quod nume.
27. & Brun. in tract. de cess. bonor. in quarta q.
princip. sub numero quinto, vers. interdum ob
paupertatem, & est tex. apertus in l. illicitas, §.
fin in fi. ff. de off. præsid. & in hoc differt ista pœ
næ commutatio, vel multæ remissio a cessione
30 bonorum, quæ debitorem cedentem non libe
rat, quin perueniendo ad meliorem fortunam
creditoribus satisfacere teneatur, vt DD. in di
ctis locis sentiunt, & plenè ostendit Brun. in d.
31 tractat. in 19. quæstio. princip. per totam, nisi
forte cum vituperio, quis bonis cessisset, quia
tunc postea acquirendo non tenetur credito-
ribus secundum gloss. in capit. sicut dignum, §.
eos insuper, de homicid. & in cap. peccatum in
glo. 1. in fi. de reg. iur. in 6. quam refert, & sequi
tur Paris de Put. de Syndicat. in verbo, pœna, c.
quinto, sub numero 2. post versic. si tamen post
quam luit fol. 361. de cuius rei veritate nō ex-
pedit nunc disputare, cum sit extra proposi-
tum materiæ nostræ.

EPITOME.

An & quando mulier de crimine accusata, vel inquisita, possit personaliter capi, & incarcerari, & quomodo vbi retinenda sit in carceribus, custodiri debeat.

SVMMARIA.

MVLIER de leui crimine imputata non carceratur de iure com. sed fideiussori relaxatur, & in defectu iuratoria cautioni, nu. 1.

Fallit tamen in muliere inhonesta. 2.

Et secundum aliquos, Idem in vili quod in inhonesta, 3.

Mulier de consuetudine, pro crimine non relaxatur iuratoriæ cautioni. 4.

Mulier & si honesta, capi potest & carcerari pro delicto graui, & atroci. 5.

De iure tamen in monasterio, vel apud honestas personas custoditur, 6.

Sed de consuetudine retinetur in carceribus separatis a carceribus masculorum. 7-9.

Et quid variis in locis circa ipsius custodiam obseruetur, vel fuerit obseruatum. 8.

CASVS SEPTVAGESIMVS OCTAVVS.



MVlier de crimine imputata, si
illud leue sit, seu non graue,
1 de iure com. non potest per-
sonaliter capi, & in carcerib.
retineri, sed relaxatur sub fi-
deiussore de iudicio sisti, vel
vbi fideiussore careat, sub iuratoria cautione,
§. necessarium. vers. si vero crimen, in authen. vt
nulli iudicum & Auth. hodie nouo iure. versi. si
vero tale sit crimen. C. de custod. reor. & ita in-
telligendi sunt Cataldin. de synd. q. 128. nu. 70.
vers. adde quod mulier, Foller. in pract. crimi.
ciuil. in pri. par. secundæ part. principal. in ver-
bo notatos capiat de persona, num. 18, fol. 34.
Boer. decis. 349. sub nu. 11. col. pen. & fi. vers. re-
spectu vero mulieris, Marsil. sing. 248. conditio
mulierum ad finem, vers. item si mulier. Gram
mat. decis. Neapol. 33. nu. 9. 10. Clar. in practic.
crim. q. 28. num. 3. ver. quæro igitur. vbi ait esse
communem opinionem, Menoch. de arbit. iud.
lib. 1. q. 88. nu. 19. in versi. secundus est casus, &
hoc si sit honesta, quia inhonestæ non datur hu
2 iusmodi priuilegium, quod est concessum ob
quandam muliebrem reuerentiam & honesta-
tem, & ideo non competit ei quæ minus hone-
sta est, Marsil. sing. 248. & sing. 279. Boer. d. de-
cis. 349. sub nu. 11. col. fi. ver. & hoc est quando,
Socin. reg. 259. in verbo mater familias, in ter-
tia fallentia, Blanc. in pract. crim. in prin. n. 27.
post vers. aduerte etiam fol. 4. Brun. de cess. bo
nor. in pri. q. quartæ q. prin. nu. 3. ver. fallit etiā,
Menoch. de arbit. iud. lib. 1. q. 88. nu. 13. ver. de-
claratur primo, & alii per eos citati, qui etiam
alias declarationes circa hanc limitationē po-
3 nunt, & idem tenet Clar. d. q. 28. sub d. n. 3. ubi
etiam eandem limitationem uidetur admitte
re in vili, quam inhonestæ æquiparat, cui non
satis assentior de iure loquendo. Dicit tamen
Boer. d. dec. 349. col. fi. vers. tamen sunt statuta.
4 quod ex generali curiarum cōsuetudine mulie
res pro quocunq; crimine non relaxantur, nec
audiuntur cum iuratoria cautione, & ita dixit
additio ad Bald. in d. auth. hodie nouo iure, in
vltima appostilla, quam Boer. allegat, quod
scilicet cōsuetudo obseruat, quod mulier pro
crimine nō audiatur cum cautione iuratoria.

Pro

9 Pro graui autem & atroci delicto, mulier e-
tiam honesta personaliter capi, & carcere man
cipari potest, dicto §. necessarium, versic. si ve-
ro grauissimum & d. auth. hodie nouo iure, ver
sic. sed si crimen grauissimum, & tradunt Boer.
d. Decis. 349. colum. fina. sub numero vndeci-
mo, post versicu. respectu vero mulieris, ibi &
idem pro delicto enormi, Grammat. d. Decis.
33. numero 11. & seq. Blanc. in pract. crimin. in
princip. numero 27. versi. aduerte etiam, folio
4. Menoch. d. q. 88. numero 20. & seq. versic. ter
6 tius est casus. Et licet tex. in d. §. necessarium,
& in d. auth. hodie nouo iure, loquatur de retẽ
tione in monasterio, vel alio simili loco, aut de
custodia apud honestas personas, tamen hoc
de consuetudine non seruatur, sed capitur, &
7 carceratur, licet retineatur in carceribus sepa
ratis a carcerib. masculorum, vt in indiuiduo
attestatur Boer. d. decis. 349. sub numero 11. co
lumna fin. ibi tamen de consuetudine, Gram-
matic. d. decis. 33. numero 12. & seq. Blanc. in lo
co citato post d. versicu. aduerte etiam & Clar.
in d. quæst. 28. sub num. 3. post versic. quæro igi
tur. Dicit etiam Foller. in verbo notaros capiat
8 de persona, sub numero 18. ad finem, versic. tu
autem, quod in regno Neapol. seruatur quod
si delictum est tale, quod reus non soleat rela-
xari sub fideiussore, mulieres carcerátur, alias
non, sed seruatur dispositio d. auth. hodie no-
uo iure, quod non displicet Claro q. 28. sub nu.
3. versi. quæro igitur in fine, qui tamen admo-
net Iudicem, vt in hoc sit valde circunspectus,
quia si mulier sit nobilis vel honestæ conditio-
nis, non debet illam cum dedecore ad se con-
duci facere, neque statim in carcerem conijce
re, sed poterit ei dare pro carcere domum ali-
cuius nobilis, & honestæ matronæ sub idonea
fideiussione, & hoc nisi delictum sit atrox, nã
eo casu esset detrudẽda in carcerem, vel in mo
nasterium, vel in prætorium in aliquo cubicu-
lo sub honesta custodia & fideiussione retinen-
da arbitrio iudicis inspecta qualitate delicti,
& personæ, & subdit quod ita seruatur in Du-
catu Mediolani, & sunt cõsiderationes Gram-
matic. d. Decis. 33. num. 12. & seq. quas sequi-
9 tur Menoch. d. q. 88. in d. tertio casu, nume. 21.
Et quod dicitur de retentione in carcere sepa
rato a carcere virorum, colligitur ex text. ex-
presso in l. quoniam vnum, C. de custod. reor.
Ego alias dum essem Commissarius loci Ferẽ-
tilli, & haberem quasdam mulieres imputatas
de veneno dato alteri mulieri, quæ obierat, &
illas citarem ad respondendum inquisitioni,
& tractaretur de eas constituẽdo, si eis voluis-
sem assignare pro carcere quandam domum
priuatam cum fideiussione de non recedendo
sub certa pœna pecuniaria, quæ etiam magna
non erat, nolui id facere, quia volebam quod
se constituerent in arce, vbi extant soliti cu-
riæ illius carceres, at illæ recusarunt, & in ea-
rum contumaciam deueni ad sententiam con-
demnatoriam.

EPITOME.

An mulier prægnans cogatur testificari in causa ciuili, vel criminali, & an debeat personaliter comparere corã Iudice ad ferendum tale testimonium, an vero Iudex debeat mittere notarium ad domum ipsius mulieris.

SVMMARIA.

MVLIER prægnans non tenetur personaliter comparere ad testificandum in causa ciuili vel criminali. nu. 1.

Limitatur procedere in casu, quo non posset absque periculo partus comparere, vt quia tempus pariendi prope esset, iter vero ad Iudicem longum, secus si e contra. 4 cum seq.

Sed licet in prædictis excusetur a comparendo, cogitur tamen testificari si ad eam mittatur examinator. 6.

Mulierum vulgaris opinio quod prægnantes iurare nõ teneantur vnde sit exorta. 2.

Quod tamen non sit vera. 8.

Culpa non afficit, nisi sit ordinata ad casum. 3.

Mulier prægnans confinata non tenetur ire ad confinium, si locus sit distans, & tempus pariendi prope, secus contra. 5.

Senes, valetudinarii, vel similes excusantur a comparendo ad testificandum. 7.

Iudex debet mittere examinatorem ad domos eorum, qui excusantur ut sup. a comparendo eo. & nume. 6.

Cum prægnantibus tamen uarie obseruatum refertur 9.

CASVS SEPTVAGESIMVS NONVS.



Vlier prægnans citata, vt com
pareat coram Iudice ad per-
hibendum veritatis testimo-
nium in causa ciuili vel crimi
nali, sub certa pœna, si non cõ
pareat, non debet in dictam
pœnam condemnari, quia tanquam grauida
1 quasi valetudinaria non tenetur personaliter
comparere, & ire ad Iudicem per text. clarum
in l. non exigimus, §. si non propter, ff. si quis
cautio. & ibi hoc notat glos. & Barto. sequitur
Guid. Pap. Decis. 256. in princip. numero pri-
mo, & Decis. 445. num. 5. vers. sed mulier gra-
uida, & ante eum idem reperio tenuisse Bal. in
l. in uiri, in lectur. antiq. numero primo, ver. idẽ
forte est & ibidem Forian. in secundo notabi-
li. nu. 2. ff. de testi. & eundem Bald in l. impera-
tor 18. in pri. lectura, num. 5. versi. sed nunquid
mulier, & in pr. additione, sub nu. 4 post versic.
quæro vtrum, ff. de stat. hom. & Aufre. in addit.
ad Capell. Tolosan. Decis. tertia, in apostilla
incipi.

incipi. tunc enim vxor in princ. qui subdit hoc facere pro opinione vulgari mulierum, quod prægnantes non teneantur iurare, quia si non coguntur testificari, nec iurare, cum debeant testes deponere iurati. de qua opinione infra etiam loquar. Impedimentum enim hoc excusat mulierem, cui non imputatur tanquam vitium naturale, & quia licet culpa sua proue-
3 niat, non est ordinatum ad impediendum iudicium, sed ad alium finem, vt post glos. in d. §. si non propter, declarat ibi Bart. & post eum Bald. in §. si quis in iudicio nu. 4. versi. sed contra istam solutionem, qui ideo inferunt hoc procedere, etiã si mulier sit prægnans ab alio, quam a proprio viro, seu marito, quia vt dictum est licet quòd sit grauida eueniat culpa ipsius mulieris, tamen talis culpa non est com missa ad impediendum iudicium, sed ad explẽdam libidinem, & sic est ordinata ad alium finem, quam ad procurandum impedimentum iudicii, & hoc sequitur Aufre. in addit. ad Capel. Tolos. d. Decis. tertia in addit. incip. tunc enim vxor. post principium, versi. sed istud intelligi debet.

Quod dictum tamen non ita simpliciter in-
4 telligendum est procedere, sed eo tantum casu, quo mulier propter ventrem prægnantem non posset comparere coram iudice sine periculo partus propter laborem itineris, vt quia forte longum erat iter ab ipsius domo ad locũ iudicii, & tempus pariendi prope erat, nam si, absq; tali periculo posset comparere, vt quia breue erat iter, & tempus pariendi multum distabat, teneretur personaliter comparere ad testificandum, nec excusaretur prætextu d. impedimenti, & si non compareret, puniri posset pœna in præcepto apposita, ita formaliter tradit Bald. in d. l. Imperator 18. in prima lect. num. 5. versi. sed nunquid mulier prægnans, & in pri. add. sub n. 4. post versi. quarto vtrum ff. de stat. homin. & subdit priore loco, versi. item si hoc est, & latius & expræssius posteriore lo-
5 co versi. quæritur si alicui mulieri, quod eadẽ sit distinctio si mulier prægans condemnata est in exilium, vel confinata aliquo loco, nam si propter laborem itineris incurreret periculum depositionis partus, quia forte confinia multum distent a loco habitationis eius, & tempus pariendi prope sit, sententia non exequitur illico, sed differtur expulsio post partũ, cui & non matri sit hoc beneficium: si verò nullum esset periculum partus ex itineris defatigatione, quia forte confinia sint prope, & tempus pariendi multum distet, statim sententia exequenda est, nec differtur expulsio, quod valde æquum videtur & notandum in practica.

Verum in proposito quæstionis nostræ sciẽdum est, quod & eo casu quo mulier grauida excusatur, vt coram Iudice non compareat personaliter iuxta dicta superius, tamen non ex-
6 cusatur a testimonio perhibendo, sed cogitur testificari, & Iudex mittet ad eius domum [illegible] tarium, vel alium examinatorem, qui fa[ciat] eam iurare & deponere per l. ad Egregias ibi not. ff. de iur. iur. prout in puncto dec[is.] Aufre. in Addit. ad Capel. Tolos. decis. terti[a] d. appostilla incip. tunc enim vxor post pri[nci]pium, versi. sed illud intelligi debet, & pro[batu]r ex dictis per Bald. in d. l. inuiti, in princ[ip.] ibidem per Florian. in fin. verbis ff. de testi.
7 volunt, quod id quod dicitur in d. l. inuiti [...] senibus, & valetudinariis, & aliis personis [...] ter quas ipsi mulierem prægnantem connu[mera]rant, non cogẽdis testificari, intelligitur qu[od] non teneantur comparere coram Iudice, n[on] autem quod non debeant testificari, quia d[e]bet mittere Tabellionem ad eorum domos ibi eos examinet; Et per hoc cessat opinio i[lla]
8 vulgaris mulierum, quod quando sunt prægnantes, non possunt cogi iurare, de qua memi[nit] Aufer. in d. appostilla incip. tunc enim vx[or] post principium versi. quod facit pro vulga[ri] opinione, nam hoc dictum non potest e[sse] rum, nisi quando nõ coguntur testificari, qu[ia] si non coguntur testificari, nec iurare, cum t[e]stes debeant esse iurati, ita vt cum ferie test[i]monium compellantur in propriis eorum d[o]mibus, vt si pra probauimus, iurare etiam t[e]neantur. Vidi autem infinitis vicibus mulier
9 prægnantes testificari coram Iudicibus in P[ræ]toriis, & alias ipsorum residentiæ locis, & al[iquando] quando etiam in eorum domibus propriis [in]ta qualitatem facti seu negotii, & personarum habita etiam ratione ad statutum ventris p[ræ]gnantis, & in hoc multum solet versari recti discreti Iudicis arbitrium.

EPITOME.

An licitum sit mercatoribus commisce re merces corruptas cum incorrupti[s] & eas sic tanquam bonas vendere, a[ut] alias erogare impune.

SVMMARIA.

F*Rumentum, merces, & similia, bona cum mali[s] corrupta cum incorruptis miscere licet, vt sic mix[ta] vendantur, quæ per se vendi non possent. nu. 1 cum seq.*

Aromatarij ceram corruptam cum incorrupta misce re possunt. nu. 2.

Limitatur conclusio, dummodo mixtura fiat in pu blicis, & non in priuatis mercibus, & dummodo i[n] publicis facta humanis corporibus nocere non pos sit, quia alioquin commiscens punietur. numer[o] 3. & 4.

CA-

CASVS OCTVAGESIMVS.



Vi frumenti, vel aliorum bladorum, magnam quantitatẽ in horreis reponere & recondere solent, non raro aliquã eorũ partem vetustate, morbo, vel alio malo corruptam, fractam, vitiatam, infectam, aut pollutam habent, quam cum consumere, vendere, vel alias erogare de per se non possint, solent eandem cum alio frumento, vel blado bono, & incorrupto commiscere, illamq, postea per hanc adiectionẽ corruptione velata, & operta vendere, vel aliter erogare, vnde quæritur num impunè id facere possint. Et quod possint, pro
1 bat tex. clarus in l.1. C. de condit. in publ. horre. lib. 10. vbi Imperator postquam tradidit omnia, quæ in horreis habentur, erogari, & prius vetera quam noua, subijcit infra scripta verba formalia, Et si forte uetustate species ita corrupta est, vt per semet erogari sine querela non possit, eidem ex noua portione misceatur, cuius adiectione corruptio velata damnum fisco non faciat, & ita ibi tradunt Bart. Bald. & Luc. de Pen. qui omnes aperte volunt, licere miscere corruptum cum incorrupto per illam legem, & dicit Bart. quod istud est menti tenendum, quia forte dicerent laici, quod esset peccatum, quod non est verum, & dicit Apostilla ad eum ibi esse notandum illum tex. pro Aromatar. maxime qui miscent ceram corruptam cum incorrupta, ad hoc vt velamento
2 non corruptæ corrupta vendatur, vt non dicantur ceram falsare, cum non peccauerint, vt ibi est casus. & hæc dicta Bart. & eius Apostilla. sequitur Franc. Marc. decis. 540. quæritur ad cuius officium num. 4. in pr. parte, & ita etiam tenet Ioan. d. Arnou. in suis Epitomar. Epitom. pri. vbi in terminis constitutionum Regni Siciliæ de pœna mercatoris vendent. merces corrupt. inquit licitum esse mercatoribus commiscere merces corruptas cum incorruptis dictis constitutionibus nõ obstãtibus p tex. celebrẽ in d. l. 1. & notata ibi per Bart. cum iis verba refert, & subdit etiã quod sup. diximus de Aromatarijs, aiens esse dictũ Angeli, & quod hoc idem sequitur Ant. Corset. in suis sin
3 gular. in verbo commixtio in singulari incipiente licitum est commiscere. Hoc tamen intelligendum est procedere in frumentis & bladis publicis, & a communi ad totius populi commoditatem & beneficium repositis in publicis horreis fauore fisci, secus autem in priuatis, in quibus est prohibitum immiscere bladum corruptum cũ incorrupto, ita dicit Frãc. Marc. d decis. 540. sub nu. 4. Versic. veruntamẽ, Rursus hoc intelligendum ego credo, dummodo in bona & non infecta specie, ita modicũ corruptæ immisceatur, vt humanis corporibus nocumentum afferre non possit, quod videntur innuere verba legis supr. d. si bene ponderentur, & sẽsit ibidem Bald. dum inquit, quod quando vetus frumentum est corruptum, non venditur per se, sed miscetur, cum nouo, & ita modicum misceatur, quod quasi veteris vitium per mixturam veletur, quod totum conscientiæ & discretioni eius, qui ad id deputabitur relinquẽdum est, vt innuit Imperator in eadẽ lege prima ad finem, alioquin si ex commixtio ne periculum aliquod immineret, hunc delinquentem punirem pęna Iudici arbitraria, tan-
4 quam annonam corruptam vendentem, iuxta copiose deducta per Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 4. casu 382. per totum.

EPITOME.

Quod cõfessio extraiudicialis de aliquo delicto facit indicium sufficiens ad torturam etiam si per confitentem renouata fuerit absque erroris probatione, & an, si cum ea coniungatur confessio iudicialis facta in tormentis, sufficiat ad condemnandum sine alia ratificatione extra tormenta, & num ex ea sequi possit condemnatio contra sic confitentem extra ius propter iactationem, & gloriationem, quando reus in tortura negauit delictum, & de eo est absoluendus propter indiciorum purgationem.

SVMMARIA.

Confessio rei, extraiudicialis de delicto, vti remotum indicium est probãda per duos testes. num. 1.

Et tunc facit indicium ad torturam. 2.

Confessio extraiudicialis de delicto potest secundum aliquos reuocari non docto de errore, & remanet inefficax. 3.

Contrarium tamen est verum & in praxi receptum. 4.

Confessio delicti in tortura, quam præcessit extraiudicialis confessio non eget ratificatione vt placuit multis. 5.

Contrarium autem est tenendum, quod & in praxi fuit pluries seruatum. 6.

Confessio emanata in tortura vigore confessionis alterius facta coram iudice incompetenti est ratificãda. num. 7.

Confessio coram Iudice incompetenti dicitur extra iudicialis. 8.

Confessio extraiudicialis, dicitur in se delictum instantia, & vti tale potest extraordinem puniri. numero 9.

Et procedit licet per torturam, vel aliter appareat princi-

principale delictum non commissum. 10.
Quod tamen torturam ob d. confessionem passus non soleat in practica aliter de iactatione condemnari dicitur 13.
Boer. dicta in hac materia ab aliquibus reprahensa declarantur & aliqualiter saluantur 11. & 13.
Confessus extraiudicialiter tenetur offenso actione iniuriarum. 12.

CASVS OCTVAGESIMVS PRIMVS.



1 Confessio extraiudicialis rei
de delicto aliquo per eum
commisso, legittime probata
per duos testes courelles, pro
vt & quodlibet aliud indiciú
remotum a malcficio proban
dum est secundum gl. in l. fin. in verbo uel indi
ciis C. famil. erci. quã communiter approbatã
restantur Bossi. in pract. crim. tit. de indit. & có
sider. ante tortur. n. 5. 18. & seq. Socin. cons. 54.
sub n. 2. lib. 3. Marsil. cons. 59. n. 6. Gomez. tom.
3. uar. resol. de delict. ca. 13. rubric. de tortur.
reor. n. 115. uersi. item quæro qualiter probe-
tur indicium Osac. Decis. pedem. 79. n. 16. Clar.
in pract. crim. q. 22. in princ. nu. 1. & in fine sub
nu. 2. Farinac. lib. secundo qq. criminal. tit. de
indit. & tortur. q. 37. nu. 13. & seq. uersi. amplia
secundo eandem regulam, & infiniti alii per
eos allegati, sola & de per se facit iudicium suf
2 ficics ad torturam gl. in l. capite quinto in glos.
fin. ff. ad l. Iul. de Adulter. & in l. ictus fustium in
glos. 1. in princ. ff. de his qui not. infam. & est
com. opinio DD. ut tradunt Dec. in c. at si cleri
ci nu. 17. extra de iudic. Ias. in l. magistratibus
nu. 4. ff. de iur. omni. iudi. Felin. in c. olim sub n.
2. in pr. fallentia extra de rescriptis, Marsil. in l.
de minore num. 29. uersic. quæro ulterius ff. de
quæstio. Boss. in pract. crimin. tit. de confes. nu.
57. uersi. & vt rem a fundamentis, Gomez. d. c.
13. nu. 8. versi. setundum iudicium. Gabriel. in
suis com. conclusionibus tit. de confess. concl.
pr. num. 54 versi. tenendo tamen, Marsil. sing.
310. credo te scire in princ. Menoch. de arbitr.
Iudi. lib. 2. centur. quarta. cas. 331. nu. 1. Ioan.
de Arnon. singul. 93. volo tibi in princ. Clar. in
pract. crim. q. 21. n. 31. versi. confessio extraiudi
cialis, Farinac. d. q. 37. nu. 47. versic. hæc enim
sunt, & alii per eos relati, qui consulto omit-
3 tuntur. Et quamuis aliqui ad euitandam tortu
rã tradant cautelam, quod reus, qui talem con
fessioné extraiudicialem fecit, eam reuocet,
quia tunc sine aliquo effectu remanebit, etiam
quod de eius errore non probetur, cum sit con
fessio nudi facti, vt in puncto dicit Bald. in l.
vnic. C. de confes col. pen. nu. 46. versi. item di-
cit Innocent. quod confessio, quem sequun-
tur. Ias. in l. magistratibus n. 6. ff. de iurisd. om.
iud. Felin. in ca. olim. sub n. 2. de rescript. Ioan.
de Arnon. sing. 94. in casu proposito, vbi in-
quit esse mandandú memoriæ perpetuo. Mar-
sil. d. sing. 310. post princ. & Gabriel. d. con-

cl. t. num. 55. versiculo declara. Carer. in pra
crim. §. vndecimo excusat nu. 22. versi. & n
4 folio 189. Nihilominus hæc cautela non vi
tur vera, nec tenenda, & eam reprobat ex p
ribus & falsam dicit Gomez. d. cap. 13. sub 1
versi. item etiam limita & intellige, ilian
militer non esse tenendam dicit Clar. d. q.
sub n. 31. post versicul. confessio extraiudic
lis, ibi & licet aliqui, vbi ait quod si sola re
catio hoc operaretur, nunquam esset locus
muni conclusioni, nam ideo deuenitur ad t
turam, quia reuocatur confessio extraiudic
lis, cum si reus eam non reuocaret, non e
opus tortura, unde subdit tenendum, quod
si probetur error, semper talis confessio fac
indicium ad torturam, & quod ita semper
dit obseruari. Et idem ante eos tenuisse re
rio ego Aegid. Boss. d. tit. de confes. num. 55
56. versi. potest tamen, vbi postquam recens
nonnullos tenentes cum Bald. dicit quod v
ras est in contrarium, & quod falsa est opi
Bald. & quod pessime loquutus est Ias. eum
quens, in d. l. magistratibus, & quod esset ri
culum aliter dicere.

Et hanc opinionem sequor secundum qu
sæpius practicari vidi, & ipse etiam practic
per rationem Clar. quæ palpabilis est, & ve
sima, & comprobatur ex rationibus per G
mez. adductis. Et est ista extraiudicialis cõ
5 sio adeo efficax ad torturam reo inferenda
vt si postea iudicialiter tortus confiteatur i
delictum, talis confessio teneat statim, & nu
eius perseuerantia vel ratificatio extra tort
ram requiratur, quia sufficit illa confessio e
traiudicialis, quæ præcessit, vt postea ple
probet confessio, quæ sequitur iudicialiter
tormento, vt reus diffinitiue condemnetur
ne aliqua alia ratificatione, licet alias semp
requiratur, quando positus in tormento v g
re aliorum indiciorum confitetur malefici
iuxta l. 1. §. Diuus seuerus, & §. si quis vltro
vtrobique notatis, ff. de quæst. & traditur p
Clar. cæteros referentem in pract. crim. q. 6
64. nu. 40. vers. cęterum si reus, ita tenet gl. si
gularis, in d. l. capite quinto in gl. fi. de adul
quam sequuntur & commendant Ias. in d. l. m
gistratus, sub nu. 4. versi. & nota, ff. de iurisd
om. iud. & Ioan. de Arnon. singul. 93. volo ti
adducere vnum pulcrum post principium, i
voluerunt Felin. in d. c. olim, sub nu. 9. post v
si. fallit octauo Socin. consil. 228. in causa G
briellis, col. 4. sub nu. 8. vers. confirmatur etia
eorum dictum lib. secundo. Carer. in pract. cr
mi. §. tertius casus est, nu. 19. vers. limita etia
folio mihi 10. Boss. in pract. crim. tit. de confe
per tortur. nu. 2. & seq. Marsil. in l. 1. § Diuus
uerus, col. fi. nu. 7. versi. postremo vltra Barto
& §. quæstioni sub n. 1. & seq. versi. vlterius pr
limitatione ff. de quæstio. & in pract. crim.
quoniam nu. 38. versi. vlterius teneas menti
Paris de Put. in tract. de Synd. in verbo tort
ra il pri. c. 3. incip. quia communiter dicitu
sub

ſub n.4.verſi.& nota illã gl.fol.mihi 439.quod
ratione geminationis ipſius confeſſionis pro-
cedere videtur ſecundum gl. præallegatam &
Marr.l. in locis relatis & potiſſimum in d. §.
6 quæſtioni,vbi latius inſiſtit. Verum contra cõ-
cluſionem illam inſurgit Gomez.d.cap.13.ru-
br.de tortura reor.ſub num.8.poſt verſi. ſecun
dum indicium eſt, vbi recitata opinione d. gl.
& Iaſ.Marſ. & Parid. de Put. eam ſequentium,
in verſi. & in tantum eſt verum,ſubdit quod d.
gl.& eius concluſio videtur falſa, & quod eam
aperte reprobat,& quod legendo, iudicando,
& conſulendo ſemper tenuit contrarium,quia
nullo iure probatur,& ſtandum eſt regulæ ge-
nerali, quod confeſſio facta in tormentis præ-
cedentibus legitimis indiciis requirit perſeue
rantiam,& ratificationem, & quia d. extraiu-
dicialis confeſſio iam operata eſt effectũ ſuũ,
vt ex ea reus torqueretur, vnde non debet ali-
um operari effectum,quod perſeuerantia & ra
tificatio non debeat ſubſequi, & quia ſi huius-
modi perſeuerantia & ratificatio non excludi
tur, quando confeſſio emanauit in tormentis
propter alia indicia etiã proxima & immedia-
ta maleficio,multo minus excludẽda erit pro-
pter præcedentem extraiudicialem confeſſio-
nem,cum ſit indicium remotum & mediatum
a maleficio,& vrgentiora & vehementiora ſint
proxima, quam remota,& vt latius inſiſtit Go
mez.cuius dictis addi poteſt Egidi. Boſſi. dicto
titulo de confeſſis per tortur.ſub num.d. in fi-
ne, aiens numquam vidiſſe opinionem prædi-
ctam ſeruari in pratica & idem Boſſi. d. tit. de
confeſ.nu.57.& ſeq. poſt verſi. & vt rem a fun-
7 damẽtis percipias,ex cuius dictis colligi vide
tur , quod ſi vigore præcedentis confeſſionis
coram Iudice incompetente reus torqueatur,
& fateatur delictum , confeſſio talis non ſuffi-
cit ad condemnandum, ſi non ſit ratificata , &
quod idem ſit,quando præceſſit extraiudicia-
lis confeſſio,in qua militãt, quæ de facto apud
incompetentem iudicem dicuntur,vt patet ex
dictis per ipſum ibidem , & antea numero 55.
& 56 poſt Iaſ.in d.l. magiſtratibus,ſub num. 4.
verſi.primo quia,ff. de iuriſd. omni. iud. & eſt
de mente omnium ſcribentium in cap. at ſi cle
rici,extra de iudiciis per illum textum,in quo
8 confeſſio facta coram iudice incompetenti,ſu-
ſtinetur vt confeſſio extraiudicialis,vnde Do-
ctores ſupra citati circa reuocationem huiuſ-
modi extraiudicialis confeſſionis ad torturam
impediendam , etiam citra erroris probatio-
nem, mouentur ex Bald.in d.l.vnic. C. de con-
feſ.col.pen. ſub nu.44. qui tamen loquitur in
confeſſione facta coram Iudice incompeten-
ti, & ſecundum hanc opinionem,quod exiga-
tur perſeuerantia & ratificatio confeſſionis in
tortura factæ.non obſtante quod alia extraiu-
dicialis cõfeſſio præceſſerit, vidi practicari mil
lies , nec numquam ab hac obſeruantia diſce-
derem . & ita etiam iis iam ſcriptis tenere in-
ueni Cartar.in tract.de interrog. re.lib.4.ca.1.
n.151.verſ.quæ quidem ratificatio,vbi inquit
quod opinio tenentium contrarium , non eſt
obſeruanda in praxi,nec vllo iure nititur,& ra
tione a Gomez.& aliis improbatur.
9 Vnum tamen eſt ſciendum , quod & ſi con-
feſſio extraiudicialis non ſufficiat ad condem-
nandum,ſed tantum faciat indicium ad tortu-
ram vt ſup.dixi,tamen bene ſufficit ad hoc, vt
confeſſus poſſit ex ea extraordinem aliqua pœ
na arbitraria puniri, tanquam ille qui in alte-
rius iniuriam vel offenſam gloriatur de aliquo
delicto,vt probat tex.in ca.quam ſit graue , ex
tra de exceſſibus prælator.& ibi DD.communi
ter,quos ſequitur Gomez.d.cap.13.de tortur.
reor. ſub num. 8. ad finem verſi. vnum tamen
eſt , vbi ad idem allegat Parid. de put. qui hoc
dicit in tractat.de Syndicat.in verbo tortura il
pri.c.3.incip. quia communiter dicitur ad fin.
ſub nu.4.verſi.adde vnum ſingulare,& Marſil.
in l.de minore num.32.verſi.& vltra præd.ff.de
quæſtio.qui ſequitur Parid prout etiam ſequi-
tur in l.eos nu.21. verſi. teneas etiam menti ff.
ad l.Cornel.de ſal. quam ſententiam late pro-
bat Menoch.de arbitr. iudi.lib.2.centur 4.caſ.
331. per totum , vbi etiam repræhendit & be-
ne iudicio meo Boer.deciſ. 108. in fine ſub nu.
10.aliter ſentientem , & æquiuoce delictũ hoc
intelligentem, nam verum eſt , quod ſi confeſ-
ſus extraiudicialiter torturæ ſuppoſitus deli-
ctum fatetur , pœna ordinaria punitur ; ſi vero
negat,abſoluitur ob indiciorum purgationẽ,
vt ipſe Boer.dicit,nec hoc negant Pariſ.& Mar
ſil ſed aiunt iſtum cõfitentem ſe commiſiſſe de
lictum quod,non conſtet fuiſſe commiſſum vel
etiam, quod appareat vere non fuiſſe commiſ-
ſum,puniri debere de iactatione & gloriatio-
ne ipſius confitentis , quæ eſt quid ſeparatum
ab ipſo delicto principali, ita vt non ſit incon-
ueniens,quod qui conuictus ſit legitime de ia
ctatione alicuius maleficii per eum commiſſi,
10 de illa puniatur, licet de ipſo delicto , de quo
ſe gloriatus fuit;abſoluatur ,vel quia per tortu
ram inditia purgauerit, vel quia illud non fuiſ
ſe commiſſum oſtenderit,quia per hoc nõ tol-
litur effectus ex d.iactatione reſultans,& iſtud
eſt quod voluit ſum. Pontifex in d. cap. quam
ſit graue , vbi Clericus ab officio , & beneficio
ſuſpenditur , eo quod falſo extraiudicialiter
gloriatus fuerit ſe carnaliter cognouiſſe virgi-
nem , viro poſtea nuptam , adeo quod ratio
11 Boer.non facit ad propoſitum hoc , ſed con-
cernit delictum principale extraiudicialiter
confeſſum , de cuius pœna non agunt Pariſ. &
Marſil. vt Menochi.concludit in loco citato,
vel male loquitur Boer.ſi intelligit de pęna ob
iactantiam,prout mihi videtur intelligere,fun
dans ſe in eo quod cum confeſſio extraiudicia
lis per duos teſtes probata ſolum ſufficiat ad
torturam,ſi tortus fuit reus, & non confeſſus,
non poterit condemnari de iactantia,cum ve-
niat abſoluendus,quia omnia purgata ſint in-
ditia,adeo quod nõ videtur Boer . æquiuocaſ-

se circa intelligentiam dicti Doctorum præfatorum, sed potius eos voluisse impugnare per rationem allegatam, cui (ni fallor) respondi ego clarius, quam fecerit Menoch. loco citato, vbi etiam allegat Ioannem Bernard. Diaz. in pract. crim. canon. cap. 111. licet voluerit allegare in c. 120. in verbo seque de suis criminib. gloriantes, vbi multa habentur, quæ conferunt ad rem, & ibi etiam Additio. allegat ipsum Menoch. in cuius quidem arbitrariæ pænæ declaratione, aliquando acrius, aliquando mitius procedendum est, attenta qualitate delicti, de quo facta est iactatio loci, vbi facta est, & personarum, coram quibus fit, & preiudicij, quod ex illa resultat honori, vel famæ alterius, vt tradit Diaz. d. c. 120. fere in toto.

12 Et dici etiam posset quod contra eum agere liceat actione iniuriarum etiam criminaliter per ea, quæ idem Diaz. tradit in eadem pract. c. 66. in verbo maledici, sub nu. 6. vers. si tamen Clericus, & ibi Apostillator, & faciunt dicta per Clar. in §. iniuria, in prin. sub nu. 1. ver. ver-

13 bo. Nunquam tamen memini vidisse in facto, quod ageretur contra confitentem delictum extra ius, qui in tortura purgatis indiciis fuerit absolutus ab imputatione principali, vt puniretur ex iactatione illa, & forte dici posset cum gl. in d. l. capite quinto, in gl. ff. de adulter. quod illata tortura & non sequuta iudicia li confessione, euanescat d. extraiudicialis confessio, & istud est forte, qd voluit dicere Boer. supra citatus, qui tamen super hoc cogitandú relinquit, & nihil allegat.

EPITOME.

An iudex criminalis incidenter possit cognoscere de causa ciuili pro interesse partis, & econuerso ciuili de criminali, & an condemnatus extra ordinaria pæna pro delicto, debeat etiá condemnari ad interesse partis, & an pœna dupli vel quadrupli contra fures sit amplius in vsu.

SVMMARIA.

Iudex criminalis non potest cognoscere de causa ciuilis, num. 1.

Nisi incidenter, quia tunc ad pænam criminalem, & interesse partis potest condemnare, nu. 2.

Quod dictum de interesse partis procedit, vbi reus sit legitime confessus, uel conuictus, secus si alia de causa arbitrarie condemnetur. nu. 15.

Restitutio rei petitur incidenter officio Iudicis, intentata scilicet actione criminali, nu. 3.

Iudex etiam nemine petente non debet nocentem relaxare, nisi prius satisfecerit parti. nu. 4.

Et procedit etiam si procedatur per inquisitionem. num. 10.

Iudex non faciens ex negligentia furtum restitui parti tenetur de suo proprio. nu. 6.

Fur qui criminalem pœnam passus est, non debet relaxari, donec parti satisfecerit. nu. 7.

Cum accusatione testium de falso, cumulari potest retractatio sententiæ ciuilis, tanquam latæ prætextu falsorum testium. nu. 9.

Potest quis coram iudice criminali petere ciuiliter rerum suarum, damni, & interesse refectionem. numero 11.

Et fieri potest quandocunque ante sententiam. numero 12.

Iudex ciuilis potest incidenter de causa criminali cognoscere & condemnare. nu. 13.

Quod maxime procedit parte instante. nu. 14.

Pœna dupli vel quadrupli in furibus hodie non est in vsu, sed in loco ipsius imponitur pœna corporalis cum restitutione rei. num. 16.

CASVS OCTVAGESIMVS SECVNDVS.



1 Licet iudex criminalis nō possit cognoscere de causa ciuili, l. solemus, §. latrunculator, ff. de iud. vbi est tex. clarus, & ibi omnes scribentes notant, tamen incidenter poterit co-
2 gnoscere de quæstione ciuili descendēte ex eo de facto, de quo criminaliter cognoscit, & condemnare reum accusatum vel inquisitū ad pænam criminalem, & ad restitutionem rerū ablatarum, vel ad damna, expensas, & interesse partis, ita concludit Bar. in l. interdum 58. §. qui furem, nu. 4. ff. de fur. qui propterea subdit nu. 5. quod quando formatur libellus seu accusatio de damno dato, vel de furto, aut de robaria facta, dicendo peto eum puniri, & condemnari, & rem mihi restitui seu damnum emendari, talis libellus procedit, nec videtur intentari actio ciuilis & criminalis in eodem libello contra iuris regulam, sed dicor intentare crimina-
3 lem tantum, & incidenter implorare officium Iudicis, vt incidenter faciat rem mihi restitui, seu damnum emendari per d. §. qui furem, & per l. 4. §. si dicantur ff. fin. regund. idem tenet Ang. Aretin. in tract. malef. in verbo etiam vestem cælestem sub n. 4. versi. & ideo lantrunculatores, vbi ait quod latrunculatores condemnāt fures ad furcas, & ad restitutionem rerum ablatarum per. d. §. qui furem, & latius hoc firmat August. de Armin. in addit. n. 11. versi. sed cōsidera, vbi reassumit omnia dicta per Bart. supra citatum & ea sequitur, Eandem sententiā amplectitur Vincent. de Franc. Decis. Neapol. 460. n. 7. in 3. par. concludens generaliter post Bart. Ang. & August. quod Iudex criminalis incidenter potest cognoscere de causa ciuili, & condemnare delinquentem ad pænam fisco, & ad interesse parti, quam conclusionem perpulchre & diffuse probat Crau. cōsi. 14. pro curator

curator fisci.in pr.dubio nu.1.& 2. & conf. 58.
accusatur.nu.2'.qui sequendo doctrinam Bart.
iura, rationes, & autoritates pro eius cōfirma
tione adducit, & subdit Crauett. priore loco
videlicet conf.14.col.pen.num.6. quod Iudex
hoc potest facere, etiam sine aliqua petitione,
quia non debet iudex nocentem relaxare quo
ad Fiscū, nisi prius satisfecerit parti priuatæ,
& quod alias inique diceretur agere, & alle-
gat Bald.in conf.497. dubium ex legum discor
dia semper oritur, post principium lib. 2. vbi
formaliter dicit, quod captus pro pœna crimi-
nali furti, non dimittitur donec furtum resti-
tuerit per tex. in §. oportet enim, in auth. vt
iud. sin. quoqu. suffrag. & in §. illud, videlicet
circa finem tit. in auth. vt liceat matr. & aui.
quod dictum Baldi sequitur idē Crauet. conf.
53.nobilis Hugo n.3.versi.tertio nos videmus,
subdēs quod hoc habet locum, licet iudex pro
cedat per inquisitionem, & sentit idem Cra-
uet.d.conf.58.sub n.2. & optime probat Bald.
consi.25 t.posito quod quota nu.1.lib.4.in tan
tum quod si per negligentiam non faciat Iu-
dex furtum restitui parti, ipse ad illud tenea-
tur insolidum. Aufre.in addit. ad Capel.Tolos.
Decis.22.in fin. post Bald. in l. mancipia C. de
furt. quem voluit allegare in l.mancipia num.1.
versi. aduerte C. de seru. fugiti. vbi hoc clare
vult, sequitur Crau. d.conf.53.sub num.3.hinc
dixit Bald.in l.quod euitandi nu.4.versi.econ-
tra C.de cond.ob turp.caus.& post eum Aufre.
in alleg. addit. ad Decis. Capel. Tolos. 22. in
princ. quod ex processu criminali peruenitur
ad ciuilem ex eadem instantia ex officio Iudi-
cis, & quod ideo fur qui criminaliter fustiga-
tur, non debet de carcere relaxari, donec fur-
tum reddiderit, & quod custodes carcerum ca
ueant, ne talem sic condemnatum dimittant,
nisi prius sit satisfactum Fisco & parti. stat er-
go conclusio quod Iudex criminalis inciden-
ter potest cognoscere de causa ciuili & con-
demnare delinquentem ad pœnam erga Fi-
scum, & ad restitutionem rei, & ad damna, ex-
pensas & interesse parti per prædicta, qui-
bus adiungi potest in specie casus d.l.4.§. si di-
centur ff. fin. reg. vbi Iudex criminalis respe-
ctu terminorum deiectorum vel exaratorum
potest etiam cognoscere de finibus, & dictum
Alex.in l. Diuus in vlt.not.post Io.d. Imol. ibi-
dem, ff.de re iud. vbi si accuso aliquem, quod
testes falsos produxit, possum incidenter cu-
mulare iudicium ciuile, & petere quod retra-
ctetur sententia lata prætextu ipsorum falsorū
testium, quam decisionem sequuti sunt Socin.
conf.60.col.1.nu.2.lib. 4. & Crau. d. conf. 14.
sub nu.1.& d.conf.58.sub nu.2. & ita quotidie
10 practicatur in causis furtorum, & damnorum
datorum, & similibus, in quibus etiam si per
inquisitionem procedatur & nihil a parte pe-
tatur, rei condemnantur ad pœnam crimina-
lem, & ad restitutionem rerum furatarum, &
ad satisfactionem damnorum, quod multo
11 magis fieri debet, si a parte petitum fuerit, cū
ea possit pro suo interesse priuato comparere
iudicio criminali contra delinquentem pen-
dente, & ciuiliter instare inquisitum conde-
mnari ad restitutionem rerum sibi ablatarum,
vel ad resarcienda damna sibi data, vel ad alia
eius damna, expensas, & interesse occasione il
lius delicti, vt consuluit Crauet.quando Fiscus
agit contra falsarium.d.conf.14. in primo du-
bio, & quando agit contra incendiarium d.
conf. 58. per totum, quod per dictam partem
12 fieri posse concludit Crauet.d. consi. 14. in se-
cundo dub. num. 3. & seq. quandocunq; ante
sententiam etiam iam factis & publicatis pro-
bationibus tam pro parte Fisci, quam pro par
te rei inquisiti, saltem quando ex eisdem actis
tantum, iustitiam sibi administrari petit, vt ibi
late per ipsum, secundum cuius dicta vidi in cō
tingentia facti obseruari.

An autem e conuerso Iudex, qui cognoscit
13 de aliquo crimine ciuiliter, possit ex suo offi-
cio sine alio accusatore incidenter cognosce-
re de causa criminali, & ad condemnationē cri
minalem in eadem instantia contra delinquen
tem venire, tractat Bald. in d. l. quod euitan-
di num.1.& seq.C.de condict. ob turp. caus. &
videtur tenere, quod possit, & eū refert & ita
intelligit Crau.d.consi.53. nobilis Hugo, num.
1. quam conclusionē copiose tuetur ipse Crau.
d.consi. per totum, vbi consuluit quod Iudex
in actione iniuriarum, vel alio crimine priua-
to, pro quo ciuiliter agitur, potest ex eodem
processu & in eadem instantia condemnare
reum etiam criminaliter pro d. crimine, &
14 maxime parte instante, quod est summe no-
tandum.

Et retenta prima conclusione supra firma-
ta quod Iudex criminalis possit incidenter co-
gnoscere de causa ciuili, & condemnare delin
quentem non solum ad pœnam Fisco, sed ad re
stituendam rem, vel ad resarcienda damna par
ti, dubitari vidi, num hoc procedat quando de
linquens condemnatur nō pęna ordinaria de-
licti, sed alia mitiori extraordinaria? In qua du
bitatione D. Vincent. de Franch. Decis. Nea-
pol.460.nu.9.in tertia parte formaliter inquit
dubitari, an cōdemnatus pro quolibet delicto
pœna extraordinaria veniat semper condem-
nandus ad interesse, & ait quod alias scripsit,
sed non reperiit, & quod dicet in seq. Decis.
si inueniet ad finem, vbi nihil postea de hoc
posuit. Ego non habeo decisionem in indiui-
15 duo, tamen teneo, quod non possit condem-
nari ad interesse partis, nisi sit legitime conui-
ctus, vel confessus de delicto, cum alias sequi
debeat absolutio ex vulgata iuris regula. l. qui
accusare C. de eden. quæ locum habet etiam
in causis criminalibus ex com.opin.de qua at-
testatur Clar.in pract.crim.quæst.62. in princ.
sub num.1.& ante eum DD. in d.l. qui accusa-
re.vbi præcipue Ias.in quarto not. sub num. 5.
versi.secundo extende, & Dec.num.13.versi. se

cundo ampliatur, & bene seruiunt notat. per Alex. cons. 66. col. pri. & secunda lib. pri. & licet propter indicia, quæ sufficienter purgata non fuerint vel aliquo respectu purgari nõ possint, Iudex aliquando deueniat ad aliquam cõdemnationem extraordinariam, vt dixi infra casu. 93. non tamen per hoc debet etiam cõdemnare ad interesse partis, quia tunc non dicitur imputatus condemnari tanquam reus & delinquens, sed potius veluti de delicto suspectus, quæ suspicio quoad interesse partis non habetur pro veritate, nec sufficit ad condemnationem, quę vt dictum est, requirit probationem vel confessionem, nec vnquam memini me vidisse aliquem condemnari ad restitutionem rei, vel ad satisfactionem damnorum aut interessa erga partem, quando delictum non erat confessum, nec taliter probatum, quod lex permitteret de eo posse fieri condemnationem, & contra imputatos de furtis vidi millies deueniri ad aliquas pœnas criminales extraordinarias, licet non essent confessi, nec conuicti, & torturæ suppositi non se grauassent, absq; eo tamen quod ad rerum ablatarum, restitutionem fuerint condemnati, & recte, vt mea fert sententia.

Non intelligitur autem quæstio de pęna extraordinaria, quæ delicto confesso, vel plene probato delinquenti imponeretur, recedendo ab ordinaria ob ætatem, vel aliam personæ qualitatem iuxta allegata per Clar. in pract. crim. q. 60. per totam, quia hoc casu non euitaret iste cõdemnationem pro restitutione rerum ablatarum vel satisfactionem damnorum partis, cum is sit vere delinquens & vbi talis condemnetur, licet mitius, quam alius, qui alterius esset conditionis.

Sciendum est etiam quod licet de iure com.
16 fur manifestus puniatur in quadruplum, non manifestus autem in duplum, tamen hæc pœna non est in vsu, & abijt in desuetudinem, & imponitur tantum pœna corporalis, & restitutio rei furatæ, vt attestatur Cepol. in auth. sed nouo iure C. de seru. fugit. nu. 62. versi. quando verò dicatur, quem refert, & sequitur Clar. in § furtum nu. 16. versi. pœna autem quadrupli, ad idẽ adduco Angel. de Aret. in tract. malef. in verbo etiam vestem cælestem, sub nu. 4. post versic. si autem esset furtum, vbi formaliter ait quod licet fures manifesti debeant restituere rem furatam, & vltra quadruplum, non manifesti vero duplum, tamen latrunculatores simpliciter condemnant fures ad furcas, & ad restitutionem rerum ablatarum, non autem ad restitutionem, & vlterius ad duplum vel quadruplum per tex. in l. interdum 9. qui furem, ff. de furt. qui loquitur, quando damnum passus duxit furem, vel fuit causa quod duceretur ad præsidem, quasi quod tunc videatur petere, quod corporaliter puniatur, & remittere d pęnam dupli, vel quadrupli, vt etiam ibi ponderant glo. in verbo pœna, in fine, & Bart. num. 3. ver. secundo habetis, & tenet August. de Arim. in addit. ad Ang. vbi supra, ante num. 11. versi. item circa intellectum, sequitur Bossi. in pract. crim. tit. de fur. sub num. 30. & 31. versi. & scias, idem tenet Iodoc. in prax. crim. c. 30. de libello formando seu petitione facienda in re criminali, nu. 9. & 10. vbi ait quod nec stilus, nec consuetudo, nec vsus vnquam receperunt, quod in furtis fiat restitutio dupli vel quadrupli, quando agitur criminaliter, sed quod sufficiat pœna criminalis, & simplex ablati restitutio.

EPITOME.

An cadauer Banniti mortui possit sepeliri in territorio, a quo bannitus erat, & dato quod non, an sic sepeliens teneatur pœna statuti contra dantes auxilium & fauorem bannito, an verò alia mitiori extraordinaria.

SVMMARIA.

Bannitus mortuus non potest sepeliri in territorio banni. nu. 1. cum seq.

Pœna quandoque durat post mortem. nu. 2.

Qui in vita non potest in ciuitate morari nec mortuus potest ibi sepeliri. 3.

Excommunicatus caret Ecclesiastica sepultura. nu. 4.

Mortuus non potest vti vestibus, quibus non poterat viuens. nu. 5.

Excommunicatum sepeliens dicitur cum eo communicare, & incidit in excommunicationem. nu. 6.

Bannitum mortuum sepeliens non dicitur illi fauere, adeo quod pœna fautoris teneatur, nume. 7. cum sequent.

Punitur tamen extraordinarie iudicis arbitrio. numero 12.

Et quid in facto fuerit obseruatum in patre. nu. 13.

Homo mortuus, non dicitur homo. nu. 8.

Bannitus vulnerans non tenetur pœna imposita vulneranti aliquem. nu. 9.

Sed extraordinaria. nu. 12.

Bannitus occidens, postea spolians, tenetur expilatæ hæreditatis, licet ex statuto posset bannitus offendi in are, & persona. nu. 10. 12.

Quod procedit si expoliet ex interuallo, secus si incontinenti. num. 11.

Filius receptans patrem bannitum, vel econtra non tenetur pœna receptantibus bannitos imposita. nu. 13.

CASVS OCTVAGESIMVS TERTIVS.



QVAESITVM alias fuit, an corpus seu cadauer banniti, qui mortuus est durante banno, possit sepeliri in territorio, a quo bannitus erat, & posito quod non, An sic illum sepeliens

peliens teneatur pœna imposita danti auxiliũ vel fauorem bannito.

1 Circa primum punctum concluditur negatiue, quod scilicet cadauer banniti non potest sepelliri in loco, a quo bannitus erat tempore mortis, per tex. in l. 2. ff. de cadauer. puni torum, vbi habetur quod deportatus vel relegatus in insulam moriens ibi, non debet inde transferri ad alium locum, siue alibi sepeliri si ne licentia Principis, qui tamen eam multis cõcedere solet, & est vnus ex casibus in quibus

2 pœna etiam post mortem manet, vt tex. ille dicit, quem not. ibi DD. & præsertim Bart. in quiens quod ille qui in vita non potest morari

3 in ciuitate, post mortem non potest reduci ad ciuitatem ad sepulturam, & quod notanda est d. lex, quia forte hoc non reperitur alibi, & ita in terminis nostris tenet Nell. in tract. de bannit. in secunda part. tertii temporis q. 2. num. 2. & ita etiam tenet Marsil. in tract. de banuit. in verbo mortui num. 71. versi. sed contra prædi-

4 cta, & ad hoc Nellus allegat, quod dicitur de excommunicato, vt eius corpus non ponatur in ecclesiastica sepultura, vt in Clement. pr. de sepult. & faciunt notata per Afflict. lib. 3. constitut. Regn. Rubr. 56. de spoli. homi. obit. in

5 consti. si quis aliquem q. 5. num. 3. ex pluribus dicentem quod mortuus debet sepeliri cũ suis solitis vestimentis, & non cum aliis, & maxime eius conditioni non conuenientibus, quia si viueus nõ poterat vti aliquibus vestibus, nec etiam mortuus illis vti debet, & alia adducit Marsil. vbi sup. probans mortuo non conceden dum, quod viuo erat denegatum Circa secundum punctum videbatur concludendum contra sepelientem, quod teneretur pœna dantis auxiliũ, vel fauorẽ bãnito, arg. eorũ quæ notat Alex. in addit. ad Bart. in d. l. 2. C. de cadauer. punit. in fine appostillæ, vbi tenet quod si ali-

6 quis sepelit mortuũ excõmunicatũ, dicitur cũ eo cõmunicare ita quod cadat in excõmunicatione per gl. in c. ad hæc in gl. in verbo sepelierint, extra de priuileg. cui enim non communi camus viuo, non communicemus & mortuo, vt subdit illa glo. cuios dictum aperte probatur in d. clem. pr. de sepult. & in aliis iuribus al legatis per Marsil. in loco citato. Verum quicquid sit in terminis excommunicationis, cuius discussionem relinquimus Canonistis tãquam concernentem materiam peccati, & animarũ salutis, In quæstione proposita aliud videtur di

7 cendum, quod scilicet sepeliens cadauer banniti, non dicatur bannito auxiliari, vel fauere, & proinde non teneatur pœna præstantis il

8 li opem, quia homo mortuus, non dicitur amplius homo, cum non habeat corpus & animã, & mors tollat nomen & effectum banni, adeo quod bannitus mortuus non potest dici ampli

9 us bãnitus, hinc videmus quod vulnerãs mortuum hominem non tenetur pœna statuti vulnerantis aliquem, quia mortuus non moritur, nec vulneratur, vt in terminis Const. regn. si quis aliquem de percuss. illicit. cum arm. determinat Ioan de Arnon. in suis comment. vtri- usq; iur. comment. 101. quæro ab ste post Bald in rubr. extra de vita & honestat. cleric. in prcol. circa princip. cum qua opinione residere iouenio eũdem Bald. in l. sororem num. 2. & 3. versi. ex hoc etiam not. C. de his quib. vt indign. vbi etiam quod licet quis post mortẽ dicatur offendi, tamen istud est ficte, sed non vere, vnde qui exanimatum corpus vulnerat, non punitur tanquam de vulnere, quia corpus mortuum iniuriam non sentit, sequitur Alex. in ad dit. ad Bart. in d. l. 2. & idem tenet Marsil. in tract. de bannit. in verbo mortui, num. 72. vers. modo vltra prædicta. Ad idem facit determinatio eiusdem Bal. in eadem l. sororem ad fi-

10 nem sub nu. 3. & 4. vbi quęrit, si permissum est ex forma statuti bannitum offendere in ære & persona, an occidens illum, & postea spolians, & vestes secum portans, possit accusari crimine expillatæ hæreditatis, an vero dicatur impune fecisse, & respõdet quod punitur, quia licentia offendendi bannitum, morte finita erat, & spolians mortuum non dicitur illum offendere vere, & proprie, sed tantum per fictionem, quæ non attenditur in statutis, & Bald. sequitur Alex. in addit. ad Bart. in d. l. 2. C. de cadauer. punit. idẽ tenet nulla tamen Bal di mentione habita Ang. Aret. in tract. de malef. in verbo etiam vestem celestem nu. 3. post versi vnde pro sequor, hanc eandem opinionẽ sequitur idem Bald. de statut. in verbo bannitus nu. 31. secundum eum determinatum fuisse Pistorii refert Albet. de Rosat. de stat. lib. 4. q. 92. qui tamen plura in oppositum deducit, & verior puta, idem sentit Afflict. lib. 3. constit. regn. Rubr. 56. de spoliant. homin. obir. in Const. si quis aliquem quæst. 2. n. 2. & ita etiam tenet Marsil. in tract. de bannit. in verbo mortui nu. 69. in versi. pro qua opinione, cum qua opinione multi transeunt vt habetur per Nell. in tract. de bannit. in secunda part. 3. tempo-

11 ris. quæst. 3. per totum licet ipse videatur eam velle intelligere in spoliatione facta ex interuallo post occisionem, secus autem si incontinenti, & eodem instanti, quia videtur actus licitus, & impunib lis vt ibi per eum, cum quo pertransire videtur Marsil. sub d. nu. 69. inquiẽs hoc dictum videri habere rationẽ in se. Cum igitur statuta loquentia de bannitis intelligantur in viuis & non in mortuis, sequi videtur quod sepeliens bannitum mortuum, non dicatur auxiliari vel fauere bannito, cum non sit amplius bannitus, & mors omnia soluat, quia tamen non licet sepelire bannitum in territorio, a quo erat bannitus, vt in primo puncto diximus, licet sic sepeliens non teneatur pœna præstantis opem, auxilium, vel fauorem bãnito, punitur tamen tanquam legis contem-

12 ptor extra ordinem iudicis arbitrio iuxta regulam. l 1. §. expillatores ff. de effractor. & expillator. pro vt extraordinaria pœna puniri de-

 bet

bet vulnerans mortuum, licet non pœna legis de vulnerante aliquem, vt dicit Ioan. de Arnon. d. comment. 101. in fine, & pro vt etiam spolians bannitum mortuum tenetur crimine expillatæ hæreditatis, vt sentiunt DD. sup. citati, cuius pœna arbitraria est, l. 1. & l. 3. ff. de crim. expil. hæredit. & d. l. 1. §. expillatores ff.
33 de effractor. & expillator. & cum alias in facto accidisset, quod a patre cadauer filii banniti sepultũ fuisset in Senensi territorio, a quo bannitus erat, & de hoc molestaretur, tempore ferendæ sententiæ, duxi eum tantummodo puniendum modico exilio temporali, cum paterna pietas, qua nil maius, seueriorem non videretur exigere punitionem, pro quo bene. facit Albet. de Rosat. de statut. lib. 4. q. septima n. 2. volens quod filij receptantes patrem bannitum, vel hæreticum, nõ teneantur pœna statuti contra receptatores bannitorum, vel hæreticorum, nec aliter puniri possint, quod est plus, licet enim num. 6. dicat videri, quod non excusentur in totum, sed mitius puniantur, vt innuit l. fin. ff. de receptator. tamen ait credere eam loqui in aliis coniunctis, non in patre, & si hoc est in filio receptante patrem, idem in patre filium receptante dicendum est, cum maior pietas, & amor consideretur in patre erga filium, quam è contra in filio erga patrẽ. iuxta l. isti quide. n. 6. fin. ff. quod met. caus. cum simil. quod ex multis si expediret confirmari posset.

E P I T O M E.

De purgatione Canonica, an & quando indicenda sit imputatis de delictis, & de indicijs ad torturam ex dicto socij criminis, & famæ, & potissimum contra clericos, & in crimine sodomiæ, vel alio inter excepta connumerato.

S V M M A R I A.

Purgatio canonica non est hodie multum in vsu, numero 1.

Et est remedium subsidiarium, id circo non est indicenda, vbi aliter crimen probari possit. nu. 2.

Vt quia adsit accusator. eod.

Vel indicium ad torturam. nu. 3.

Sodomia est de criminibus exceptis. nu. 4.

Socij criminis dictum, in criminibus exceptis facit indicium ad torturam contra nominatum & absque alijs adminiculis, nu. 5.

In contrarium dicitur com. opinio. & in praxi seruata. nu. 6. & 9.

Sed prior opinio seruatur de consuetudine etiam in criminibus non exceptis. nu. 7.

Consuetudo torquendi ex dicto socij criminis, an & quando sit attendenda. 8.

Socij criminis seu crimen passi dictum iunctis testibus etiam singularibus deponentibus de actibus inhonestis facit indicium ad torturam. nu. 10.

Socii criminis dictum ut faciat indicium ad torturam, debet esse in tortura confirmatum. nu. 11.

Quod non procedit in illis, qui cstra animum & consensum peccauerit. nu. 12.

Nec in multis locis de consuetudine. nu. 13.

Fama contra imputatum, qualitercunque adminiculata facit indicium ad torturam. nu. 14.

Famæ bona probatio tollit indicium ad torturam proueniens ex fama, secus si ex alijs. nu. 15.

Nullus est tam deprauatæ vitæ, qui hodie testes non reperiat eius bonam probantes. eod.

Fama est difficilis probationis. nu. 16.

In atrocissimis licet iura transgredi. nu. 17.

Clerici sunt laicis leuius torquendi. 18.

Clerici non sunt torquendi nisi indiciati sint & diffamati. nu. 19.

Quod tamen in praxi non seruatur, nec forte verum. num. 20.

CASVS OCTVAGESIMVS QVINTVS.



IN causa quærelæ, porrectæ contra quendam presbiterum de nefando & detestabili vitio sodomiæ, visum est mihi non esse locum purgationi canonicæ, illi per sententiam primi Iudicis indictæ.

1 Primo. Quia hodiernis temporibus non est multum in vsu, & nunquam vel raro ea vtendum est, & cum magna causa. Apostil. ad Diaz. in pract. crim. cano, cap. 151. in fine versi. illud vero. & Diaz. ipse cap. 152. num. 5. versi. hodie tamen.

2 Secundo quia ea indicenda non est, quando adest accusator, quia est subsidiaria, quando scilicet crimen aliter probari non potest, quæ ratio cessat adueniente accusatore. Abb. in cap. 2. in secundo notabil. sub num. 1. per illum tex. extra de purgatione canon. Diaz. d. cap. 151. num. 1. Follet. in pract. crim. canon. in tertia par. cap. 34. num. 28. versi. est tamen notandum.

3 Tertio quianšiquam ad eam deueniretur, quando adsunt indicia, ex quibus possit deueniri ad torturam, quia tunc proceditur ad tormenta, nec locus est purgationi Foller. in d. cap. 38. num. 8. versi. & si facta & num. 22. vers. item est notandum. debet, enim. fieri exacta diligentia perquirendi delictum, antequam ad purgationem deueniatur, in tantum quod donec crimen est probabile, ea indici non possit. Foller. vbi sup. num. 21. versi. nec putes, post Abb. in cap. moniales, ad fin. extra de purgat. canon. Et quod non sit locus huic purgationi canonicæ, quando contra reum adsunt inditia ad torturam sufficientia, tenet simpliciter Clar. in pract. crim. quæst. 63. sub num. 4. post versi. solet etiam, & sub num. 6. ad finem, versi. si vero extent.

Quod

Quod autem contra quærelatum adsint in-
ditia ad torturā sufficientia, ex eo patet, quod
4 sumus in crimine inter excepta connumerato,
vt in puncto tenet Farinac. lib. pr. qq. crim. tit.
de delict. & pæn. quæst. 18. nu. 60. versi. sexta de
lictorum distinctio, vbi alios citat, & idem sen-
tit ipse Farinac. lib. secundo tit. de indit. & tor
tur. q. 43. num. 57. in pri. limit. iuncto nu. 89. in
12. limit. & allegatis per eū addo Boss. in pract.
crim. tit. de indit. & consider. ante tortur. num.
160. versi. restat tamen. quo casu dictum socii
5 facit inditium ad torturam contra nomina-
tum in consocium absq; alio adminiculo, vt in
indiuiduo tenet Iacob. de Bleuis. in pract.
crim. tit. de quæst. nu. 53. versi. sed nunquid pro
pter talem præsumptionem in princ. Gandi. in
tract. de males. eod. tit. de quæst. num. 17. versi.
sed quæro nunquid isti nominati, Guid. de Su
zar. in tract. de indit. & tortur. nu. 53. versi. sed
nunquid per istam, & plures alii relati per Fa-
rinac. lib. secundo qq. crim. tit. de indit. & tor-
6 tur. quæst. 43. num. 56. in pr. limit. Et licet Bo-
lognin. in addit. ad Guid. de Suzar. sup. relatum
nu. 54. dicat tale dictum socii de per se non suf
ficere ad torturam, nisi aliqua alia suspitione
concurrente, & hanc esse communem opinio-
nem & in pract. obseruari dicat Clar. in pract.
crim. q. 21. num. 8. versi. sed quid in criminibus
exceptis, & idem etiam colligatur ex Farinac.
lib. secundo qq. crim. tit. de indit. & tortur. q.
43. post multa hinc inde deducta in quinta am
pl. nu. 27. versi. pro concordia, & iterum in quin
7 ta sublimit. nu. 145. & pluribus seq. tamen de
consuetudine non obseruatur etiam in crimi-
nibus nō exceptis, in quibus ex dicto socii tor
quetur nominatus, quicquid sit de iure, vt in
indiuiduo attestantur Iacob. de Beluis. in d.
tit. de quæst. sub num. 53. post vers. sed nunquid
propter talem præsumptionem in fine, Gan-
di. in eod. tit. nu. 18. versi. sed quid si persona no
minata ad fin. Guid. de Suzar. in d. tract. de in-
dit. & tortur. num. 55. versi. sed quid si persona
inculpata in fin. & alii relati per Clar. in d. q.
21. nu. 7. versi. successiue quæro, & per Farinac.
8 d. q. 43. limit. 21. num. 123. quam non improbat
Clar. in locis, vbi ea viget, licet eam non esse
seruandam subdat Farinac. n. 124.

Et quando ista consuetudo non admittere-
tur, & standum esset opi. communi, quod etiam
9 in exceptis vltra dictū socii requiratur aliquod
adminiculum, præsertim cum in terminis pro
priis habeamus decisionem Boss. in d. tit. de
indit. & considerat. ante tortur. nu. 160. versi. re
star tamen, secutam a Plot. inter consi. crim. di
uers. lib. pr. in posterior. impressis in folio cons.
132. num. 23. verb. respectu vero, & a Farinac.
alios adducente d. quæst. 43. in 12. limit. num.
99. versi. quid dicendum, iunctis dictis antea
10 n. 89. & 91. quod puer stupratus faciat inditiū
ad torturam contra stuprantem, siue sit ætatis
completæ, siue non, concurrente alia suspitio-
ne, & non alias: tamen adhuc locus esset tor-
turæ contra hunc quærelatum, contra quē non
vnus tantum, sed plures etiam non connume-
ratis variantibus, deponunt de actibus inho-
nestis cum eis commissis, quo casu citra con-
trouersiam resultat indicium ad torturam con
tra nominatum, etiam quod isti nominantes
sint singulares. Boss. in d. tit. de indit. & con-
sider. ante tortur. num. 159. versi. seruatur etiā.
Boer. decis. 319. nu. 5. Clar. d. q. 21. num. 9. versi.
sed pone, Farinac. d. q. 43. num. 37. 38. 41. 42.
in nona ampl.
11 Et licet isti socii ad hoc, vt indicium faciant
ad torturam, debeant eorum dictum in tormē
tis confirmare, quia cum ex proprio delicto
fuerint effecti infames, non debent admitti in
testes sine tortura, vt tradunt Boss. in d. tit. nu.
261. vers. ex his, Plot. d. consi. 132. num. 24. versi.
& dictum Bossij. Clar. d. q. 21. nu. 11. versi. scias
etiam, Farinac. d. q. 43. sub limit. tertia n. 134.
& idem Farinac. antea in nostris terminis in d.
q. 43. num. 101. in d. limitat. 12. & ita sentiunt
Iacob. de Beluis. Gand. & Guid. de Suzar. in lo
cis sup. citatis loquentes in dicto socii cum
tortura, & Boss. in tit. allegat. num. 160. & Plot.
in cit. consi. n. 23. qui loquuntur in stuprato cū
12 tortura stuprantem nominante; tamen cum
in occurrenti casu non omnes contra Præsbite
rum deponentes peccauerint cum eo, sed ali-
qui tantum, & hi quidem seducti & decepti
ab eo, & citra animum & consensum peccan-
di, nulla eis est inferenda tortura, & absq; ea
inditium faciunt, quia nulla adest contra eos
infamia per torturam purganda, vt in puncto
declarat Plot. d. cons. 132. sub nu. 24. post versi.
& dictum Boss. & est de mente Lodouic. de Al-
fer. eod. vol. cons. 143. n. 9. versi. præterea d. Be.
& ponit Farinac. d. 43. num. 92. in d. 12. lim.
quicquid postea dicat se credere sub n. 101. in
13 fine eadē limit. Vltra quod in multis locis non
seruatur de consuetudine d. opinio torquen-
di socios criminis, vt patet ex allegatis per
Clar. in d. loco & per Farinac. sub d. nu. 134. ad
fin. in d. sublimit. tertia, & scio ipse pluries ita
seruatum fuisse, licet fieri non debere dicant
Clar. & Farinac. sup. adducti.
14 Adest præterea fama vehemens contra d.
Presbiterum; quæ & si sola ad torturam non
sufficiat, tamen qualitercunque adminiculare
sufficit secundum com. omnium opinionem,
vt patet ex congestis per Clar. d. q. 21. n. 1. versi.
fama sola, & per Farinac. lib. secundo, qq. cri-
min. tit. de indit. & tortur. q. 37. in pri. ampliat.
nu. 4. & pluribus sequentibus.
15 Nec probatio bonę famæ d. Presbiteri ope-
ratur, quod non possit torqueri, quia hoc non
procedit, quando contra reum vltra famam
extat aliud inditium, sed solum posset habere
locum, quando sola fama maleficii extaret in
contrarium, vt declarat Clar. in pract. crim.
q. 60. nu. 23. versi. frequens etiam, & est optima
declaratio, quia alias vix posset vnquam quis
torqueri ex quibus vis vrgentibus indiciis, cū
nullus

nullus sit tam deprauatæ vitæ, qui non facile hodiernis temporibus reperire posset testes eius bonam famam probantes, nec insistendum
16 est in eo, quod fama hæc non sit formiter probata, quia si ad hoc de iure requisita inspiciamus, nusquam recte fama probaretur, vt formaliter dicit Clar. in pract. crim. q. festa, sub nu. 14. post vers. debent enim dicere, & tursus, sub nu. 18. post vers. postremo scias.
17 Accedat, quod cum crimen hoc sit attrocissimum, iudex debet de facili procedere ad torturam contra reum, etiam si indicia in totum non sint sufficientia, neque probata per testes omni excep. maiores, quia ei in hoc licet iura transgredi, ita in terminis tradit Clar. li. 5. recept. sentent. de delictis in §. pri. sub nu. 9. post vers. sunt etiam.

Ex quibus sum in voto, quod quærelatus subijciatur torturæ, vt dicta inditia purget, quæ
18 tamen tortura sit leuis, quia non debet esse ita seueta in Clericis, sicut in laicis. Diaz. in d. pract. crim. canon. cap. 126. nu. 6. vers. ité aduertere. Clar. in pract. crimin. q. 64. sub nu. 24. post vers. sed an clerici, in fine, dicens esse com. opinionem, cui tamen non assentit Folleri. in pract. crim. canon. in secunda par. cap. 31. nu. 7. & seq. vers. dicit tamen, & in practica non obseruari dicit Boss. de indit. num. 103. in statu Me-
19 diolani. Nec me ab hoc voto remouet conclusio Doctorum, quod Clericus etiam non presbiter torqueri non possit, nisi sit indiciatus & diffamatus, vt de com. attestantes dicunt Diaz. in d. ca. 126. num. 1. & ibi etiam Apostill. pt. in verbo sit infamatus, Foller. in d. c. 31. nu. 6. ver. non enim est dubitandum, & Clar. d. q. 64. nu. 24. vers. sed an Clerici, quia vltra quod
20 in hoc casu vtrunque concurrit, d. communis conclusio in practica non obseruatur, vt dicit d. Apostill. ad Diaz. circa medium, vers. & licet opinio hæc in fine, post Boss. tit. de indit. & consider, ante tortur. sub nu. 103. ad fin. Imo d. Apostil. conatur ostendere eam non esse de iure veram pro vt etiam tenent alij adducti per Foller. sup. citatum.

EPITOME.

Quod Iudex tam Ecclesiasticus, quam secularis potest multare non obedientes iustis eius iussionibus, & præceptis, & eius iurisdictionem contemnentes, & quod multa debet commensurari delicto, & non esse grauior crimine, alias tanquam excessiua est moderanda, & ad iustam metam reducenda.

SVMMARIA.

Iurisdictionem possunt Iudices pœnali iudicio tueri. num. 1.
Præceptum Iudicis iustum contemnens debet criminaliter puniri. nu. 2.
Iudex Ecclesiasticus potest inobedientem multare. 3.
Præceptum debet esse iustum ad hoc ut contēnens possit multari. nu. 4.
Ad multæ declarationem qualiter sit deueniendum. nu mero 5.
Iudices, constito de delicto, prompti esse debent ad puniendum, nec multum iuris solemnitates ponderare. num. 6.
Multa est commensuranda delicto. nu. 7.
Et excessiua, est modtranda. num. 8.

CASVS OCTVAGESIMVS QVINTVS.



IN quadam causa appellationis interpositæ per quosdam Plebanum & Capellanos a cōdemnatione scutorum quinquaginta facta per Iudicem Ecclesiasticum contra ipsos tanquam inobedientes eius mandatis, existimaui bene per d. Iudicem a quo fuisse processum, & iudicatum, & male per Plebanum, & Capellanos appellatum, & de nullitate dictū, moderando tamen & reducendo pœnam dicto rum scutorum quinquaginta ad summā librarum centum tantum. Motus ad sic dicendum,
1 quia ne iusdicentium tribunalia contemnātur & eorū autoritas a subditis deludatur, permissum est illis propriam iurisdictionem pœna li iudicio tueri, vt est text. in l. vnica, ff. si quis iusdicen. non obtemperau. & ibi hoc not. glo. & ceteri scribentes, ad quod plura cumulat Farinac. lib. primo, qq. crim. tit. de delict. & pœ-
2 nis, q. 18. num. 27. Propterea vbi Iudex aliquid iustum cuipiam mandat, & contemnitur, potest eum criminaliter punire. glo. in d. l. vnic. §. fin. in gl. magna in fine, quam communiter approbatam esse dicunt Clar. lib. quinto recept. sent. de delictis, §. 1. in fine, sub nu. 21. vers. scias autem, Bonacos. in pri. par. com. opin. crimin. in verbo, contumacia dicitur delictum, & Fa-
3 rinac. d. q. 18. sub d. nu. 27. quod procedit etiā in foro Ecclesiæ, quia & Iudex Ecclesiasticus potest non comparentem multare, & multam exigere per censuras ecclesiasticas, vt dicit Foller. in pract. crimin. canon. in secunda pat. cap. 10. nu. 24. vers. item est aduertendum, quem sequitur Farinac. loco citato.

Iustum autem videtur fuisse præceptū, pro
4 vt requiritur, vt inobediens possit multari, iuxta not. per Bened. de Plot. inter consi. crim. diuers. cons. 3. nu. 31. & seq. vers. vigesimo. vol. secundo in posterioribus impressis in folio, & per Farinac. d. q. 17. nu. 45. vers. limit. sexto & per alios ab eis citatos, quia cum violenter & de facto opera fabri ferrarii dd. Plebanus & Capellani

Capellani aperuerint archiuium, in quo scripturæ ad mensam, vt vocant, spectantes retinebantur, non adhibito, nec vocato d. mensæ cãcellario, seu scribano claues retinente, & ex eo dictas scripturas exportrauerint, non erant hæc toleranda, sed in pristinum statum reponenda argu. l. fin. cum ibi not. C. si per vim vel alio mod. & optime se gessit D. Iudex, cum
5 pri. vrbaniter per litteras eos admonuerit, vt intra competentem terminum reaptarent Archiuium, & illud reducerent in pristinum statum, & scripturas ablatas in eo reponerent, sub custodia & clauibus d. scribani iuxta ordinationes alias factas, & obseruatas, & ad præceptum pænale non deuenerit, nisi elapso d. termino cum eorum contumacia, & litterarum contemptu, & adhuc visa inobedientia expressa post lapsum termini præcepti non processerit ad declarationem incursus pænæ comminatæ nisi noua præcedente citatione ad eam fieri videndum, & illis in inobedientia perseuerantibus. Vnde non velo leuato, sed lento gradu ad multam videtur processisse, cum tamen potuisset constito sibi de facto illo violento, & de tam manifesto ipsius contemptu promptius
6 id facere, quia Iudices vbi constat de maleficio, debent esse prompti ad puniendum, nec debent multum ponderare omnes iuris solemnitates secundum Bald. in l. si ita vulneratus. 52. in lect. ad fin. num. 3. ff. ad l. Aquil. quem sequitur Gram. cons. crim. 4. num. 13. Et dicit idem Bald. in l. quemadmodum 29. 5. magistratus num. 3. eod. tit. quod magistratus potest insistere contra inobedientem, & ei damnum dare.
7 Sed quia Multa non debet esse immoderata, & excessiua, sed iuxta mensuram delicti, & non grauior, quam ipsius admissi facinoris ferat qualitas, vt tradit Bonacos. in pri. par. com. opi. crim. in verbo Mulctari quis illico non debet, post medium versi. & quid si Multa, & Index eam eius arbitrio pro facti & personarum qualitate imponit, vt probat Farinac. alios allegans d. quæst. 18. num. 31. versi. secun-
8 da sit concl. censui ego condemnationem scutorum quinquaginta esse moderandam, & reducendam ad libras centum tantum, votando per verba formalia posita per Bonacos. in d. verbo Mulctari ad fin. versi. & in causa appellationis.

EPITOME.

Quod Iudices facientes aliquem incarcerari indebite & iniuste & iuris ordine non seruato, non teneantur ad expensas, damna, & interesse sic carcerati, quando nulla inimicitiæ, vindictæ vel fraudis suspicio contra ipsos Iudices adesse reperitur.

SVMMARIA.

Iudex faciens aliquem iniuste carcerari tenetur eidem ad damna, expensas & interesse & actione iniuriarum, nu. 1.

Carceratum indebite, nulla tamen uindicta, fraude, vel inimicitias, sine expensis relaxari, nec Iudicem in aliquo teneri fuit pluries obseruatum, nu. 2.

Iudicis arbitrium circa capturã plurimum ualet, numero 3.

CASVS OCTVAGESIMVS SEXTVS.



1 Vdices facientes in carcerari aliquem iniuste, & sine legitima causa, & iuris ordine non seruato, tenentur ad expensas, damna, & interesse carcerati, & etiam actione iniuriarum, vt tradit Boer. Decis. 215. ante finem sub numero 14. versi. sed qua pæna puniatur, & magis specialiter in iudice hoc volunt Bonacos. in suis com. opi. crimin. in verbo, carcerari faciens aliquem, secunda par. & Farinac. alios adducens lib. pri. qq. crimin. tit. de carcer. & carcerat. quæst. 27. numero 135. versi. sed qua pæna & numero 142. versi. amplia primo.
2 Sed cum hoc pluries euenerit in facto, ego vbi aliqua suspicio inimicitiæ vindictæ, vel fraudis non aderat, solitus fui tenere, quod talis detentus relaxaretur sine impensa, vt dicit Boss. in pract. crim. tit. de captur. numero 4. versi. hinc est, & post eum Roland. consi. 40. numero 12. lib. 4. & plures alii relati per Farinac. d. quæst. 27. numero 146 versi. amplia tertio, & in aliquo Iudex non teneretur, quia vt refert Bonacos. in loco citato, potest premissæ conclusioni responderi, pro vt Azo respondebat Imperatori, Ita lege cauetur, sed in practica non habetur. Et nimis tepidi redderentur Iudices in capturis reorum, si circa eas scrupulo-
3 se, contra ipsos agendum esset, maxime cum in his lex plurimum tribuat eorum arbitrio, Petr. Foller. in pract. crim. iur. ciuilis in pr. par. secundæ par. principalis, in verbo notatos capiat de persona numero 2. & melius & apertius Clar. in pract. crim. quæst. 28. numero 2. versi. scias autem, & latius & clarius Farinac. lib. pr. qq. crim. tit. de carcer. & carcerat. quæst. 27. numero 126. versi. octaua & vlt. restar opinio, vbi tamen numero 127. & 133. declarat quod tale arbitrium non debet esse liberum, sed temperatum & regulatum, & cum grano salis vtendum, quod est valde æquum.

EPI-

EPITOME.

De pæna clerici, qui Vicarium generalem sui Episcopi, ense euaginato insultauit, & vulnerauit ex causa officij, quia ab eo, vti inobediens multatus antea fuerat, & in Palatio retentus, & de vsu pænæ triremium in clericos.

SVMMARIA.

Iniuria officiali facta, dicitur attrox, & iudicis arbitrio punitur. nu. 1.

Officialem alapa percutiens etiam priuata inimicitia, & nullo officij prætextu, pæna mortis tenetur. num. 2.

Et procedit sine dubio, si iniuria facta sit contemplatione officij. nu. 4.

Sed priuata de causa, redditur conclus. dubitabilis. num. 3.

Iniuria officiali facta siue seculari, siue Ecclesiastico, dicitur attrox, & aque punitur. nu. 5.

Pæna triremium etiam contra clericos maxime non sacerdotes in Italia est in vsu. nu. 6.

CASVS OCTVAGESIMVS SEPTIMVS.

Consultus de pæna imponenda Diacono, qui Vicarium sui Episcopi aggressus est cũ Scimitarra denudata in via pub. coram pluribus personis & fere in conspectu Episcopi, & illum in bracchio vulnerauit, ex eo quod ab ipso Vicario pluries repræhensus fuerat, & demum multatus ob non accessum ad sacras conciones, & pro d. mulcta eadem die in Palatio retentus. Putaui Reuerendissimum D. Episcopum iure & tuta conscientia posse Diaconum condemnare ad triremes per
1 triennium, quoniam iniuria facta officiali dicitur atrox. l. prætor edixit. §. fin. ff. de iniur, & cum iudicis arbitrio puniatur §. in summa & ibi glos. & DD. instit. de iniur. & cum ex causa officij facta sit, & contra primarium Episcopi Ministrum, iam dicta & maiori etiam pæna di
2 gna videtur, cum alapa tantum percutiens officialem, etiam ob priuatam inimicitiam, & nullo officii prætextu, pæna mortis puniri possit, Bald. in cap. 1. §. iniuria in princ. de pac. iuramen. firm. Vitalin. in tractat. de malef. tit. quibusde caus. quis possit ad mort. cond. col. 3. in fin. Deci. consi. 100. in causa inquisitionis in vlt. dubio numero 10. & in l. qui Iurisdictioni, sub numero 9. versi. regulam, ff. de iurisd. omn. iud. & ibidem Ias. vol. 1. numero 3. & in l. principalibus numero 4. circa medium versi. & ex hoc infertur, ff. si cert. pet. & in l. 1. num. 6. C. de precib. imperat. offer. Felin. in cap. inquisitionis col. penult. versi. vltimo tangit nu. 10. extra de accusat. & in cap. ex litteris, col. antepen. nu. 22. versi. & hanc opinionem, extra de constit. Gram. Decis. 36. nu. 4. Boss. in pract. crim. tit. de iniur. numero 30. Paris de Put. in tract. Sindicat. in verbo pæna cap. 10. num. 2. post versi. & licet alias. Menoch. de arbitr. iud. lib. secũdo cent. 3. cas. 263. num. 5. & 6. Decian. in tract. crim. lib. 7. cap. 5. num. 31. versi. illud autem notandum, tom. secundo & Farinac. lib. 1. qq. crimin. quæst. 17. num. 36. & 37. versi. limita secundo eandem duodecimam ampliationé, & plures alii relati per ipsos Menoch. Decian.
3 & Farinac. & quamuis d. opinio Baldi quando iniuria fit officiali ob priuatam tantum inimicitiam, & nullo prætextu officii, aliquos habeat contradictores, & forte non procedat,
4 nullam tamen recipit dubitationem, quando facta est contemplatione officii, vt in casu præsenti, prout ex multis probat Farinac. loco cit. num. 39. & 40. versi. sublimita secundo, & latius ostendit Decian. d. cap. 5. n. 4. versi. sed plu
5 ra insurgit dubitatio. Quæ conclusio nedum procedit in officiali seculari, sed etiam in ecclesiastico, nam & illi facta iniuria dicitur atrox, & eodem modo punitur, vt in indiuiduo tradit Menoch. d. cas. 263. sub nu. 9. versi. quod de atroci iniuria ratione magistratus dictum
6 est. Nec est huiusmodi triremium pœna inconueniens clericis, imo & contra eos est in vsu maxime in Italia, & præsertim, quando non sunt sacerdotes, & excessus est magnus. Diaz. in pract. crim. canon. cap. 145. nu. 3. vbi etiam ampla apostilla, & Clar. in pract. crim. quæst. 70. nu. 5. versi. frequens est etiam. & ita ex præmissis retuli Reuerendissimo Episcopo, qui votum meum perquisiuit.

EPITOME.

Quod statutum seu edictum puniens pæna mortis naturalis exonerantem sclopum, seu archibusium contra aliquem animo eum offendendi, etiam in rixa, & etiam nulla subsecuta offensione, non tollit legitimam defensionem constituti in discrimine vitæ, sed eam permittit. Et late quando & quomodo dicatur constare de dicta defensione, & qualis esse debeat ad excusationem.

SVMMARIA.

Defensio propria personæ non intelligitur sublata, sed reseruata per legem simpliciter loquentem num. 1.

Et est de iure naturali, nec per statutum tolli potest.

sest. numero 2.

Nec per Papam uel Imperatorem. nu. 3.

Defendere se dicitur offendens aggressorem non expectato quod ab ipso offendatur. nu. 4. 7.

Nec tantum Aggressorem, sed & illum qui separat ad offendendum. nu. 5.

De quo tamen aliqui dubitant. nu. 6.

Armorum vsus alias prohibitus, censetur ad defensionem permissus. nu. 8.

CASVS OCTVAGESIMVS OCTAVVS.



Præsupposito quod probari possit Flaminium de Turchettis, qui exonerauit sclopum seu archibusium aduersus Franciscum de Taponeo, fuisse ab eodem Francisco prouocatum, & aggressum simili armorum genere, quod tamen ex hactenus deductis, bene probatum mihi non videtur; Dixi indubitanter non esse locum pœnæ legis municipalis oppidi Varrani Ferrariensis iurisdõnis, qua exonerãtes sclopum vel archibusium aduersus aliquem intentione eum offendendi, siue animo deliberato, siue in rixa, siue aduersarius percussus aut offensus fuerit, siue percussus vel offensus non fuerit, pœna mortis naturalis puniri
1 debent, quoniam legem hanc generalem & simpliciter loquentem non intelligi cupiam defensionem sui ipsius & propriæ salutis tollere, sed illam potius reseruare, tradunt Alex. cons. 113. col. 2. num. 8. lib. 5. Dec. in l. vt vim n. 9. versi. & talis defensio ff. de iust. & iur. & Mar fil. singul. 59. Innocentibus in principio. & qui
2 dem merito, quia defensio propriæ personæ adeo permissa est, quod statuto tolli non potest, cum enim iure naturali competat l. vt vim ff. de iust. & iur. & ibi Bart. num. 5. & Bald. nu. 2. & ante eos glos. in l. pactum in glos. magna circa finem ff. de pact. & est tex. apertus in clementina pastoralis ante fin. de re iudic. & permittatur etiam animalibus brutis. l. pr. §. cum Arietes ff. si quadr. pauper. fecis. dicat. statutum illam prohibẽs non valet §. sed naturalia, cum ibi not. per scrib. Insti. de iur. nat. gent. & ciuil. & probatur in d. clementina pastoralis, & ita ex prædictis rationibus volunt Bart. in l. cum mulier 49. num. 6. versi. sed videndum ff. sol. matrim. in l. defensionis facultas in primo notabil. nu. 1. & seq. C. de iur. fisc. lib. decimo, & super Const. qui sint rebelles in verbo mille libratum sub nu. 2. Bald. in d. l. vt vim nu. 3. versi. ex prædictis apparet, & in l. edita in repetitione Paduana num. 115. versi. ex tribus C. de edend. Alex. in addit. ad Bartol. in d. l. defensionis facultas. Io. de Anan. cõsi. 59. in princ. ante num. 1. Felin. in cap. dilecti filii num. 6. versi. & adde extra de except. Dec. in d. l. vt vim sub num. 3. versi. sed in prædictis, aduertendum, Marsil. in pract. crim. §. quoniam num. 76. & seq. versi. & ratio est. Quod adeo verum est,
3 quod nec Imperator nec Papa possunt dictam defensionem naturalem tollere vel illi derogare per ea, quæ leguntur & notantur in d. Clement. pastoralis, de re iudicat. & tradunt Bald. in d. l. vt vim nu. 2. Felin. in cap. ex parte il 2. nu. 4. versi. primo videndum est, extra de off. ind. de leg. & in d. cap. dilecti filii sub nu. 7. versi. dicit etiam Dominicus extra de exception. Marsil. in d. §. quoniam nu. 79.

Et diceretur congruenter probata defensio Flaminij ex probatione psuppositi, de quo in
4 initio diximus, quia dicitur defensio etiam antequam quis ab aduersario offendatur, ut iniuria ppulsetur, & offensio repellatur, ita quod si probo quod aliquis veniebat cõtra me cum armis, & ego occidi eum, statim videtur probata defensio mea, quia præsumor constitutus in discrimine vitæ, nec debebam expectare quod vulneraret, sed potui ipse incipere, & præuenire vt probat tex. clarus in l. si quis percussorem C. ad l. Corn. de Sycar. & concludunt Bart. in l. sed & si quemcunq; in 2. not. nu. 2. in l. si ex plagis §. taberuarius in princ. ff. ad l. Aquil. & in consi. 15. Vannutius Petti num. 1. & 2. lib. 2. Bald. in l. multis in fine num. 3. C. de liberal. caus. Alex. consi. 109. num. 2. lib. 1. Angel. de malefic. in verbo & d. Titius se defendẽ do num. 11. versi. & aduertas, & ibi latius August. de Arimin. in addir. num. 12. & 13. & idem Angel. postea in eodem verbo num. 26. versi. quæsit ibi glos. an debeat expectare & ibi pariter August. in addit. Cepol. consi. crim. 29. in 2. dub. num. 13. & 14 Gram. consi. crim. 18. num. 3. & 4 consi. 29. num. 12. 13. consi. 56. num. 8. & plur. sequent. Corn. consi. 107. col. 2. nu. 4. consi. 162. col. 4. num. 5. consi. 204. col. 2. sub nu. 1. lib. 1. consi. 134. col. 2. nu. 3. lib. 3. Ias. in d. l. vt vim num. 9. versi. quarto facit, Deci. ibidem nu. 10. versi. & defensio, Marsil. consi. 4. num. 16. & 17. & latius consi. 31. num. 52. & seq. & in pract. crim. §. expedita num. 19. & in l. 1. num. 37. cum seq. versi. uam quis dicitur ff. ad l. Cornel. de Sycari. & in l. pen. num. 18. versi. & facit optime ff. de quæst. Carer. in pract. crim. §. circa tertium num. 1. & seq. fol. mihi 147. Gomez. tom. 3. var. resol. cap. 3. de homicid. num. 22. versi. item adde quod in tantum, Clar. in §. homicidium sub num. 33. post versi. sed quomodo probetur ibi, hinc infertur, vbi refert plures dicentes hanc esse communem & obseruatam sentẽtiam, Bertazzol. consi. crim. primo n. 18. versic. quinimo, & fortius. & cõsi. 75. n. 12. & 12. versi. 2. probatur libr. primo & hanc partem tanquã humaniorem amplectendam esse dixit Ias. in d. l. vt vim. lococitato, quẽ sequutus fuit Gram.
5 d. consi. crim. 56. nu. 12. Imo fortius dixit Bald. in l. in lege 32. in noua addit. ex lectura antiqua, ff. locat. quod non solum vim instantem reprimere possum, sed etiam si quis parat se ad vim inferẽdam, etiam in verbis, adeo quod si inimicus meus faciat apparatũ gentis armigeræ, non habeo necesse expectare actum aggressuræ,

gressuræ, sed possum ego prorumpere in actū, quia per hoc curo repellere iniuriam mihi imminentem, & possum obuiare a principio offensioni, ne mihi fiat, & subdit formaliter quod ita factum fuit Cortonij, & Baldū sequuti sunt Ias. in d.l. vt vim, sub nu. 9. post versic. quarto facit. Grammat. d. consi. crim. 18. sub num. 3. & d. consi. 56. nu. 11. & voto crim. 20. n. 4. ver. & ideo voluit. Marsil. singul. 638. præparatio ad actum ante fin. versi. & ideo tene menti perpetuo. Caref. in pract. crim. d. §. circa tertium, nu. 4. versi. extende etiam in præparante offendere folio mihi 105. Clar. in d. §. homicidium. sub nu. 33. post vers. sed quomodo probetur ad finem, ibi & in eo qui præparabat offendere, licet dicat non habere lecturam illam antiquam Baldi, quam ego habeo in libro meo, & fideliter, & formaliter retuli dictum istud, quod approbāt præfati Doctores omnes, volentes ex eo quod ex sola præparatione ad offendendum, vel aggrediendum licitum est mihi offendere, & occurrere & prorumpere ad offendendum ipsum præparantem antequam aggrediatur me. Et li
6 cet de hoc dicto Baldi dubitet August. de Arimin. in addit. ad Angel. de malefic. in d. verbo, & d. Titius se defendendo, sub nu. 12. vers. plus dixit Baldus, tamen de eius veritate non expe
7 dit pro nunc disputare, cum præcedens cōclusio sufficiat in præsenti casu, & tenenda omnino sit, maxime propter qualitatem armorum, quibus armatus erat Franciscus aggressor, cum enim haberet sclopum seu archibusium, ex cuius ictu vt plurimum & a communiter accidentibus quis interficitur statim, vel saltem læthaliter vulneratur, & in terram deiicitur, si expectasset Flaminius, quod aduersarius exonerasset d. sclopum seu archibusium, a cuius ictu probabiliter offensionem se receptutum timere debebat, nullus postea locus fuisset defensioni, vt ideo facilius sibi licuerit viso insultu cum talibus armis contra insultantem similibus vti armis, & præuenire illum, vt considerat August. de Arimi. in addit. ad Angel. de malef. d. verbo & d. Titius se defendendo sub numero 26. in apostil. ad versic. Angeli quærit ibi glos. an debeat expectare circa principium ipsius additionis.

Concessa autem defensione; nulli dubium
8 est, quin etiam permissus censeatur vsus armorum alias prohibitorum, adeo quod se talibus armis defendens puniri non potest pęna legis eorum vsum prohibentis, vt in puncto dicit Afflict. in Constitut. Regn. lib. pr. rubr. 22. si quis mulier. violent. patient. & acclamant. non succurr. super constit. quicunque in pr. not. sub num. 1. in versic. an autem, & ibi latius Addition. in pt. apostilla sequitur Carer. in pract. crim. §. quinto excusat defensio naturalis num. 72. versi. sed an in casu quo licet defendere fol. mihi 170. Et ego alias demonstraui, præsertim vero supra Cas. 62. defendens se ipsum.

EPITOME.

An conficiens instrumentum falsum tāquam notarius, cum vere non esset, haberetur tamen palam vti talis, teneatur pęna imposita per statutum conficienti falsa instrumenta.

SVMMARIA.

Verba legis vbi non conueniunt, nec eius dispositio conuenire debeat. nu. 1.

Et econtra vbi verba conueniunt, & dispositio conuenire debet. nu. 2.

Instrumentum falsum conficiens, qui pro notario habebatur, licet non esset, tenetur pæna imposita notarijs conficientibus falsa instrumenta. nu. 3. & 5.

Acta per eum, qui per plures annos habitus fuit pro notario, licet non esset, sustinentur. nu. 4.

CASVS OCTVAGESIMVS NONVS.



Væsitum fuit, an is, qui plura instrumenta falsa confecerat tanquam Notarius, cum vere non esset Notarius, licet publice pro tali haberetur, teneatur pæna per legem municipalem imposita Notariis conficientibus falsa instrumenta? & videbatur quod non, ex quo verba legis non conueniunt, cum loquatur de Notario, & is nō sit Notarius, vbi enim
1 non cōueniunt verba legis aut statuti, nec eius dispositio conuenire debet. l. ita autē in princ. ff. de administr. tut. & l. 4. §. toties ff. de damn. infect. Corn. cons. 90. num. 3. lib. 3. & antea gl. in l. mancipia in verbo mancipia C. de seru. fu-
2 git. sicut arguendo ab oppositis, vbi conueniūt verba legis aut statuti, dispositio eius conuenire debet. Crauet. sic arguens cons. 10. num. 7. & est tex. in l. si seruum. §. non dixit prætor, ff. de acquir. hæred. Contrarium tamen verius
3 est, quod imo talis delinquens puniri debeat pęna a iure municipali loci imposita notario, & ex quo publice reputabatur pro notario, & duo delicta commisit, vnum, faciendo se Notarium, cum nō esset, alterum conficiendo instrumenta falsa, & in progressu temporis, & post
4 lapsum plurimum annorum poterat habere locum dispositio l. Barbarius, ff. de offi. Prætor. quod scilicet gesta per ipsum vti notarium teneātur, quamuis Notarius non esset, ex humanitate, & publicæ vtilitatis gratia per ea, quæ ibi notant Doctores, & in aliis locis copiose allegatis per Marsil. in l. prima, in principio, numero duodecimo, versicu. & facit etiam, ff. ad legem Corneliam de sycar. & in practi. criminal. §. aggredior, numero trigesimoquinto, versic & facit etiam.
5 Et ita in indiuiduo hanc quæstionem decidit

decidit Vincent. de Franch. Decis. Neapolit. 444. in 3 parte, vbi referr ita fuisset iudicatum per magnam Curiam, & deinde per sacrũ consilium. quod est summè notandum.

EPITOME.

De statuto puniente insultantem cum armis, vel attentantem violenter cum armis cognoscere carnaliter masculũ vel fæminam, an procedat in eo, qui habens arma, illis tamen non vtens, insultat vel attentat, an vero requirat vsum ipsorum armorum in eo actu a statuto punito.

SVMMARIA.

ADiectiuum plus operatur, quam duo substantiua, num. 1.

Legatum fundi instructi differt a legato fundi cum instrumentis. nu. eo.

Insultans armatus, quod non dicatur insultare cum armis volunt aliqui. nu. 2.

Contrarium est verius, & talis punitur pæna statuti imposita insultanti cum armis. nu. 3.

Quod ampliatur, & si arma deposuerit, dummodo armatus accesserit, nu. 4.

Et hoc saltem procedit quando illa facile reassumere posset. num. 5.

Violentiam carnalem, cum armis attentare dicitur, qui armatus attentat licet armis non vtatur, & tenetur pæna imposita, uiolentiam carnalem cum armis attentantibus, num. 6. cum seq.

Et quid in terminis legis M. D. Etruriæ in hac materia dicendum sit. numero 7.

CASVS NONAGESIMVS.

LEge municipali dictãte, quod pro insultu facto cum armis quis puniatur in centum, quæsitum est, an qui insultũ facit habens arma ad latus, ea tamen non extrahens, nec aliquid cum eis in illo actu faciens, teneatur pæna d. statuti, & videbatur dicendum quod non, quia licet esset armatus, non tamen videtur insultasse cum armis, & videntur inter se differri illæ eloquutiones, Titius fecit insultũ
1 armatus, vel Titius fecit insultum cum armis,
quia adiectiuum plus operatur, quam duo substantiua, pro vt aliud est dicere, lego fundum cum instrumentis, aliud lego fundum instructum, secundum Bal. in l. 1. num. 5. & 6. C. de ver
2 bor. sig. qui propterea infert quod si statutum
puniit insultantem cum armis, nõ sufficit in accusatione dicere, quod insultauit armatus, cũ istud adiectiuum possit intelligi pluribus modis, adeo quod accusatio quoad hoc est indiscreta & incerta, & libellus in crĩalibus dẽt interpretari stricte, quod dictum Baldi sequitur Decian. in tract. crim. tom. 2. lib. 8. c. 2. num. 11.
3 versic. notandum tamen. In contrarium tamen
est veritas, quod imo talis insultans teneatur pæna statuti, ac si in eo actu vsus esset armis, quib. erat armatus, quod aperte probatur in l. 3. §. armis deiectum, ver. qui armati, ff. de vi & vi ar. vbi apertissimis verbis dicitur, quod qui armati venerunt, etsi non armis vsi sunt ad deijciendum. sed deiecerunt, armata vis facta esse videtur, quia sufficit terror armorum, vt videantur armis deiecisse, quam conclusionem probant in puncto Bar. in d. §. armis deiectum, in 2. no. Alex. consi. 98. quoniam per Excellentissimum, nu. 3. lib. 3. Ias. in l. 2. sub nu. 3. vers. similiter sufficit. C. de transac. Dec. in l. quo tutela 73. §. vi factum, nu. 7 ff. de reg. iu. & ibi etiam Cagnol. nu. 2. Marsil. in pract. crim. §. pro complemento, nu. 35. ver. item dubitari etiam potest. & §. constante, nu. 57. vers. & ideo dixit, & in l. si in rixa, nu. 40. ver. & pro istis facit, ff. ad l. Corn. de sicar. Corn. consi. 207. in 3. dub. colũ. pen. sub nu. 18. lib. 2. Aretin. in §. item lex Iulia de vi. sub n. pr. ver. & est no. insti. de publ. iudi. & in tract de malefic. in verbo, d. Andreas armatus, in prin. sub nu. 1. & ibi etiam August. in addit. Felin. in c. sicut dignum, nu. 5. ver. & adde quod ille dicitur. extra de homicidio, Ias. in §. ex maleficiis, nu. 79. & 80. versic. addit tamen Angel. insti. de act. Afflict. in const. Regn. lib. 1. Rub 9. de illicit. portat. armor. in const. intentionis, nu. 19. vers. vndecimo, & vlt. quæro, Grãmat. consi. crim. 43. nu. 3. ver. sed circumscripta pæna, Decian. in d. tract. crim. d. lib. 8. c. 3. num. 12. vers. quam conclusionem, & c. 4. sub nu. 19. ver. pr vt procedat, & alij per eos allegati. Qui
4 nimo dicit Ang. in d. l. 3. d. §. seu vers. qui arma
ti, ff. de vi & vi armat. post gl. ibi in verbo deiecerunt in fine, quod etiam ille, qui habebat arma, si ea deposuit, tamen dicitur vim intulisse cum armis, quia sufficit quod cum armis accesserit, licet illa deposuerit, antequam aliquid faceret, quod dictum sequuti sunt Alex. d. consi. 98. nu. 3. lib 3. Ias. in d l. 2. sub nu. 3. C. de transact. Dec. in d. l. quo tutela, §. vi factum, nu. 3. & ibidem Cagnol. nu. 2. Marsil. in d. §. pro cõplemento, sub nu. 40. ad fin. versi. item quod si aliquis erat armatus. Decian. d. lib. 8. d. c. 3. n. 13. ver. quinimo etiam, saltem quando deponens
5 ea facile reassumere potest, vt est de mente A-
lex. d. consi. 98. quem sequitur Decian. in d. ver. quinimo etiam, & idem tenuit sequendo Alex. Pomat. in addit. ad Bart. in d. §. armis deiectũ in verbo sufficit terror littera mihi, B. & Cagn. in d. §. vi factum, sub nu. 2.
6 Ex his infertur ad decisionem casus sæpissi-
me occurrentis in materia violentiæ illatę mari vel fæminæ explendæ libidinis causa, adsunt enim in magno Ducatu Etruriæ leges, quib.

attentans violenter sine armis, aut bacculo, vel percussione cũ sanguinis effussione cognoscere carnaliter masculum uel fœminam, non sequuto effectu condemnetur ad triremus per tempus a Iudice arbitrandum; effectu uero sequuto, puniatur capite ad mortem. Attentans vero cnm armis, aut bacculo, uel percussione cum sanguinis effusione, etiam nõ sequuto effectu, teneatur pœna mortis naturalis; accidit enim plerumque quod habens secum arma, aut bacculum, & sic armatus aliquo armorum genere, vel bacculo conatur rem carnaliter cũ masculo aut fœmina habere, absque eo tamen quod in eo actu utatur aliquo modo armis, vel bacculo, & non sequuto effectu copulæ cat nalis, in dubitationem uenit, an puniri debeat pœna triremium, quasi attenrans sine armis, & sine bacculo secundum primum caput legis. An uero teneatur pœna mortis naturalis veluti attentans cum armis aut bacculo iuxta secundum caput legis prædictę. In qua hæsitatione uidi iudicari, & ipse etiam iudicaui multoties, ut teneatur pœna mortis, eo quod sufficiat quod habuerit arma, aut bacculum ad hoc, ut dicatur attentasse cum armis, aut bacculo, licet illis non fuerit usus, quæ opinio optime probatur ex dictos. qui armati, & ex dictis per Barto. & alios Doctores supra relatos, & a fortiori confirmatur ex dicto Angeli & sequacium de quibus supra memini. Aliquando tamen sequens opinionem aliquorum Iudicum inclinaui in mitiorem partem, quod teneretur pœna triremium, quasi non dicatur atrentasse cum armis, aut bacculo, cum eis vsus
7 non fuerit in illo actu, & lex videatur considerasse vsum armorum vel bacculi in ea attentatione, maxime cum ipsorum armorum & bacculi mentio fiat immediate post habitam mentionem violentiæ, & post modum etiam immediate fequatur mentio de percussionibus, vt sic ex præcedentibus, & sequentibus colligatur declaratio medii, quam tamen opinionẽ, licet benigniorem, de iure sustineri posse non arbitror, vnde a contraria sententia licet seueriori non est recedendum, quam vt dixi praxis obseruat. Nunquam tamen vidi de facto in his casibus dictam condemnationem uitæ exequi, sed ex gratia in mitiorem commutari, & plerumque in pœnam triremium in perpetuum, vel ad tempus pro motu principis, inspecta personarum, & facti qualitate.

EPITOME,

De pœna imaginem Saluatoris nostri Iesu Christi, Beatissimæ Virginis, vel Sanctorum, sputo, luto, immunditiis, vel aliter deturpantis, vel eam scindentis, lacerantis, percutientis, aut aliter facto offendentis, & ad quem Iudicem talis criminis cognitio, & punitio spectet, & de alius in hac materia.

SVMMARIA.

Imaginem Christi, Beatæ Mariæ Virginis, vel Sanctorum deturpantes, percutientes, vel facto offendentes pœnam mortis incurrunt, vt sæpe fuit obseruatum, nu.1.

Et vlterius quandoq; puniuntur in amputatione manus, nu.eo. & 3.

Et aliquando sola manus amputatione, nu.4.

Alias tamen sola fustigatione, concurrente aliqua excusationis causa, licet non satis probata, nu.6.

Quod vero huius delicti pœna sit arbitraria tenent aliqui, nu.5.

Crucis signum qui pinxit uel sculpsit in loco, ut pedib. calcari possit, tenetur pœna mortis, nu.2.

Crucifixi Imaginem, qui ob superstitionem aliquam proiecit in aquas, an pœna mortis teneatur, numero 7.

Iudicis secularis est cognitio delictorum supradictorum nu.8. cum seq. & nu.12.

Et procedit quoad pœnam iudicialem, pœnitentialis enim spectat ad Ecclesiasticum, nec vna tollit alteram, nu.9.

Quod tamen sit mixti fori, & sit locus præuentioni, voluerunt aliqui, nu.10.

Iudex Ecclesiasticus non potest pœnam mortis imponere, numero 11.

CASVS NONAGESIMVS PRIMVS,



Maginem Saluatoris nostri Iesu Christi, Beatissimæ Virginis, aut Sanctorum, sputo, luto vel immundiriis, aut aliter deturpantes, vel illam scindẽtes, lacerantes, ferientes, percutientes, aut alio modo offendentes facto, pęnam mortis incurrunt, Alex, consi.233. ponderatis his, col.2. sub num.6. lib. 6. & in addit. ad Bart. l. Sacrilegi 9 ff. ad l. Iul. peculat Dec. in l. si quis id quod in 2. notab. num. 4. ff. de iurisd. omn. iudic. Boer. Decis. 301. num. 17. 18. versi. sed quando tales, inquiens ita de facto fuisse obseruatum. Clar. in pract. crim. quæst. 68. nu, 19. versi. imaginem Christi, vbi præter Boer. refert alios de eadem obseruantia attestantes, Marsil. in pract. crim. §. quia. nu. 25. versi. vlterius scias, & in l. ex Senatus consulto, nu. 2. post Angel. ibidem ff. ad l. Cornel. de Sicar. Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. centur. 4. cas. 376. num, 4. Decian, in tract. crimin, tom. 2. lib. 6. cap 6. de pæn. blasphem. num, 5. versi. verum si facto offẽderetur. Vincent. de Franch. Decis. 504 num. 3. & pluribus sequentibus in 3. p. referens quendam, qui amissa pecuniaria in ludo, ingressus

ecclesiam

ecclesiam cum cultro incidit faciem Beatissi-
mæ Virginis & Saluatoris, quem in brachiis te
nebat, condemnatum fuisse in pænam amputa
tionis manus & mortis naturalis per ma
gnam Curiam Vicariæ, quæ habuit hoc deli-
ctum pro grauissimo, & eius sententiam fuis-
se approbatam per Sacrum cõsilium, & refert
Parid. de Pute. in tract. de ludo col. pen. dicen-
tem quod alias consuluit in Ciuitate Capuæ,
quod suspenderetur quidam, qui propter lu-
dum disperatus effoderat oculos Crucifixi, &
2 alii per eos allegati. Et si pęna mortis punitur,
qui in Christianæ religionis contemptum si-
gnum sanctissimæ Crucis in terra, vel in silice
aut marmore humi positis pinxit, aut sculpsit,
ita vt pedibus calcari & deuastati ab inceden
tibus posset, vt est tex. in l. vnic. cum glos. C.
nemini licer. sign. Saluator. multo magis hi ca-
pite puniendi erunt, qui studiosè deturpant,
proscindunt, feriunt, & lacerant ipsam Cru-
cem, & proinde imaginē Domini nostri, eius
immaculatæ matris, & Sanctorum, vt argu-
unt in dd. locis Menoch. nu. 3. Decian. d. nu. 5.
3 in fin. Quinimo dicit Boer. loco citato sub. d.
nu. 18. quod vltra pænam mortis, in facti con-
tingentia fuit etiam quidam condemnatus, in
amputatione manus, cum qua deliquerat, ita
vt prius amputaretur d. manus, & postea ca-
put, quod dictum referunt Clar. & Decian. in
locis allegatis, quod & seruatum fuit per ma-
gnam Curiam & Consil. Neapol. vt per Fran-
4 ch. in d. Decis. 504. nu. 9. & seq. Refert tamen
Angel. in d. l. ex Senatus consulto ff. ad l. Cor-
nel. de Sicar. quod alias cum iste casus cõtigis
set Perusij, fuit delinquenti solummodo am-
putata manus, quod dictum sequitur ibi Mar-
sil. in princ. nu. 2. & referunt etiam Afflict. lib.
3. const. Regn. Rubr. 54. de blasphema. Deum
& Virginem in Const. blasphemantibus, in 8.
dubitat. num. 11. Dec. in d. l. si quis id quod, in
2. notabil. nu. 4 Boer. d. decis. 301. sub num. 18.
Menoch. d. cas. 376. nu. 6. Versic. alia etiam mi-
tiori pæna, Decian. d. c. 6. nu. 9. versi. pro vt etiā
eadem ratione, & alii per eos adducti. Vnde
5 nō immerito conatur Menoch. d. cas. 376. osten
dere pęnam hanc iudicis arbitrio esse imponē
dam pro personarum & facti qualitate, & quā-
doque esse pænam mortis, quandoque verò mi
6 tiorem, iuxta per eum deducta. Dicit tamen
Boer. d. decis. 301. in finalibus verbis sub n. 18.
quendā, qui ense percusserat imaginem Chri-
sti, & amputauerat partem faciei cum crini-
bus, fuisse excusatum a pæna mortis prætextu
ebrietatis, licet non bene probatæ, & conde-
mnatum ad ictus fustium, idest ad pænam fu-
7 stigationis. Plus dicit Paris. de Pute. in tract.
de ludo col. penult. pro vt illum refert Vincēt.
de Franch. d. Decis. 504. nu. 13. quod fuit suspē
sus quidam, qui imaginem Crucifixi in aquas
proiecerat, vt pluuiæ cessarent, licet ipse esset
in uoto contrario. Quod mihi non displicet,
cum hoc potius superstitionem quandam, quā
contemptum diuinæ maiestatis & peruersita-
tem delinquentis præseferre & denotare vide
retur, adeò quod mitiori quam mortis pæna
puniendus veniret, pro vt sentiebat Paris.
8 Et horum delictorū cognitio spectat ad Iu-
dicem secularem, vt ex pluribus cõcludit Mar
sil. in d. l. ex senatus consulto n. 3. & seq. versi.
sed vltra Angel. ego quæro ff. ad l. Cornel. de
Sicar. & firmat etiam Boer. d. decis. 301. col.
fin. sub nu. 18. post versi. & idem tenet, quod an
te eos voluerunt Petr. de Ancaran. cons. 15.
Spiritualis Iudex in prouincia Romandiolæ p
totum, & Socin. consi. 119. præsupponitur in
facto n. 8. cum pluribus seq. vsque ad finē versi.
quibus præmissis lib. 4. in quibus locis copio-
9 sissime & elegantissime concludunt, in huius-
modi criminibus pænam fori Iudicialis specta
re ad Iudicem secularem, pænam vero fori pę-
nitentialis pertinere ad Iudicem ecclesiasti-
10 cum, & vnam non tollere alteram. Et licet se-
cundum Marsil. vbi sup. etiam Iudex ecclesia-
sticus possit in foro Iudiciali procedere, & de-
linquentes punire, pro vt secularis & inter eos
locus sit præuentioni, ex eo quod videatur es-
se crimen mixti fori, quod & est de mente Pe-
tri de Anchar. d. consi. 15. ante finem versi. non
obstat quod Iudici; & colligitur ex dictis per
Decian. in tract. crim. tom. primo lib. 4. cap. 26.
Rubr. mixti fori quæ sint sub nu. 1. & 2. Quia ta
11 men Iudex ecclesiasticus non potest impone-
re pænam mortis, vel sanguinis iux. cap. cleri-
cis, & cap. sententiam sanguinis, extra ne cle-
rici vel mon. ad eam imponēdam, solus laicus
12 procedere debet, vt volunt Socin. Marsil. &
Decian. sup. relati, a quibus non discrepat An-
car. d. consi. 15. col. fin. sub nu. 4. adeo quod fir-
ma remanere videtur cõclusio, quod huiusmo
di criminis cognitio quoad penam fori Iudi-
cialis ad solum Iudicem secularē spectet, respe
ctu vero fori pænitentialis ad Ecclesiasticum.

EPITOME.

An, & quando Iudex habens arbitrium a lege in condemnādo delinquentes, possit imponere pænam mortis naturalis.

SVMMARIA.

IVdex habens arbitrium in condemnando, an possit pænam mortis imponere, quæstio est Cæsarea decisione indigens, nu. 1.

Affirmatiuam opinionem multi tenent. nu. 2.

Negatiuam alii. nu. 3.

Distinguunt aliqui, nu. 4.

Iudex habens arbitrium in condemnando, quod possit ad mortem condemnare concurrentibus talibus circunstantiis, ex quibus de iure uel consuetudine reus mori debeat. non habet dubium. nu. 5.

Sed quod possit si facti circunstantiæ suadeant, li-

cet non sint tales, ex quibus d. iure mors debeatur, ostenditur, nu. 6. & 8. cum seq.

Arbitrium Iudici concessum debet aliquid operari vltra ius commune, nu. 7.

Iudex habens arbitrium in condemnando, potest pœnam leuiorem uel grauiorem imponere pro facti circumstantiis, num. 9.

CASVS NONAGESIMVS SECVNDVS.

1 MAgna est quæstio, & adeo du-
bia, vt Cesaris decisione indi
geat, num quando pœna a le-
ge iudicis arbitrio est com-
missa, is possit imponere pœ-
nam mortis. Etenim quod
2 possit, tenuit gl. omnibus nota in §. in summa,
in verbo, extraordinaria, inst. de iniur. quam
communiter sequi & approbari attestātur Bar
bac. Dec. Belenc. Marāt. Alciat. & Viuius in lo-
cis relatis per Clar. in pract. criminal. quæst. 83.
num. 11. versi. sed quæro in princ. vbi amplius
citat Papp. affirmantem secundum opinionem
illius glos. iudicatum fuisse in Parlamento Pa-
risiensi. His adduntur Bald. in cap. primo §. iniu
ria in princ. num. 1. de pac. iuram. firm. in vsib.
feud. Cepol. in repet. leg. si fugitiui, num. 46. &
pluribus sequent. versi. item est magna dubita-
tio C. de seru. fugit. Dec. in l. qui iurisdictioni,
sub nu. 9. versi & per regulam ff. de iurisd. omn.
iud. Gomez. tom. 3. var. resol. cap. 6. de iniur.
num. 8. versi. & in tantum, Farinac. lib. primo,
qq. crim. tit. de delict. & pœn. quæst. 17. num. 34.
ampl. 12. vbi citat plures alios, & nonnullos
de com. & mag. com. attestantes, Ioseph. Cu-
mian. in tract. Syndicat. cap. 24. tit. de sentent.
nu. 64. vbi & ipse recenset multos magis com.
dicentes, & nouissime Vincent. de Franch. De-
cis. 504. num. 10. & 11. in 3. par. maxime in de-
licto graui, in quo, idem ante eum tenue-
runt Bald. in l. fin. in final. verbis, ff. de ser. di-
uis. Angel. de Aretio in §. Sanctæ quoque res.
in fine sub numero 3. inst. eo. tit. & Dec. in d. l.
si fugitiui numero 94. versi. & si graue C. de
seru. fugit.
3 Verum contrariam sententiam, quod non
possit Iudex arbitrari pœnam mortis, tenue-
runt & communiter dixerunt Dec. sibi contra
rius, Afflict. Carer. Gram. Cassan. Petr. de Sonc.
Carauit. Menciac. Felin. & Villapand. in locis
adductis per Clarum vbi sup. versi. contrariam
autem sententiam, & hanc ipse dicit magis tu-
tam, & mitiorem, & sibi plus placuisse, & non
putare in iudicando esse ab ea aliquo modo re
cedendum, & ita etiam sentit glos. in l. sacrile-
gi, noua, in glo. in uerbo considerandum, ff. ad
l. Iul. peculat. & expresse tenent Lodouic. de
Peguer. in suis qq. seu Decis. crimin. cap. 7. nu.
12. versi. & non obstaret. & cap. 24. num. 17.
versi. nam in criminibus, Menoch. de arbitr.
iud. lib. pr. quæst. 86. in princ. num. 1. & seq. di-
cens communem, & multi alii adducti per Fa-
rinac. in d. 12. ampliatione. versi. & licet contra
rium de directo, & nouissime Thesaur. Pe-
dem. 12. sub num. 9. post versi. non negamus ta
men, attestans de com. cum qua opinione tran
sit etiam postea Decision. 161. num. 6. versi. qui
bus sic stantibus, & Decis. 243. num. 9. versi. &
ad decretum.
4 Vnde in tanta Doctorum varietate, & opi-
nionum contrarietate fœdere distinctionis du
bium hoc resolui posse putauerunt alii, vt scili
cet opinio affirmatiua gl. in d. §. in summa, in-
telligenda sit & procedat, modo qualitas deli
cti, aut circunstantiarum sit talis, quod de iur.
com. vel ex consuetudine esset pro eo delicto
pœna mortis imponēda, alias vero secus, & lo-
cum habeat altera opinio negatiua, pro vt ita
communiter dictum glos. limitari & declara-
ri ex mente Alex. Dec. Afflict. Gram. Don An-
ton. de Padil. & Crauet. dicit Clar. in loco cita
to ad fin. versi. sed dato etiam, & præter illos
Alex. consi. 111. ponderatis verbis n. 3. lib. pri-
mo, dicens communem, & consi. 13. attētis his
nu. 15. lib. 7. vbi etiam late addentes, & consi.
121. ad fin. sub nu. 9. eod. lib. 7. dicēs pariter de
com. Caret. in pract. crim. §. circa igitur ter-
tium nu. 28. cum plurib. seq. versi. item augetur
pœna fol. 205. Angel. de malef. in verbo & ibi
caput a spatulis nu. 44. & seq. in versi. quæro ali
qua lege, & ibi etiā August. in addit. Dec. consi.
100. in causa inquisitionis in vlt. dubio nu. 10.
& Gomez. d. ca. 6. de iniuriis sub n. 8. post versi.
& in tantum, in 2. casu, & hoc non habet du-
5 bium quoad opinionem affirmatiuam, vt pos-
sit iudex pœnam mortis indicere, in casu in
quo de iure communi vel ex consuetudine, ea
inferretur. Sed respectu negatiuæ, declaratio
ista pœnes me dubia est, & forte nō vera, quod
scilicet Iudex non possit arbitrari pœnam mor
tis, quando de iure communi vel ex consuetu-
dine pro eo delicto talis pœna non imponere-
6 tur, quoniam existimo quod & si de iure com-
muni vel ex consuetudine pro delicto non infe
ratur pœna mortis, tamen si delictum sit adeo
atrox, vt ex circunstantiis & qualitatibus il-
lud aggrauantibus, videatur suaderi, quod pœ
na mortis inferri possit, Iudex poterit illā im-
ponere, licet secus sit, vbi qualitas facti aliud
exigere videatur, quia tunc aliam pœnam mi-
tiorem imponere debet, cum tanquam vir bo-
nus, debeat arbitrari, & pœnam commensura-
re delicto, ita videntur concludere Imol. in l. 2.
num. 4. versi. quid autem, ff. de publ. iudi. Go-
mez. d. cap. 6. de iniur. sub nu. 8. post versi. & in
tantum in primo casu. Menoch. d. q. 86. nu. 20.
versi. declaratur 2. Alex. d. consi. 13. num. 15. lib.
7. Carer. in d. §. circa igitur tertium, num. 28. &
seq. Angel. de malefic. in verbo & ibi caput a
spatulis nu. 44 & seq. & ibi etiam August. in ad
dition. & Farinac. d. q. 17. limit. prima num. 35.
post plures alios, quos allegat, & ita etiam col
ligitur ex congestis per Io. baptist. Caccialup.
inter cons. crim. diuers. tom. primo in vlt. loco
collectis

collectis per Zilettum in magna forma consil. 91. numero 10. & sequent. vsque ad finem; Nec dissentire videntur supra allegati Doctores loquentes in casu, in quo secundum ius commune vel consuetudinarium posset pœna mortis inferri, immo assentire videtur, dum postea generalius loquuntur, quando ex circunstantiis, & qualitatibus aggrauantibus delictum Iudex persuaderi potest ad dictam pœnam inferendam, quod ex eo comprobari potest, quia arbi
7 trium Iudicis in condemnando multum operatur, & eius vigore videtur Iudex posse arbitrari etiam vltra ius commune vel consuetudinarium, & imponere pœnam mortis, quando casus ita exigere videatur, vt aliquid operetur dictum arbitrium, cum maxime propter enormitatem criminis licitum sit leges, & consuetudines transgredi, nec liberũ diceretur arbitrium, si secundum leges, & consuetudines tantum esset regulandum, vt ex his rationibus tenuit Cepol. in reper. dict. § l. si fugitiui, num. 52. versic. aut Iudex habet arbitrium. & numero 53. versic. 2. casu qui idem sentit, sub nume. 54. versic. aut lex vel statutum, quando a lege vel consuetudine, nihil certi in pœnis est determinatum, sed totum iudicis arbitrio cõmissum, nam & tunc pœnam mortis imponere potest,
8 vt ibi per ipsum, cuius dicta ad hanc rem optime faciunt. Et cum hac opinione ego transeo, quod scilicet prima opinio affirmatiua glo. in dicto §. in summa, vera sit, quando factum est tale, quod videatur dignum morte, licet de iure com. vel ex consuetudine pro eo talis pœna imposita non reperiatur, & ab hac opinione nullus hoc casu discrepat, etiam ex his, qui sustinent opinionem negatiuam contra d. glo. vt bene aduertit Farinac. d. ampliat. 12. in fine, & d. limitat. prima etiam in fine. Iudex ergo vi
9 gore d. arbitrii sibi concessi, pœnam arbitratur secundum facti circũstantias, quandoque leuem, quandoque grauem, & quandoque grauissimam vsque ad mortem inclusiue, vt recte considerat Io. de Imol. in d. l. 2. sub num. 4. versic. quid autem, ff. de public. iudic.

EPITOME.

An & quando absolutus semel ab vno crimine possit pro eodem iterum accusari vel inquiri, & quando reus sit absoluendus, quia non commisit crimen, & quando quia non est probatum, & quando ab obseruatione iudicij, vel ex processatis tantum, aut cum alia clausula idem importante, vel aliter relaxandus ex carcere sub fideiussione, vel libere.

SVMMARIA.

Absolutus semel, non debet amplius molestari, numero 1.
Siue per accusationem, siue per inquisitionem fuisset contra eum processum, nu. 2.
Quod iure ciuili sine dubio procedit, eo.
Sed & etiam de iure canonico, licet aliqui dubitent, eodem.
Declarantur prædicta vera esse, & absque dubio si tanquam innocens fuerit absolutus, 3. & 11.
Sententia absolutoria, quia non est probatum, dicitur de iure commu. diffinitiua, transit in iudicatum, & impedit iterum agi etiam ex nouis indiciis, nume. 4. 6. 15. & 18.
Licet aliqui contrarium senserint, nu. 5.
Florentiæ ex prouis. illius ciuitatis, ille contra quẽ fuit per inquisitionem processum, si sit absolutus, quia non probatum, poterit iterum molestari, numero 7.
Clausulæ quæ importent absolutionem ab obseruatione iudicij, nu. 8.
Sentent. absolutor. ab obseruat. iudicii dicitur diffinitiua quoad hoc, vt ex eisdem actis amplius agi nõ possit, nu. 9.
Sed quoad effectum interlocutoria, quia ex nouis reuideri poterit, nu. 10.
Sent. absolutoria ferenda est diffinitiua, quando constat quod reus crimen non commiserit, nu. 11.
Senten. absolut. ferenda est cum clausula rebus sic stantibus vel simili, quando non est probatum, nec extant indicia ad torturam, vel ad pœnam extraordinariam, nu. 2.
Et tunc ex nouis indiciis poterit iterum procedi, nu. 13. & 16.
Et ita in pluribus locis seruatur, nu. 14. & 17.
Practica absoluendi in casu præd. cum dictis clausulis est contra ius commune, nu. 15.
Laudatur tamen, nu. 17.
Reus non debet etiam de iure commu. vt innocens absolui, quando crimen non est probatum, sed vti non repertus culpabilis, licet in effectu iuris communis sit idem, nu. 18.
Sentent. absolutoria ferenda est ex consuetudine cum clausula rebus sic stantibus, etiam si reus per torturam purgauerit indicia, & ex nouis poterit molestari, nu. 19. & 21.
Etiam si steterit in carcere post torturam per 20. uel 30. dies, nec noua indicia superuenerint. 22.
Et istud videtur seruandum, vbi reus sit multum suspectus, eod.
Iste tamen, qui purgauit indicia, deberet de iure cõmuni diffinitiue absolui, nu. 20.
Reus qui purgauit indicia per torturam solet quandoque sub fideiussore absque alia sent. relaxari. n. 23.
Quod in pluribus locis seruatur, nu. 24.
Aliquando & absque alia sent. vel fideiussione solet relaxari, nu. 25.
Iudicis autẽ arbitrio remittitur, an altero ex præd. modis sit relaxandus. nu. 26.
Et quid debeat iudex isto casu aduertere. eo.
Reus etiam grauiter tortus, & perseuerans in nega- tiua,

tius, potest condemnari in pœnam extraordinariam, & etiam triremium iuxta facti circunstantias, numero 27.

Quod procedit nisi omnino purgauerit, quia tunc nō debet condemnari, nu. 29.

Reus, vt supra tortus, posset secundum aliquos etiam ad mortem condemnari, quod tamen reprobatur, numero 28.

Reus non diffinitiue, sed aliquo ex modis prædictis absolutus, poterit denuo molestari infra illud tempus, quo durat ius accusandi, vel inquirendi, & non vltra, nu. 30.

Est autem istud tempus 20. annorum, nu. 34.

Et dicta opinio videtur verior & noviter comprobatur, nu. 33.

Dicet alij biennium dixerint, nu. 31.

Decennium alii, nu. 32.

Acta iudicii ordinatoria, quorum effectus erant consummati per litis contestationem, vt præscriptionis interruptio, non pereunt lata sententia ab obseruat. numero 33.

Tempus decursum ante interruptam præscriptionem non computatur, sed integri temporis cursus denuo incipere debet. eq.

Officium iudicis in criminalibus expirat per 20. annos, num. 35.

Sententia si talis non sit, vt ex ea appareat an quis sit diffinitiue, vel ab obseruatione absolutus, recipit declarationem ex processu. 36. cum seq.

Si ex actis non appareat, præsumitur ab obseruatione num. 42.

Sententia præd. habetur pro diffinitiua, si ex actis appareat, reum non commisisse crimen. 37.

Et procedit tam de iure quam de consuetudine. 39.

Si vero crimen non appareat probatum, præsumitur lata quia non probatum, 38.

Et hoc de consuetudine, quia de iure deberet esse diffinitiua, & pro tali haberetur. 40.

Actus omnis etiam legalis recipit interpretationem a consuetudine num. 41.

Noua indicia dicuntur, quæ a primis specie, & substantia differunt, non ea quæ magis prio a probent, numero 43. 45.

Et hoc siue ex dicto torti siue aliter procedant. nu. 44.

CASVS NONAGESIMVS TERTIVS.



1 Via absolutus semel ab vno crimine, non potest pro eodem iterum molestari, cum de eiusdem hominis delicto sæpius quærendum non sit, c. de his, extra de accusat. l. si cui. §. iisdem in ff. de accusat. Boss. in pract. crimin. tit. de sent. num. 60. Conar. lib. 2. var. resol. cap. 10. in princ. Paul. Grillād. de relax. carcerat. rubr. de absol. innocentis quæst. 2. sub num. 2. in versi. & notat. Clar. dicens ita communiter teneri in pract. crim. q. 57. in princ. num. 1. & latissime Farinac. lib. 1. qq. crimin. tit. de inquisit. quæst. 1. num. 51. versi. sextum est requisitum, & quæst. 4. in princ. num. 1. in quibus locis cæteros eiusdem sententiæ refert, & de com. & approbata sententia attestantes,

2 & hoc non solum quando processum fuit contra eum per viam accusationis, sed etiam per viam inquisitionis tam de iure ciuili, in quo omnes conueniunt, quam de iure canonico, in quo nonnulli contradicunt. Couar. lib. 2. uar. resol cap. 10. numero 5. versi. octauo constat. Clar. d. quæst 57. num. 7. versi. procedunt etiam hæc, & num. 8. versi. sed hæc quidem, & Farinac. d. quæst. 4. sub num. 3. versi. amplia 2. & alii per eos citati.

3 Quæ conclusio de plano procedit, quando quis est absolutus tanquam innocens, eo quia non commisit crimen, nam eo casu procul dubio, illi competit huiusmodi exceptio rei iudicatæ. Foller. inquiens esse veram sententiā ab omnibus approbatam tam secundum legistas quam secundum canonistas in pract. crimin. canon. cap. 35. num. 2. & 3. fol. mihi 102. Boss. d. tit. de sentent. num. 77. Paul. Grilland. d. quæst. 2. sub num. 1. & 2. Couar. d. cap. 10. sub num. 1. versi. quarto eadem decisio. Clar. d. quæst. 57. num. 2. versi. & hec quidem conclusio. Fariuac. d. quæst. 4. in quinta limit. num. 23. & 24.

Maius autem dubium est an procedat quando quis est absolutus ob defectum probationum, eo quia crimen non est probatum, sæpissime enim absoluitur quis, non quia apparuerit innocens, sed quia non fuit repertus punibilis in processu, cum esse possit quod fuerit culpabilis, licet talis non appareat ex actis, in qua difficultate de iure resoluendum videtur, d. cō clusionē procedere, ex quo absolutoria, quia non probatum, est diffinitiua, transit in iudica-

4 tum, & impedit iterum agi contra absolutum, etiā si noua superueniant indicia. Boss. d. tit. de sent. nu. 76. versi. quæro quis est absolutus, Foller. d. c. 35. sub nu. 8. post versi. est tamen aduertendum circa principium, & in fin. Clar. d. q. 57. num. 3. versi. sed hic quæro in fin. Couar. lib. primo var. resol. ca. 1. sub n. 8. versic. 4. constat, & lib. 2. cap. 10. n. 1. versic. primo hæc reg. Farinac. d. q. 4 in 3. ampliat. nu. 27. in princ. & iterū sub n. 28. post versi. sed quid in dubio, Thesaur. Decis. Pedem. 122. sub nu. 13. in 6. ampl. quam opinionem reprobata sententia Romani in l.

5 admonendi n. 50. ff. de iur. iur. tetentis contrarium, & nullam esse differentiam inter talem pronuntiationem, & sententiam ab obseruatione iudicii latam, vt vtroque casu nulla rei iudicatæ obstante excep. possit iterum agi, te-

6 nent communiter Doctores, vt ostendunt in eadem l. admonendi lasi in lectura num. 71. & in repet. nu. 78. & Rip. n. 77. & ante eos Castrens. ibidem nu. 19. & 20. versi. contra secundum dictum & nu. 22. versi. secundum quod & in l. argentarius §. cum autem n. 4. ff. de edend. & melius in l. sub prætextu nu. 2. versi. & ego puto C. de transact. vbi præcise inquit vidisse plures et rare, credentes quod absolutio facta propter defectum

defectum probationum actoris possit retracta
ri ex nouis iuribus, quasi sit sententia absolu-
toria ab obseruatione iudicij, quod est fal-sissi-
mum, quia est diffinitiua, & non retractatur ex
iuribus de nouo superuenientibus, & sic parit
exceptionem rei iudicatæ, vt ibi per ipsum, Fe
lin. in cap. aduersario, num. 4. extra de except.
Natt. in addit. ad Alexand. consi. 66. lib. 5. in vl
ti. apostil. Alciat. in l. si calumnietur, nume. 5. ff.
7 de verb. signific. quod notandum est in praxi.
Vnde extaut in aliquibus locis, prout Floren-
tiæ per prouisionem seu reformationem eccel
sorum Dominorum Priorum, & Vexilliferi de
anno 1441. die 28. Februarij ordines quod nõ
obstãte absolutione facta ob defectum proba-
tionum, quis denuo possit molestari, & con-
demnari, loquitur tamen d. prouisio quando
fuit processum per viam inquisitionis, & fuit se
quuta d. absolutio.
8 Non procedit autẽ præmissa conclusio, quã
do quis fuit absolutus ab instantia, vel ab ob-
seruatione iudicij, aut ex processatis tãntum,
vel ex hactenus deductis, vel stantibus rebus
pro vt stant, aut alio non educto, vel non appa-
rente, vel per alia similia verba idem importan
9 tia, quia talis absolutoria licet transeat in iu-
dicatum, & videatur sapere naturam diffiniti-
uæ, eo quia nisi aliud de nouo superueniat, nõ
potest reuocari vt per Thesaur. alios allegat.
10 decis. Pedem. 81. nu. 11. & Decis. 121. num. 13.
& per Paul. Grilland. quem non adducit d. q.
2. sub num. 2. post versic. & isto casu dicit ipse.
Tamen effectu considerato dicitur interlocu-
ria, quia ex nouis iuribus potest reuideri & re
parari etiam ab eodem Iudice, vt dicit in dd.
locis fatetur Thesaur. ex Alciat. quem citat, in
l. si calumnietur, 231. nu. 4. & 5. ff. de verb. signi
fic. & d. absolutionem non parere exceptionẽ
peremptoriam rei iudicatę nec impedire, quin
ex iuribus superuenientibus, possit Reus iterũ
molestari, tenent Grilland. sub d. nu. 4 Folle. d.
c. 35. n. 9. versi. secũdo verò casu, Cou. lib. 1. var.
resol. ca. 1. n. 8. versi. 4. constat & lib. 2. ca. 10. nu.
1. versi. primo hæc reg. Boss. d. titul. de sent. nu.
65. Farinac. d. q. 4. in quinta limit. nu. 23. & 24.
omnes DD. in d. l. admonendi ff. de iur. iur. &
alii infra statim citandi.
11 Quamobrem intorducta est obseruantia, vt
in criminalibus causis, quando constat de in-
nocentia rei, quod crimen non commiserit, fe-
ratur sententia absolutoria simpliciter, & diffi
nitiue, quo casu non potest deinde contra ab-
solutum procedi ex eadem causa, etiam super-
12 uenientibus nouis indiciis: quando vero non
constet de innocentia, sed contra eum non est
probatum crimen, quia non adsunt indicia suf-
ficientia ad torturam inferendam, vel ad ali-
quam penam extra ordinariam imponendam,
sententia nõ profertur absolutoria simpliciter
& diffiuitiue, sed cum clausula rebus stantibus
pro vt stant, vel cum aliis verbis similibus, de
quibus supra memini, vt quandocunq; postea
nona superueniant indicia, semper procedi
possit contra eundem reum non obstante d.
13 sent. vt tradunt Boss. d. tit. de sent. n. 65. & 72.
testans de obseruantia præd. in vniuerso Me-
diolanensi Dominio. Paul. Grilland. d. quæst. 2.
nu. 1. 2. & seq. Couar. lib. 1. var. resol. cap. 1. sub
nu. 8. post medium inquiens, ita seruari in Hi-
spania, & quod est hoc expediens & vtile Rei-
pub. ad punienda scelera, & ad effugiendas de
latorum & accusatorũ præuaricationes. Clar.
d. q. 57. nu. 3. versi. sed hic quæro ad finem, & la
tius q. 62. num. 2. versi. forma autem absolutio-
14 nis, vbiq; testans quod ita est stilus in Ducatu
Mediolani, & vlt. loco refert Igne. & Rebuff.
de eadem. obseruantia testantes in Gallia, idẽ
per omnia tenet Cartar. de interrog. re. lib. 4.
cap. 1. nu. 135. & seq. versi. sed consuetudo obti-
nuit, & nouissime sequitur Farinac. d. q. 4. nu.
27. in 3. ampl. affirmans quod & in vrbe ita pra
cticatur, subdens ita per omnes seruari debe-
15 re; licet enim practica hæc contraria sit iuri
communi, secundum quod non probato deli-
cto contra reum, sequi deberet eius absolutio
diffinitiua, glos. singularis in l. si fundus §. in vẽ-
ditione. in verbo absolui debet, ff. de pign. &
hyppotec. Boss. d. tit. de sent. num. 67. versi. de
iure, Couar. d. cap. 1. n. 8. vers. quarto constat, &
d. c. 10. n. 1. versi. primo hæc reg. Cagn. in l. fauo
rabiliores nu. 14 ff de reg. iur Felin. in c. aduer
sario tuo n. 5. ante finem vers demũ caue, extra
de exception. omnes D D. in l. properandum
§. & si quidem. C. de iudic. in l. qui accusare C.
de eden. & in l admonẽdi, ff. de iur. iur. Alciat.
in l. si calumnietur nu. 4. & 5. ff. de verb. sign.
qui repræhendit Iudices hoc casu rebus sic stã
tibus absoluentes, Farinac. d. q. 4. in 3. ampliat.
sub nu. 27. versic. contrarium, & proinde sic ab
solutus amplius molestandus non esset, vt di-
ctum est sup. in versi. maius autem dubium est.
tamen vigore d. obseruantię secus est, quia nõ
diffinitiue absoluitur, sed ab obseruat. iudicii
tantũ, vel expresse, vel per appositionem clau-
sulæ rebus sic stantibus, vel alterius simi lis, &
16 nouis superueniẽtibus indiciis molestatur ite
rum, vt præfati DD. dicunt, & præsertim Car-
tar. vbi sup. num. 136. versi. & hoc casu, & Fari-
nac. d. ampl. 3. num. 27. versi. quid dicendum &
rursus sub nu. 28. post versi. sed quid in dubio,
17 quam practicam sicut summo perc lando, ita
quandoq; eam obseruaui, & præsertim quãdo
procedebatur per inquisitionem, licet vt pluri
mũ viderim in magno Ducatu Hætruriæ reos
absolui, tanquam non repertos culpabiles ex
18 defectu probationum, nec vnquam uidi in pra
ctica seruari quod in casu non probati crimi-
nis iudex absoluat reum vti innocentem, nec
est hoc de iure communi, quicquid dicat Fari-
nac. in d. 3. ampl. sub nu. 27. versi. econuerso au
tem, absoluitur enim de iure & etiam ex pra-
ctica tanquam non repertus culpabilis, nec de
iure punibilis, non autem vti innocens, bene
verũ est quod vtraq; sententia est diffinitiua,
& parit

& parit eundem effectum rei iudicatæ, vt dixi.
19 Et idem obseruari dicit Clar. d. q.62.nu. 2. versi. forma autem ad finem, quando contra reum extabāt indicia ad inferendā torturam, & tortus ea purgauit, vt scilicet & hoc casu ex consuetudine absoluatur tātumodo rebus sic stantibus, vel cum alia clausula idem importāte, vt postea superuenientibus nouis indiciis
20 possit iterum molestari, licet de iure quando quis fuit tortus & purgauit indicia, videretur diffinitiue absoluendus, ac si puram veritatem
21 dixisset, quod latius prosequitur q.64.num.38. versi. illata reo tortura, & ante eum idē tenuit Boss. d. tit. de sent. nu.68 & 69. versi. si tamen Iudex & n.71. & 72. versi. & si ex minria, sequitur Farinac. d. q.4 n.26. in 2. ampliat. & alii per eos allegati, qui etiam de tali obseruantia in Regnis Hispaniarum & Franciæ, & in Ducatu Mediolani, ac in Dominio Ecclesiastico testantur. & cum ista opinione pertransit Cartar. in tract. de interrog. re. lib.4. cap. 1. num. 135. & seq. versi. sed consuetudo, vbi post relatas varias opiniones, tandem concludit quod consuetudo obtinuit, quod reus qui purgauit per torturam indicia, absoluatur tantumodo tanquam non repertus culpabilis, nec de iure punibilis rebus sic stātibus, & ita ex hactenus deductis, quo casu si deinde noua superueniāt indicia, de nouo contra eum proceditur, non obstante tali sententia. idem tenuit Grilland. d. q. 2. nu.2. & 3. versi. & ista est vera forma, & versi.
22 secundo vero casu. Et dicit Iodoc. in pract. crim. ca.40. nu. 1. & 2. quod talis reus etiā post torturam retētus in carceribus per 20. vel 30. dies, & nullis superuenientibus indiciis, non absoluitur plenarie, sed quousq; aliud nō emergat, quod & ego seruaui, quando tortus vi debatur multum suspectus & non alias.

Sed & in hoc casu, quandoq; relaxatur reus
23 sub fideiussore de stando iuri, & se præsentando toties quoties fuerit requisitus, nulla lata sententia, nec diffinitiua, nec ab obseruatione iudicii, vt sic postea nouis superueniētibus
24 indiciis, de nouo molestetur, & hāc esse com. practicam & obseruantiam dicit Caret. in pract. crim. §. circa septimum, n.23. versi. vlt. quid fiendum. fol.97. & tradit Clar. d. q. 62. sub nu. 2. versi. forma autem ad finem, & d. q. 64. sub nu.38. versi. illata reo tortura post principium ex relatione aliorum, quos adducit, & licet priori loco dicat, hoc non seruari in Ducatu Mediolani, nisi Senatus, cui fiunt relationes causarum criminalium, id expresse iubeat, tamen posteriore loco non videtur ab hac opinione recedere, quam practicam sequuti sunt Cartar. de interrog. re. lib.4. c. 1. num. 134. versi. & secundū aliquos, & alii relati per Farinac. d. q.4. in 2. ampliat. sub num. 26. versi. tertia fuit, qui eam in statu ecclesiastico seruatam vidisse affirmat sub eod. n.26. versi. ego autem, & ipse etiam aliquando in Dominio Florēt. & Senensi eandem seruaui.

25 Quandoq; etiam simpliciter absque prolatione alicuius sententiæ, & nulla præstita cautione de stando iuri, & se repræsentando relaxatur reus, vt mox ad iudiciū reuocetur, quādocunq; noua superueniant indicia, vt tradit Boss. d. tit. de sent. num.60. & 61. versic. sententiæ vim, & expressius Farinac. d. q. 4. in 2. ampl. sub nu. 26. versi. ego autem, vbi propterea
26 cōcludit in hac opinionum & practicarum diuersitate id totum a indicis arbitrio pendere, vt si nihil speret de superuenientia nouorum indiciorum, & reus instet pro absolutione, eū absoluat ab obseruatione iudicij: si vero non petat absolutionem, libere relaxet sine vlla ab solutione, & absq; aliqua fideiussione, nec expectet, vt pro consequendis sportulis absolutoriæ miser reus detineatur, quousque se absolui petat: si vero de nouis indiciis aliquid speret, relaxet illum sub fideiussione, aut si fideiussorem non habeat, sub iuratoria cautione, saltem, vbi illum post illatam torturam retinuerit in carceribus per 20. aut 30. dies, & nihil noui superuenerit, quod & colligitur in parte ex notatis per Iodoc. in praxi crim. cap 40. de negatione patientis in tortura in princ. num. 1. & 2. & mihi multum placet.
27 Dicit etiam Clar. d. q.64. nu. 38. versic. illata reo tortura ad finem, quod in senatu Mediolani, quandoq; etiam post grauem torturam & perseuerantiam rei in negatione, vbi indicia sint valde vrgentia, reus solet condemnari, non quidem in pœnam ordinariam delicti, sed extraordinariam etiā corporalem, & etiā triremium ad tempus vel in perpetuum, atten
28 ta qualitate facti & personæ tortæ, reprobata opinione tenentium quod etiam in pœnam ordinariam & mortis naturalis cōdemnatio fieri posset, quod totum probat Boss. per eum citatus in pract. crim. tit. de inquisit. nu.30. versi. vel etiam quando, & vere in casibus enormibus, & grauissimis, non solet reus totaliter et
29 plenarie absolui, nisi totaliter fuerit tortus, & tam acriter, quod per exactam illam torturam ab omnibus indiciis, & suspitionibus satis appareat purgatus, vt dicit Iodoc. d. cap. 40. in fin. num. 3. quod & sentit Boss. in d. tit. de sent. sub nu.70. versi. & quādo conuictus, ubi inquit quod si tormenta non sint in tanta quantitate, vt omnis sublata sit suspicio, Iudex non absoluit reum, sed pecuniaria pœna damnat, & secundum hanc opinionem pluries iudicaui condemnando tortos extraordinarie, quandoque in pœnam pecuniariam, quandoq; in pœnā exilij, vel relegationis temporalis, & quandoq; etiam triremium ad tempus iuxta grauitatem criminis, mensuram inditiorum, & qualitatem personarum, nec hoc in practica recipit aliquam dubitationem.

Absolutoria igitur ab obseruatione iudicii, vel cum clausula rebus sic stantibus, vel alia idem inferente, non impedit, quin absolutus possit de nouo accusari aut inquiri, si noua superueniant

perueniant indicia, quemadmodum posset, si
nulla lata sentẽtia reus a carceribus relaxatus
fuisset sub fideiussore, aut cum iuratoria cau-
tione, aut etiam libere & simpliciter, vt ex præ
missis patet. Sed difficultas est videre intra quã
tum tempus de nouo molestari possit talis reus
30 sic absolutus, vel dimissus. In qua re Foller. d.
cap. 35. numero decimo, uersic. sed pone, dicit
quod hoc poterit fieri non semper, sed infra
tempus a lege constitutum, inferens propte-
rea, quod si prosequatur primum indicij iam
intentatum, id tantummodo infra 30. dies fie-
ri poterit. l. libellorum, §. fin. ff. de accusatio. si
uero nouum indicium intentetur hoc fieri po
terit infra tantum tempus, infra quod durat
ius accusandi uel inquirendi, & non ultra. l. ac-
cusaturus, ff. de adulter. quam Decisionem se-
quitur Farinac. d. q. 4. num. 29. uersic. sublimita
31 hanc quintam limitationem. Ego autem repe
rio Alciat. in l. si calumnietur, 233. num. 3. & 5.
ff. de uerborum signific. formaliter dicentem,
quod bis errant vulgares latrunculatores, qui
si reum conuincere nequeant, eum reb. sic stan
tibus absoluunt, vt quãdocunque uel minima
coniectura ducti, rursus in carcerem tradant;
nam elapso biennio inquietari amplius nõ po
test. & cum accusatori statutus est terminus
probationum recipiendarum causa, si proba-
tum non sit, diffinitiue reus absoluendus est;
non autem ea forma, quam concussores indi-
ces reperierunt, itaque secundum Alciatum d.
clausula & eius effectus euanescit lapso bien-
nio, cum tanto temporis spatio duret instãtia
causæ criminalis per l. primam C. vt intra cert.
32 temp. cui conclusioni nõ audet adhærere The
saur. Decis. Pedem. 81. sub num. 1. versi. & hæc
clausula, sed credit saltem requiri decennium,
quasi quod illud tempus videatur tacite datũ
a iudice, vt interea quis perquirere possit alia
iura sua, in qua re longum tempus conceden-
dum est, quod est decem annorum inter præ-
sentes, & viginti inter absentes vt in Rubr. &
tot. tit. C. de præscrip. long. temp. 10. vel 20. an.
cum non sit angustanda via probationibus.

33 Sed prima opinio verior mihi videtur, quod
scilicet eo modo absolutus possit iterum mo-
lestari infra illud tempus, per quod durat ip-
sum ius accusandi vel inquirendi, nã lata sent.
absolutoria ab obseruatione iudicii expræssis
verbis, vel cum clausula ex processatis tantum,
vel simili, eo quod delictum non fuerit proba-
tum, non pereunt acta ordinatoria, quorum
effectus erant iã consumati per litis contesta-
tioné in eo iudicio factã, vt est interruptio præ
scriptionis, sed remanẽt & durant, adeo quod
tempus, quod antea lapsum fuerat, nõ habetur
in consideratione, sed adhuc superesse intelli-
gitur illud totum, quod a lege conceditur ad
procedendum contra delinquentem, cum præ
scriptio iam incepta fuerit interrupta per li-
tis contestationem, & talis interruptio non
pereat perempta instantia per d. sententiam
absolutoriam, & est ratio verissima, & ad hoc
propositum a nemine considerata, quam pro-
bant scribentes in l. properandum §. & si qui-
dem C. de iudic. & in l. 2. C. de fruct. & lit. ex-
pens. & habetur per Capyc. Decis. 11. in 3. op-
posit. num. 8. vbi inquit in hoc nullam habitam
fuisse rationem opinionis Socin. contrarium
tenentis. Durat autem tempus ad accusandũ
34 per annos viginti & non vltra, quia tanto tem-
pore præscribitur omnis accusatio criminalis.
l. quærelam C. ad l. Cornel. de Fals. & ibi DD.
Boer. inquiẽs hoc esse communius & verius De
cis. 26. sub nu. 5. 6. & aliis seq. & tradunt com-
muniter Doctores, quos refert & sequitur
Clar. in pract. crim. q. 51. in princ. num. primo,
vbi etiam refert in contingentia facti ita fuis-
se seruatum in quodam imputato de homici-
dio supra annos 25. commisso, de quo nunquã
fuerat antea quærelatus, quia fuit in pace di-
missus, & rursus in quadam incendiaria, & eo-
dem modo durat tempus ad inquirendum, nã
35 & officium iudicis spatio annorum viginti tol
litur, cum inquisitio loco accusationis succe-
dat secundum Marsil. consi. 117. nu. 42. versi. a.
respondeo, & communiter DD. quos itidem
refert, & sequitur Clar. d. quæst. 51. n. 2. versi. &
hæc quidem conclusio, & plures alii qui consul
to omittuntur.

Quia tamen quandoq; reperiuntur senten-
tiæ simpliciter reos absoluentes, ita quod ex il
latum lectura qua ex causa absoluti fuerint, mi
36 nime constare possit, non ab re quæri solet,
quomodo eo in casu absolutio facta cẽseatur,
& vera & communis scribentium opinio esse
videtur, quod simplex absolutoria intelligitur
lata ex ea causa, quæ colligitur ex actis, secun-
dũ quæ declaratur & interpretatur, adeo quod
37 si ex processu appareat de nõ commisso crimi-
ne per reum, sententia intelligitur lata ob nõ
commissum crimen, & quia reus est innocens:
38 si vero de non commisso crimine non appa-
reat, sed tantummodo constet crimen nõ esse
probatum contra reum, sent. censetur lata ob
non probatum crimen, & quia reus non est re-
pertus punibilis. Florian. in l. 1. in fine n. 26. ff. si
mens. fals. mod. dixer. Abb. in cap examinata
nu. 10. versi. plus dico, extra. de iudic. & in ter-
minis nostris Foller. d. cap. 35. nu. 11. versi. est ta
men, Farinac. d. q. 4. in 3. ampl. nu. 28. versi. sed
39 quid in dubio, vbi ideo subdit quod pr. casu
tã de iure communi, quam ex practica curia-
rum criminalium sentẽtia absolutoria erit dif
finitiua, & impediet iterum agi, cum reus sit tã
quam innocens absolutus. Secundo vero casu
iure communi attento sententia absolutoria
40 erit similiter diffinitiua, & impediet pariter ite
rum agi, cum non probato crimine, reus diffi-
nitiue veniat absoluendus, sed inspecta com-
muni & obseruata practica, qua rei, non proba
to contra eos crimine, non diffinitiuè, sed ab
obseruatione iudicii tantum absoluuntur, erit
ab obseruatione iudicii, & sic non impe-
diet

pediet iterum agi contra d.reum nouis superuenientibus indiciis, & præsumitur Iudicem ita absoluere voluisse, quia omnis actus etiam
41 legis interpretationem recipit a consuetudine, & cum ea Iudicis potestas semper se conformare præsumitur, vt per ipsum Farinac. plura
42 ad hoc allegãtem; Quod si ex actis liquere nõ possit qua ex causa talis simplex absolutoria lata fuerit, an scilicet ob non commissum crimẽ, an vero ob non probatum, in hoc dubio præsumitur lata ob non probatum crimen. Castr. in l.admonendi nu.20. versi. si autem simpliciter, ff.de iur.iur. Florian. in d.l.1.in fine nu.26.ff. si mens.fals.mo.dixer. Foller. in d.cap. 35. sub nu.20.in fine post versi.item fallit. Couar. dicẽs communem lib. primo var. resol. cap. primo sub nu.4.post versic.quarto cõstat. Clar. dicens ita cõmuniter teneri in d.q.57. nu. 3. versi. sed hic quæro in princ.& Farinac.d. q. 4. in 3. ampl.sub nu.28.versi.quod si pænitus, & consequẽter secundum præallegatam practicam, hoc etiam casu, ex nouis indiciis poterit reus absolutus iterum molestari, licet secundum iuris com.dispositionem tanquam diffinitiue absolutus, amplius inquietandus non esset, vt præfati Doctores volunt.

43 Noua autem indicia superuenire dicuntur, quando non sunt de illis, quæ in processu antea extabant, sed diuersa, nam super primis iam purgatis non potest fieri fundamentum, etiam si ea melius probarentur, quia non dicitur tunc superuenire nouum indicium, vt opus est, sed noua indicij veteris probatio, quæ non sufficit, ita tenent Gnid.de Suzzar. in tract. de indit.& tortur.nu.57.versi.sed pone, & dat exẽplum noui indicii in torto, cui dixit nullum ibi illa nocte iacuisse vbi maleficium fuerat cõmissum, & postea fuit inuentũ per testes, quod ibi aliquis iacuit, Iacob. de Bellouis. in pract. crim.tit.de quæst.num.92.versi.tu dic, vbi ponit eadẽ formalia verba quæ ponit Guid.Bald. de Periglis qui & ipse vtitur eisdẽ formalibus verbis, in tract.de quæst.& torment.ca.1. nu. 6. versi tu dic quod non, Brun.in eod. tract. de indit.& tortur.in par.secun.q.quinta.n.63. versi. sed cum hic fiat mentio de nouis indiciis, vbi inquit quod noua indicia dicuntur ea, quæ differunt a præcedẽtibus specie vel substãtia, verbi gratia prima iudicia erãt de mala fama rei, vel de inimicitia cum offenso, superuenit postea vnus testis, qui dicit se vidisse reum percutere, vel dicit quod vidit illum cum gladio euaginato, dicentur enim talia indicia noua, quæ a prioribus specie differunt, vel substantia, sicut dicimus in capitulis nouis & antiquis, Pract.papiens.in form. inquisit.in gl.pr.sub nu.21. versi.& quia in superioribus, vbi loquitur per eadem formalia verba, quibus vsus est Brun. Anton. Columb. in tractat. de form. proced. extraordinar. in causis crimin. artic. 232. se remittens omnino ad Pract. Papiens. vbi sub. Cason. in tract. de indit. & tortur. in tit. de tor-ment.cap.14. num. 8. versi. indicia autem noua, ziens quod noua sunt; quæ specie vel substantia a primis differunt, sicut dicitur in materia probationum, quod super nouis licet pro
44 bare etiam post dicidita testificata, & noua indicia sunt siue procedant ex dicto torti, siue aliter. Boss. in pract.crim. tit. de tortur. sub num.
45 42. versi.quod vero, vbi dicit quod noua indicia sunt, quæ differunt a primis specie & substantia, non autem eadem, quæ coadiuuarentur testibus de nouo, & plures alii, quos refert & sequitur Clar.in pract.crim.quæst. 64. num. 46.versi.vlt.videndum est, vbi propterea post pract. Papiens. in loco citato ad finem versi.& ex hoc, repræhendit fatuitatem cuiusdam Iudicis, qui in contingentia facti prius torqueri fecerat reum super iudicio famæ, & deinde cum superuenissent alii testes probantes famam, fecit illum torqueri de nouo, & male, quia non superuenerat nouum indicium, sed solũ noua probatio illius primi inditii, quod iam fuerat per torturam purgatum.

EPITOME.

De pœna eorum, qui consanguineos carceratos ad familiæ ignominiam effugiendam, veneno, vel aliter, occidunt, aut ex alia causa detentos in carceribus, vel a familia captos, aut corã Iudice constitutos, vel ad supplicium ductos etiam tales, qui alias iure occidi possint, interficiunt, & de alijs in hac materia non spernendis.

SVMMARIA.

Priuatus occidens carceratum condemnatum, vel condemnandum ad mortem ignominiosam, prætextu honoris familiæ, tenetur pæna mortis ordinaria. num.1.

Licet aliqui mitius puniendum dixerint.nu.2.

Carceratum offendere priuato non licet ex ulla causa. num.3.

Bannitus qui ex statuto offendi poterat, si sit sub custodia Curiæ, non potest a priuato offendi, nu. 4.

Et ita obseruatur, nu.5.7.

Offensio banniti a statuto uti remedium extraordinarium permissa, cessat eodem existente sub custodia curiæ, ex quo adesse dicitur remedium ordinarium. num.6.

Priuatus occidens condemnatum, dum ducitur ad supplicium, tenetur pæna mortis. nu.8.

Etiam si occisor esset de familia iudicis & timeret quod sibi eriperetur. nu. 9.

Priuatus occidens hostem captum in bello etiam licito tenetur pæna mortis, nu. 10.

Occidens citatum, qui coram Iudice se præsentauerat, & sub eius oculis erat, tenetur pæna mortis, licet potuisset alias impune offendi. nu. 11.

ecus

Secus si nondum se praesentauerat, nec securitatem habeat occisori notam, nu. 12.

Bannitus, qui impune offendi poterat, si a priuatis sit captus, poterit ab alijs offendi, numero 13, cum sequent.

L. fin. C. de malefic. & mathemat. intellectus, numero 14. & 16.

Baldi Decisio declaratur, in l. libertas, ff. de statu hominum, numero 15.

CASVS NONAGESIMVS QVARTVS.



1 Parentes vel consanguinei venenantes, vel aliter occidentes carceratum, condemnatum, vel condemnandum ad aliquod genus mortis ignominiosae, ne ex tali morte publica vitupe rentur, & familiae honor laedatur, tenentur paena ordinaria commissi delicti, nec ab ea excusantur ex dicto praetexto euitandae infamiae. & ideo paena mortis tenentur, ita in puncto decidit Bald. in l. libertas sub num. 5. versi. & ideo consanguinei, ff. de stat. homi. quem sequuti sunt Felin. in cap. cum iuramentum in finalibus verbis, extra de homicid. Marsil. sing. 150. accessus circa medium, versic. sed tu adde, & in pract. crim. §. aggredior sub num. 24. post versi. vlterius pro ampliatione huius materiae, & in l. 1. in princ. sub num. 3. versi. ité amplia ff. ad l. Cornel. de Sicar. Ioan. de Arnon. Epitomat. 50. quaero etiam, vbi ait esse memoria dignum, quia saepe solet ex facto incidere, & quandoque vidisse euenisse, & Problemat. 24. in Epitomat. nostris in princ. Lodouic. Carer. in pract. crim. §. nono quaero numero 34. versi. sed quid si parentes fol. mihi 121. Lancellot. Corrad. in pract. crim. de homicid. sub nu. 7. in 7. ampl. fol. 317. & rursus sub num. 20. in
2 50. limit. fol. 323. vbi reprobat opinionem Iacobi de bellonis. quod mitiori paena puniri debeant, licet postea tit. de veneficis & maleficis sub num. 13. limit. pr. fol. 338. relata vtraque opinione nihil firmet, sed cogitandum relinquat.
3 Cuius rei ea est ratio potissima, quod priuatis ex quacunque causa non licet offendere carceratum, qui dicitur stare sub securitate, & protectione iudicis, & eius Curiae iuxta l. fin. C. de custod. reor. quam omnes ad hoc allegant, & ita videtur probare tex. in l. fin. C. de malefic. & mathemat.
4 Vnde etiam statuto permittente bannitum posse impune offendi a quocunq; non poterit priuatus offendere bannitum carceratū, imo nec captum a familia potestatis, & sub eius potestate & custodia existentem, vt in indiniduo tradunt Albert. de Gand. in tract. malefic. rir. de bannir. pro malefic. num. 16. versi. vlt. duas quaestiones subiicio, Alber. de Rosat. de statut. lib. 4. quaest. 36. & Nell. in tractat. de bannit. in 2. pa. 2. temp. quaest. 28. qui quaestionem ad partes latissime disputant, & d. opinio
5 nem firmant, & eam communiter seruari & approbari dicit Alberic. quam etiam tenuerunt Barr. in l. 3. §. transfugas, ff. ad l. Cornel. de Sicar. in l. 4. ff. ad l. Iul. maiestat. in l. 4. ff. ad l. Iuli. de vi priuat. & in §. arripiat. ad finem auth. vt omn. obedi. iudicib. & in l. fin. C. de malefi. & Mathemat. dum se remittit ad dicta per ipsum in d. §. transfugas. Bald. in d. l. libertas. in 2. lect. nu. 4. & 5. versi. item quia dicitur, & in add. post principium versic. an autem banni tus, ff. de stat. hom. Angel. de Arer. in tract. de malefic. in verbo quod fama pub. num. 58. versi. 3. quaeritur, & ibi etiam August. de Arimin. in addit. referens Alberic. de Rosat. vbi sup. attestantem, quod Decisio Gandini communiter obseruatur. Lancellot. Corrad. in pract. crim. tit. de homicidis, sub num. 7. in 7. ampli. fol. 317. Paris de Put. de Sindicat. in verbo adulterium. cap. 1. num. 5. versi tamen ego. & in verbo familiaris, ca. 3. num 7. versi. si autem, Felin. in d. cap. cum iuramentum, ad finem num. 3. extra de homicid. Marsil. sing. 150. accessus post principium, & in pract. crimin. §. aggredior num. 24. post versic. vlterius pro ampl. & in l. 1. in princ. numero 3 versi. item amplia ff. ad l. Cornel. de Sicar. Aretin. in §. illud quaesitum, num. 1. inst. de rer. diuis. Carer. in d. §. nono quaero sub num. 34 post. d. versic. sed quid si parentes, Clar. in §. homicidium num. 65. versi. quaero etiam, vbi paucis se expediens refert quosdam de communi attestantes, Decian. in tractat crimin tom. 2. lib. 8. cap. 16. Rubr. de
6 ceter. caus. vis pub. num. 25. versi & qui etiam, licet enim concedat statutum quod priuatus possit occidere bannitum, tamen statim quod ipse bannitus est carceratus, vel captus a familia, cessat licentia concessa priuato, quia pub. autoritas praefertur priuatae, & captus, sub protectione curiae existens seruandus est, & respub. dicitur esse in eius possessione, cui videtur esse obligatus per prius, & cum Index sit executor ordinarius, priuatus vero extraordinarius, remedium ordinarium per publicam capturam excludit remedium extraordinarium offensionis priuatae, & quia etiam vbi iura sunt aequalia vtriusque partis, melior est condicio praeuenientis, vt dicunt praefati DD. & specialiter Albert. de Gandin. Alberic. de Rosat. Nell. & Bald. in locis allegatis, ex quorum dictis praefatae rationes, & alia etiam
7 colliguntur, & ita me sic votante alias fuit obseruatum in Ciuitate Aretii, vbi laqueo suspensi fuerunt plures, qui nonnullos bannitos eorum inimicos captos a familia illius Curiae, dum ad Ciuitatatem ducerentur, armata manu aggressi fuerunt, & occiderunt in itinere.
8 Idem dicitur de eo, qui per Familiam ducitur ad vltimum supplicium, qui non potest a priuatis occidi, & si occidatur, occidentes paena mortis tenentur. Bald. in l. addictos, sub nu. 4. versi. sed pone C. de episcop. Audient. Catellian.

lian. Cott. in memoral. in verbo homicidium circa medium versi. sed pone aliquis ducebatur per familiam ad supplicium Marsil. in l. 1. in princ. nu. 13. versi. amplia etiam hunc textum, ff. ad l. Cornel. de Sycar. & in pract. crim. §. aggredior num. 41. versi. modo vlterius dico. sequitur Ioan. de Arnon. problemate 24. in Epitomatibus nostris post princ. vbi etiam ad hoc citat l. fin. C. de malefic. & mathematic. quæ bene videtu probare, cum ea rationis redditione, quod aut publicum reum, ne facinoris socios publicaret, seueritati legum, & debitę sub traxerint quæstioni, aut proprium fortassis ini m: cum sub huiusmodi vindictæ nomine consilio atrociore confecerint. Quinimo dicunt pręfati Doctores sequentes Bald. vbi sup. idem

9 esse, si non a priuato, sed ab vno de familia lucis occideretur, etiam quod haberet probabile dubium, quod sibi eriperetur per viam, quia & is morte punitur, nisi hoc a iudice haberet in mādatis, quod etiam voluisse videtur Alex. ad Bar. d. §. transfuga in vlt. apostilla in verbo, in manibus familiæ ad finem, dum se remittit ad Bald. in d. l addictos in ista quæstione, & expresse firmat Angel. Aret. in d. verbo quod fama pub. sub nu. 54 versi. verum quia.

10 Sic & occidentes in bello licito inimicum seu hostem aut transfugam postquam est captus, pæna mortis renentur, licet alias eum occidere liceat per l. 3. §. transfuga ff. ad l. Cornel. de Sycar. l. aut damnum, §. hostes & l. si quis aliquid, 38 §. transfugæ, ff. de pæn. vt tradunt Albert. de Gandin. d. rit. de bannit. pro malefic. sub num 16. in fin. versi. item nec transfugam. Nell. d. quæst. 28. circa meditim, Bald. in d. l fin. numero 3. C. de malefic. & mathemar. Marsil. d. sing. 150 ad finem versi pro quibus, & in pract. crim. §. aggredior numero 25. versi. pro quibus & in l. 1. in princ numero 4. versi. pro quibus, ff. ad l. Cornel. de Sycar. Aretin. in §. illud quæsitum num. 1. inst. de rer. diuis. Lodouic. Carer. in d. §. nono qui ero sub numero 34 qui se remittit ad Marsil. in d. §. aggredior, & videtur esse tex. in l. libertas. §. serui, ff. de stat. homin.

Et quod dictum est de capto, & existente in

11 potestate & manu familiæ, procedit etiam in citato ad Prætorem seu Iudicem, qui coram eo se præsentauerat, & sub eius oculis erat, nā cum non sit verisimile, quod Prætor permittat eum recedere, debet haberi pro capto, & propterea priuatus eum occidēs pæna mortis punitur, ita in terminis concludit Bald. in d. l. libertas in lect. num. 6. versi. sed quid si non est captus, & inquit quod ita iudicauit D. Odofred. Florentiæ, secus autem si non peruenie-

12 rat ad Prætorem, quia potest a priuato occidi, nisi ei data sit securitas, & de ea constet occidenti, vt subdit Bald. in d. loco per pulcras rationes, & instruit propterea bannitos, vt caueant, ne compareant sine securitate, quia possunt a quocunque occidi impunè propter statutum, quod dictum sequitur Alex. in addit. ad Bart. in l. 3. §. transfugas in addit. mihi vlt. in verbo in manibus familiæ ante finem, ff. ad l. Cornel. de Sycar.

13 Procedit autem supra firmata conclusio in capto a familia, & in eius vt aiunt posse existē te, vt dictum est, secus autem in capto a priuatis, qui ex dicto statuto occidi impune posset, cessantibus tunc rationibus offensionem priuatorum impedientibus. Bald. in d. l. libertas, in lect. sub num. 5. versi. rene quod si est captus ff. de stat. homin quem sequitur Alex. in addit. ad Bart. in d. §. transfugas, in vlt. addit. in verbo in manibus familiæ ad finem. In contrariū

14 tamen mihi facere videtur tex. in d. l. fin. C. de malefic. & mathemat. vbi probatur, quod cuicunq; licet maleficum capere, & iudici præsentare, sed nemini licet occidere, apposita oc

15 cidenti, vltimi supplicii pæna, nisi dicatur quod d. lex procedat quando priuatus erat in actu ducendi captum ad iudicem, & occidenti hoc constabat, alias vero procedat dictum D. Baldi, vel aliter, quod dictum Baldi procedat in eo qui impunè occidi poterat, puta in bannito pro vt loquitur ipse, d. vero lex fin. in

16 delinquente, qui impune non poterat de iure vel ex statuto occidi, in quo priuatis captura, non autem offensio permissa dicitur, & ista responsio mihi magis placet, quam prima, & videtur colligi ex dictis per Florian. de S. Petro in l. si seruus 3. num. 7. versi. vlt. nota, ff. ad l. Aquil. in lect. l. sed & si quæcunque in princ. quam legit cum d. l. seruus, cogita tamen, quia non audeo quidquam firmare contra tanti Doctoris dictum, maxime ab Alex. c mprobatum, & eo magis cum & August. de Arimin. in addit. ad Angel. Aretin. de malefic. in verbo quod fama publica sub num. 58. in apostilla ad versi. tertio quæritur ad finem, se remittat ad Bald. in d. loco pro limitatione præfatæ cōclusionis, licet aliud non dicat, & fortius cum saluari possit ex relata distinctione Floriani, quæ satis iuri, rationi, & æquitati consona videtur.

EPITOME.

Violentia qualis esse debeat, vt locus sit banno punienti attentantem violenter cognoscere, vel violenter cognoscentem masculum aut feminam, & an requiratur de necessitate quod ipsius masculi, vel fæminę persona seu corpus tangatur, an vero sufficiat quod ad domum vel cameram actus violenti fiant.

SVMMARIA.

3 Annum lu magno Dueatu Etruriæ de attentata vel commiſſa carnali violeutia quomodo ſit intelligendum. num. 1.

ℓctus violenti, circa res alieuius extra peeſonam nou reddunt carualeattentatum, vel coitum violentum, 2. num. 12.

'iolentus non dicitur eoitus, nec violenter attentatus niſi perſonæ fiat violentia 3. 6. 11. 15. 16. 20. 21. 22. 24. & num. 25.

'is, & violentia, & actus vi facti, inter ſe differunt, num. 4.

'is accipitur pro impetu conſiderato in agēte, ex quo damnum vel iniuria ſequi poteſt in patiente 5.

'iolentia conſtat ex vi & eius effectu in perſonam patientis. 6. & 11.

Violentiarum plures ſunt ſpecies. 7.

Violentia ablatiua quæ dicatur. 8.

Expulſiua, quæ & præciſa dieitur. 9.

Compulſiua quę & eauſatiua dieitur. 10.

ℓctus vi facti dicuntur, quando vis & eius effectus nō in perſonam, ſed in res committitur. 12.

ℓff. ctus cum opere ſubſequuto, in atrocioribus, habetur pro effectu. num. 13.

Quod de iure procedit non ex forma ſtatutor. 14.

ℓctus violenti ad domum extra perſonarum non comprahenduntur a ſtat. loquente de vi compulſiua vel ablatiua. num. 15.

tuprum & adulterium vt dicatur cum violentia, requiritur vt ſit facta perſonæ 16.

'is compulſiua vel ablatiua, quando dicatur in coitu commiſſa. num. 17.

oitus hinc inde voluntarius raro ſequitur poſt violentos actus ad domum. 18.

Si tamen ſequatur voluntarius, non eſt locus pænæ violenti coitus. 19.

onſenſus tamen cognitę debet elare paterc. eo.

Et aliter quam per eius aſſertionem, niſi alia concurrant indicia, eo.

ℓctus violenti ad domum nullo alio ſequuto effectu non puniuntur pæna coitus violenter attentati. numero 20.

'iolenter domum ingreſſi, ac perquirentes mulieres de vna in aliam partem fugientes, non tenentur pæna carnalis attentatæ violentiæ, quid tamen talibus diuino & humano iudicio acciderit, 21.

calas apponens ad feneſtras cauſa alterius caſtitatis violandæ, nec aliud agens, quia in flagranti repertus, eſt grauiſſime puniendus. remiſſiue. numero 22.

Non tenetur tamen pæna d. banni de carnali violentia attentata. 23.

Et ſi vlterius blanditiis tentauerit, abierit tamen, quia noluerit mulier conſentire. 24.

annum prædictum de carnali violentia commiſſa, vel attentata, non habet locum niſi vis illata ſit perſona circa corpus, vel animum. 25.

ℓctus violenti qualiter puniantur remiſſiue. 36.

'iolentia quodlibet delictum aggrauat. 27.

'iolentia committitur etiam ſine reſiſtentia partis offenſæ. 28.

CASVS NONAGESIMVS QVINTVS.



Xtat in magno Ducatu Etru-
1 riæ bannum, quo attentans
violenter ſine armis, aut bac-
culo, vel percuſſione cū ſan-
guinis effuſione, cognoſcere
carnaliter maſculum vel fœ-
minam, non ſequuto effectu, condemnetur ad
triremes per tempus a Iudice arbitrandum;
effectu vero ſequuto, puniatur capite ad mor-
tem: attentans vero cum armis, aut bacculo,
vel percuſſione cum ſanguinis effuſione, etiam
non ſequuto effectu, teneatur pæna mortis na
turalis, de quo etiam ſupra memini caſ. 90. in
verſic. ex his infertur.
2 Et cum non rarò eueniat in facto, quod a-
ctus violenti fiant circa res, puta circa domū,
rumpendo, & frangendo oſtia domus, vel ca-
meræ, aut feneſtras, vel muros, vel tectum, &
non circa perſonas, quia poſt ingreſſum in do-
mum perſona maſculi, vel mulieris, non fuit
vim aliquam paſſa, nec violenter tentata, aut
cognita, ſed tantum blandis verbis, & nullo pe
nitus actu violentiæ geſto circa perſonam re-
quiſita, vel volens ſeu conſentiens, nulla per-
ſonæ facta violentia, fuit cognita carnaliter;
quæſitum eſt, an in his, & ſimilibus caſibus lo-
cus ſit pænæ a d. banno determinatæ. Et ve-
ra reſolutio eſt, quod iſti caſus non ſunt com-
præhenſi in d. banno, & ſucceſſiue, quod di-
cti delinquentes eo modo tentantes cogno-
ſcere carnaliter marem, vel fœminam, ſequu-
to, vel non ſequuto effectu copulæ, non tenean
tur pæna dicti banni, ſed aliter puniantur, pro
vt hanc quæſtionem ita in puncto determinat
Paul. de Caſtr. in conſilio vigeſimoſeptimo, vi-
ſa inquiſit. facta contra Benedictum, & Bal-
3 thaſſatem libro primo per totum, & mouetur,
quoniam ad hoc, vt quis dicatur attentare vio
lenter cognoſcere carnaliter maſculum vel fæ-
minam, vel violenter cum eis rem carnalem
habere, & ſic ad hoc vt attentatio vel coitus
dicatur committi cum violentia, neceſſarium
eſt, quod violentia ſit facta perſonæ, quia cri-
men violentiæ dicitur perſonale, vt notatur
in l. itaque fullo, ff. de furt. & plene habetur per
Bartol. in l. licitatio, §. quod illicite, ff. de pu-
4 blicān. & magna eſt differentia inter vim, vio-
lentiam, & actum vi, ſeu violenter factum. Vis
5 enim eſt quidam impetus, l. ſecunda, ff. quod
metus cauſa, & eſt actus conſideratus, prout
eſt in agente, ex quo impetu, vel actu poſſunt
multa mala ſequi in patiente, videlicet damni
datio, iniuria, vulnerum illatio, & metus, qui-
6 bus ſubſecutis ex parte patientis dicitur vio-
lentia, adeo quod violentia conſtat ex duo-
bus, ex actu videlic. agentis, qui dicitur vis, &
ex effectu conſumato in patiente, vt proba-
tur in nigro titu. C. ad legem Iuli. de vi public.
& priuat. vbi dictio hæc vis appropriatur agē-
ti, violentia autem tam agenti, quam patien-

ti,vnde ad hoc vt proprie dicatur violentia, requiruntur duo,vnum vt vis,quæ est actus agentis,inferatur personæ, alterum, quod effectus istius vis, sit sequutus in persona patiente,iuxta l.quoniam multa, & l. si quis ad se fundum. C.ad leg.Iul. de vi publ. & priuat. qui quidem effectus cũ possint esse diuersi, potest idcirco
7 nomen illud, multipliciter diuersificari, nam interdum fit violentia corpori per vim ablati-
8 uam,vt cum res mobilis violenter de manu alicuius aufertur, vt in tit. vi bon. raptor. vel per
9 vim expulsiuam, vt cum quis violenter expellitur de possessione rei immobilis, vt in tit. de vi & vi arm. & dicitur præcisa violentia, quia infertur corpori, & animum non lædit per ea, quæ leguntur & notantur in cap.sacris in pr. te sponso,extra de his quæ vi met. ve cauf. fiunt.
10 Interdum violentia infertur animo, vt quando ex ea metus infertur,& ista non est præcisa, sed causatiua, quia patienti timorem infert, qui timor est passio animi, ex quo timore consentit actui, volens vim vitare, & illa dicitur violentia Compulsiua,per quam de nolente efficitur volens.l.si mulier.§.penult.ff. quod met,
11 cauf. & d. cap sacris,in secundo responso, ita vt secundum Castrens. concludi possit, quod quando vis infertur personæ,& effectus est subsequutus,tunc proprie dicitur violentia,vel ablatiua.vel expulsiua,vel compulsiua, & dicitur
12 maleficium personale. Quando vero vis non infertur personæ, sed exercetur super aliquo actu,vt cum quis violenter frangit ostium, fenestram,tectum,aut parietẽ domus, tunc propriè non dicitur violentia, quia cum violentia dicatur crimen in personam, vel personale, & illa vis non exerceatur in persona,sed in re,sequitur quod non dicitur violentia, & cum talis violentus actus,careat effectu violentiæ,qui consistit in iniuria personali, non poterit etiã eo nomine appellari, vt latius deducit Castr. qui propterea subdit in ꝓposito nostro, quod cum omnes actus violenti fuerint facti circa tes,scilicet circa domum,& eius ostium, thalamum,fenestras,parietes,aut tectum, & circa perso iam maris, vel fœminæ nullus actus violentiæ sit factus, nec circa corpus, nec circa animum,nec masculus, aut mulier fuerint capti per personam,aut violenter tentati, aut cogniti,quo casu diceretur violentia præcisa, & ablatiua,eo quod per vim eorum pudicia fuisset ablata, nec etiam illi propter illatum metum, consenserint se carnaliter cognosci, quo casu fuisset violentia causatiua,& compulsiua, non potest dici, quod interueniat violentia proprie, sed potius quod fuerit factus actus violenter secundum proprietatem verborum, quæ in statutis attenditur.l.3.§. hæc verba il 2. ff.de negot.gest. Nec putat Paul.prædictis obstare, quod licet delinquentes non intulerint violentiam personæ maris, vel fœminæ, tamen habuerunt animum inferendi, & ad hunc finem ad domum accesserunt, & eam ingressi fuerunt & actus violentos fecerunt, ut uiolenter eos carnaliter cognoscerent, & propterea uiderentur condemnandi pro uiolentia compulsiua,uel ablatiua, quam inferre intẽdebãt, ac si intulissent, ex quo hunc animum habue-
13 runt,quia in atrociorib. licet non sit sequutus effectus,tamen affectus cum opera subsequuta, pro effectu reputatur. l. si quis cum telo, C. ad l.Cornel.de Sicar. & l. si quis non dicam rapere C.de Episc. & Cler. quoniam respõdet ad rem nostram,quod hoc potest procedere de iu
14 re com.secus autem ex forma statutorum, secundum quæ solus animus cum opera non inspicitur,sed effectus,vt not.Bar.in l.i.§.Diuus, ff.ad l.Cornel.de Sicar.Ex quibus,& nonnullis aliis, quæ breuitatis gratia omittuntur, concludit tandem in casu suo Castr. quod si statutum concedat beneficium condemnatis ha-
15 bentibus pacem ab offenso, prætereaquam condemnatis pro uiolentia compulsiua, uel ablatiua,condemnati pro uiolentia facta ad domum mulieris, & circa ostia ipsius domus, & thalami, ut mulierem carnaliter ui cognoscerent, nulla tamen in eius personam facta uiolentia, obtenta pace debent gaudere beneficio statuti,ueluti non compræhensi in illius exceptione, cum proprie non dicatur per eos aliqua uiolentia facta, sed actus uiolenter tantummodo gestus,& proinde non dicantur condemnati pro uiolentia compulsiua, uel ablatiua, de qua loquitur exceptio statuti, sed pro uiolenta attentatione, quæ non est exclusa a commodo statuti,& hanc Castrensi. Decisionem sequutus est Tiber.Decian.in tract.crim. lib. 8.cap. 15.rubr.de stupr.uel coitu uiolent. nu. 3. uersi.
16 sed ad hoc tom. 2. ubi inquit quod ad hoc ut stuprum uel adulterium dicatur cum uiolentia commissum, oportet quod uiolentia sit facta personæ, quia crimen uiolentiæ dicitur personale, ex quo sequitur, quod si quis frangeret ostium domus, uel thalami,& uiolenter ingrederetur, sed uolentem, & non uiolenter cognosceret, non diceretur commisisse in coitu uiolentiam, sed uiolenter tantum ingressum fuisse, prout ait in terminis consuluisse Paul. de Castr.d.consi 27.& subdit num.4. quod si in
17 ipso actu coitus uiolentia adhibeatur, ut cognoscatur,quæ species uiolentiæ dici possit,distinguendum est, quod aut metu per uiolentiam illato,coacta est consentire,aut inuita,& per uim cognita fuit mulier, pr. casu erit uis compulsiua, secundo autem casu erit uis ablatiua, quia mulieri aufertur pudicia sua, prout dicit in hac specie concludere Paul. d. consi·27.

18 Ego sane nunquam uidi in facto euenisse, quod post ingressum uiolentum in domum, mulier fuerit uolens, & non uiolenter cognita,bene uidi infinitis uicibus contrarium cõtigisse, quod ui, & percussionibus quandoq;
19 illatis cognita fuerit. si tamen casus iste eueniret,& aperte constaret delibero cognitæ consensu,

sensu,

sensu, de quo nec simplici mulieris assertioni facile standum esset, nisi aliqua concurrerent signa, uel indicia, ut notat Decian. in tract. crim.tom. 2. lib. 8. cap. 15. Rubr. de stupr. uel coit.violent.ad fin.nu. 18. uersi. sed quid si mulier.& ego copiosius dixi infra casu 19.6.ne,ut ibi dixi, alias ad euitandam pœnam colludatur, seruanda esset Decisio Castr. nec esset locus pœnæ banni, quia non diceretur uiolenter habita carnalis copula. Vidi autem pluries cō
20 tigisse, quod facta uiolentia ad domum, non fuit processum ulterius, quia uel existentes in domo acclamauerunt, uel uicini audito rumore ad illum cucurrerunt, uel ipsi uiolentiam inferentes, ob amissam spem ingressus, uel ne cognoscerentur, aut ex alia superueniēte causa recesserunt, quo in casu non habet pariter locum pœna banni secundum determinationem Castr. quia non fuit facta attentatio uiolenta personę, nec aliquis actus violentus com
21 missus, qui personam tangat. Vidi etiam quandoq; in facto quod post violentum ingressum in domum, perquisita, & non reperta muliere, quæ se in parte remota absconderat, vel ex domo aufugerat, qui ingressi fuerant, non aliter effectuato illorum diabolico affectu, & desiderio, abierunt; quo casu pariter nō est locus pœnæ banni per eādem rationem, quia nulla per sonæ facta fuit violentia, sed tantum domui. Et memini quod vna vice, dum quidam, qui noctis tempore erant ingressi alienam domū, hostio violenter aperto diligenter perquirerent de mulieribus, quas volebant cognoscere, & ipsæ fugientes de vna parte in aliam se posuissent in quodam angulo vnius thalami, in quo ceptum erat fieri tabulatum, seu solariū, & illi eas insequerentur, & peruenissent ad dictum thalamum, & vellent per illum incedere, extrabibus ibi positis pro d. solarii constructione deorsum ceciderunt in partes inferiores domus, ex quo lapsu, Diuino iudicio sic permittente, adeo grauiter læsi, & offensi remanserunt in corpore, quod inde recedere non potuerunt, & luce adueniente, ibi reperti fuerunt, & a consanguineis, & affinibus in conspectu populi abducti, & alio semimortui portati, vnde miraculose pauperculæ illæ mulieres, omnipotentis manu Dei, omni humano auxilio destitutæ liberatæ remanserunt a furiosorum illorum impetu, & peruersa intentione & ipsi partem debitæ pœnæ ex dicto collapsu persoluerunt, & præterea in foro criminali molestati, reliquum punitionis, quod ex facinore merebantur, receperunt, non recordor tamen pręcise qua pœna fuerint puniti, scio tamen seuere contra eos processum fuisse, vt par erat, licet non esset proprie casus iste
22 de compræhensis in bāno, prout nec ille alius casus, in quo quis cum scalis ascendit ad fenestras domus alienæ causa violandæ castitatis mulieris, vel masculi in ea habitantis, & in flagranti crimine repertus, non potuit delibera tum facinus perficere, licet enim talis delinquens, ob scalarum appositionem grauissima pœna sit afficiendus, vt demonstrat infra casu
23 97.in toto, tamen pœna d. banni non tenetur, vt tradunt Ioseph. Fontanel. consi. 97. Mant. consi.98.& Feder.Rugeri. consi. 99. in eodem casu cum subscriptione D. Guidi Panciroli in ter consi.crim.diuers. vol.2. pr. loco impressis
24 in parua forma, qui etiam loquuntur quando delinquens postea ingressus fuit domum, & blandiciis mulierem ad sibi consentiendum tentauit, & ea nolente cognosci abiit, & adducit Ioseph.Fontanel.inter alia, allegatū consi.
25 Castr.sub num.379. in antiquis. Vt igitur pœna banni præallegati locum habeat secūdum distinctionem in eo cōtentam, opus est quod violentia sit facta personæ, & eidem sit illata
26 circa corpus, vel animum, alioquin si persona non fuerit tacta, nec vis, metus, aut minæ interuenerint, ad aliam pœnam recurrendū erit pro facti, & personarum qualitate. l. si effractores, ff. de effractor.& expillator. & ibi Bart. & aliis scribentes, Alex.consi. 112.num. 2. lib. 1. & in terminis nostris videtur esse text. clarus in l. 1. in princ.ff. de extraordinar.crim. In qua
27 re in primis considerandum erit, quod qualecunq; delictum fuerit commissum, illud aggrauabitur per violentiam, ea enim omne delictū aggrauat. Bar. in l.1.§.qui puero, ff. de extraordin.crim.Alex.consi. 229.num. 7. & 11. lib. 6. Grammat.consi.crim.45.per totum, Clar.in §. fornicatio, nu.33.versi.omnes autem, quos sequitur Decian.d.cap.15.num.2.versi.violentia autem. Nec ad hoc vt dicatur violentia com-
28 mitti, requiritur quod pars offensa resistat, quia etiam sine alicuius resistentia committitur, vt ostendit Corn.consi.207.de pluribus, in 3.dubio col.pen.sub nu.18.lib. 2.

EPITOME.

De pœna viri turpiter dantis osculum mulieri, vel masculo contra eius voluntatem, & quid si mulieris vel masculi accesserit consensus.

SVMMARIA.

Osculans inhoneste mulierem inuitam tenetur pœna arbitraria, nu. 1.

Et hæc opinio uera est, & nom. 5. cum seq.

Et procedit tam in uirgine, quam nupta, uel uidua, num. 8.

Ac etiam in masculo, nu. 9.

Licet secundum aliquos procedat solum, ubi sine ui per sona deosculetur. 2.

Quia ui deosculantes, pœna deportationis ordinaria, & eius loco triremium perpetuo teneri uoluerunt, num. 3.

Et hęc pœna triremium concurrentibus circunstantiis aggrauantibus fuit pluries imposita, 14.

Et quandoque pœna mortis, 2.
Quod non displicet in casu proposito, 14.
L. 1. §. qui puero, ff. de extraord. crim. quomodo procedat, 6.
Osculi præd. pœna ut in effectu sit arbitraria conueniũt opiniones præd.
Et procedunt in osculo siue ui, siue uoluntarie illato, numero 10.
Raro tamen uel nunquam in facto accidit, ut uolenti illatum osculum puniatur, 11. & 15.
Osculans uirginem pauperem, æquum uidetur, ut ultra prędictas pœnas, condemnetur ad aliquid mulieri præstandum, ut eius indemnitati consulatur, numero 13.
Osculans mulierem inuitam ut hoc modo arctentur parentes ad illam ei in matrimonio collocandam, concurrentibus circunstantiis aggrauantibus fuit ad triremes perpetuo damnatus, 14.
Osculans uero uolentem ad prædictum effectum non est puniendus.

CASVS NONAGESIMVS SEPTIMVS.



Vbitari multoties consueuit,
qua pœna puniendus sit vir,
qui luxoriose & turpiter de-
osculatus est mulierem inui-
tam. In qua dubitatione Affli-
ct. Decisi. 276. Serenis. Rex
Federicus, post longam disputationem, & re-
latas varias scribent. opiniones, concludit illũ
1 teneri pœna arbitraria, & in sacro consilio de-
cisum fuisse, & votatum, quod delinquens qui
in strata publica extra Neapolim deosculatus
fuerat virginem inuitam, & acclamantem, pu-
niretur ad pœnam relegationis a Ciuitate Sar-
ni, vbi delictum fuerat commissum, per trigin-
ta miliaria & ad pœnam pecuniariam, mode-
randam secundum eius diuitias, & paupertа-
tem, & sic rescriptum fuisse Regiæ Maiestati,
d. Serenis. Federici, pro qua sententia plura
allegat iura, multas rationes, & nonnullas au-
toritates, & præcipue glos. in l. 1. in princ. in
verbo propter voluntatem, ff. de extra ord.
crim. quæ hoc videtur dicere in puncto, hanc
eandem opinionẽ late tenet Grammat. consi.
crim. 48. in causa Christofori numero 1. &
seq. vbi etiam num. 4. mentionem facit de d.
Decisione Afflict. & illum suo more mordens
inquit quod in illa Decisione non apposuit
tempus relegationis præfinitum, quia credit
quod ob senectutem, de illo fuerit oblitus. &
istam sententiam, & Afflict. Decisi. sequuti
sunt Deci. in l. si fugitiui, num. 44. & seq. versi.
& ex hoc. C. de seru. fugit. Clar. in pract. crim.
quæst. 83. num 1.6. versi. osculum inferens. Io-
seph. Fontanel. consi. 97. num. 24. versi. cum
itaq;. & Marc. Mant. consi. 98. num. 4. versi. &
quod deniq;. inter consi crimin. diuers. vol. 2.
in primo loco impræssis in parua forma. Vul-
pel. respons. crim. 31. num. 8. Menoch. de arbi-
tr. iud. lib. 2. cent. 3. cas. 287. num. 1. & 2. Decian.
in tract. crim. tom. 2. lib. 8. c. 25. Rubr. de stupr.
vel coitu violent. n. 8. versi quid autem. & Vin-
cent. de Franch. Decis. Neapol. 333. Seius V. I.
D. n. 4. in a. par. ac Peguer. in suis deci. seu q.
crimin. cap. 7. nu. 9. & sequent. qui etiam in fine
testatur secundum eam fuisse conclusum in re-
gio criminali cõsilio Cathaloniæ, & reum per
quinquennium fuisse bannitum a Principatu,
& comitatibus quibusdam; Et licet dictam de-
2 cisionem Afflicti reprobet Boss. in pract. crim.
tit. de extraordinariis criminibus n. 3. vers. hic
est determinanda quæstio, vbi dicit se credere,
quod Afflict. non bene aperuerit oculos, quia
gl. in d. l. 1. in princ. loquitur, quando osculum
fit sine vi, quo casu potest procedere opinio ip-
sius Aflict. sed quando fit cũ vi, secus, quia tunc
succedit tex. in ead. l. 1. §. qui puero, qui loqui-
tur in tẽtante puellam ad stuprum cum aliqua
3 vi, & vult si non perficit delictum, vt sequatur
pęna deportationis, & sic pœna ordinaria, lo-
co cuius, quia non est in vsu, posset iste perpe-
tuo damnari ad triremes, & subdit quod si d.
gl. sensisset vim interuenisse, nõ ita leniter per-
transisset, & quod memor est magnum Iaco-
4 bum Triultium vicegerentem Regis Gallorũ
in Mediolanensi Dominio securi percuti ius-
sisse Gallum, qui rapuerat osculum Dominæ
Susannæ Triuulciæ mulieri nuptę, quod exem
plum referunt etiã Clar. & Decian. ac Peguer-
ra supra relati, cui dicto Boss. adherere videtur
Menoch. d cas. 287. num 5. versi. hæc tamen, &
vltra eum Peguer. d. c. 9. nu. 14. & sequent. qui
5 tamen de Bossio non meminit; Nihilominus re
cedendum non est a d. determinatione Affli-
cti, quæ & cõmunis dici potest. & vera, nec re-
pugnat tex. in d §. qui puero, in quo se fundat
6 Boss. quia non loquitur de violentia illata, sed
tantum de persuasionibus, & insidiis, & malis
artibus, vt dicit Decian. in d. versi. quid au-
tem in fine, quod etiam antea latius docuit
num. 7. versi. quamquam autem, vnde merito
dissentit a Boss. & Menoch. sequens aliorũ opi-
nionem, vt pro osculo violento pœna sit arbi-
traria, & veram esse putat. quæ tamen opinio
7 Boss. in omnem euentum quoad effectum non
differret ab altera, cum deportationis pœna
ab vsu recesserit, & arbitraria eius loco succes-
serit, vt optime aduertit Menoch. d. cas. 287.
8 num. 5. Et hoc procedit siue mulier sit virgo, vt
in casu Afflicti, Decij. & Grammat. siue nupta
vt in exemplo Boss. relato etiam per Clar. &
Decian. siue vidua ex eadem ratione, & quia
DD. generaliter loquẽtes de muliere per vim
deosculata, non distingunt an virgo, nupta,
vel vidua esset, vt patet ex Clar. Menoch. De-
cia. & Vincent. de Franc. in locis citatis, & an-
te eos ex glos. in d. l. 1. in princ. & bene proba-
tur in d. l. 1. §. qui puero in illis verbis, mulie-
rem, puellam ue interpellauerit, intelligendo
mulierem pro corrupta, puellam vero pro vir-
gine, l. quæritur, §. mulierem, ff. de ędilit. edict.
& ibi glos. & Cepol. in primo notab. numero
2. &

a. & notatur per gl. & cæteros scribentes in l. mulieris. de verb. signif.

9 Et eadem pœna locum habeat, etiam in viro luxoriose, & turpiter, ac impudice masculum per vim deosculante, qui similiter extraordinarie iudicis arbitrio punitur, vt dicunt Menoch. d. caf. 287. in princ. & Decian. d. cap. 15. n. 8. versi. quid autem in princ. & videtur probari in d. l. 1. §. qui puero, ff. de extraordinar. crim. qui æquiparat in similibus terminis attētationem pueri, & attentationem mulieris.

10 Quod si non per vim, sed voluntarie vir fœminam aut masculum impudice deosculetur, adhuc eum pœna arbitraria puniendum esse dixit Boss. tit. de extraord crim. sub nu. 3. vers. hic est determinanda quæstio, quem sequi videtur Menoch. d. caf. 287. num. 5. versi. hæc tamen, & sentit non obscure Clar. in d. versi. osculum inferens ad finem, dum loquitur de pœna arbitraria pro osculo, vel cum vi vel sine vi illato, & comprobari potest ex traditis per Menoch. vbi sup. num. 6. & seq. versi. maius dubium, vbi in muliere se turpiter deosculari permittente pœnam arbitrariam esse probat eisdem rationibus, quibus opinio ista in viro, defenditur; quod tamen in nupta, de facili non est admittendū, quia ea dotem amittit ex comm scribentium sentētia aduersus quam ipse insurgit, de cuius rei veritate non est hic agendum, quia non expedit, & satis est quod præfati DD. dicant in hoc casu pœnam esse arbitrariam, quod non displicet, nam & si adhibita vi, arbitraria est pœna, non tamen par vtroq; casu imponetur, sed diuersa. & quidem, vi interueniente, grauior, cessante autem leuior cum regulandum sit Iudicis arbitrium, in pœnarum impositione iuxta facti & personarum qualitatem, & pœna commensuranda sit delicto.

11 In facto autem non sum memor, quod aliquis pro osculo luxurioso, sine vi, fuerit vnquam criminaliter molestatus, & punitus, sed, vi intercedente, pluries vidi viros inquiri de osculis mulieribus datis, & potissimum puellis seu virginibus ætatis nubilis, vt hac via eas in vxores haberent, alias non habituri, & me-

12 moria teneo me diuersis vicibus votasse, quod damnarentur exilio, vel relegatione, aut confinio ad tempus breuius, vel longius, pro vt casus exigere videbatur, & præterea aliqua pœna pecuniaria minori vel maiori secundum fa

13 cultates eorum, & quandoq; etiam vltra prædictas pœnas, quando fœmina est virgo, & pauper & verisimiliter ob deterioratam eius conditionem ex dicta deosculatione licet violenta, non sit repertu. a maritum cum ea modica dote, quam habet vel habere potest a paren

14 tibus, aliqua summa pecuniarum vt cum ea facilius nubere posset. Et cum vnus in Aretina ditione, in die festiuo & valde sollenni, in ecclesia, in qua erat magna personarum multitudo congregata ad audiendam missam, & ad sanctissimam communionem suscipiendam, inter missarum sollennia puellam nobilem ibidem existentem & non consentientem amplexus, & deosculatus fuisset, vt hoc modo eam in vxorem haberet, cum alioquin eius parentes, matrimonio assentire nolle expertus fuisset, sui in voto, quod condemnaretur perpetuo ad triremes, & parum defuit, quin votauerim pro condemnatione ad mortem naturalem, id enim mihi in animum venit, & nescio quid me ab hoc retraxerit, licet enim dicat Clar in d. versi. osculum inferens mulieri, quod nunquam imponeret pœnam mortis pro osculo cū vi, vel sine vi illato, nisi plusquam magnæ circunstantiæ factum aggrauarent, tamen illud vi debatur taliter aggrauatum ob circunstantias de quibus sup. quod dictam pœnam exigeret, nec minus graue videbatur quam illud, pro quo magnus Triultius Gallo caput amputari fecit, & cum iterum idem fere casus accidisset, delinquentem itidem ad triremes condemnandum duxi.

15 Porro præte. mittendum non est, quod si de mulieris consensu, & præcedente matrimonij tractatu, req; hoc modo composita, vt puellæ parentes matrimonio consentirent, vir publice ac palam deosculetur ipsam mulierem, nullam meretur pœnam, sed absolutione dignus est, vt consuluit Gram. d. consi. crim. 48. & refert quod ita fuit iudicatum, & eū sequuti fuerunt Clar. & Decian. sup. relati, & potest comprobari ex dictis per Cepol. in tract. cautelarum. caut. 19. vidimus quamplures casus sub n. 1. versi. glos. tamen, & melius caut. 42. aliquando contingit per totam, vbi quod cuitatur pœna stupri, si vir & mulier fateantur, quod ante carnalem coniunctionem contraxerant inter ipsos matrimonium clam, quod ante eum voluit Bald. quem non allegat in l. eam quam, sub nu. 24 ad fin C. de fideicom. & comprobatur ex multis quæ ponit Decian. in tract. crim. tom. 2. lib. 8. cap. 7. Rubr. raptus quid num. 19. & plur. seq. versi. dixi mulieris honestæ & inuitæ, de quo ego latius dixi infra casu. 196. vbi erit videndum.

EPITOME.

An apponens scalas ad muros, vel fenestras domus alienæ causa castitatis violandæ, vel furandi, aut aliud maleficium committendi, teneatur pœna mortis, vel alia mitiori extraordinaria.

SVMMARIA.

Scalas apponens ad fenestras mulieris honestæ causa eius castitatis violandæ tenetur secundum aliquos pœna mortis, nu. 1.

Contrarium, & sic quod citra mortem sit punien- dus

dus voluerunt plures, 3. cum sequent. & maxime, 14.& 17.

Quorum opinio videtur vsu recepta, 4. 14.

Pœna cum scalis ascendentium vt sup. est relegationis & pecuniæ simul, vel etiam triremium, vt fuit aliquando obseruatum, 7.& 19.

Et etiam mortis naturalis concurrentibus circunstantijs arb. iudicis, 20.

Vel ita dictante banno, vt Neapoli vigore banni fuit obseruatum, 2.& 8.

Pœna in prędictis semper mitior debetur, si cum mulieris consensu factum fuerit, 6.

Vel vis non interuenerit, 7.

Vel si mulier non sit honesta, 21.

Gram. decis. 36. a Claro reprehensa defenditur, 8. cum seq. maxime 13.& 15.

Qualitas ascendendi cum scalis aggrauat quodlibet delictum, 5.& 18.

Pęnæ grauiss. etiam mortis sunt imponendę ob nimiam delictorum frequentiam vel alias circunstantias, numero 9.

Noctis tempus aggrauat delictum, 1.

Qualitas personarum est in delictis consideranda, numero 11.

Ciuitas qualitas aggrauat delictum, quod dicitur maius in ciuitate quam extra, 12.

Lex licet dura, est seruando, 16.

CASVS NONAGESIMVS SEPTIMVS.



Ixit singulariter Bald. in l. fin.
ad finem num. 3. versi. sed hic
quęritur ff. de rer. diuis. quod
1 si quis apponat scalas ad mu
ros, vel ad fenestras alicuius
honestæ mulieris, si hoc faciat causa violandæ castitatis, punitur pœna
mortis per l. si quis non dicam rapere C. de
Episc. & Cler. quod dictum sequuntur Angel.
Aret. in §. sanctæ quoque res, num. 3. versi. quæ
pœna, inst. de rer. diuis. Gram. Decis. 36. in 3. du
bio num. 12. Cott. memoral. incipiente Meretrix ante finem, versi. & ideo in proposito, Carer. in pract. crim. §. circa igitur tertium in fine
sub num. 46. fol. 251. Cepol. in tract. de seruit.
vrban. præd. tit. de scal. cap. 54. in fin. num. 10.
Boer. Decis. 317. sub num. 9. versi. ad hoc facit
Ioseph. Fontanel. consi. 97. Donatus num. 5. &
6. versi. neq; obstat nu. 15. dictum Baldi Mant.
consi. 98. profecto in principio inter consi. crimin. diuersi. vol. 2. in pt. loco impressis in parua forma, quæ pœna alias obseruata fuit de facto Neapoli contra quendam Iuuenem nobilem noctis tempore per familiam Curiæ repertum cum scalis funeis ascendisse ad altiores fenestras cameræ domus quarundam mulierum nobilium, & honestarum causa earum pudicitiæ violandæ, qui facit decapita-
2 tus secundum tenorem banni Regii, quo cautum erat quod in quo loco repertus quis fuisset cum scalis de nocte, eadem hora, absq; aliquo processu, aut actis, seu sollemnitate in eodem loco, si nobilis fuerit decapitaretur, si autem popularis, furcis suspenderetur, vt refert Gram. d. Decis. 36. per totam, vbi latissime defendit d. Condemnationem, & eius executionem, de qua re etiam meminit Peguer. in suis decis. seu quæstionib. crimin. cap. 26. n. 1.

3 Sunt tamen alii, qui dictum hoc Baldi impugnant, volentes, non esse locum pœnæ mortis, sed aliæ mitiori, arbitrariæ, vnde consuluit Mant. consi. 31. num. 2. lib. 2. quod quidam, qui apposuerat scalas nocte ad domum mulieris, vt eam violaret, non teneretur pœna mortis, sed alia mitiori arbitraria, sequitur Clar. in pract. crimin. quæst. 92. sub num. 1. ante finem versi. idem loquendo de pœna, & idē etiam consulendo tenuerunt Ioseph. Fontanel. d. consi. 97. & Mant. consi. 98. & Federic. Rogge. consi. 99. in eodem casu, quorum responsis subcripsit Panciroi. quos omnes refert Menoch. de arbitr. iud. lib. 2. centur. 4. cas. 360. sub num. 95. versi. nec dissentit, quam opinionem sequitur idem Clar. in d. pract. crim. quæst. 68. versi. ascendens cum scalis, vbi inquit quod opinio Baldi Mediolani non seruatur,
4 sed illa qualitas ascendendi cum scalis aggra-
5 uat tantummodo principale delictum, ita vt
grauius puniatur, siue sit ex causa amoris, siue ex causa furandi, siue, aliud maleficium cōmittendi, Farinac. lib. pr. qq. crim. tit. de delict. & pœn. quæst. 20 num. 145. Versi. sextus casus, Peguera d. cap. 26. sub num. 1. versic. verum dicit & num. seq. & nouissime F. anch. Decis. 233. num. 3, 4. 5. in 2. parte, qui propterea refert in contingentia facti quosdam I. C. qui cum scalis ascenderant ad domos quarundam mulierum de earum consensu, & ex earum domibus per easdem scalas descendendo, dictas mulieres (quarum vna erat vidua, & altera virgo) volentes ad ipsorum domum conduxerāt, & stuprauerant, fuisse per magnam Curiam Vicariæ deportatos, & mox appellatione interposita ad sacrum consil. tandummodo iussos exulare per decennium extra Regnum, adiuncta illi, qui virginem deflorauit, condemnatione quod eam dotoret, moderata prima
6 sententia tanquam rigorosa, pro eo quod accessisset mulierum consensus, ac nulla uis inter
7 uenisset, & qualitas raptus cessaret, cui determinationi conuenit quod dicunt Ioseph. Fontanel. Mant. Rogerr. & Panciroi. sup. citati concludentes, eum, qui impudica libidine cuiusdā mulieris accensus nocte quandā scalam ad murū domus, vbi ea morabatur, apposuit, clamq; per fenestram ingressus est, mulieremq; amplexari voluit, & ea potiri blanditiis conatus est, & tandem muliere in eius voto satisfacere nolente, recessit, pœna tantūmodo pecuniaria, secundum modum facultatū ipsius, & vlterius relegationis, puniendū esse, & non pœna mortis.
8 Sane dū Clar. in d. q. 68. n. 4. versic. ascendens cum scalis, miratur de pœna mortis illata illi nobili Neapolitano, qui repertus fuerat, cum

fcalis appofitis ad feneftras domus quorundã
mulierum nobilium, & honeftarum caufa ea-
rum pudicitiæ violandæ, vt in d. Decif. Gram.
36. inquiens quod talis fententia iudicio toti-
us Italiæ vifa fuit nimis feuera, & crudelis ma
xime attentata bona qualitate ipfius nobilis iu
uenis, & caufa propter quam afcenderat, quæ
fuit amor cuiufdam pulcherrimæ puellæ, qui
etiam prudentes viros, ne dum iuuenes inex-
pertos fæpius excecauit. Aduertendũ eft quod
eius admiratio non eft iufta, nec fent. illa fic
meruit redargui, & eo modo appellari, quia
ftante edicto feu banno Proregis, tenoris de
quo fup. memini, iuftiffima fuit fententia, cum
expreffe, & verbis claris, illud imponeret pœ-
nam mortis in illo cafu, nec nimis feuera, &
crudelis fuit, quia proceffit in executionem
banni, quod factum fuerat ob nimiam frequẽ
tiam fimilium delictorum in Ciuitate Neapo-
lis, in qua minori fpatio duorum menfium fue
rant aggreffæ, & fcalatæ viginti quatuor do-
mus cum maximo damno, & dedecore pluriũ
perfonarum etiam facrarum virginum monia-
lium, & ad reprimendam tantam infolentiam
9 facinorofum hominum, quo cafu licet iura
transgredi, & facere ftatuta contra ius com-
mune, & pœnas grauiffimas imponere etiam
capitales, & mortis naturalis, vt diffufe often-
dit Gram. d. Decif. 36. num. 2. & quamplur. feq.
10 verfi. & circa primum, Vltra quod delictũ erat
commiffum de nocte, quod tempus aggrauat
omnia maleficia, quæ cõmiffa de nocte acrius
puniuntur, quam commiffa de die, vt probat
Gram. in ead. Decif. in 3. dubio nu. 14 & tradit
Farinac. lib. 1. qq. crim. tit. de delict. & pœn. q.
18. num. 66. verfi. hinc infertur 2. & eft tex. ex-
preffus in l. aut facta, §. tempus ad fin. ff. de pœn.
quem ipfi non allegant, & in terminis d. De-
cif. Gram. 36. ponit Carer. in pract. crim. §. cir-
ca igitur tertium in fine fub num. 46. fol. 251.
11 Et concurrebat qualitas perfonarum offenfa-
rum, quæ erant nonnullæ forores, ac neptes no
biles, & virgines honeftiffimæ, ac formofæ, vt
dicit Gram. ibidem fub num. 1. quæ qualitas
pariter delictum aggrauat, cum illud dicatur
12 maius vel minus fecundum conditionem per-
fonæ, in quam delinquitur, vt ex tex. in l. aut
facta, § perfona. in 2. refponfo, ff. de pœnis, tra-
dit Don Lodouic. de Peguer. in fuis qq. cri-
min. cap. 24. n. 21. verfi. qualitas perfonæ; & no
uiffime Farinac. d. q. 18. nu. 81. & 82. & verf. hinc
infertur feptimo, & ante eum Foller. in pract.
crim. canon. cap. 16. verbo omnibus diligenter
penfatis nu. 20. & Crauet. Confi. 9. n. 2. Fuerat
etiam delictum commiffum in Ciuitate Nea-
polis, & hoc augebat pariter pœnam, quia gra
uius eft crimen commiffum in ciuitate, quam
13 extra ciuitatem. Deci. confi. 65. col. 1. verfi. fe-
cundo quia, vnde merito Farinac. d. q. 20. fub
n. 145. poft verfi. fextus cafus ante finem, dicit
quod exiftente banno pœnam mortis natura-
lis expreffe imponente, non difcederet ab opi
nione Gram. & ifto in cafu executionem præ-
cedentis banni potius rigorofam, quã iniquã
reputaret, licet non exiftente banno, & in fim-
14 plici difpofitione iuris communis ftet cum
Mant. Clar, & Menoch. contra opinionẽ Bald.
& ftante hoc banno pœnam iuxta illius tenorẽ
delinquenti effe imponendam aperte tenuit
15 Franc. d. Decif. 333. poft princ. nu. 1. vbi etiam
fub nu. 5. refpondens Claro, inquit quod d. fen
tentia non debebat videri feuera, & crudelis,
quia bannum prædictum fuit factum pro con-
feruatione pudicitiæ mulierum Neapolitana-
rum, & pro compefcẽda audacia iuuenum in-
folentium, & cõtemnentium leges fuperiorũ,
quarum attramentum adhuc non erat exficca-
16 tum, & poftquam lex dicta erat, & fi dura, fer
uari debebat, l. profpexit, ff. qui, & a quib. cum
ibi notatis, & vere opinio Baldi in terminis iu-
ris communis, vfu recepta nõ uidetur, quia de
17 linquentes fiue ex caufa amoris; fiue ex caufa
furandi, fiue ex caufa aliud maleficiũ cõmittẽ
di, cum fcalis non puniuntur pœna mortis na-
18 turalis, fed alia mitiori, maiori tamen quam
fi fine fcalis deliquiffent, vt dicũt præfati DD.
cõtra Baldum allegati, quorum aliqui videli-
licet Clar. & Farinac. præcife loquitur in quo
cunq; delicto cum fcalis commiffo. & Peguer.
d. cap. 25. loquitur in afcendente tam ex caufa
libidinis, quam occafione furandi, licet alii tã-
tummodo loquantur in maleficio caufa violan
dæ caftitatis mulieris cõmiffo, & memor fum,
19 in hoc cafu repertos cum fcalis ad domos mu
lierum honeftarum etiam citra ingreffum, pu-
nitos fuiffe confinio temporali, & pœna pecu-
niaria fimul, & quandoque etiam ad triremes
ad tempus, vbi qualitas loci, temporis, perfo-
narum, & facti id exigere videbatur iuxta l.
aut facta per totam, ff. de pœn. & tradita per
Don Lodouic. de Peguer. late de hoc tractan-
tem. d. ca. 24. n. 21. & per Farinac. d. q. 18. n. 63.
20 & 64. verfic. fecunda fit conclufio, poteft enim
iniuria hæc adeo atrox effe, vt nedum triremiũ
tẽporalium, vel perpetuarum, fed etiam mor-
tis naturalis pœna, a iudicis arbitrio pendens,
imponi debeat, vt in puncto dicit Bald. in d. l.
fin. in final. verbis cuius verba formalia reaffu-
mit, & probat Aret. in d. §. fanctæ quoque res,
in fine, & confirmatur ex dictis fup. caf. 92.
in toto.
21 Quæ autem dicta funt, procedere videntur
quando mulier eft honefta, fecus fi fit inhone-
fta, & meretrix, quia tunc delictum cum fcalis
commiffum caufa eam violandi, non eft ita
feueriter puniendum, fed mitius, ita dicit
Bald. in d. l. fin. ff. de rer. diuis. volens eius
dictum de pœna mortis contra apponentem
fcalas ad muros vel ad feneftras alicuius mulie
ris caufa violandæ caftitatis, non procedere, fi
mulier non fit cafta, fed meretrix, quia tunc
non dicta pœna punitur delinquens, fed extra
ordinem crimine iniuriarum, & fequuntur
Aret. in d. §. fanctæ quoq; res, in fin. Cott. d.
memoral.

memoral. in verbo meretrix, ante fin. versic. & ideo in proposito, & Boer. d. Decisio. 317. sub num. 9. versic. ad hoc facit, adeo quod non tenendo opinionem Baldi de pœna mortis, sed sequendo opinionem aliorum de pœna extraordinaria, adhuc si maleficium hoc fiat ad domum meretricis, leuius sit puniendum, quam factum ad domum mulieris honestæ, pro quo faciunt dicta per Ioseph. Fontanel. d. consi. 97. num. 36. & seq. versic. & licet & Mant. d. consil. 98. num. 4. versic. & quod denique.

EPITOME.

De prohibita pluralitate vxorum, & maritorum, & de pœnis eorum, qui in hoc incidunt crimen, & binas, vel plures eodem tempore nuptias contrahunt, & an Iudex laicus sit competens in tali causa.

SVMMARIA.

Vxorum, & maritorum pluralitas eodem tempore est omni iure prohibita, & punienda, nu. 1. & per totum.

Stupri pœna quæ sit, 2. & seq.

Vir eodem tempore plures habens vxores tenetur pœna stupri 2. 3. & 4. quæ pœna tamen ad vnguem non seruatur, nu. 12. & seq.

Sed quid seruetur infra in discursu.

Quandoque tamen Mediolani Fustigationis pœna fuit punitus, 5.

Eum tamen pœna capitis teneri aliqui volunt, numero 4. 6. sed reprobantur ex magis communi, & obseruata opinione, quod citra mortem fiat condemnatio, num. 7. & 11. grauius tamen, & diuersimode & quandoque vsque ad triremes, & cum ignominia, 12. 13. & 17.

Quod tamen pœna arbitraria teneatur, qua etiam ad mortem extendi possit, alij voluerunt, 8.

Sed horum sententia reijcitur, num. 9. & ibidem quid Neapoli iudicatum fuerit, & 12. & 13. quid alibi seruatum.

Iudices in Criminalibus reos cõdemnare debent ad interesse partis etiam non petitum, 10.

Nobilibus non imponitur pœna alijs apponi solita pro hoc crimine. sed alia, quæ non sit ignominiosa, a qua nobilitas excusatur, 14 15. 16 & 28.

Vxores plures duabus habens punitur pœna mortis, 18. & ita Neapoli seruatum fuit, 19.

Et apud Gallos, 20.

Pœna habentis vltra duas vxores grauior esse debet, quam solum duas habentis, nullo tamen casu ad mortem, nisi numerus exuberet, vel alia aggrauent circunstantiæ, & hæc opin. magis placet, numero 21. 22. & 23.

Mulier habens plures maritos, eisdem pœnis, & maioribus tenetur, ac vir habens plures vxores, 24.

De consuetudine tamen mittuntur super asinum ta cum duobus pileis & in carcerem uel in e. ad tempus, 28.

Maritorum pluralitas magis, quam uxorum pr tur, nu. 25.

Mulier nupta, cum alio scienter contrahens com adulterium, 26.

Adulterii est pœna mortis de iure ciuili, 27.

Infames efficiuntur, eodem tempore plures nupti trahens, 29.

Crimen istud Poligamię est mixti fori, in qu laicus, quam Ecclesiasticus procedere potest mero 30.

Iudex laicus cognoscit incidenter de matrimonio, recipit testes imputati ac pluribus uxoribus n tis esse suas uxores, 31.

Sponsarum, uel sponsorum pluralitas æque ac uxc uel maritorum prohibetur, 32.

Iudei plures uxores habentes eisdem pœnis tene ac Christiani, 33.

Non tamen dicuntur plures habere, qui alias iuxt rum ritum repudiauerint, 34.

CASVS NONAGESIMVS OCTAV



1 Xorum ac maritorum pl ... liratem eodem tempore ge diuina antiqua, Euan lica, Naturali, Pontifici Cesarea prohibitam esse, ganter, & copiose osten Menoch. in tract. de arbitr. iudic. libro sec do, centur. quinta, cas. 420. numero primo sequen. vsque ad num. 96. vbi iura, rationes authoritates allegat, & omnibus in cont rium facientibus respondet, vt præterea, aduersus legem hanc, plures eodem temp contrahunt nuptias, debitis feriantur pœ Vir enim qui duas simul habet vxores, pu tur pœna publicationis medietatis bonoru & relegationis, si est persona honesta; si v vilis est, aliqua pœna corporali, vt fustigat nis, ita in puncto ex iuris ciuilis censura, quo nos loquimur dixerunt Salicet. in l. sec da, in fine, C. de incest. nupt. & in l. eũ qui du

2 numero secundo. C. ad legem Iul. de adult. p illum textum asserentem virum hunc comm tere stuprum, cuius pęna est illa de qua sup §. ita lex Iulia de adulteriis, versicu. sed e dem lege, Instit de public. iudic. Angel. Areti in tractat. malefic. in verbo, che hai adulter ro la mia donna, numero 65. versic. & adue tas, vbi inquit, vidisse plures errare in intell ctu dictę l. eum, qui duas, & punire capitalit habentem actualiter duas vxores, & ma

3 quia non commisit adulterium, sed stupru cuius pœna non est capitis, & quod cum sem sibi casus contigisset, noluit eum, qui duas ha bebat vxores decapitare, sed alia pœna affeci scilicet pœna stupri, sequitur Anguſt. de Arim in addit. reprehend. Roman. in singul. incipiẽ tu scis, quod est singu. 531. dicentem quod e pœna

4 pæna capitis, & Anton. de Butr. qui consuluit,
quod si vilis persona duas nobiles acceperit in
vxores, sit pæna capitis; alias non, quasi quod
ista sit pæna arbitraria, quę possit extendi vsque
ad mortem, & inquit quod ista sunt somnia,
quia sic delinquens punitur criminaliter pœ-
na tantum stupri, quod solum committit, &
non etiam adulterium Alexand. consi. 165. vi-
sis & ponderatis statutis, in princip. nu. 1. lib.
7. qui loquitur in eo, qui duas puellas virgines
desponsauerat, concludens non pęna mortis
damnandum, sed stupri tantum supra expres-
sa, Paul. Grill. in tract. de pæn. omis. coit q. 14.
num. 3. versic. secundo uero casu, Boss. in pract.
crim. tit. de coit. damnat. & punibil. nu. 78. ver
5 sicu. quæro in quam pænam, ubi tamen subdit
quod aliquando senatus Mediolanensis tales
fecit fustigare, & semel & sæpius (pro ut etiam
de pluribus arguebantur) in uiciniis, in quib.
habitabant uxores. Gram. uot. crim. 17. in cau-
sa Regii fisci, numer. 1. & 2. Addit. ad Diaz. in
pract. crim. canon cap. 80. in uerbo, matrimo-
nium de facto contrahentes, in appostilla in
6 verbo deponi debere sub litteta B. uersic. puni
tur denique, qui itidem lapsum fuisse Roma-
num notat. Didac. Couar. in Epitom. de spon-
sal. & matr. in 2. par. cap. 7. §. 3. nu. 6. ver. ex qui-
bus etiā folio mihi 203. ubi pariter reprehen-
dit Romanum d. sing. 531. tenentem pænā mor
7 tis imponi contrahētibus binas nuptias, Clar.
in §. fornicatio, nu. 31. uersic. dicitur etiām dā-
natus ubi ait quod ista uidetur magis commu
nis opinio, Menoch. d. cas. 420. nu. 101. & 102.
versic. secundus est casus, ubi testatur hanc es-
se magis receptam Doctorum opinionē, a qua
tamen postea recedit, num. 103. & pluribus se-
quentib. putans uerius esse, quod iste delin-
8 quens pena arbitraria teneatur, & ad mortem
etiam condemnari possit, cum dolo fraude, &
persuasionibus deceperit secundam mulierē,
cui suasit se non esse alteri obligatum, & ideo
posse eam ducere, & qui his dolis & fraudib.
committit stuprum pœna mortis naturalis te-
neatur, ad quod allegat Roman. d. singul. 531.
Bertnond. de public concubina. in uerbo, mo-
nemus omnes laicos, num. 3. Præposit. in cap. 2.
num. 2. de sponsa duorum, & Additio. ad Alex.
d. consi. 165. libro 7. in appostilla sub littera C.
qui sentiens contra ipsum Alex. excusantem a
pęna mortis eū qui duas puellas virgines præ-
textu matrimonii deceperat, ait non agi de
simplici stupro, sed de multiplici crimine, ob
idque eum facinore consumato bonis, fama,
& pudicitia labefactis dignum esse morte, &
quod Alexander mollis fuit in pęnis, & con-
sultus etiam a iudicibus, semper ad absolutio
nem uel excusationem declinauit, quibus ad-
di potest Diaz. in pract. crim. canon. in uerbo,
matrimonium de facto contrahentes, cap. 80.
num. 4. uer. debent præterea, in fine, qui aper-
tis uerbis idem quod Menoch. tenet, & Zache.
in addit. ad Abb. in ca. cum haberet, de eo qui
duxit in matri. quam polu. per adulter. in 2. no
ta. sub num. 3. in appostilla in uerbo, & uide mi
rabilem pænam, sub litteta A. qui sequitur Ro-
man. d. sing. 531. & Iacob. de Belloiusu in prac.
crim. tit. de lenonib. nu. 35. versic. & si habens,
vbi quod talis delinquens tenetur pęna adul-
9 terii, quæ est mortis, hodie mitigata in mulie-
re, de quorum tamen dictis parum est curan-
dum stante opinione magis communi in con-
trarium, cui etiam adhærere uidetur Vinc. de
Franch. decis. Neapol. 333. Scius sub nu. 6. uer.
addo prædictis, in 2. par. ubi inquit quod dum
accidisset casus, in quo quidam barbitonsor,
qui iam officium dimiserat, sub colore matri-
monii habens uxorem, defloraſſet uirginē ho-
nestam primo loco ingrediens per uiridarium,
& secundo loco cum scala, & magna Curia cō-
demnasset eum ad mortem, sacrum consilium
condemnauit ipsum perpetuo ad regias trire-
mes cum comminatione mortis, & ad interes-
10 se, quod iudices facere debent in causis crimi
nalibus etiam absque petitione, licet hodie
oo liuiscantur, adeo quod vt vides, opinio ista
11 quod citra mortem fieri debeat condemna-
rio, & vera est, & a iudicibus etiam obseruata.
Non tamē vidi vnquam in facto seruari ad vn-
guen magis communem opinionem supra re-
latam de pæna stupri imponenda, sed vt pluri-
mum cessantibus particularibus locorum sta-
tutis, huiusmodi delinquentes condemnantur
12 ad triremes ad tempus maius, vel minus, secū
dum personarum & facti qualitatem, & ad do
randam secundam mulierem, vbi sit virgo, &
pauper, & stuprator habeat bona ad hoc suffi-
cientia, & antequam tran smittantur ad trire-
mes ignominiose mittuntur mitrati cum dua-
bus colis, idest instrumentis pensa continenti
bus, a quibus fuso filla ducuntur, quibus scili-
cet mulieres nendo vtutur, sedentes super asi-
13 num publice per loca solita loci, ubi fit hæc
executio iustitiæ, quod maxime obseruatum
scio in Magno Ducatu Etruriæ me etiam ita sę
pius vocante, quod & in aliis prouinciis serua
ri affirmat Adddit. ad Diaz. in pract. crim. ca-
14 non. cap. 80. sub d. versi. punitus denique, vbi ta
men inquit quod in personis nobilibus hunc
rigorem moderaret, & aliam iustam pænam ir
rogaret, & quod ita praxis recepit, nec mihi
displicet, ut hi ab ista publica & ignominiosa
pæna excusentur, & forte etiam a triremium
15 condemnatione, sed alia graui tamen punian
tur, pęna, puta pecuniaria & relegationis, con
finij, vel exilii, aut carceris ad tempus, quia a
pænis ignominiosis excusantur nobiles, ne to-
16 ta familia, & agnatio vituperetur. Bart. loquēs
in pæna fustigationis & uerberum in l. 2. ante
finem, ff. de termi. mot. per illum tex. & per l. 1.
§. 1. ff. de effract. & expilla. & per l. pedius §.
diuus ad fin. ff. de incēd. ruin. & naufrag. Bald.
in auth. incestas in 2. lectura. C. de incest. nupt.
& est tex. apertus in l. capitalium §. non omnes,
& § & ut generaliter, ff. de pęn. & pro præmissis
beneſacit

benefacit Abb.in cap.cum haberet,in 2.no.nu
me.3.de eo qui duxit in matri. quam pollu.per
adulter.aiens quod tales delinquentes in qui-
17 busdam locis mitrantur, uel aliam ignomi-
niam patiuntur.

Quod si uit non duas tantum eodem tem-
pore,sed plures habeat uxores,facilius admit-
18 ti potestalia opinio,quod is morte sit dignus,
quemadmodum tradit Grammat. uot. crimin.
17.num.5.& sequent. usque ad finem, ubi pro-
bat eum, qui quinque uxores eodem tempore
duxerat, ob tot stupra reiterata, & tot uirgi-
num & matronarum honestarum pudicitiam
violatam,decusque dolose fędatum,ad pęnam
mortis esse condemnandũ,pro vt factum fuisse
19 per magnam Curiam nemine discrepante, &
postea executum attestatur, cuius Curiæ iudi-
cium probat Clar.d.§.fornicatio,num.31.uer-
sic.dicitur etiam in fine, & de eo etiam memi-
nit in pract.crimin.q. 84. sub num.6.post uersi.
sed hic incidenter quæro,& secundum hanc o-
20 pinionem fuit etiam alias condemnatus apud
Gallos quidam, qui eodem tempore quatuor
habebat uxores ut refert Boss.d.tit. de coit.dã
nat.& punib.nu. 29. audiuisse a Præposito To-
losano Regio senatore, quæ exempla refert &
comprobat Menoch.d.cas. 420.nu. 99. & 100.
vers. Iudex ergo,qui tamen antea,nu.96.& se-
quent.uer.de pęnis, firmat etiam hoc casu pæ-
nam non esse simpliciter, & absolute capitalẽ,
21 sed Iudici arbitrariam pro qualitate persona-
rum,& facti, ita ut etiam pęnam mortis infer-
re possit, ut aperte scripserunt Pręposit.in c. 2.
nu.2. de spons. duor. & Ioan. Bernard.Diaz in
pract.crim.canon. cap. 80. in uerbo matrimo-
nium de facto contrahentes,sub nu.4. uer. de-
bent præterea, ad finem, & antea Butr. quem
uterque eorum recenset, qui tamen omnes mi
hi uidentur loqui in his, qui binas tantum, nõ
etiam plures eodem tempore contraxerunt
nuptias, seruiunt nihilominus ad propositũ,
nam si hoc uolunt quando quis binas tantum
contraxit nuptias,fortius idem sentiunt,quan
do ad alias plures deuenit, vnde & alii cũ eis
supra relati idem tenentes, pro ut Roman.Za
cher.Bermond.& Addition.ad Alex.huic opi-
nioni fauent.dicit tamen Clar.in d.§. fornica-
tio nu.31.uersi.dicitur etiam damnatus, quod
22 senatus Mediolani solet,quando quis plures,
quam duas vxores habet eodem tempore, gra
uius in eum animaduertere,quam dictent con
stitutiones illius dominij imponentes pænam
scutorum quingentorum, vel trium ictuũ fu-
nis, & vlterius arbitrio senatus, & quod pro-
pterea quidam, qui quatuor mulieres eodem
tempore viuentes in vxores duxerat, fuit pu-
blice fustigatus, & ad triremes per triennium
transmissus.Ego certe si casus contingeret, nũ
quam imponerem pænam mortis, nisi maxi-
23 me concurrerent circunstãtiæ,vel tantus esset
numerus vxorum, vt iudex induceretur ad d.
pænam indicendam,sed longe grauiorem pæ-
nam imponerem,quam si binas tantum contra
xisset nuptias.

Et quæ dicta sunt in viro duas pluresve eodẽ
tempore habente vxores, procedunt econuer-
24 so in mulieribus quæ vno tempore duos aut
plures ducunt maritos, nam & istæ eisdem pæ-
nis, quibus & viri binas aut plures habentes
vxores subijciuntur de iure ciuili, vt dicunt
Paul.Grilland. Couar. & Clar. in locis citatis,
imo & grauioribus, cum pluralitas maritorũ
25 multo magis repugnet legi diuinæ, antiquæ,
euangelicæ,naturali, canonicæ, & ciuili,quam
ipsa vxorum pluralitas,vt probat vel ex Theo-
logorum sententia Menoch.d.casu 420.n.116.
versi.de mulieribus, quod & ex eo intelligi po
26 test. quod mulier priori viro nupta, cum alio
scienter contrahens committit adulterium, vt
volunt Grill.& Couar.sup.relati, quod crimen
iure ciuili pęna mortis punitur.§. item lex Iu-
27 lia de adulteriis, in princ. inst. de publ. iudi.
De consuetudine tamen in multis locis cessan
te iure municipali solent ignominiose mitti
per loca publica loci, in quo exequitur senten
tia,super asinum mitratæ cum duobus aut plu
28 ribus,secundum numerum maritorum, pileis
seu biretis pro tegmento capitis virorum con
suetis,& fustigari,& deinde, in exilium vel in
carcerem ad tempus modicum vel longum,
pro vt personarum & facti circunstantiæ vi-
dentur exigere, nulla ipsarum personarum ha
bita differentia, cum huiusmodi mulieres so-
leant esse viles,vel saltem non nobiles, in qui-
bus,si casus contingeret, posset haberi aliqua
consideratio respectu pænæ ignominiosæ, ne
ex ea toti familiæ,& agnationi,dedecus affera
tur,vt etiam sup. tetigimus in viris nobilibus
eiusdem delicti reis, quod & Abb. admittit in
d.cap.cum haberet in 2. not. num. 3. de eo qui
duxit in matrimon. quam pollue. per adulter.
inquiens quod in quibusdam locis mitrantur,
vel aliam ignominiam patiuntur. Et vltra pæ-
nas iam dictas,qui binas aut plures contrahũt
29 nuptias, infamia notantur perpetua, quod
est commune tam viris plures habentibus vxo
res, quam mulieribus plures ducentibus ma-
ritos, l. 1. in fine, & l. quid ergo, §. 1. & §. 2.
ff. de his qui not. infam. l. eum qui duas.C.ad
l. Iul. de adulter. & l. 2. C. de incest. nupt. &
not. Grill. Couar.Clar. & Menoch. in locis sæ-
pius citatis,Iacob.de bellouisu d. tit. de leno-
nibus num. 34.

Et est crimen mixti fori, in quo cum possint
procedere Iudices ecclesiastici,& seculares,lo
30 cus est inter eos præuentioni, Abb. in c. cum
haberet nu. 3. de eo qui duxit in matrim. quã
pollu. per adulter. Couar. in loco relato. Ad-
dit.ad Diaz.d.ca. 80. in appostilla in verbo, de
poni debere, sub littera B. versi. receptum ta-
men est, vbi alios allegat, quod etiam sentire
videtur Decian. in tract. crimin. tom. 1. lib. 4.
cap.26.Rubr.mixti fori quæ sint sub nu.7. in 7.
conclus. dicens propterea quod in eo licet aga
tur

tur de matrimonio, Iudex laicus est competens, quia lege ciuili prohiberetur, & subdit n. 26. versi. si Iudex laicus, quod si imputatus neger mulieres esse vxores suas vel contra, imputata dicat viros non esse maritos suos, po-
31 terit talis Iudex laicus recipere testes super huiusmodi matrimonio, quod est summe notandum, & idem antea dixit Angel. in d. verbo che hai adulterato la mia donna num. 62. vers. quid in casu, sequitur Vincent. de Franch. Decis. Neapol. 36. nobilis quidam per totam in pr. pr. vbi propterea multis, & sanè pulcris rationibus concludit, quod sacrum Cōsilium cōfirmauit Decretū magnæ Curiæ Vicariæ, quæ processerat cōtra imputatum, quod duas vxores eodem tempore duxisset, nō obstāte quod is petiisset remissionem causæ ad Iudicem ecclesiasticum sub prætextu, quod incidenter ageretur quæstio matrimonii: maxime autem potest Iudex secularis procedere contra talem plures nuptias contrahentem, quando cōstat ex processu, quod id fecerit potius ex cōcupiscentia carnis, quam quod male sentiat de fide, vt per Farinac. lib. pri. quest. crimin. quest. 8. sub nu. 227. versic. amplia hanc secundam limitationem, post Arnald. Alber. in loco per eū citato, de quo authore meminit etiam Apostillat. ad Diaz supra relatus; Dixit etiam in hac materia Angel. Aretin. in d. tract. de malef. in d. verbo che hai adulterato la mia donna nu. 65. versi. & aduertas ante finem, quod illud quod dictum est, de habente eodem tem-
32 pore duas vxores, aut duos maritos, procedit etiam in habente duas sponsas, aut duos sponsos, aut vnam vxorem, & vnam sponsam, vel vnum maritum & vnum sponsum, & idem voluit glos. in l. 2. in gl. pr. C. de incest. nupt. & probatur in l. 1. in fine, & in l. quid ergo §. pr. & §. 2. ff. de his qui not. infam. & Iacob. de bellouisu d. tit. de lenonib. sub nu. 34. post versic. vigesimonono quod qui. Quæ omnia & in iu-
33 deis locū habere videntur, quibus pariter vxorum & maritorū pluralitas prohibita est, l. nemo la pt. C. de iude. & ibi omnes scribentes notāt, & tradit etiam Bald. consi. 428. inquisitio dicta col. 2. n. 2. vers. hoc præmisso, lib. quin.
34 & subdit nu. 3. & seq. hoc non procedere in Iudeo, qui iuxta ritum suum primam repudiauit & secundam duxit, & eum refert & sequitur Menoch. d. cas. 420. num. 93. & 94. versi. imo & Iudęis.

EPITOME.

De criminibus legis Iuliæ peculatus, & residuorum, & eorum pænis, & de ministris administratoribus, officialibus, & alijs in dicta crimina incidentibus, & de furtis, decoctionibus, & aliis multis in huiusmodi materia, & ab ea dependentibus.

SVMMARIA.

Camerarij, seu Camerlingi Ciuitatis Florentiæ, circa proprium graue delictum enarratur, numero 1.

Crimen l. Iuliæ peculatus, & crimen l. Iuliæ de residuis sunt valde similia, & pro eodem quandoque accipiuntur, 2.

Differunt tamen, 3 40 47.

Camerarij pecuniam publicam surripientes tenentur l. Iul. pecul. 4.

Idem in acceptam retinentibus, nec consignantibus, numero 5.

Quod tamen non peculatus, sed de residuis teneantur, 30. 31. 32. 33. 34. 35. 36.

Peculatus crimen vt committatur, necesse est, quod sit pecunia Fisci, vel Ciuitatis Romæ, 6.

Peculatus crimen non committitur in pecunia Ciuitatis, vel Principis inferioris, sed tantummodo furtum, eod.

Peculatus crimen committitur in pecunia cuiuslibet Principis, vel Ciuitatis superiorem non recognoscentis, 7. cum seq. maxime, 9. 13.

Florentiæ Ciuitas, & eius Sereniss. Princeps Magnus Dux Aetruriæ superiorem non recognoscunt, & habent iura Imperij in suo territorio, 8.

Læsæ Maiestatis crimen committitur in Principē non recognoscentem superiorem, 10.

Princeps, superiorem non recognoscens in suo territorio æquiparatur in multis Imperatori, 11.

Fiscum, & iura Fiscalia habet Princeps non recognoscens superiorem in suo territorio, prout habent Papa, & Imperator, 12.

Peculatus pæna criminalis est interdictio aquæ, & ignis, cuius loco successit deportatio, 14.

Item amissio omnium bonorum, 15.

Hoc tamen hodie corrigitur, 18.

Quod est verum in Priuatis, seu in Iudicibus, vel officialibus, qui capitali pæna tenentur, numero 21. 23. 24. 25. 26.

Deportatio bonorum publicationē comprehendit, 17.

Confiscatio bonorum olim imposita in consequentiam alterius pænæ est hodie sublata, 19.

Capitalis pæna, qua tenentur aliqui ex l. Iul. Peculatus, est pęna deportationis secundum aliquos, numero 22.

Quod tamen sit pæna mortis verius est, 23.

Gloss. in l. vnica, C. de crimen pecul. iuste reprehenditur, nu. 24.

L. vnic. C. de crim. pecul. procedit non solum in Iudicibus, sed & in alijs officialibus, 26.

Peculatus crimen committentes, si ciuiliter agatur, dānantur in quadruplum, 27.

Quod procedit siue clam, siue palam commiserint, quā do pecunia erat in fiscum incorporata, 28.

Pecuniam a debitore fiscali in fraudem fisci accipiens, tenetur in duplum, 29.

Peculatus crimen non committit ille, cuius periculo

tulo pecunia committitur. 31.

Pecuniam, publicam aliter quam teneretur errogans, tenetur l. Iulia de residuis. 33. 35. 36. 37. 38. numero 39.

Militum quæstores de facili fraudes committunt dum recēsentur milites, vt illius stipendia exsoluantur. numero 36.

Et taliter fraudantes tenentur l. Iul. de residuis. eod.

Pecuniam certo vsui destinatam, si Officialis in alium etiam publico necessarium conuertat, tenetur l. Iul. de residu. 37.

Quod procedit, si opus ad quod erat destinata, nō fuisset impletum 38.

Secus in pecunia quæ superfit expleto iam opere, cui erat destinata. 39.

Crimen de residuis puniri potest ciuiliter & criminaliter num. 40.

Crimen de residuis vt furto grauius, ita & est acrius puniendum, num. 41.

Et quod saltem furti pœna debeatur. 47.

Furtum simplex non punitur morte, sed extraordinariè. num. 42.

Peculatus crimen est maius furto. 43.

Statuta punientia furta, comprehendunt etiam crimen Peculatus, & de Residuis. 44.

Crimen de residuis debet criminaliter extraordinariè puniri. num. 45.

Pœna d. criminis dum ciuiliter agitur, est restitutio eius, quod debetur, & vlterius tertiæ partis ipsius. numero 46.

Deciani lapsus. eo.

Fur pro tribus furtis simplicibus, licet non magnis, est suspendendus, iuxta veram, communem, & obseruatam opinionem. 48.

Furtorum pluralitas quomodo consideranda 49.

Delicta eiusdem generis, & ad eundem effectum tendētia, licet ex interuallo commißa, an vnum vel plura dicantur. num. 50.

Reiteratio, delictum & delinquentem aggrauat. 51.

Et taliter vt pœna mortis imponatur, quæ pro non reiterato, non deberetur. 52. 54.

Sed istud ita generaliter, de consuetudine non seruatur. num. 53.

In furto tamen videtur seruandum. 54. & sup. 48. & num. 52.

Qualitas rei furatæ, delictum aggrauat. 55.

Vt si furetur pecunia publica. eo.

Personæ delinquentis qualitas quādoq; aggrauat delictum. num. 56.

Officialis in officio dicitur magis delinquere. eo.

Dignitatis qualitas, diuersimode delictum aggrauat. numero 57.

Euentus, seu effectus, quandoque delictum aggrauat, numero 58.

Quantitas rerum furatarum, reddit furtum grauius. numero 59.

Frequentia delicti in aliquo loco, facit vt statuti pœnæ augeri possint. 60.

Pœnæ leuitas, promptiores reddit ad delinquendum homines. eod.

Pœna vnius est multorum metus. eo.

Noctis tempus quandoq; aggrauat delictum. 61.

Delinquentes de nocte cum scalis Neapolis puniuntur pœna mortis. eo.

Furtum in Regno Neapolis, grauiter, punitur ob frequentiam talium delictorum in Regno. 62.

Sponsionibus super electione Pontificum, vel creatione Cardinalium ludere, moris est Florentinorum. 63. numero 65.

Sponsiones huiusmodi licitæ sunt de iure communi, numero 64.

Ac etiam super vita & morte eorundem. 65.

Camerarij, vel similes officiales, pecuniam publicam diu penes se retinere non poßunt, nec cum ea ludere, nec mercaturam exercere, vel aliquod commodum ex ea percipere sed debent illam consignare, vel promptam ad soluendum tenere, de quo plura exempla. 66. cum. seq.

Camerarij Florentiæ damnātur tanquam soliti pecunijs publicis mercaturam exercere. 67.

Pecuniam publicam ab officiali non licet mutuo accipere. eod.

Pecunia publica absq; superioris consensu negotiantes qualiter puniendi. 68.

Officialis non potest cum pecunia publica lucrari, & si lucretur omne lucrum debet eße publicum, numero 69.

Pecuniam publicam argenteam, mutuo ab officiali accipiens, punitur in quadruplum. 70.

Sed si aurīā, tenetur deportatione cum bonorum publicatione. eod.

Aurum est cæteris metallis pretiosius. eod.

Officialis mutuans sine licencia pecuniam publicam indistincte quod debeat decapitari. 71.

Statutum Florentinum qualiter Officiali prohibeat pecuniæ publicæ negotiationem vel mutuum. 72.

Qui non habet in ære, luat in corpore. 73.

Officiales possunt de pecunia publica disponere, & ex ea lucrari quando dominium ipsius translatum est in illos, & ipsorum est periculum, & ad certum tempus tenentur rationes & computa reddere numero 74.

Secus si non sint pecunie debitores in genere, sed in specie, vt habentes locum destinatum pro illa reponenda. num. 75.

Vel certum tempus non habeant ad soluendum. numero 78.

Obligatus ad certam quātitatem fructuum ex certis bonis dicitur debitor in specie d. nu. 75.

Officialis non retinens pecuniam publicam in loco solito delinquit. 76.

Et qualiter contra eam procedatur. 77

Officialis non potest lucrari pecunia publica, quam tenetur statim restituere. 79.

Vel si teneatur eam pro necessitate communis expēdere, quia promptam debet semper habere 80.

Officialis qui paulatim pecunias exigit, quas omnes simul intra certum tempus debet postea restituere, potest cum illis, illo interim lucrari. numero 81.

Decoctus dolo, quam seueriter sit puniendus. 82. cum seq. & 87.

Et quod eius pœna hodie sit arbitraria. 83.

Plena

Pœna ictuum plumbatarum, qualis sit d. nu.82.
Decoctores, ex statuto Curiæ Mercantiæ Ciuitatis Florentiæ efficiuntur non solum mercatores, sed quilibet alij 84.
Pecunias non modo proprias, sed & alienas intemperanter consumentiam, graue facinus.85.
Sciens se non soluendo, & alios illaqueans, puniendus est.86.cum seq.
Socer si ipse dotis, quam scit præstare non posse, generum inducat, punitur extraordinarie.87.
Diuitem se faciens & plura debita contrahens, cum sciat se non soluendo, puniatur eod.
Officialis male versatus circa pecuniam publicam vti periurus puniri potest. 88.
Aufugiens cum pecunia publica statuto Florentino grauissime punitur. 89.
Item Mediolani.91.
Ac in statu Ecclesiastico.92.
Sunt enim tales legibus odiosi.90.
Statutum puniens aufugientem cum pecunia publica, quando comprehendat, non aufugientem, sed male consumentem, adeo quod communi respondere non possit.93.
Pœna ubi certa non est expressa, proceditur de similibus ad similia ex stat. Florentiæ.94.
Et deficiente simili, locus est arbitrio.99.
Iudex ex ꝗ ff. potest casus assimilare.95.
Pœna furcarum est maior pœna amputationis capitis, num.96.
Non tamen respectu atrocitatis ipsius pœnæ, numero 97,
Pœna combustionis est maior amputatione capitis, numero 98.
Iudex habens arbitrium in puniendo, potest suadentibus circunstantiis, ad mortem punire.100.
Quod non habet dubium consulto Principe. numero 103.
M. Catonis uerba contra furantes pecuniam publicam.101.
Lenitatis, & seueritatis effectus.102.
Principi, pœnę omnes sunt arbitrariæ.103.
Princeps sumit arbitrium ex motu celesti.104.
Nobilitas excusat a pœna ignominiosa. 105.
Fallit cum delinquens indignum se reddat. 106.
Vt Officialis delinquens in offi.co.
Vel contra eius promissionem iuratam.107.
Vel enormiter delinquens.108.
Fur debet suspendi, licet nobilis.109.

CASVS NONAGESIMVS NONVS.

1 QVidam Camerarius, seu vt vulgo aiũt, Camerlingus officij decimarũ Ciuitatis Florentiæ, exercuit dictum officium per annos circiter decem & nouem, & contra promissionem per eum factam, ac iuramentũ præstitum, de bene, & fideliter officium gerendo, & plenam ac debitam rationem administrationis reddendo, & omnem pecuniarum quãtitatem ad eius manum peruenturam, fisco & Cameræ soluendo, & illis ministris, & officialibus consignando, ad quos secundum ordines Ciuitatis, & Serenissimi eius Domini, & Magni Ducis Etruriæ, d. pecunia erat deferenda, vt illi exinde eam errogarent in vsus destinatos, dictam pecuniam non soluit, pro vt tenebatur, sed eam retinuit, & dum a debitoribus solueretur, infinitis vicibus, & singulis quasi diebus, in ea quantitate, qua pro quotidianis propriis expensis indigebat, surripuit, & expedit, & sæpissime etiam in notabili summa ex solita arca seu capsa in loco officii retenta ad reponendam ipsam pecuniam extraxit, & expectato opportuno tẽpore ad propriam domum in sacculis clam detulit, & demum vsque ad quantitatem scutorum decem, & octo millium quadrigentorum & vltra consumpsit, debita sui ipsius, & aliorum, pro quibus fideiusserat, soluendo, innumerabilibus personis mutuando, mobilia emendo, stabilia meliorãdo, victum, & vestitum, sibi & familiæ subministrando, super electione Summorum Pontificum, & Creatione Cardinalium sponsionibus ludendo, & aliis modis, pro vt sibi videbatur, in vsus proprios, & alienos errogando, in damnum publicum, ac priuatum magni numeri fideiussorum, quorum septem singulis annis præstabat, insolidum unica solutione sufficiente pro ingenti summa pecuniarum, qui, ipso non soluendo existente, ex propriis substantiis communi, seu Principi tam ingens debitum persoluere coguntur, non sine euidenti aliquorum ruina & perditione, & maximo aliorum damno, quod longe maius fuisset si a Principali liberalitate subleuati non fuissent a solutione dupli certæ quantitatis per d. Cameratium intra statutum tempus non solutæ. Quo maleficio comperto, & per dictum Camerarium confesso, cum quibusdam aliis circunstantiis respicientibus modum, quem tenebat in redditione rationum ad cooperiendum eius maleficium, & pecuniarum publicarum deficientiam, partim consignando alias pecunias publicas, quæ in eam causam non cedebant, nec in ea ratione computandæ erant, partim vero accipiendo diuersas summas, ab amicis, & mox restituendo ex illis, quas prætextu officii percipiebat. Tandem re bene pensata ac toto negotio mature ponderato, ac examinato, vt oportebat, cum de fama, de corpore, ac de salute hominis agatur, veni in opinionem, quod tale delictum morte fit multandum, condemnando dictum Camerarium in pœnam furcarum ex infrascriptis rationibus, & causis.

In primis enim videtur iste Camerarius incidisse in crimen legis Iuliæ peculatus, vel saltem commisisse crimen legis Iuliæ de residuis,
2 nam licet hæc duo crimina adeo sint similia, vt pro eodem accipiantur, vt tradit Decian.

in tractat.crimin.tom.2.lib.8.ca. 31.tit. de re-
3 siduis in principio nu.1.tamen vere differunt,
vt infra patebit;lege .n. Iulia peculatus tene-
4 tur ex quo publicā pecuniā surripuit, & in rē
suam vertit.l.1.& l.4.§.fin.ff ad l. Iul. peculat.
l.1.C.de crim.pecul.l.ob pecuniā 83. ff. de fur
tis, & §. item lex Iulia peculatus,instit. de pu-
blic.iud.& vbiq; glos.& Doct.Bonifac.de Vita
lin.in tract.de malefic.Rubr. ad l. Iul. peculat.
in principio sub n.pr.Cepol.consi.crim.39. Lu
cius ciuis in 3.dubio nu.35.Ias.loquēs in The-
saurario Marchionis Mantuæ consi.111.col.2.
sub nu.pr.versi. item & fortius libr. pr. Angel.
Aretin.in d.§. item lex Iulia peculatus num. 2.
per illum tex. inquiens esse notandum contra
Camerarios, qui tractant pecuniam publicā,
quia si aliquam quātitatem subtrahunt, vel re
tinent,capite puniuntur. Boss. in pract. crimin.
tit.de furt.num. 39. versic. adde ad pœnam, &
tit. de lege Iul. peculatus, & residuorum. in
princ.remitrens se ad d.consil.Cepollæ, Aflict.
in Const. regn. lib. pr. Rubr. 35. de Officiali-
bus reipub. in Constit. officiales Reipub. in
princ. nu. pr. Decian.in d. tractat. crimin. lib.
8.cap.28.tit.peculatus quid,& quibus casibus
committatur num.7.vers.Vlpianus autem, nu.
11.versi.sed quid si quis surripuerit, & Vincēt.
5 de Franch.Decisi.Neapol.315.num.2.in 2. par.
& ex eo etiam quod dictam pecuniam ad cer-
tos vsus acceptam retinuit, & non errogauit
nec consignauit, vt destinatis vsibus publicis
deseruiret d.l.4.§.sed & qui pecuniam, & l. sa-
crilegi 9.§. fin. ff. ad l. Iul. peculat. secundum
Decian.d.ca.28.nu.18. versi. atqui etiam, post
Curt.Iunior.per eum citatum. cum quo etiam
conuenit Ias.d.consi.111.col.3.sub num.4.vers.
nec hic,& concordare videtur Bonifac.de Vi-
talin.in d.rubr.ad l.Iul.peculat.post principiū
sub nu.pr.licet dicta iura loquantur in crimine
legis Iuliæ residuorum, & non peculatus, vt
vtrobiq; aduertit gl.& bene, & ex infra dicen
dis apparebit.

Nec refert quod ad hoc,vt committatur cri
6 men peculatus,necesse sit, quod pecunia fue-
rit fisci vel Ciuitatis Romanæ, cum in pecunia
alterius Ciuitatis vel Principis inferioris, fur
tum tantūmodo committi dicatur.gl. in d. l. 1.
in verbo publica ve & in d.l. 4. d. §. fin. in ver-
bo Ciuitatis ad l. Iul. pecul. & in d. l. ob pecu-
niam in verbo Ciuitati,ff.de furt.& in d.l.1. in
verbo publicas C. de crim. peculat. & in d. §.
itē lex Iulia peculatus, in verbo, publicā, Inst.
de public. iudic. Salicet. in d. l. 1. in 2. oppos.
C. de crim. peculat. Ioan. de Plat. in d. §. item
lex Iulia peculatus in princ. num. 121. Bonif.
de Vital.in tract.de malefic. Rub. ad l. Iul. pe-
cul.ad finem sub num.2.versi.sed hodie, Boer.
Decis.212.sub nu.1.versi. & istā etiam partem,
Cepol.d.consi.39.in d.3.dubio sub num.35. ad
quem se remittit Boss.d.tit.de furt.nu.39.& d.
tit.de leg. Iul. peculat. & de resid. in princ. &
latius Decian.d.c.28.num.11. versi. sed quid si
quis surripuerit.

Quia respōdetur quod idem, quod dicitur
in pecunia fisci vel Ciuitatis Romanæ, proce-
7 dit in pecunia Principis vel Ciuitatis non re-
cognoscentis superiorem, & habentis iura Im
perii in suo territorio, prout habet Ciuitas
8 ista Florentiæ, & eius Serenis. Princeps Ma-
gnus Dux Hætruriæ, vt post infinitos Doctor.
9 tradit Gabriel.tit.de acquir.rer.domin. concl.
3.num.12.& pluribus seq.versi.pr.amplia.& vl
tra adductos per eum Bellon.consi.59. sub nu.
11.in fine & Rouescal.in addit. ad Bald. consi.
359.lib.3.in pr.appostilla, cum quibus concor
dat idem Gabriel. tit. de acquiren. vel amitt.
poss.conclus.2.num. 10.versi.contrarium quod
imo, vbi etiam quosdam alios adducit, & ita
10 in puncto decidir Decian.d. cap.28.sub d. nu.
11.ad finem, versi.puto tamen ego. vbi in simi
li allegat quod dicitur de crimine lęse Maiesta
tis, vt & illud committatur in Principem vel
Ciuitatem non recognoscentem superiorem,
non secus ac in Rempublicam Romanam, cui
11 rationi addi potest quod & dispositio l. om-
nes & l.bene a Zenone.C.de quadr.præscrip.vt
habens causam a Principe super certis bonis
post quadriennium inquietari non possit,pro-
cedit non solum in emente vel aliter acquiren
te ab Imperatore,sed etiam ab omni alio Prin
cipe vel Ciuitate non recognoscente superio-
rem,& habente iura Imperii.Bald.consi.127.2
princ.nu.2.consi.359.quemadmodum Impera
tor nu.2.versi.secunda conclusio lib.3.& vbiq;
Rouescal.in addition.late Bellon.consi. 51.n.
1.& seq.& consi.59.n.8. & plur. seq. dicens es-
se communem, & plusquam communem opi-
nionē Gabriel.tit.de acquiren.vel amitt. poss.
concl.2.n.10.& 11.vers. cōtrarium quod imo,
vbi testatur esse magis communem sententiā.
Ad idem facit,quia licet fiscus sit proprie Pa-
12 pæ & Imperatoris, tamen Principes alii, Res-
pub.& Ciuitates non recognoscentes aliquem
in superiorem, fiscum habent & iura fiscalia,
& proinde cameram imperii in proprio terri-
torio.Peregr.in tract.de iur.& priuileg. fisc.li.
1.tit.pr.nu. 4. versi. dicitur autem, & ante eum
Bald.in c.pr. in princ. nu. 10. & seq. versi. quæ-
ro vtrum apud fiscum tit. de Allodiis in vsib.
feud. quem correpte allegat Peregrin.in c. pr.
§. ad hæc,in tit.de pac.iuramē.firman.& in ter
13 minis nostris quod hoc crimen peculatus cō-
mittatur, quando surripitur pecunia fisci vel
Ciuitatis liberæ, tenet simpliciter Vincent. de
Franch.Decis.Neapol.315.nu.2.in 2. p.

Est autem huius criminis peculatus,pœna si
14 criminaliter agatur, aquæ & ignis interdi-
ctio, cuius loco hodie successit deportatio, vt
dicit tex.in l.3. ff. ad l. Iul. peculat. vbi etiam
15 subiungit, quod talis delinquens, omnia bo-
na amittit, cuius legis dispositionem refert
Decian.d.lib.8.cap.30.tit.de pœnis, & damna
tis

tis peculatus in pr. & nouissime Vincent. de
16 Franch.d.Decis. 315. num.3. & idem quod sit
pęna deportationis probatur in §. item lex Iu-
lia peculatus, inst.de public.iudic.in versi. alii
vero,& ponunt Bonifac.de Vitalin. d. tit. ad l.
Iul.peculat.nu.2.versi.pæna,Afflict.in d.Const.
officiales Reipub.sub nu.pr.Decian.d.ca.30.n.
7.versi.alii vero,& notauit glos. in l. peunlt. in
glos.fin.in princ.ff.ad l. Iul. pecul. & tradit ex-
presse Angel.Aretin.in d.§.item lex Iulia pecu
latus sub num. 2. versi. & aduertas, & ibidem
Ioan.de Plat.post princ.sub num.121. & notat
etiam Bonacos. in extrauagant. positis post 2.
partem com.opi. criminal.in declaratione ver
borum, Delictum, crimen & maleficium in
versi.in crimine peculatus etiam animus con-
sideratur, ibi & si criminaliter agitur fol. 135.
17 col.pr. Quæ quidem deportatio, bonorum pu
blicationem comprehendit secundum notata
per Clar. post plures quos refert in pract. cri-
minal.q.78.in princ.num. pr. & per Cacheran.
Decisi.105.exactis nu.3.per l.3.ff. ad l. Iul. pe-
culat.& l.deportatorum, C.de pæn. & est simi-
lis tex.in l. deportati C. de bon. proscript. seu
18 damnator. & in l. 2. C. de his qui ex publ. ra-
tion.mut.pecun.acceper.lib.10.& in l.3.§. le-
gis Corneliæ, ff. de Sycar. sed quod dictum est
de bonorum ammissione nouissimo authenti-
corum iure, correctum esse dicit glo.in d.l.3.&
in d.§.legis Corneliæ,& bene, quia vt testatur
19 Clar.d.quæst.78.post principium sub n. 1. per
auth.bona damnatorum, C. de bon. damnat.
correcta sunt iura antiqua in illis casibus, in
quibus pæna confiscationis bonorum est impo
sita in consequentiam alterius pænæ, pro vt
20 est quando imponitur deportationis pæna,
adeo quod cum hodie d. pæna deportationis
non sit in vsu, eius loco pro dicto crimine im-
ponetur pæna arbitraria secundum veriorem
opinionem, de qua attestautur Clar. in pract.
crim.q.67.num.8.versic. deportatio etiam, &
Farinac. lib. pr. qq. criminal. tit. de delict. &
pæn.q.19.num.15.versi.pæna etiam deportatio
nis,& alii quos citaui sup.cas.8. incipienti Exi
21 mentes,post versi.ipse autem detentus, & hoc
nisi delinquentes sint Iudices seu Officiales,
qui si tempore administrationis publicam sub
trahunt pecuniam, capitali pæna puniuntur
cum iis, qui eis ministerium præstiterunt, vel
subtractas scienter susceperunt l. vnic. C. de
crim. pecul. & d. §. item lex Iulia peculatus in
princ.inst.de publ.iudic. Bonifac. de Vitalin.
de malefic. Rubr. ad l. Iul. peculat. in fine sub
num. 2.versi. sed hodie.Bonacoss.vbi sup. versi.
si vero erit officialis.Clar.in pract.crim. quæst.
68.num.30.versi.officiales.Decian. d. lib. 8. d.
cap.20.num.29.& 30.versicu. sed quidem & d.
cap.30.num.6.versicu. Iudices vero, & quam-
uis glos.in d.l.vnic. C. de crimin pecul. in ver-
22 bo capitali intelligat, quod pæna capitalis
qua ex lege Iulia peculatus tenentur Iudices,
qui tempore administrationis publicas pecu-
nias subtrahunt, & pariter qui illis auxilium
præbent, vt in dict. lege habetur, sit pæna de-
portationis,& eam ibi sequatur Salycet. in fi-
nalibus verbis,& ita etiam teneat Afflict. in d.
constit.Officiales Reipub.post principium sub
numero pr. tamen non dicit verum, & destruit
23 tex.in d.§.item lex Iulia peculatus,inst.de pu-
blic. iudic. qui facit differentiam inter Iudi-
ces seu officiales,& priuatos, volens quod Iu-
dices & officiales teneantur pęna capitali, id-
est mortis, & similiter illis opem præstantes;
priuati uero deportentur; nulla, enim opus
erat differentia, si omnes vna,& eadem depor-
24 tationis pæna adstricti fuissent, & recte, vt mea
fert opinio, glos. illam reprehendunt in d.§.
item lex Iulia peculatus. Angel. Aret. numero
3. versi. & tene menti,& Ioan.de Plat. numero
125.versi.nunc ad secundum,& dicunt eam lo-
25 qui contra illum textum, & quod in officiali-
bus publicis est pæna mortis naturalis, in aliis
vero deportationis, idem videtur sentire De-
cian.d cap.30.numero 6.& 7.dum clare tradit
Iudices, qui in administratione pecuniam pu-
blicam surripiunt, capitali animaduersione
puniri, ac & eos qui ministerium exhibuerũt;
vel subtractas susceperunt scienter, alios ve-
ro, idest præter ipsos Iudices, qui in hanc le-
gem inciderunt, pænæ deportationis subiuga
ri, vnde non ab re videtur Clar. posuisse intee
casus pænæ mortis naturalis, quos enumerat
d.quæst.68.hunc de iudicibus publicam pecu-
niam tempore administrationis surripienti-
bus, licet simpliciter pertranseat, nec difficul-
tatem istam sentiat, similiter & Decian.d. cap.
28.numero 29. & 30. loquitur de capitali ani-
maduersione contra tales officiales, & opem
illis præstantes, vel surreptam pecuniam scien
ter suscipientes, cum tamen de deportatione cõ
tra alios in ea materia loquutus esset, & licet
26 ter d. l. vnic. loquatur in Iudicibus, idem ta-
men est in quibuscunq; aliis officialibus, vt
ibidem volunt scribentes,& in hac materia ita
expressis verbis tenet glos. in l. sciant Iudices,
quæ est vlt.C.de his quæ ex publ. collat. illat.
sunt non vsurpand.lib. 10.quæ dum textus mã
dat susceptum per Iudicem ex certa causa pu-
blica non posse in aliam necessitatem conuer-
ri sub grauissima seueritate capitis scilicet se-
cundum Accursium ibi, ad verbum iudices,
suppler maxime, quia vt subdit, idem est in
aliis officialibus, vnde, & Bonacoss. sup. cita-
tus simpliciter loquitur in officialibus, quod
potest pluries seruire dictis in hac resolu-
tione.
27 Si vero agatur ciuiliter, in d.legem Iuliã pe
culatus incidentes, damnantur in quadruplũ
vt in l.penult.in fine,ff. ad l. Iul. peculat. & ibi
glos fin. post principium, sequitur Angel.Aret.
in d. §. item lex Iulia peculatus, sub numero 2.
versi.& aduertas, vbi formaliter ait, quod pæ-
na deportationis habet locum, quando crimi-
naliter agitur, secus si ciuiliter, quia tunc te-

netur in quadruplum per d.l.penult. & ibi notata.Iaf.d.confi.111.in 2. col. fub nu. 1. verfic. item & fortius libr. pr. Bonifac. de Vitalin. d. Rubr.ad l.Iul. peculat. ante finem fub num. 2. verfi. item tenetur reftituere, Bonacoff. in di-ctis extrauagantibus in loco iam relato verfi.fi ciuiliter agatur fol. 135. col. 1. Idem voluit Bart.in l.facrilegij pœnam 6.§. is autem, ff. ad l.Iul.peculat. circa principium, fubdens ante finem in verfi. hic dicitur, quod hoc quod dici
28 tur de quadruplo, procedit quando pecunia erat iam incorporata in fifcum, nam tunc in di ftincte eam accipiens, fiue clam, fiue palam, tenetur in quadruplum; fi uero nondum erat incorporata in fifcum, licet ad eum fpectaret, pu
29 ta quis eam acceperat a debitore fifcali in fraudem fifci, tenetur in duplum tantum, quã diftinctionem fequuti funt Cepol.d. confi. 39. in 3.dubio fub num.35.ad quem fe remmittit. Boff. d. tit. de lege Iul. peculat. & de refid. in princ.Afflict.in d.Conft.officiales Reipub.fub nu. 2. verfi.de iure vero Codicis, Ioan.de Plat. in d.§.itẽ lex Iulia peculatus nu.126.poft verfi. & quod hæc accufatio, & Decian.d.ca. 28. nu. 18.verfi.atqui etiam,& d.cap. 30. fub n.5. poft verfi. quadrupli vero ad finem, ibi quadrupli autem, vbi etiam ad idem citat Curt. iuniorẽ.
30 Quia tamẽ his camerariis publicæ pecuniæ administratio commiffa videtur, ex quo eam exigunt, & fub eorum cura tenent, & cuftodiunt, & aliis publicis officialibus foluunt, & confignant, verius fortaffe videtur quod in eis locũ non habeat d. crimen peculatus, fed in aliis tantum officialibus, & miniftris publicis, quorum curæ & cuftodiæ pecunia publica commiffa nõ eft, quicquid dixerint fupra relati Doctores, fed quod in his procedat aliud eiufdem legis crimen, quod dicitur de refiduis vt voluit Bart.in l.facrilegij 9. §. labeo nu. 1. ff. ad l. Iul. peculat.notans ex illo tex.quod Maffarius cõmunis lege Iul.peculatus non tenetur, fed tenetur lege Iul. de refiduis, fi quid apud eum re-
31 manfit de pecunia communis, quia ille crimẽ peculatus committit, cuius periculo res non fuit, & fic ab eo committitur, qui officialis nõ fuit, quam fententiam amplectuntur in d. §. item lex Iulia peculatus, Angel.Aretin.fub numero 3. ante finem verfi. fed Bartolus, & expræffius Ioannes de Plat. poft principium fub nu.121.verfic.item intelligas,& in §.funt præterea nu.169.verf.& nota quod, eod.titulo, Cepol.d.confi.39.in 3.dubio fub num.35.Sa ycet. in d. l. vnic. in pr. oppof. C. de crim. peculat. poft gl. ibi in verbo publicas in princ. Decian. d. lib.8.d.cap.28.num.2. verfi.labeo, & cap.32. tit.qui.mod.excufentur rei peculat.& refid.n. 4.verfi.item excufatur, & n. 5. verfi. qui etiam, & quod d.lege Iul. peculatus non teneatur fur
32 ripiens publicam pecuniam eius curæ & periculo commiffam, eft textus clarus in d.l.facrilegij 9.§.labeo, & §. is autem, & tradit glof.in l.1.in verbo licebit, eod. tit.& in l.vnic. in glof.

in verbo publicas in princ.C.de crim.pec vnde verius d.Camerarius tenetur lege l refiduis, vt dicit glo.in d. §.is autem, in v
33 non committit, nam in eam legem incidi publicam pecuniam in vfum aliquem de tam retinuit, nec in eum vfum confumpfit in fuum conuertit, vel aliter, quam tene erogauit, l.2.l.4.§.lege Iulia, & §. fed & q l.facrilegij 9.§.eum quoq;, qui eft fin.&ibi in verbo aliquos, ff.ad l.Iul. pecul. Iaf.d.c 111. col. 3. fub num. 4.verfi.nec etiam p lib.pr.Cepol.d.confi. 39. in 3. dubio fub 35.Boff.d.tit. de leg. Iul. peculat. & de re in princ. fe remittens ad Cepol. late Bon de Vitalin.in tract.de malefi. in Rubr. de duis num.1.3.& 4. & clarius Angel. Aret. funt præterea, in verfi. lex Iulia de Refi Inft. de public. iudic. in princ. num. 1. di
34 quod in iftam legem incidunt officiales camerarii, qui habent ex adminiftratione blicas pecunias, & finito officio aliquid nent, & latius Ioan.de Plat.in d.§. funt p rea, num.168. & 169. verfi. nunc fequitur
35 re, vbi ait quod dicta lex punit eum qui p niam fibi datam pro aliqua adminiftrat exequenda, vel pro aliquo opere publico ciendo, aut pro aliqua alia caufa, non ex dit in eam caufam, fed totam pecuniam eius partem pro fe retinuit, & exemplifica Maffario communis deputato ad pecun communitatis exigendam, qui ipfam p niam vel eius partem in fuos vfus conuert cit Angel. de Peruf. in §. iubemus il 2. in verfi. & nota, in authent.de collatio. vbi q conferuatores monetæ, qui pecuniam dep tam in vnum vfum, conuertunt in alium, etiam proprium eorum vfum, grauiter pu tur, & hoc ante iftos voluit glof. ibidem in bo lex Iulia de refiduis inquiens, quod te cum habet quando aliquid fuperfuit ex ali adminiftratione publica, & ipfe in vfum fu cõuertit, cui erat illa adminiftratio comm Decian.dict.lib.8.cap.31.tit.de refidu. nu & 3.& dict.cap.32.num. 5. verfi. qui etiam cuniam, Boff. in pract. crim. tit. de furt. n 41.verficu. ille etiam, vbi dicit quod qui e cunia eroganda in vfum publicum, ret ad vfum proprium, quod fupereft, inc
36 in crimen de refiduis, & maximam pæn patitur, & quod hoc fæpe contingit in qu ribus militum propter facilitatem fraud quæ committi poffunt, quando recenfen milites, vt ftupienda illis exfoluantur, & id repetit in tit. de lege Iul. pecul. & de refid ante finem, verficu. & quando aliquid fup
37 eft. Quinimo dixit Angel.Aret.in dict. verfi lex Iulia de refiduis, inft. de publ. iudic. numero primo, quod d lege de refiduis ten tur officiales, qui habent vnam collectam i pofitam in communi deftinatam pro c to vfu, & certa neceffitate communis, conuertunt dict. pecuniam in alium vfu ma te

etiam pro necessitate eiusdem communis, & subdit, numero secundo, hoc notandum contra collectores collectarum pro stipendiis Doctorum, quia non possunt, dic. pecuniam in alium vsum et pro necessitate cōis conuertere, & conuertendo tenentur d. l. & eius pœna, & facit Angel. de Perus. supra citatus in d. §. in- bemus, in quo tamen contrarium de directo, nulla mentione facta de præfato dicto Aretini, tenet Decian d. cap. 32. quib. mod. excuset. rei peculat. & resid. num. 9. versi. excusabitur etiam, vbi tradit quod qui recipit pecuniā publicam ad hunc vsum in specie, ut expenderet, pura in tali ædificio faciendo, uel ad tātam frumenti quantitatem emendam, & ipse ædificiū fecit uel frumenti quātitatem decretam emit, & si aliqua pecuniæ quantitas supersuit, eam expendit in alios vsus utiles reipublicæ, & hoc clare demonstretur, licet partem d. pecuniæ in alios usus consumpserit, contra d. l. 2. & alia iu ra supracitata: attamen quia non in usus suos conuertit neque dolo expendit, sed bona fide, & in beneficium reipublicæ, credens id sibi licere, non teneb iturde peculatu, neque de residuis, & dicit quod ita respondit de iure, & bene, Curt. iunior in loco per eum citato. pro opinione tamen Angeli adduco ego tex. elegantem, & peregrinum, in l. 3. quę est vltima Cod. de his quæ ex public. colla. illata sunt non usur pand. libro decimo, quam legem notat Bartol. contra Conseruatores monetæ, qui pecuniam communis deputatam ad solutionem salariorum Doctorum, suo arbitrio conuertunt in alios usus, puta soluendo stipendiariis, sequitur Deci. consilio sexto, in princip. Saluando tamen utcunque dictum dici forte

38 posset, quod opinio Angeli procedat quando opus, ad quod pecunia erat destinata, non fuerat adimpletum, & pecunia in alium usum

39 conuersa. Opinio autem Deciani quando dictū opus fuerat factū, & superfuerat aliquaquā titas pecunię, quā quis in aliū usum expēdit.

40 Quod crimē residuorum potest quoque puniri criminaliter, & ciuiliter, prout crimen peculatus, licet maior sit pęna peculatus, quā residui, ut in puncto decidit Ioan. de Plat. in dicto §. sunt præterea, numero 169. post uersi. & nota quod ad hoc, ex eo quod crimen peculatus committitur ab eo, qui non est officialis nec deputatus ad publicam pecuniam exigendam, uel custodiendam, aut expendam. Crimen uero residuorum ab officiali, cuius curæ, & periculo commissa est pecunia, ut dictum est supra, & quod criminaliter procedatur in tali crimine ultra prædictos Doctor. tenet Decian. dicto capit. trigesimoprimo, de resid. numero quinto, uersic. iudicium hoc. & ultra eum hoc præsupponit Iasd. consil. 111. iuncto themate lib. primo, & aperte uoluit Cepol. d. consi. 39. in 3. dubio, sub num. 35. & seq. & clare etiam tradit Boss. dicto tit. de leg. Iul. peculat. & de resid. in fine, & licet præfati Doctores non aperiant, quænam sit huius criminis pœna criminalis, dicunt tamen Cepol. & Boss.

41 quod cum sit delictum grauius furto, debet acrius puniri, quam ipsum furtum simplex, quod & in peculatu affirmauit Vinc. de Franchis, dictis Decis. 315. numero tertio, iunctis præcedentibus, dicens expresse, quod maior pęna imponitur crimen illud committenti, quam simplici furi, qui non punitur morte, sed

42 extraordinarie tantum, iuxta l. final. cum ibi notat, ff. de furt. & idem in peculatu, quod sit maius furto, voluerunt Cepol. & Boss. sup. cita

43 ti, & facit gloss. in l. secunda. C. de his qui ex public. ration mutu. pecun. accep. libro decimo, in glos. in uerbo, omnibus dum peculatum appellat furtum, & bis inquit pręcise quod ibi delinquens commisit furtum seu peculatum, facit etiam tex. in l. sacrilegi 9. §. Labeo, ad legem Iul. peculat. ubi formaliter dicitur peculatum esse pecunię publicæ, aut sacræ furtum, non ab eo factum, cuius periculo fuit, vnde qui in crimen peculatus, uel residuorum incidit, furtum, facti ueritate attenta, dicitur committere, licet lex dicto furto ueluti delicto grauiori, quam sit simplex furtum, & speciali nota digno, particulare nomen adinuenit, & ex eo etiam probatur, quod ut diximus post principium præsentis resolutionis, surripiens pecuniam alterius quam fisci, uel Ciuitatis Romanæ, uel Principis, uel Ciuitatis non recognoscentis superiorem non committit peculatum, sed furtum tantum: hinc dixit Boss. in dicto titul. de leg. Iul. peculat. & de residu. in fine, uersicu. & quia, quod ex quo hæc crimina peculatus, & residuorum, sunt

44 furta acriora simplicibus furtis, statuta puniencia furta, etiam comprehendunt dicta crimina, & confirmatur ex dictis per Cepol. in dicto tertio dubio, sub numero 35. 36. & 37. & ita etiam in istis terminis arguit Vincen. de Franch. dicta Decisio. 315. numero tertio, & sequent. par. 2. recensens plures ita tenentes super cap. Regni ad hoc, quod Capitulum imponit pęnam mortis furi furanti ultra unicam, quod scilicet procedat etiam in committente crimen peculatus, & licet postea num. 7. & seq. multa alleget in contrarium, tamen nihil firmat, sed dicit quod Auditor exercitus illius Regni, qui ex delegatione processerat, dixit sibi quod inquisitus non erat conuictus, & quod facta per eum relatione in Collaterali consilio fuit condemnatus perpetuo ad Regias triremes, licet unus ex Dominis fuisset in uoto, quod moreretur, & nullam facit mentionem de Cepoll. & Boss. in locis citatis, nec de aliis rationibus per me adductis, adeo quod d. pę-

45 na criminalis residuorum tanquam specialiter a lege non expressa seu determinata, extraordinaria erit, & pro motu Iudicis arbitranda, iux. l. 1. §. expillatores, ff. de effract. & expillat. & notata in l. 2. ff. de crim. stellionat. & in l. hodie, & in l. sanctio legum ff. de pœn. & in l. 1. in fi.

in fin. versic. cum dicit tempus, ff. de iure delibe. per illa iura, & pro vt in furto dicitur in d. l. fin. & ibi Bart. & alii DD. ff. de furt. & ita tenet gloss. secundum vnam opinionem in d. l. 4. §. sed & qui pecuniam, ff. ad l. Iul. pecul. in gloss. in verbo, tertia parte ibi, alii dicunt extraordinaria, licet eam non firmet, & ideo forte dixit Boss. d. tit. de furt. num. 41. versi. ille etiã, quod in hoc crimen incidens maximam pœnam patitur, & quod pœna sit arbitraria, videtur firmare Afflict. in d. Constitut. officiales Reipub. nu. 3. versi. caueant etiam officiales, vbi punctualiter ait, quod cauere debent officiales ne pecuniam fiscalem per aliquod tempus retineant penes se, & de illa faciant aliquod comerciũ, quia punientur extraordinarie & allegat l. diu C. de susceptot. & archat. lib. 10. & l. 2. C. de nauicular. lib. 11.

46 Quod ciuiliter agatur, pœna est restitutio eius quod debetur, & vlterius tertiæ partis eius, ita est tex. in l. 4. §. sed & qui, ff. ad l. Iul. peculat. in illis verbis, qua lege damnatus amplius tertia parte, quam debet, punitur, & licet dicta verba varie exponantur ibi in gloss. tamen vera interpretatio videtur esse, quod teneatur in eo quod accepit, & amplius in tertia parte illius accepti, secundum vltimam opinionem positam in d. gloss. cui similis est alia gloss. in d. §. sunt præterea, in verbo, lex Iulia de residuis in fine, Inst de public. iudic. & ita obseruatum fuit de facto iudicando contra Thesaurarium Marchionis Mantuæ, vt patet ex Thermate ad consi. Ias. 111. sup. allegatum lib. pr. & voluit expresse Bonifac. de Vitalin. in tract. malefic. in Rubr. de resid. nu. 2. versi. pœna autem, & tradit Ioan. de Plat. in d. §. sunt præterea, sub num. 171. versi. pœna autem huius legis de residuis, inquiens formaliter, quod delinquens condemnatur parti amplius tertia parte, quam debet, idest in restitutione pecuniæ, quam in vsusfiios conuertit, & in tertia eius, vt ibi in gloss. quam approbat ibidem Angel. Aretin. in versi. lex Iulia de Residuis, in princ. sub num. pr. cum quo ad pœnam, simpliciter se remittit ad ipsam gloss. & idem voluit antea ipse Ioan. de Plat. in d. §. item lex Iulia peculatus, sub nu. 121. ver. si autem fuisset officialis, notãs quod fisco damnatus de Residuis debet restituere pecuniam retentam, & vltra tertiam partem ipsius retentæ pecuniæ, Decian. d. cap. 31. de resid. num. 3. versi & generaliter, qui errore lapsus est. cap. 30. de pœn. & damnat. pecul. nu. 2. versi. item hac lege, dum opinatur quod damnatus lege peculatus teneatur amplius tertia parte, quam debet per l. 4. §. sed & qui pecunia, ff. ad l. Iul. peculat. quia ille tex. loquitur in dãnato lege Iulia de resid. vt ibi dicit gloss. in verbo lege, & alii citati omnes fatentur, & ex ipso textu & ex eius coniunctione ad præcedẽtia manifestissime constat, & ex eo etiam liquet, quod lege Iulia peculatus damnatus, in quadruplum tenetur, & non in tertio pluris eius tantum, quod debet, vt supra ostensum est, & sicut in his differunt crimen peculatus & crimen residui, in alio etiam differunt, quod plures damnati crimen peculatus, non eodem modo tenentur quo plures damnati residuorum, quia in pluribus damnatis peculatus, qui officiales non sunt, quilibet tenetur insolidum: secus vero in pluribus damnatis residuorum, qui cum essent officiales, tenentur solum inter omnes vna pœna, secundum Bart. in l. sacrilegi. 91. §. labeo num. 2. versi. quæro quid ff. ad l. Iul. peculat. quem sequitur Io. de Plate. in d. §. item lex Iulia peculatus sub nu. 121. ad finem, versi. & si sunt plures, Inst. de publ. iudic.

Et quamuis, quod dictum est de his criminibus peculatus, & residuorum, quod vnũquodq; eorum, maius sit simplici furto, aliquam pateretur difficultatem, & in proposito nostro agendum esset de crimine tantum residuorum, quod crimine peculatus est leuius, & pœnam vltimi supplicii non continet, vt diximus, tamen adhuc locus esset pęnę mortis contra dictum Camerarium, quia cum incidérit

47 in crimen residuorum, quod saltem æquale est crimini furti, debet ad minus puniri pœna ipsius furti, quod etiam dicitur commisisse secundum Cepoll. d. consi. 39. in 3. dubio sub num. 35. dicentem quod qui tenetur de residuis, tenetur etiam furti per d. l. ob pecuniam. 83. ff. de furt. & per notat. in d. l. vnica C. de crim. peculat. vbi gloss. pr. quam ibi sequitur Salycet. in 2. oppositiõ. idem videtur sentire Bonifat. de Vitalin. in tract. de malefi. Rubr. ad l. Iul. peculat. in fine sub num. 2. versi. sed hodie, & clarius & expressius in Rubr. de resid. ad fin. num. 5. versi. item potest dici, vbi inquit quod qui tenetur de residuis, tenetur etiam furti, arg. l. si vt certo §. quinimo ff. commoda. quia videtur contrectasse pecuniam publicam, & furtum est contrectatio rei alienæ fraudulosa, lucri faciendi causa, vel ipsius rei, vel etiam vsus eius, vel possessionis, quod lege naturali prohibitum est admittere l. 1. §. fin. ff. de furt. & §. furtum est, inst. de oblig. quæ ex delict. nascunt. cum similibus, vtendo enim publica pecunia aliter, quam sibi sit concessum, imo contra præcepta legum municipalium, sciens Principem, si hoc intelligeret, non concessurum plusquam verisimiliter & probabiliter ac pro certo, cum sit res prohibita, & mali exempli, vtique dicitur furtum committere, iuxta d. §. quinimo, iuncta ibi gloss. & est tex. apertus in §. placuit tamen & ibi etiam notant gloss. & DD. & specialiter Syluest. Aldobrandinus. Inst. de obligat. quæ ex delict. nascunt. qui inquit quod ita consuluit, & obtinuit, ad idem bene facit Luc. de Penn. in l. 1. post princip. in verbo inuadat C. de his, quæ ex public. collat. illa. sunt non vsurpand. lib. 10. vbi ait quod ita furtum committitur, si quis scienter retineat & contractet apud se rem alienam, quæ ab initio ad eum bona fide peruenit, quẽadmodum

admodum si a princ. scienter accepisset, quam
rem ex pluribus probat, seruit etiam Ias. in l.
eius qui prouincia §. quas vero nu. 7. ff. si cert.
pet. vbi tradit quod fuit suspensus quidam Iu-
uenis, per quem quidam mercator exercebat
mensam & bancum, & ei dederat semel centũ
ducatos, vt eos daret Sempronio, & non de-
dit, sed per se retinuit, & in suos vsus conuer-
tit, quia dicitur commisisse furtum propter il-
lam contrectationem pecuniæ per tex. clarum
in l. si quis vxori 53. §. Iulianus ff. de furt. & in
l. si is cui. 7. C. eod. tit. & subdit Ias. quod illum
defendere non potuerunt Florian. & Imol. fa-
cit insuper tex. in l. tutor. 33. ff. de furt. cum gl.
vbi tutores, curatores, procuratores, & similes
rerum alienarum administrationem haben-
tes, si quid furandi animo ammouerint, furti
teneutur, & in hoc proposito seruiunt quæ la-
tius dixi casu 140. in toto. Et pro tribus tan-
48 tum furtis simplicibus & non magis, nedum
pro tot, & tantis, qualificatis, & magnis, pro
vt sunt ea, quæ iste Camerarius fecit, quis est
furca suspendendus, secundum veram commu
nem & obseruatam opinionem vt late demon-
straui supra Cas. 20. incipient. & si iure caue-
tur. vbi infinitas fere adduxi autoritates DD.
quibus addi possunt Bald. consi. 348. viso the-
mare col. pr. ver. item aliud permittendum est,
lib. 5. Bonifat. de Vitalin. in tract. malef. in Ru-
br. de furt. Robar. & latrocin. num. 5. versi. sed
quali pæna corporali, & Albert. de Gandin.
etiam in tract. malefi. rubr. de furib. & latro-
nib sub nu. 2. versi. nunc videamus.

Quod enim furta per eum commissa, sint
non solum tria, sed & centum, & mille, & vl-
tra, habito respectu ad totum tempus eius of-
ficii, ex eo apparet, quod ab initio vsq; ad fi-
nem dicti officii, non cessauit furari, sed con-
tinnauit aliquid singulis penè diebus accipe-
re de publico, & de eo pro libito eius volunta-
tis disponere, adeo quod cum pluralitas fur-
49 torum consideretur ex distinctione rerum, &
temporum, vt plura dicantur ea omnia, quæ
distincta apparent re, & tempore, & non re so
lum, per late deducta per Cepoll. in Auth. sed
nouo Iure num. 68. & 69. versi. & dicitur vnum
furtum, & nu. 71. versi. item si quis & n. 72. vers.
sed dubitari potest & nu. 73. & 74. versi. ex his
potest decidi C. de seru. fugitiu. quem sequi-
tur Clar. in §. furtum, nu. 14. versi. vnum tamen
nota, & vltra eos Angel. de malefic. in verbo
etiam vestem celestem nu. 12. versic. nunc sum
pta occas. & ibi etiam Augustin. in addition.
& pulcre Socin. cons. 63. in præsenti consulta-
tione in 2. dubio nu. 9. post versi. sed vt excutiã
lib. pr. & subtilius & elegantius declarat Bald.
in consi. 247. ad euidentiam præmittendum
est lib. 5. ferme in toto, clarissime constat in-
finita, & innumerabilia, vt ita dixerim, esse ea,
quæ dictus Camerarius commisit, & quamuis
50 etiam dicta delicta ex interuallo, & diuersis
temporibus, tot vicibus commissa, pro vno ha-
benda essent, & vna tantum pæna essent pu-
nienda, veluti eiusdem generis, & ad vnum
effectum, & vnum finem, videlicet ad defrau-
dandum fiscum tendentia, iuxta eleganter tra
dita per Socin. d. consi. 63. in 2. dubio n. 8. vers.
circa secundam dubitationem lib 2. & per Ce-
poll. consi. crim. 77. visa inquisitione formata
contra Paulum Bello hauere nu. 8. & 9. vers. itẽ
ex eo quod reiterauerit actum, tamen delin-
quẽs, ex quo idem delictum tot vicibus perpe
trauit, & in eo tam diu perseuerauerit, durius
51 est puniendus, quia reiteratum delictum gra-
uius dicitur, & delinquentem aggrauat glos.
in l. si diutino, ff. de pæn. in gl. pr. post princip.
l. 3. §. fin. & ibi etiam glos. & DD. C. de Epi-
scop. audient. late Farinac. alia iura, & multas
autoritates adducens lib. 1. quæst. crimin. tit.
de delict. & pæn. q. 23. in princ. nu. pr. & tradit
Cepoll. alia iura citans in d. auth. sed nouo iu-
re n 93. versi. item pro hoc consi. crimin. 77. n.
2. & 3. Quintil. Mandos. in tract. de signatur.
grat. in verbo absolutio ab homicidio, propè fi
nem, versi. ratio præcipua, Bonifat. de Vitalin.
de malefi. in Rubric. de pæn. falsant. moner. sub
num. 4. versi. si autem pluries, & in terminis no
stris idem Cepoll. d. consi. crim. 39. in 3. dubio
52 num. 36. versi. præterea iste Lucius. Intantum
quod si quis pluries cõmisit delictum, pro quo
pæna capitis nõ imponebatur, decapitari pos-
sit, ita in furto dixit Gram. vot. 9. nu. 25. & seq.
versi. hinc dixit, Caret. in pract. crimin. §. circa
igitur tertium nu. 4. & plurib. seq. fol. 248. se-
quitur Octaui. Vulpel. resp. crim. 16. receptiss.
est nu. 4. vbi plures alios idem tenentes refert,
quibus addo eundem Gram. Decis. 16. num. 4.
& 5. versi. & plus dicebant, & cons. crim. 17. nu.
16. versi. & ideo dixit & vot. 17. num. 13. & seq.
versi. sed quid opus est. Hyeron. de Mont. Brixi
tus quæst. 18. incip. quidam presbiter num. 5.
versi. & quod magis vrget, Mars. sing. 378. ge-
minatio, Farinac. lib. pr. qq. crimin. tit. de de-
lict. & pæn. quæst. 18. nu. 80. versi. hinc infertur
sexto, & q. 33. nu. 2. & seq. versi. amplia pt. & vi-
detur esse tex. in l. capitalium. §. solent, ibi nõ-
nunquam capite plectendi, scilicet cum sæpius
seditiose & turbulenter se gesserint, & aliquo-
ties appræhensi tractati clementius, in eadem
temeritate propositi perseuerauerint, ff. de
pen. nec refert quod illam opinionem licet, de
iure veram, & communiter a DD. receptam di
53 cant ex consuetudine & de facto non seruari
per Indices. Gram. Decis. 16. sub num. 5. & seq.
post versi. ex quibus, Clar. in pract. crim. quæst.
84. num. 6. verb. sed hinc incidẽter, & Farinac.
d. q. 23. nu. 7. versi. limit. 2. quia hoc eorum di-
ctum potest procedere in aliis terminis quam
in materia furtorum, in qua adeo habetur ra-
54 tio consuetudinis delinquendi, vt pro tribus
tantum furtis quis furca suspendatur de cõsue
tudine generali omnium curiarum, vt testatur
ipsemet Clar. & Farinac. ille, in §. furtum nu. 8.
versi. scias tamen quod hæc conclusio, iste d. q.
23. nu. 4.

quingentorum consumere, vt cõsumpsisse fuit confessus, ita est tex. in l. din minime: C. de susceptor. Præposit. & Anchar. libro 10. quem ibi not. Bartol. contra eos, qui tenent pecuniam communis, & cum ea faciunt mercantias, & dicit ibidem Luc. de Pen. in fine eam legem no tandam contra P. de Perusio, qui dum esset era rius Curiæ Vicariæ Regni, tempore quo iusti tiæ vigor in rebus humanis agebat, ex multimodis mercibus commercium exercebat clan culum, vnde & Io. de Plat. ibidem pro vt eum refert, & sequitur Cepoll. dicto consil. 39. in 8. dubio, numero 61. & 62. inquir, quod exactores seu susceptores publicæ collationis seu solutionis factæ a prouincialibus, & alius publicis debitorib. diu penes se nec retinere, nec per cipere interim aliquod commodum, seu interusurium possunt, sed statim debent pecuniam exactam consignare Thesaurario, in vtilitaté,
67 & publicam causam conuertendam, & subdit hoc esse notandum contra Camerarios Communis Florentiæ, qui efficiuntur campsores, & mercatores de pecunia communis, quia debent puniri, & benefacit l. 2. C. de naucler: publie. speci. transportantib. libro 11. vbi est prohibita negotiario naucleriis de rebus publicis quas transferendas suscipiunt, & notat ibi Luc. de Pen. in verbo, conuertere, quod sic sede runt quidam impii, qui dum missi forent tempore horrendæ famis pro comparatione frumenti, diu steterunt, & exquisitis excusationibus moram velantes eorum, de pecuniis negotiati fuerunt, & quod eorum fraus vel negligentia est satis immaniter vindicanda, quia non vnus homo ex hoc, sed Ciuitatis, cunctus populus trucidatur; His accedit text. in l. 1. & 2. & ibi etiam Bartol. & alii. C. de his, quæ ex public. collat. illat. sunt non vsurpand. libro decimo, vbi quod pecuniam publicam non potest quis accipere mutuo, vel alio titulo, vel in suam vtilitatem aliter conuertere, & magis in proposito facit Afflict. in d. Const. officiales rei publ. sub num. 3. versic. caueant etiam officiales, vbi dicit quod cauere debent officiales, ne pecuniam fiscalem per aliquod tempus retineant penes se, & de illa faciant aliquod com-
68 mercium, quia punientur extraordinarie, d. l. din minime. C. de susceptor. & l. 2. C. de nauicu lar. seruit. etiam idem Bart. in l. vnic. C. de auri publici persequutor. lib. 10. nume. 2. inquiens, quod exactores publici si exigunt pecuniam non possunt eam redigere in Florenos, nec con tra Florenos in pecuniam sine licentia superio
69 ris, & quod pt opterea omne lucrum, quod ex hoc perciperetur, deberet esse publicum, & qui illud retinet, contra conscientiam retinet, & fiscus potest repetere, vt etiam ibidem nota uit Angel. de Perus. quasi per eadem formalia verba. Quæ dicta Bartoli sequutus est Dec. con silio 6. in princip. vbi loquitur in Camerario si ue exactore Illustriss. D. Plumbini, & tradunt

etiam Boss. in pract. crimin. tit. de fisc. & priuileg. eius, sub numero 50. circa medium, in versic. si tamen lucraretur, aiens, quod omne lucrum factum ex mercatura vel aliter cum pecuniis fisci, ad fiscum pertinet; & D. Peregr. in tract. de iurib. & priuileg. fisc. lib. 6. tit. 3. num. 10. versi. alius est casus, vbi etiam nu. 12. versi. quintus casus est, tradit generaliter quod admi nistrator fisci vel Principis, puta Thesaurarius magnus, qui ærarium, & Principis pecunias in custodia habet, quæsita cum pecunia fisci, vel Principis acquirit Principi, vel ad pretium tenetur, si sic Princeps maluerit, ad exemplũ minoris, militis, & ecclesiæ, nec mirum, quia vt idem Peregrin. dicit ibidem sub num. 1. versi. huius autem, talis administrator nullum debet sentire lucrum, sed esse contentus salariis, & emolumentis sibi a fisco vel Principe concessis, iuxta, §. oportet, in auth. de mandat. Prin cip. & loquitur in Camerario, quem Camerlingum vocamus, qui etiam dicitur quæstor, & thesaurarius. Pœna autem sic cum publica pecunia negotiantis est extraordinaria secũdum Afflict. in loco proxime citato, vel secundum
70 Cepol. d. consi. 39. in 8. dubio, sub numero 62. vers. & licet, si pecunia erat argentea vel ærea, est quadrupli l. 1. C. de his qui ex publ. ration. mutu. pecun. acceper. li. 10. si vero erat aurea, perpetuæ deportationis l. 2. eod. tit. sequitur Decian. d. ca. 28. peculatus quid, & quib. casib. committ. nu. 28. versicu. retinentes etiam, vel maior secundum Ioan. fabr. in d. l. vnic. C. de crim. pecul. post princip. dicentem quod officialis negotians cum publica pecunia ad vtilitatem fisci, tenetur in quadruplum d. l. 1. C. de his qui ex public. ration. Negotians vero ad vtilitatem suam, renetur maiori pœna, vt in l. 2. eod. tit. & in l. 1. C. de his quæ ex public. collat. illat. sunt non vsurpand. lib. 10. in qua quidem l. 2. expressa est perpetuæ deporta tionis pœna his, qui pecunia fisci ad priuata commoda vtuntur, quod est prohibitum vt ibi & in dict. l. pr. eiusdem tituli, & in dict. l. 1. & l. 2. C. de his que ex public. collat. illat. sunt non vsurpandis. in qua tamen opinione Fabri non facio magnam vim, quia alius videtur esse intellectus dict. l. 1. & d. l. 2. C. de his quæ ex public. ration. vt sup. retigi & ibi no tatur.

Insuper idem Camerarius publicam pecuniam infinitis fere personis mutuauit, occasione cuius mutui, etiam nunc remanet creditor in summa scutorum trium millium ducentorum, & vltra, quæ res sapit delictum, & tam officialis dans, quam ab illo accipiens mutuo pecuniam punitur in quadruplum, si pecunia consistebat in argento, vel ære. per d. l. 1. C. de his qui ex public. ration. mutu. pecun. acce per. si vero consistebat in auro, accipiens tenetur pœna deportationis, & publicationis omnium bonorum, dans autem capitali senten-

tentiæ

tentię subiugatur, d.l.2.eodem tit. cum aurum
sit pretiosius omnibus aliis metallis, vt in dd.
locis tradunt Barto. Bald. Luc. de Pen. & Ioan.
de Plat. & ita in terminis nostris tradit Cæpol.
d.consi.39. in 8.dubio, sub nu. 62. ad finem sequitur
Decian. d.cap.28.nu.26.& 27.versic. sed
& qui, & versic. seq. & d.cap.30.de pæn. & damnat.
peculat. num. 9.versic. capitali etiam, & ca.
31.de residu.num.9.& 10.versic. sed & qui mutuo,
& versi. seq. quinimo Afflict. in d. const. officiales
reipub. sub num. 2.versic. & dico vnum,
71 indistincte tenet quod si officiales de pecunijs
Regii fisci faciunt mutuum quibusuis personis
sine licentia Regis, debent decapitari, & illi,
qui recipiunt deberent deportari, & bona eorum
omnia fisco publicari, quod dicit ab officialibus
Regiis litteris aureis esse scribendũ,
& citat d.l.2.C. de his qui ex public. ration. mutu.
pecun. acceper. & d.l. fin. C. de his quæ ex public.
collat. illat. sunt non vsurpand. libro decimo,
quæ bene videntur probare, quod & iure
72 municipali dispositum reperitur, lib.3.statut.
Florent. cap.161. sub Rub. de pæn. official. aufugient.
cum pecun. com. seu eam depositant. vel
cambiant. in §. & nullus camerarius, quo prohibitum
est quibuscunque camerarijs communis
Florentiæ, seu deputatis pro ipso communi,
posse quoquo modo, directe, vel indirecte,
tacite vel expresse, cãbiare, deponere, vel mutuare
aliquam pecuniæ quantitatem, quam habuissent
vel recepissent quocunque modo prætextu
sui Camerariatus officii, alicui personæ,
collegio, vel vniuersitati, sub pæna dupli quantitatis
mutuatæ, seu depositæ, aut cambiatæ
vltra priuationem officii, & quorumcunque aliorum
officiorum, & beneficiorum communis
Florentiæ ipso iure incurrendam, quã quidem
pænam pecuniariam cum ob paupertatem
soluere non possit, in corporalem arbitrio
Iudicis imponendam, condemnari debet, per
73 regulam, quod qui non habet in ære, luat in
corpore, de qua habetur in l.1.§. fin. ff. de pæn.
in l. si quis id quod §. seruos, ff. de iurisd. omn.
iudic. in l. fin. ff. de in ius voc. in l. qui ædes, ff.
de incend. ruin. naufr. in l. quicunq; §. quod si
ad prædicta C. de seru. fugitiu. in l. fin. C de sepulcr.
violat. in l. ob fænus, ff. de administr. tutor.
cum vbiq; notat. per scrib. & ego probaui
sup. casu 77. incip. satis trita versicu. sexto dubitatur.

74 Et ex hoc cessant, quæ in contrarium videbantur
facere ex dictis per Cuman. consi. 178.
in 2.dub. num.3. per Deci consi. 6. in toto. per
Alciar. consi. 12.num.7.& seq. & iterum n.21. &
seq. lib. quinto, per Peregr. d. lib.6. d. tit. 3. nu.
10. versi. alius est casus ad finem, & numero 11.
versi. quartus casus est in eo, per Boss. in tract.
crim. tit. de fisco & priuilegiis eius sub nu. 50.
circa medium, versi. sed hoc quoq; falsum est,
per Ripã in tract. de peste tit. de remediis preseruat.
contra pestem in 2. particula seu in §.
venio ad modum num.17, & per Bursat. consi.
325. in 2.& 3.dubiis, dũ cõcludunt quod Thesaurarius,
seu Depositarius, vel Massarius generalis
Principis potest impune de pecuniis
per eũ exactis, & ad eius manus prætextu officii
peruenientis, negotiari, mutuare, cambiare, &
alia facere pro libito suæ voluntatis, & lucrari,
& quod talia lucra ad ipsum spectant, nec
de illis rationem reddere debet Principi, siue
consistant in mercantiis, siue in alagiis monetarum,
siue in solutionibus salariorum anticipare
factis stipendiatis a Principe, siue in aliis
quibuscunq; negotiis, quia vt ex eorum dictis
apparet, loquuntur præfati DD. quando dominium
pecuniarum erat translatum in talem
administratorem, & earum periculũ ad ipsum
spectabat, & ei statutum erat certum, & determinatum
tẽpus ad pecuniæ in eius manus peruentæ
rationem reddendum, calculos, & computa
faciendum, & eam remittendum, quia
tunc verum est, vt prædicti Doctores affirmat,
quod talis administrator potest de pecuniis
Principis disponere, non secus ac de propriis
sui ipsius, cum ante aduentum termini faciendorum
computorum, & remittendarum pecuniarum
dicatur talis pecuniæ dominus, & sufficiat,
quod destinatis, & statutis temporibus,
computa faciat, & omnem quantitatem
pecuniæ penes eum existentem remittat, quod
quidem fundamentum principale, & vnicum
dd. DD. cessat in casu nostro, ob prohibitionem
expressam prædicti statuti, & præsertim,
75 quia pecunia, quæ exigitur prætextu d. officii,
consueuit apponi in armario ad hoc destinato
in loco off. decimarum, intus quod armarium
retinetur arca ferrea, in qua reponitur
ipsa pecunia, adeo quod d. Camerarius non videtur
obligatus ad restitutionem pecuniæ in
genere, pro vt considerant dd. Doctor. sed potius
in specie, eius scilicet quæ conseruatur in
d. armario & arca, pro vt in simili dicitur quod
obligatus ad certam quantitatem fructuum
ex certis bonis percipiendorum, dicitur debitor
in specie, & non in genere, sicut esset si simpliciter
teneretur ad illam quantitatem. l. si
quis argentum §. pr. iuncta glos. pr. in fine C.
de donation. Bart. in l. cum qui, in fine principii,
ff. de his quib. vt indign. pulchre Angel. in
l. item illa, numero 7. ff. de constitut. pecun.
idem velle videntur Bart. in l. domini prædiorum
num. 3. per illum tex. C. de agricol. & Censit.
lib. 11. & Bald. consi. 255. confirmans consilium
meum per totum. lib. 2. & consi. 224. factum
tale est, circa medium, & consi. seq. lib. 3.
Alia enim ratione non videatur destinatus ille
locus pro reponenda pecunia pub. nisi vt de
ea exactor disponere non possit, & ideo non
76 ab re Cepol. d. consi. 39. in 8. dubio nu. 61. considerat
in terminis nostris, an officialis retinuerit
fiscalem pecuniam in loco solito, an vero
portauerit ad domum suã, inferens quod si
eam

eam non retinuit, pro vt erat solitum, deliquit, eandem considerationem facit Bonifac. de Vitalin. in d. tit. seu Rubr. ad l. Iul. peculat. post principium, dum ait quod tenetur, qui pecuniam Reipubl. non posuit in armario, sed
77 sibi retinuit, & debet personaliter detineri quousque reponat, & etiam puniri, vt in l. cum
78 eo. ff. ad l. Iul. peculat. Posset etiam responderi quod conclusio dictorum DD. non procedit in casu præsenti, in quo Camerarius nullum habebat tempus certum ad soluendum, vel remittendum exactum respectu pecuniarum debitarum pro augumento Decimæ & condemnationum, sed eas, postquam exegerat, persoluere tenebat Depositario Generali Principis Serenifs. nec penes se ipsum retinere poterat, & vt fecit, dilapidare, & perdere, quicquid sit respectu aliarum pecuniarũ exactarum pro solitis, & ordinariis grauaminibus Decimarũ, quarum rationem, & computa reddere tenebatur ter in anno, singulo scilicet quadrimestre, & ita aperte voluit Dec. d. consi. 6. col. 2. versi. 2. specialiter respondetur, vbi etiam in versi. vel secũdo dici potest, subiungit quod eadem conclusio ad fauorem exactoris non militat, quando is non habebat tempus ad soluendũ, sed pecuniæ debebant esse apud officialẽ pro rebus necessariis reipub. pro vt inquit contingere in Camarlinghis Florentiæ, quia tũc semper debent esse paratæ & in alios vsus conuerti non possunt, & Dec. in vtroq; dicto sequuti sunt Boss. in pract. crim. tit. de fisc. & priuileg. eius sub num. 50. circa medium versi. si tamen lucraretur iuncto versi. seq. & Peregrin. d. tit. 3. num. 8. versi. secundus casus est, & n. 9. versi. aut vero isti officiales, qui etiam dicit, quod talis officialis criminaliter tenetur ex l. Iul. de Residuis. Vnde in fine constituit Decius in hac materia tres casus, quorum duo primi adaptantur ad hanc augumenti, & condemnationum
79 pecuniam, primus scilicet, quando quis recepit pecuniam pro Domino vel Repub. quam statim habet restituere, in quo nihil potest lucrari, quia statim quod non restituit, dicitur esse in mora, vt etiam dicunt Boss. sub d. n. 50. & Peregr. d. tit. 3. nu. 8. versi. secundus casus. Se
80 cundus quando quis recipit pecuniã pro domino vel Repub. quã, licet non debeat inconti nenti restituere, tamen illam tenetur exponere in rebus occurrentibus pro necessitate communis, in quo similiter nõ potest illis pecuniis vti, quia semper debent esse paratæ ad vsum publicum, vt pariter dicunt Boss. sub. d. num. 50. & Peregrin. vbi sup. n. 9. versi aut vero, & si, qui pecuniam fisco soluere debet, per annum distulerit soluere, incidit in crimen residuorum, & lege de eo lata tenetur, l. cum eo in fine versi. sed ea quoq; ff. ad l. Iul. peculat. Decian. d. cap. 31. de residu. nu. 4. versi. cum eo, & n. 5. versi. iudicium hoc in fine, multo magis in illud incidisse dicitur camerarius iste, qui debitam fisco pecuniam non per annum solum, sed per decẽ & vltra soluere distulit in d. summa, quæ augumentum, & condemnationes respiciebat. Ter-
81 tius autem casus, quando scilicet quis paulatim exigit pecunias pro Domino vel Repub. quas omnes postea simul tenetur infra certum tempus restituere, in quo potest lucrari cum dd. pecuniis, qui est proprie casus dd. consulentium, & Peregrin. loco Cit. nu. 11. versi. quartus casus est, & antea Boss. d. tit. de fisc. & priuileg. eius sub nu. 50. versi. sed hoc quoq; falsum est, quando posset adaptari proposito nostro, non conueniret eius applicatio, nisi respectu illarum tantum pecuniarum, quæ exiguntur pro oneribus consuetis Decimarum, quarum rationem, vt dictum est, Camerarius reddere tenebatur quolibet quadrimestre, & interim dd. pecuniis vti non poterat, nec ad proprium nec ad alienum commodum, obstante statuto præcitato, quicquid in hac parte sit de iure communi, quod illi suffragari non potest, & in omnem euentum, quando a Iure communi in hoc adiuuaretur, cum remanserit pro dictis pecuniis onerum ordinariorum debitor in
82 summa scutorum septem millium, & vltra, & soluendo non sit, tanquam Decoctor publicæ pecuniæ non quidem fortunæ vitio, sed proprio, cum culpa sua, & non sine dolo decoxerit, seuerissime puniendus est, & ictibus plumbatarum subijciendus. l. quilibet. C. de Decurion. lib. 10. Strac. de mercatur. in tractat. de Decoctor. in 3. pa. nu. 3. & seq. versi. dic igitur, Menoch. de arbitr. iud. lib. pr. q. 90. num. 16. 17. Farinac. lib. pr. qq. crim tit. de delict. & pæn. q. 26. sub nu. 27. versi. hodie vero, quæ quidem pæna ictuum plumbatarum, vt ait Strac. secundum Accur. in d. l. quilibet, est damnatio in metallum, licet verius secundum ipsum sit alia pæna, quæ pilis plumbeis huiusmodi Decoctoribus inferebatur, quam interprætationem Menoch. d. q. 90. admittere videtur, & est de mente Luc. de Pen. in d. l. quilibet, in verbo, ictibus, dum exponit idest verberibus, licet ibidẽ Bald. in summario sequatur opinionẽ Accurs. & ei etiã adhærere videatur idẽ Luc. de Penn. in l. 2. C. de exact. tributor. eod. lib. 10. vbi pro declaratione illorũ verborũ, plũbatarũq; verbera, se remittit ad gl. in d. l. quilibet, quod genus pænæ siue sit damnatio in metallũ, siuẽ verberatio, nõ est in vsu, & propterea loco pænæ damnationis in metallũ, succedit pæna arbitraria. Osasc. Decis. Pedemont. 105. n. 7 in vet. contrariam opinionem, & ante eum melius & clarius Imol. in l. 2. col. 2. sub nu. 2. versic. & aduerte, quia pœna damnationis in metallum, ff. de public. iudic. vel vt aliis placet, pæna triremiũ perpetuo, vel ad tempus, vt habetur per Capijc. Decis. 153. num. 3. per Carer. in pract. crimin. in materia appellationum, versi. seu §. sextus casus, nu. 32. fol. mihi 29. & in §. circa quartum, nu. 8. & 9. ver. multoties, fol. 252. per Clar. in pract.

in pract.crim.q.67.nu.7. versi. item damnatio
in Metallum, & per alios, quos congessi sup.
casu 8, incip. Eximentes, post versi. ipse autem
detentus in carcere, Et de verberatione cum
plumbatis, potest idem affirmari postquam in
iuribus de ea loquentibus habetur pro seue-
rissima pæna, & in omnem casum eius loco
83 succederet pæna Iudici arbitraria, iuxta l.pri
mam §.expillatores, ff.de effractor. & expillat.
& alia iura supra allegata. Constat autẽ quod
84 etiam ex forma statutorum Curiæ Mercantiæ
efficiuntur Decoctores & falliti, nedum mer-
catores & artifices, sed & quæcunq; aliæ per-
sonæ cuiuscunq; gradus, status, & conditionis,
vt habetur in 3.lib.Rubr.2. de cessanti.& fugi-
tiui. in §. & oltre a quello che in altro luogo e
detto. in fine, & quam graue sit facinus eorũ,
85 qui obliguritis, tebibidisq; aut in aleã deper-
ditis, aut in venerem profusis, aut in cultum,
faustumq; effusissimum absumunt, non modo
patrimonium, sed etiam publicas, priuaro-
rumq; pecunias, docet Bude.in l.si hominem,
§.quoties, ff.deposit. post versi. decoctores in
Francia fol.584.& dixi infra cas. 105.

In alio insuper deliquisse videtur, ex quo
enim singulis annis pro administratione dicti
86 sui officii præstitit septem fideiussores insoli-
dum obligatos, prudens, sciensq; vsq; penè ab
initio se esse debitorem publicatum pecunia-
rum in tam magna summa, vt eius facultates
non sufficerent ad satisfactionem, dicitur ex
hoc eos decepisse per tex. in l.penult. in fine, ff.
87 de iur.dot. vbi habetur quod si socer spe futu-
ræ dotis induxerit genctum, & cum sciret se
præstare dotem non posse, id egerit, dicitur
genero insidiari, propter quod puniendus est
extraordinem iudicis arbitrio, pro vt ita pu-
niendum esse eum, qui sciens se non esse soluẽ-
do, facit se diuitem, & plura contrahit debi-
ta, tradunt Plot.in tract. de in lit. iur. super re-
pet. l.si quando, C.vide vi.§.4.nu.62. versi. sic
& contrahens. Menoch. de arbitr. Iud. lib. 2,
Centur.4.cas.381, nu.25.versi.hoc crimine no-
tari, & Farinac. alios adducens d.q.26. nu. 28.
versi. sicut pariter, in quã pænam etiam inci-
disse videtur tanquam is, qui decoxit, non vi-
tio fortunæ, sed culpa sua, & remansit debitor
priuatorum. Strac. in d. tract. de Decoctor. in
d. 3. pa. sub nu. 5. versi. in eo vero, & Farinac. d.
q. 26. sub nu. 27. post versi. Hodie vero. Vlterius
idem Camerarius subtrahẽdo publicam pecu-
niam & cum ea faciendo, quæ dicta sunt, & nõ
obseruãdo quæ tenebatur vigore sui officii, cõ
trauenit iuramento per ipsum præstito, pro d.
officii administratione, & tanquam periurus
88 est puniendus, vt in terminis nostris dicit Ce-
pol. d. consi. 39. in 3. dubio nu. 37. versi. insuper,
& in 8. dubio sub num. 62. versi. secunda ratio-
ne puniri potest.

Etsi in casu Cepol. d. consil. 39. quem sequu-
ti fuerunt Boss. d. tit. de furt. num. 39. in fine, &
Decian. dict. cap. 28. d. tit. peculatus quid, &
quibus casibus commit. numero 28. versi. reti-
nentes etiam, ille Lucius fuit condemnatus ad
pænam furcarum ex eo solum, quod in publi-
ca pecunia 615. tantum fecit furtum, primo in
quadam quantitate, quæ ei ceciderat de mani
ca, secundo de mille aureis, & dicta duo furta
faciendo, fecit contra iuramentum, & quia
etiam reuelauerat secreta Ciuitatis, vt in d.
consi. habetur, & potissimum in 3. & 8. dubiis,
vtiq; Camerarius iste, qui longe plura commi-
sit delicta, & non leuiora, videtur in eandẽ pę-
nam potuisse fortius condemnari.

Et quando pręmissa non sufficerent ad d. pę
næ iustificationem, ad eam sufficeret statutum
Florentinum lib. 3. cap. 161. sub Rubr. de pęn.
89 offi. aufugient. cum pecun. Com. Florent. quo
formaliter cauetur, quod quicunq; existens ad
aliquod officium Communis Florentiæ cũ pe-
cunia ipsius aufugerit, seu se celabit, & de ipsa
non respondebit Communi Florentiæ, vt tene
batur ex debito rationis, de facto, & sine stre-
pitu, & figura iudicii condemnetur in hauere,
& persona per D. Potestatem, aut alium recto-
rem Communis Florentinæ, hoc modo videli-
cet quod si quo tempore in fortiam commu-
nis deuenerit, trahatur ad caudam Asini sine
assidibus per Ciuitatem Florentiæ vsq; ad lo-
cum iustitiæ, & ibidem pro dimidia plantetur,
& pro alia dimidia sua persona comburatur,
& omnia sua bona destruantur, & deuasten-
tur, & deuastata deueniant in Communi præ-
dicto, & pingatur in Palatio D. Potestatis, præ
mium etiam concedendo capientibus & in for
tiam communis ducentibus talem fugientem;
& mandando quod nihilominus fideiussores
talis delinquentis teneantur restituere com-
muni integraliter, & cum effectu omnem pe-
cuniæ quantitatem, ad quam ille tenebatur
non obstante aliqua condemnatione, quæ fie-
90 ret de illo, vt in d. statuto. Nec mirum cum ta
les aufugientes cum pecuniis alienis, maxime
publicis valde sint odiosi legibus communi-
bus, & municipalibus, a quibus propterea in
eos acriter animaduertitur, vt demonstrat
91 Stracc. in d. 3. p. nu. 6. & plur. seq. versi. sed, &
his addes, Flot. d. §. 4 nu. 63. & seq. versi. & pro-
pterea, vbi meminit de Decreto Mediolani, ta
libus imponente pænam furcarum vel trire-
mium perpetuo arbitrio Principis, vel sena-
tus, & Farinac. d. q. 26. num. 20. versi. & in vrbe,
vbi recenset in statu Ecclesiastico extare bul-
92 lam Pontificiam huic hominum generi pænã
ultimi supplicii ueluti furibus imponi iuben-
tem. Et si diceretur, casum hunc non esse com
93 prehensum a d. statuto, cum Camerarius non
arripuerit fugam; respondetur quod patũ dif-
fert, & uirtualiter, & quoad effectum similis
est, cum iste, quia male usus est pecunia pub.
non possit de ea respondere communi, & pro-
pterea quod cum per statuta, in propriis ter-
minis

minis non reperiatur aliqua certa prouisio,recurrendum est ad simile statutum, iuxta dispositionem eorundem statutorum d.libro 3. cap.
94 quinto.Rubr.de arbitr.rector.per quod disponitur,quod quilibet Rector,& officialis pœnas statutas,& ordinatas a iure Municipali omnimodo seruare teneatur,& si de maleficio,vel delicto aliqua pena non esset determinata per ius municipale, Rector possit,& teneatur puni re procedendo de similibus ad similia,æquiparando pœnas, & causas, inspectis circunstan-
95 tiis debitis,quod potest Iudex facere,& casus assimilare etiam ex officio, & nemine perente secundum Bal.in l.vnica,numero decimo,versic.vlt.nota.C.quæ desi.aduocat. parr. Iud.supple.& quando casus illius statuti esset de delicto magis attroci,quam sit maleficium,de quo agitur, quod non videtur, cum sit non vnum, sed multiplex, adhuc tamen pœna præd.iustificaretur, quia tanquam simplex pœna furcarum, est minor pœna determinata per dictum statutum; plus enim est quod quis trahatur ad caudam Asini sine assidibus per Ciuitatem vsque ad locum iustitiæ, & postea pro dimidia plantetur, & pro alia dimidia comburatur,& exinde in Palatio Potestatis pingatur, & bona omnia publicentur, quam quod simpliciter suspendatur, & bona ad fiscum non deuoluantur, etiam quod vtroque casu, vita adimatur, & anima a corpore separetur, & hoc tã respectu ipsius pœnæ naturaliter, & in essentia seu ipsius pœnæ atrocitatis, quam respectu ignominiæ & obrobrij ex dictis morte resultãtis, ideoq; ex dictis rationibus dixit Bald.cõsi.
96 426.præmittendum est n.4.lib. pr. quod pœna furcarum maior est pœna decapitationis realiter & naturaliter,cum vna habeat aliquẽ temporis tractum, altera sit instantanea, & etiam accideraliter ratione maioris ignominiæ, idẽ tenuit Socin.consi.157.nu.4.& latius & melius
97 num.14.& 15.lib. 2. qui tamen respectu atrocitatis ipsius pœnæ contrarium asserit ex sententia Pl i icorum, quod scilicet Decapitatio pro illo minori instanti affert maiorem dolorem, quam suspensio pro maiori instanti. Deci.cõsi. 65.sub num. 4. Crauet.in tract. de antiq. temp. in 4.pa.in §. videamus modo num.27.fol.mihi. 208.Rip.in tract.de pest.tit.de remed. præser uat.contr.pest.num. 140.Farinac.lib.pr. quæst. crimin.tit.de delict.& pœn.quæst. 18. num. 85. vers.item certum est, & idem in pœna combu-
98 stionis,quod maior sit,quam pœna amputationis capitis,tenet Bald.in l.vnic.in pr. Norabili num.1.C.de rapt.virg. & vtrunq; dictum bene videtur probari in l.capitalium in princ. ff. de pœn.vbi inter pœnas capitales pr. connumeratur ad furcam damnatio, mox viui concrematio, & hæc duo tanquam summum supplicium, deinde capitis amputatio, vnde si per huiusmodi statutum mandans de similibus ad similia procedi,res est decidenda ommisso penitus iure communi, vt Socin. dicit d.consi. 157.num.6.lib. 2. vtiq; d. pœna condigna videtur,cum sit minor expressa in d. statuto, cuius casus multum dissimilis non est casus præsens, cui etiam nullum aliud statutum magis simile reperitur.
99 Iustificatur præterea d. pena furcarum aliter vigore eiusdem statuti de arbitr. Rector. vbi in finalibus verbis dicitur,quod si casus nõ decisus a statuto, non posset decidi de similibus ad similia,quia simile non reperiretur,rector, & officialis imponat pœnas arbitrio suo,
100 nam licet maxima sit inter Doctores controuersia, an Iudex habens arbitrium in pœnis irrogandis pro maleficiis commissis,possit imponere pœnam mortis,tamen omnes videntur cõuenire, quod vbi delictum est adeo atrox, vt ex circunstantiis, & qualitatibus illud aggrauantibus videatur suaderi, quod pœna mortis inferri possit, Iudex poterit illam imponere. Ioan.de Imol.in l.2.num.4.versicu.quid autem ff.de public.iudic.Gomez. tom. 3. var. resolution.de delict. cap.6. de iniurijs sub nu. 8. post versi.& in tantum in primo casu.Menoch. de arbitr.iud.lib.pr.quæst.86.num.7c.versi.declaratur secundo.Farinac.lib.pr.qq.crim. tit. de delict.& pœn.q.17.limit.pr.num.35.& alii per me adducti supra casu.92. incip. magna est quæstio ante finem post versi.vnde in tanta Doctorum varietate, quibus addo Bartholo. Bertazol.consi.crim.35.num.19.& 20.lib. pr. vbi testatur quod nullus hoc casu discrepat, quin usq; ad mortem inclusiue iudex possit arbitrari pœnam. Quod autem hic concurrant qualitates & circunstantiæ, quæ possint inducere iudicem ad indicendam d.pœnam, est adeo clarum, vt nullus de hoc dubitare possit, cum simus non in vno tantum, sed in quampluribus delictis,& quidem enormibus,qualificatis,reiteratis, & singulis etiam semel tantum commissis maximam pœnam merentibus,vt ex toto huius resolutionis discursu apparet,& si secus fieret, & circa mortem Camerarius iste puniretur,vtiq; nimis tepida esset iustitia, & me
101 rito posset allegari dictum M. Catonis, qui in oratione,quam de præda militibus diuidenda scripsit, vehementer atq; illustribus verbis de impunitate & licentia peculatus conqueritur hæc dicens, fures priuatorum furtorum in neruis, atq; compedibus vitam agunt, fures publici in auro atq; purpura gloriose se ostentant, refert Gell. lib. 11.cap. vltimo, & post eum Decian.d.lib.8.cap. 29. de atrocitat. Iudicib.& process.in crim.peculat. in princ. n. 1.vbi subdit quod non immerito magna infamia notantur, & ingenti supplicio afficiuntur, qui pecuniam fisci vel Ciuitatis, & ærarium expillant, quasi qui ex ore populi panem, & cibum eripiant, vnde non debet Princeps
102 vel Iudex vti lenitate, sed seueritate, nam per lenitatem Rex contemnitur, lex despicitur,& grex inficitur,per seueritatem vero Rex honoratur, lex saluatur, grex seruatur,vt in-

quit Lucas de Penn. in l. 3. quæ est fin. ante finem, versi. & breuiter C. de his quæ ex public. collat. illat. sunt non vsurpand. lib. 10. subdens quod ideo iustum est, vt quẽ timor Dei a peccato non reuocat, saltem coerceat seueritas disciplinæ c. cum in cunctis §. clerici sanè, extra, de election.

103 Et quando opinio hæc non esset admodũ tuta, indubitanter tamen procederet quando Iudex mortis pœnam arbitraretur consulto Principe, vt in casu isto, quia in Principe omnes pœne sunt arbitrariæ etiam vsq; ad mortẽ, si ita sibi videatur ex factis & personarum qualitatibus, vt in terminis decidit Farinac. d. q. 17. nu. 60. versi. sublimita hanc nouam limitationem, vbi ad hoc allegat August. de Arimin. in addit. ad Angel. in tract. de malef. in verbo & ibi caput a spatulis in addit. ad versi. quæro aliqua lege, vbi hoc dicit nu. 46. Boss. in pract. crim. tit. de Princip. & priuileg. eius num. 82. versi. pœna omnis, Carcr. in pract. crimin. §. circa igitur tertiũ nu. 32. & seq. versi. & an & quã do fol. mihi 250. & quosdam alios, quibus addo Gramm. Decisi. 36. nu. 8. & num. 12. & Afflict. super Const. Regn. lib. pr. rubr. 35. de Official. reip. in const. officiales Reipub. num. 4. in 2. notabil. & Rubr. 101. de cont. vniuersit. in const. Dubitationem iurisperitorum nu. 16. in vltimo not. qui vtrobiq; dicit rationem esse,
104 quia Princeps sumit arbitriũ ex motu cœlesti.

Nec impositioni d. pœnæ furcarum obstare
105 potest, quod cum d. Camerarius sit nobilis, non debeat condemnari tali pœna, quæ in Tuscia, & tota Italia reputatur ignominiosa, & ex consuetudine non irrogatur similibus personis, sed plebeis, & ignobilibus tantum, & quod propterea alia pœna mortis, ei inferri debeat, puta decapitationis, etiam quod pro eodem delicto alius inferioris qualitatis suspendi deberet, vt per Bart. in l. Desertorem §. pœnæ militum, ff. de re milit. per Bald. licet non tam late in cap. pr. §. si rusticus in fine num. 5. de pac. tenend. & eius violator. in vsibus feud. per Bart. in l. capitalium §. serui cæsi, ff. de pœn. per Bald. consi. 426. præmittendum est nu. 1. lib. 1. per Clar. in pract. crim. q. 60. nu. 24. versi. prodest etiam probatio nobilitatis, per Felin. in cap. pastoralis. sub num. 1. de off. iud. delega. & distinctè per Cepoll. quem etiam adducit Clar. d. consi. 39. in pr. dubio num. 13. & 14. versi. itẽ curionis, & versi. & idem est dicendum, & Decisi. nu. 20. & 21. versi. sed quantum ad mortis pœnam vbi plures allegat, quibus adiungo Afflict. in Const. Regn. lib. pr. Rubr. 13. de homicid. puniend. in Const. terminum vitæ in 7. not. & in verbo pœna, & Parid. de Put. in tract. de sindicatu in princ. cap. 10. incipient. an si in verbo pœna, vnde si Iudex fol. 369. & fa capitalium §. non omnes, §. & vt pœnam vbi pariter nobiles, & pœnam fustigationis, supponitur, quod & Bald.

not. in auth. incestas in secunda lect. C. de incest. nupt. Bart. loquens pariter in pœna fustigationis, & verberum in l. 2. ante finem, ff. de termin. mot. per illum text. & per l. 1. §. pr. ff. de effractor. & expil. & per l. Pedius. §. Diuus. ad fin. ff. de incend. ruin. & naufr.

106 Quoniam respondetur, quod quando nobilis est officialis, & delinquit in off. & facit aliquid, ex quo reddit se indignum dicto off. & dignitate, & commisit crimen contra promissio-
107 nem per eum factam, & iuratam, debet puniri eadem pœna, qua quilibet alius inferioris gradus puniretur, nec meretur aliquod priuilegium nobilitatis, quod dicitur amittere sic delinquendo, vt ex præmissis & pluribus aliis rationibus concludit in terminis nostris Cepol. d. consi. 29. in pr. dub num. 24. cum seq. vsq; ad fin. d. dubii, Felin. in d. cap. pastoralis, sub num. 3. in 3. fallentia, quinimo generalius loquendo videtur, quod etiam in delictis commissis extra officium, vel administrationem, aut dignitatem, quam quis haberet, nobilis, seu Magnas possit pœna ignominiosa furcarũ
108 condemnari, pro vt si esset vilis, quando delictum per eum commissum est enorme, ita tenent Marsil. in repet. l. vnic. C. de rapt. virg. nu. 129. versi. & adduci potest, Gram. Decisi. 36. n. 5. versi. & in tantum, Cater. in pract. crim. §. circa secundum num. 6. & plurib. seq. fol. 227. vbi
109 etiam in specie loquitur quando committitur furtum, & in §. circa igitur tertium, num. 26. fol. 250. Et quod si nobilis committat furtum, nihil sibi prosit nobilitas, ad euitandam pœnam furcarum, sed debeat suspendi, sicut populatis, voluit in specie Afflict. in Const. Regn. lib. pr. Rubr. 13. de homicid. puniend. in const. terminum vitæ in 7. not. num. 46. & lib. secundo Rubr. 31. de pugnis sublatis, in Const. Prosequentes in fine num. 32. versi. & signanter tenementi, & idem tenuit Paris de Put. in d. verbo pœna, d. cap. 10 num. 6. & 7. fol. 369. inquiẽs quod ita obseruauit, & suspendi fecit quendã armigerum ex nobili progenie, qui furto subtraxerat crucem argenteam, & calices cuiusdam ecclesiæ, quia non erat dignus pœna nobilium, nec erat ignoscendum militi, cui obuiare oportebat, vt latroni. Sequitur Clar. d. q. 60. sub num. 24. post, vers. prodest etiam probatio nobilitatis ante finem, Dicit etiam Boss. in pract. crim. tit. de sacrileg. ante finem sub num. 6. versicu. si tamen, quod quidam, qui ad Ciuitatem Astensem accesserat, tanquam magnus nobilis, stipatus multis famulis, & multas ecclesias spoliauerat furtim calicibus, & aliis ornamentis preciosis, super altissimis furcis, cum tota caterua furum, quam habebat, fuit laqueo suspensus.

EPI-

EPITOME.

e pæna transcendentis muros, valla, aut fossas Ciuitatum, Castrorum, villarum, vel fortilitiorum, aut dictas es rumpentis, vel aliter violantis, aut supra eas ædificantis, vel aliud facientis, & de portis, & aliis in hac materia.

SVMMARIA.

Muros Ciuitatis violans, eos ascendendo, vel ex eis excundo, pœna capitis punitur, nu. 1. 2. 3.
Et quare, nu. 28.
Conclusio tamen intelligenda est de muris ciuitatis Romanæ. 4.
uros ciuitatis transcendendo, quis dicitur in illis delinquere, 2.
illum aut muros transcendere paria videntur, numero 3.
uros alterius Ciuitatis, quam Romanæ transcendēs, pœna extraordinaria iudicis arbitrio tenetur, numero 5. 6. 7. 8.
uod absque dubio procedit, si non dolo, sed alia causa, vt pro euadendo e manu satellitum, vel bannitum, vt occideret, iuste insequendo, 6.
dummodo id non fiat tempore belli, 7.
us si dolo, vel tempore belli id egerit, quia capitis pœna debetur, 9.
maxime si factum esset enorme, & circunstantijs aggrauatum, 10.
ia iudex in arbitrariis potest arbitrium ex causa usque ad mortem extendere, eo.
in exemplo posi o, 11.
Et qualiter fuerit alias punitus quidam Doctor, qui cum scalis transcenderat muros Terræ Solis, numero 19.
licta plura diuersarum specierum, licet ad eundem effectum tendentia, debent singula puniri, 12.
Et vbi in similibus casibus vnica pœna tantum videretur imponenda, tamen ex aggrauantibus circunstantiis augeri debet, 13.
rcere fracto aufugiens pœna capitis tenetur, 14.
Et qualis intelligatur talis pœna, eo.
rtilicii muros transcendere est æque delictum, ac muros Ciuitatis transcendere, sed & forte maius, num. 15.
ena transcendentis muros non debetur effectu non secuto, 16.
fi. ff. de rer. diuis. intellectus, 17.
anscendere volens exponitur quandoque pro transcendere voluntarie, eo.
rceratus aufugiens habetur pro confesso, 18.
ssas Ciuitatis, vel Castri non habentis muros, nec loco murorum valla etiam lignea transcēdens, mitius punitur quam si muros transcenderit, 20.
quod fossas transcendenti, non caput, sed crura sint amputanda, 21.
Fustigationis tamen, vel ictuum funis, vel pecuniaria pœna fuit aliquando imposita, 22.
Et quod extraordinariæ pœnæ sit locus, 23.
Muros, vel valla etiam lignea Ciuitatis, vel Castri rūpentes tenentur, ac transcendentes, 24.
Et pariter illos effodientes, vel foueam pœnes illos vt cadant facientes, 25. & 44.
Et quod perforantes, vel ex eis lapides auferentes, peculatus teneantur, 45.
Muros violare, quis dicitur pluribus modis eo. numero 25.
Portas Ciuitatis vel Castri rumpētes tenentur ac muros transcendentes. 26.
Portæ, valla, fossa, & muri Ciuitatis, uel Castri dicuntur res Sanctæ, 27. & 28. & quare, 29.
Non tamen sunt diuini iuris, & quare, 29.
Muros Municipales nō possunt priuati reficere, nec aliquid eis coniungere, vel supponere, 30.
Nec in illis fenestras facere, uel aliquid aliud construere, 31. & 42.
Et idem in Turribus, 32.
Titulus, an presumatur ex patientia, & an præscriptio iuuet illos, qui in dictis locis ædificarunt, uel aliquid simile fecerunt. 33.
Domos adhærētes muris Ciuitatis, uel Castri non licet facere, nec similia, 34.
Fallit in quibusdam locis de consuetudine, 46.
Perusii, & Tuderti Ciuitatis, quæ sit in prædictis, consuetudo, eo.
Pontremoli, quid obseruetur, 48.
Et quid in hac materia attendatur consuetudo, numero 47
Remota uero consuetudine requiretur licentia superioris, 49.
Non tamen solus Princeps, sed Communitas id concedere potest, eo. & 50. 51.
Saltem de generali consuetudine, 50.
Et maxime quando sunt muri in eius solo, uel eius expensis constricti, eo.
Communitas potest muros reficere, uel firmius renouare absque Principis licentia, 51.
Glos. in l. omnes Prouinciarum 11. C. de oper. publ. reprobatur, eo.
Aedificantes in dictis locis prohibitis non solum debent puniri, sed, & ædificia destrui. 35.
Quod procedit quando ædificatum est contra expressam prohibitionem. 38.
Vel si ædificia noceant, uel nocere possint usui publico, ut ibi exemplificatur, 36.
Secus si nocere non possint, quia tunc imponitur salarium, quod potius dicitur Solarium, numero 37. 40. 41.
Solarium quid sit, & quare sic dicatur, 39.
D. Fabius Turrettus laudatur, & eius Cons. declaratur. 41.
Aedificatum in loco Ecclesiæ an destrui debeat, vel ex eo solui salarium, eo.
Aedificantes, uel aliquid vt supra contra ius facientes in dictis locis prohibitis, puniuntur arbitrarie, numero 43.

CASVS CENTESIMVS.

SCripta est lex a Pomponio in l.fin.ff.de rer.diuisi. quod vio-
1 lans muros Ciuitatis, eos ascendendo, aut ex eis exeundo, pæna capitis punitur, eo quia non liceat aliter, quam per portas egredi, vel ingredi, quod & dispositũ reliquit, Iustinianus in §.Sanctæ quoq; versi. ideo autem, Inst. de rer. diuisi. dum ait quod pæ-
2 na capitis constituta est in eos, qui aliquid in muris deliquerint, scilicet secundum glos. ibi, transcendendo, vel rumpendo. Idem etiam traditum repetitur a Modestino in l. desertorem, §. in bello, versicu. nec non ff. de re milit. vbi ex-
3 presse dicitur, quod qui vallum transcendit, aut per murum castra ingreditur, capite puni-
4 tur, sed quoniam d. l. fin. videtur loqui in violante muros Ciuitatis Romanæ, & secundum eam intelligendum esse d. §. sanctæ quoq; & d. §. in bello, volunt vtrobiq; glos. & Doctores communiter, & in aliis locis statim citandis, licet d. §. Sanctæ quoq; loquatur generaliter in muris Ciuitatis, & d. §. in bello, etiam in vallis, & muris Castri, & in iis eandem constitutam esse pænam, pro vt in muris Ciuitatis Romanæ, voluit Roman. sing. 347. quæstio est de facto, & alii citati per Boer. Decisi. 232. sub num. pr. ad finem, & præter eos Ioan. de Plate. in d. §. Sanctæ quoq; & Cepol. in tract. de seruit. vrban. præd. tit. de scal. cap. 54. ad fin. num. 9. Dubita-
5 tum fuit in quæstione de facto qua pena damnandus esset, qui muros alterius Ciuitatis quam Romanæ, transcendit, & quod talis delinquens, non teneatur pæna capitali de qua habetur in d. l. fin. sed alia extraordinaria arbitrio iudicis diuertunt in d. l. fin. Bart. & Alberic. de Rosat, Bald. in l. sacra loca §. muros, ff. de rer. diuis. Boer. Decisi. allegat. 232. num. 1. qui etiam subdit num. 3. ita fuisse iudicatum per senatum Burdegalensem, cuius autoritate, & aliorum per eum adductorum hoc magis receptum esse ait Menoch. de arbitr. iud. lib. secundo, cent. 5. cas. 487. num. 5. & 6. quibus adduntur Ioan. Bapt. de Rosell. inter consi. Alex. de Neuo consi. 93. sub num. 4. versic. nam transcendere, & melius ipse Alex. de Neuo consi. seq. 94. num. 1. inquiens quod hæc opinio seruatur de consuetudine, Corn. consi. 33. sub num. 4. post versi. & consuetudo, & rursus num. [illegible] versic. & similiter lib. quarto, Clar. plures alios referens in pract. crim. quæst. 68. num. [illegible] muros Ciuitatis, qui pariter asserit [illegible]tiam & Doctorum autoritate, & [illegible] vsu receptam esse, Hyeronim. Ma-[illegible] Lucen. 90. num. 34. versicu. tamen [illegible] crimin. tit. de delict. & [illegible] 15. versic. limita quinto, [illegible] eiusdem opinionis recen-[illegible] tenenda est, & ob [illegible]currentibus, vno quod hoc non fiat dolo, & animo ipsos muros violandi, sed ex alia causa, puta, vt quis euaderet a manu satellitum, vt per Clar. in d. versic. muros Ciuitatis in fine, & per Farinac. dict. quæst. 20. num. 149. versi. limita secundo, & multo magis si ex alia causa licita, puta, vt bannitum, quem ex statuto occidere licebat, insequeretur, & interficeret secundum Nell. in tract. de bannit. in secunda pa. 2. tempor. quæst. 13. quem sequutus est Farinac. in d. versicu. limita secundo. & ante eum Menoch. de quo non meminit, d. casu 483. nu. 7. qui etiam refert Ruin. idem tenentem, & quod hoc casu a Iudice considerandum sit admonentem; & pulchre tradunt Ias. in l. si quis nec causam num. 20. versic. adde 13. ff. si cert. per. & Nicol. Pig. in addit. ad Ro-
7 man. sing. 743. quæstio est de facto. Altero quod non fiat tempore belli, sed pacis, vt dicit Clar. in eod. versi. muros Ciuitatis in fine; & sequitur Farinac. d. quæst. 20. num. 151 versic. limit. quarto, & ante istos Boer. d. Decisi. 232. num. 3. versic. & sic, & nouissime Magon. d. Decisi.
8 90. num. 14. versi. tamen quia. His etenim duobus concurrentibus magis de plano procedere videtur dicta conclusio, quod non sit locus pænæ capitali, sed extraordinariæ tãtum, alias vero forte secus, vt præfati DD. sentiunt; si
9 quis enim in legis contemptum, & animo muros violandi id faceret, videretur durius puniendus per tex. d. l. fin. quæ intelligitur quando dolo, & ex mera voluntate, & nulla causa cogente, quis muros transcenderet, vt ibi per glos. & Bart. & alios relatos per Farinac. vbi sup. num. 149. versi. limita secundo, & est de intentione Clar. in d. versi. muros Ciuitatis in fine, similiter, & qui tempore belli transcenderet, nam & is a pęna mortis non excusaretur. Clar. in præfato loco, & Farinac. in d. sim. quæra, num. 151. & ante eos Boer. d. Decisi. 232. nu. 3. versi. & sic, & nouiss. Magon. dicta Decisi. 90. num. 14. versic. tamen quia, & secundum hæc saluari posset sententia D. Gulielmi de Castro Bacco Potestatis Pergami, qui fecit decapitari quendam, qui muros illius Ciuitatis transcenderat, vt refert Alber. de Rosat. in d. l. final. aiens, ipso reclamante ita fuisse factum, cuius dictum recensent Boer. d. Decisi. 232. sub num. pr. & Clar. d. quæst. 68. num. 29. quæ opinio etiam simpliciter intellecta habet pro se autoritatem Roman. Ioan. de Plat. & Cepol. & fortem tex. in d. §. sanctæ quoq; & fortiorem in d. §. in bello, vt in initio diximus, & omni-
10 no esset seruanda quando factum esset enorme, & haberet qualitates, & circunstantias illud aggrauantes, quia, & si pæna decernetur esse Iudici arbitraria, posset arbitrium extendi vsq; ad mortem naturalem inclusiue, & ita in terminis istis decidit Angel. Aretin. in d. §. sanctæ quoq; in fine Inst. de rer. diuis. Vnde
11 in contingentia facti, me ita votante, quidam detentus in carcere turris Arcis seu fortilitij Ciuitatis Volaterrarum in pæna homicidij

cidij per eum commissi, qui ruptis muris, & testudine seu volta turris, noctu, magna arte ex
carcere exijt, & mox menia fortilicij transcen
dendo aufugit, condemnatus fuit in contuma
ciam in pęnam capitis, graue enim fuit visum
illud factum, & plura continere delicta, vnum
12 scilicet rupturę carceris, & alterum violationis
murorum Arcis, licet vtrunque ad eundem finem fugæ, & ideo acrius puniendum quam si
vnum tantum ex eis contineret, cum sint diuersarum specierum, & singula puniri debeāt per
ea, quæ leguntur, & notantur per scribentes in
l. nunquam plura, ff. de priuat. delict. in l. si adulterium cum incestu §. 1. ff. de adulter. & in l. senatus, ff. de accusation. per Ioseph. de Lodouic. loquentem in frangente ostium, & fenestras, vt stuprum committeret, quem & de fractura, & de stupro puniendum esse ait, Decisi.
Lucens. 61. sub num. 1. 5. & seq. per Ioan. Bolognet. in suo consi. vlt. per totum, vbi consuluit
in causa resistentiæ factæ officialibus Curiæ, &
homicidii post resistentiam secuti eodem tamen contextu, vt locus sit pænæ vtriusque delicti, nec imponendam pro resistentia confundi
eum pæna homicidii, & per tradita in terminis
proprijs per Io. Bapt. de Rosell. d. consi. 93. nu.
5. & 6. & per Alex. de Neuo. d. consi. 94. num. 2.
& plurib. seq. quæ consi. habentur etiam in primo vol. priorum consi. crim. paruæ formæ cōsi.
90. & 91. & referuntur per Farinac. lib. pr. qq.
crim. tit. de delict. & pæn. quæst. 22. num. 22. &
plur. seq. versicu. sublimita præcedentem limitationem, & per Ioseph. Ludouic. d. Decisi. 61.
nu. pr. versic. attento iure, vel saltem si vna tantum pæna sit imponenda, ex quo talia delicta
13 tendunt ad eundem finem, & effectum, scilicet
ad arripiendam fugam, & facta sunt eodem tēpore iux. late tradita per Cepol. consi. crim. 77.
num. 8. & 9. & per Socin. consi. 63. in præsenti consultatione in secundo dubio nu. 8. & 9. li.
pr. & per Farinac. vbi sup. & in terminis nostris
per Hyeron. Magon. Decisi. Lucēsi. 90. num. 15.
versi. quinimo, tamen quoad dictam pænam imponendam debet haberi ratio omnium, quæ
reus commisit, & non solum factorum, sed, &
eorum qualitatum, & circūstantiarum, ex quibus facta ipsa maiorem vel minorem pænam
exigere solent, vt demonstrat Iureconsult. in
l. aut facta (per totam) ff. de pæn. adeo quod in
punienda d. fuga habenda erat ratio violationis murorum fortilicii, & acrius puniendus
reus, sicuti in casibus Rosell. Alex. de Neuo. Ioseph. de Ludouic. & similibus, in quibus, vnica
pæna pro pluribus diuersæ speciei delictis ad
eundem finem tendentibus imponenda est, faciendum docet Farinac. d. quæst. 22. num. 25.
versicu. verum huic declarationi, nam qui effra
14 cto carcere aufugit pæna capitis tenetur l. 1. in
princ. licet non modica sit inter Doctores controuersia de qua capitis pæna intelligatur, an
scilicet de pæna mortis, an vero de alia mitiori
iuxta latissime tradita per Farinac. lib. pr. qq.
crim. tit. de carcer. & carcerat. quæst. 30. num. 1.
& quampluribus sequent. & qui Fortilicii muros transcendit capitis itidem pæna punitur,
15 & si non mortis, saltem alia graui pro motu Iudicis licet mitiori secundum dicta superius in
transcendente muros alterius Ciuitatis, quam
Romanæ, cum non minus delictum sit transcēdere muros fortilicii quam Ciuitatis, imo maius videatur vt aperte demonstrat exemplum
relatum per Farinac. d. quæst. 20. num. 150. versi.
limita tertio de Cesare Caietano Romano viro
Illustriss. & Clariss. qui detinebatur in arce, &
fortilicio S. Angeli in Vrbe tanquam inquisitus de nonnullis capitalibus delictis, & repertus in scalis in actu transcendēdi ex arce præd.
licet nondum transcendisset, fuit capite trun
16 catus, cum tamen dispositio dict. l. fin. ff. de rer.
diuisi. non procedat effectu non secuto, & dum
17 loquitur de eo, qui transcendere voluerit, intelligatur de eo, qui voluntarie transcenderit,
secundum glos. ibi, quam sequuti sunt Bart. &
alii scribentes, & Farinac multos eiusdem sententiæ adducens loco citato, & præter illos
Boer. d Decisi. 232. sub num. pr. ante finem, nec
allegatio illa illi profuit, vt dicit Farinac. qui
licet asserat hoc factum, fuisse cum maximo
totius populi, & vrbis stupore, subdit tamen
quod non ex hoc solo quod transcendere voluerit ex muris miles ille generosus fuit decapitatus, sed quia ibidem pro carcere detentus
pro imputatione plurium capitalium delictorum, in fuga depræhensus fuit, & vt a Dominis
Iudicibus audiuit pro confesso habitus iuxta
18 terminos l. pen. cum ibi not. ff. de custod. reor.
Et memor sum quod multis adhinc annis qui
19 dam Doctor fuit condemnatus ad triremes
quia nocturno tempore exiuit ex terra Solis
Dominii Florentini prope confinia status ecclesiastici, transcēdendo muros cum scalis, ita
me votante.

20 In transcendentibus autem fossas Ciuitatis
vel Castri non habentis muros, vel valla etiam
lignea loco murorum, minorem pęnam statuēdam esse semper putaui, per tex. in d. l. desertorem. §. in bello versic. nec non in fine, ff. de re
milit. vbi dicitur quod qui fossam transiuit militia reijcitur, & quod mitius puniatur voluit
Cepol. d. tit. de scalis ante finem nu. 9. post Roman. sing. 743. in fine. sequitur Farinac. d. quęst.
20. nu. 148. in pr. limit. & dicit Boer. d. Decisi.
21 232. sub nu. 1. ad finem, quod transcendēs fossas non punitur capite, sed sibi amputantur
crura, quod, & tradidit Roman. d. sing. 743. in
22 fin. Hinc est quod senatus Mediolani semel
condemnauit vnum qui fossam Ciuitatis transiuerat, in pænam fustigationis, & deinde aliū
in pænam trium ictum funis, vel viginti aureorum qui transgressus fuerat fossas oppidi Serra
ualli, & hoc in eius contumaciam, teste Clar.
nihil tamen allegante d. quæst. 68. sub nu. 29. in
versicu. muros Ciuitatis, quem refert Farinac.
23 d. quæst. 20. nu. 148. versic. limit. primo subdēs

quod hoc casu locum habet pęna extraordinaria, & non ordinaria d. l. fin. ff. de rer. diuis.

Et quod dictum est in transcendente muros aut valla etiam lignea Ciuitatis vel Castri, pro
24 cedit etiam in ipsos muros aut valla rumpente secundum Clar. d. quæst. 68. num. 29. versicu. muros Ciuitatis, quem sequutus est Farinac. d. quæst. 20. nu. 147. versi. amplia hunc septimum casum, & idem tenuit Angel. Aretin. in d. §. Sanctæ quoq; num. 1. inst. de rer. diuisi. & antea Io. Fab. sub nu. 1. & gl. in verbo deliquerint, & ita voluit Corn. consi. 33. sub num. 4. post versic. & consuetudo, & sub num. 13. in fine versi. & similiter, & sub n. 14. versi. & insuper, & alibi etiam in discursu d. consilii lib. quarto.

25 Et pari modo procedit in dd. muros aut valla effodiente, vel prope foueam faciente, vt cadant, vt ibi subdit Farinac. post Bald. in l. pergit sub num. 2. C. de sepulcr. violat. & ibi Addent. & Alex. in addit. ad Bart. in d. l. fin. cum quibus concordat Anton. Caius in addit. ad Angel. Aret. in d. §. Sanctæ quoq; quia & is dicitur violare muros, vt Bald. dicit loco citato, & probatur ex generalitate d. l. fin. loquentis in eo, qui muros violauerit, & comprobari potest ex infradicendis in versic. horum autem ratio, & in versi. & hinc est.

26 Et similiter procedit in rumpente portas ciuitatis, aut castri secundum Ioan. de Plat. in d. §. Sanctę quoq; in princ. Inst. de rer. diuisi & ibidem Anel. Aret. etiam in princ. nam & in eis cõsideretur violatio, quia Sanctæ dicuntur, sicuti
27 & muri Sancti sunt, vt in l. pr. in princ. ff. de rer. diuisi. & in d. §. sanctæ quoq; inst. eod. tit. & in l. in muris, ff. ne quid in loc. sacr. fiat, & statim infra dicetur, & videtur hoc determinari ex d. l. fin. quæ ibidem de portis loquitur.

Horum autem quæ dicta sunt, de huiusmo-
28 di murorum, vallorum, portarum, ac fossarum violatoribus puniendis, ratio est, quia dicuntur res, sanctæ d. l. pr. in princ. l. Sanctum est. §. in municipiis, ff. de rer. diuisi. & d. §. Sanctæ quoque Inst. eod. tit. & d. l. in muris, ff. ne quid in loco sacr. fiat, & vbique notãt glos. & Doctores, Menoch. in tract. de arbitr. iudic. lib. 2. cent. 5. cas. 483. num. 1. & subdens num. 2. hoc ideo esse quia sanctum dicitur, quod ab iniuria ho-
39 minum defensum, atque munitum est, quod probat tex. a Menoch. non allegat. in d. l. sanctum est, vbi Marcianus inquit, sanctum esse quod ab iniuria hominum defensum atq; munitum est, quod & voluit glos. in d. l. 1. in princ. [illegible] quodammodo, quæ dicit quod muri [illegible] ciuitatum, & castrorum vere non [illegible] nec religio, nec conse- [illegible] quia sancita est in eos pæ- [illegible] ideo sanctæ dicuntur, & [illegible] in d. §. Sanctæ quoq; §. [illegible] & omne scribentes. [illegible] l. Sacra loca. §. [illegible] muros municipa- [illegible] sine superiorum

licentia, nec aliquid eis coniungere, vel supponere, quod etiam tradunt ibi scribentes, & in d. §. Sanctæ quoque latissime Corn. consi. 237. pr. facie lib. secundo consi. 76. præsens consultatio lib. 3. & consi. 33. visa inquisit. lib. quarto, & Boer. d. Decisi. 232. in fine num. 4. versicu. sed
31 an licitum, qui ideo subdit non licere priuato in muris villæ facere fenestram, aut aliquid aliud cõstruere sine licentia Domini, & pulchre Franc. de Claperiis in Centur. causar. fiscal. in sum. cut. prouinc. decisar. Causa 22. quæst. 2. in
32 princ. nu. 1. fol. 88. qui idem dicit in turribus, & multa vtilia ad fauorẽ fisci subnectit nu. seq.
33 de non præsumendo tit. ex longi temp. patientia, & de reiicienda prescrip. nisi centenaria, & inquit Io. de Plat. in d. §. sanctæ quoq; in fi-
34 ne, quod contra ius faciunt, qui prædiola vel domos construunt, contiguas, & adhærentes muris Ciuitatis vel Castri, quod aliis verbis ibidem notauit Angel. Aretin. sub, num. 1. ajens quod dictum hoc quod non liceat dictis muris aliquid appodiare, vel super imponere, est contra rusticos, qui appodiant porosessos, & ligna ad muros Castrorum propria autoritate, & subiungit, quod debent puniri, & opus dirui
35 per l. ædificia. C. de oper. publ. & hoc quãdo nocet publico vsui, vt quia possint formidari in-
36 cendia, vel insidiæ, vel quia angustentur spatia platearum, vel minuatur porticibus latitudo, vt dicitur in d. l. ædificia, alias enim opus non demolitur, sed salarium, seu solarium imponi-
37 tur, vt est casus in l. 2. §. si quis nemine prohibẽte, & ibi glos. & DD. ff. ne quid in loc. publ. nisi prohibitus quis ædificet, quia tunc omnino
38 tollitur ædificium, ne inane, & elusorium sit prætoris imperium, vt in l. fin. eod. tit. & idem per omnia voluit antea Ioã. Fab. quem Angel. allegat in eodem §. sanctæ quoq; ad finem nu. 2 versicu. & pro hoc videtur, & ita etiam ante eos voluit glos. in l. præscriptio in glo. fin. C. de oper. public. quæ allegat. d. §. si quis nemine prohibente, & eleganter tradit Franc. de Claper. in præcitata causa 22. quæst. 2. sub num. 6. & 7. versicu. sed in quãtum ædificium fol. 89. vbi ad idem allegat l. si legatum. §. fin. cum l. seq. & ibi notat. ff. de oper. publ. vbi precise fit mentio de muris, & portis, & idem in illis terminis consulendo voluit Corn. consi. 33. num. 13. versicu. quinimo videtur lib. quarto. est autem salariũ
39 seu verius solariũ, de quo loquitur. d. §. si quis nemine prohibente, annua pensio, quæ sic ædificanti imponitur soluenda publico pro opere illo non diruto, & est vectigal quod pro solo penditur, dictum solarium a nomine solum forte, vt grammatici sciunt, & colligitur ex notatis in d. § si quis nemine, & in aliis locis præcitatis, propter cuius textus dispositionem plu-
40 ribus ad hinc annis, nolui quod quidam de Ciuitate Collis, tunc oppido, demoliri faceret partem domus non vulgari, licet in eius constructione sine legitima autoritate, vsus esset muro d. Oppidi, illumq; latiorem fecisset, & ædificium

& ædificium superimposuisset, quia ex hoc
cognoui, nullum vsui publico damnum illa-
tum fuisse, & muros oppidi securiores, & fir-
miores effectos, sed dixi eum condemnandum
ad soluendum fisco certam pecuniarum quan
titatem loco annuæ pensionis, de qua in dicto
§. & ita executum fuit, & libentissime condem-
nationem soluit, & idem postea reperii tenuis-
41 se D. Fabium Turretum, magna amicitia mi-
hi coniunctum, & cum quo pluries Florentiæ
iudicaui, tam dum esset Auditor Rotæ, quam
postea, dum fuit Auditor Clariss. & Supremi
Magistratus Dominorum Locumtenentis, &
Consiliariorum Reipublic. Florentinæ, quo
munere etiam nunc fungitur summa cum lau-
de in eius consilio 93. numero quinquagesi-
moquarto, versic. tertio facit, libro primo, vbi
tradit quod si aliquid fuerit ædificatum in lo-
co publico, non debet demoliri, sed debet sol
ui aliquid annuatim fisco, & allegat d. §. si quis
nemine. & ibi Barto. ex quo infert, nu. 55. idem
si fuerit ædificatum in loco ecclesiæ, arguendo
de fisco ad Ecclesiam, quod vt supra intelligen
dum est, si vsui publico non noceat ædificium,
42 nam si noceret, esset diruendum vt dixi. Et ge-
neralius dicit Menoch. d. cas. 483. num. 3. quod
non est permissum ex dictis muris lapides au-
ferre d. §. sanctæ quoque, sed melius facit l. qui
perforauerit cum gl. in verbo, abstulerit, ff. ad
l. Iul. peculat. & de residu. nec aliquid aliud fa-
cere, ex quo damnum, aut incommodum irro-
getur, l. in muris, ff. ne quid in loco sacro fiat.
43 & contrafaciens prædictis, punitur per d. §.
Sanctæ quoq; qui generaliter imponit pęnam
aliquid in muros delinquentib. & tradit ibi
Io. fab. num. 2. versi. & pro hoc, quam quidem
pænam, non capitis, de qua ibi, sed Iudici arbi-
trariam esse affirmat Menoch. d. cas. 483. num.
4. nec sine ratione, quia in his casibus, longe
minus delinquitur, quam in his, in quibus spe-
cifice pæna capitis imposita est per eundem §.
Sanctæ quoq; & per d. l. fin. ff. de rer. diuis. vnde
etiam mitior pæna imponi debet, cum delicto
44 commensuranda sit. Nō est etiam licitum per
forare muros ciuitatum aut villarum Boer. d.
Decisi. 232. num. 4. versi. sed an licitum sit. An-
ton. Caius in addit. ad Angel. Aretin. in d. §. San
45 ctæ quoq; qui subdit, ita facientem teneri lege
Iulia peculatus vt in l. qui perforauerit, ff. ad l.
Iul. peculat. & de residu. qua lege itidem vide-
tur teneri, qui lapides ex dictis muris aufert vt
in eadem l. qui perforauerit, iuncta ibi glos. in
verbo abstulerit, in vltimis verbis, de qua lege
& pænis eius, multa dixi in proxime præceden
ti casu 99. circa principium.

Sane licet de iure prohibitum sit, in Ciui-
tatum, Castrorum, & villarum muris aliquid
facere, absque Dominorum concessione, nec
quis possit sua ædificia illis appodiare, aut con
iungere, vel super imponere, aut fenestras fa-
cere, vel alia de quibus supra dictum fuit. De
46 consuetudine tamen in multis locis Italiæ ob-
seruatur, quod priuati habent domos supra
muros Ciuitatum, castrorum, & villarum, eo-
rum vsibus deputatas, & quæ censentur esse sub
proprietate ipsorum priuatorum, & eas non
struant non impetrata licentia Principis vel
Præsidis, ita vt consuetudine videatur hoc vsur
patum, quod priuati possint habere domos, &
ædificia propria super muros sine dicta licen-
tia, vt tradit Corn. d. consi. 232. num. 17. versic.
& maxime quia lib. secundo inquiens talem
consuetudinē esse in Ciuitate Tuderti, vbi ex-
tāt domus priuatorum supra muros ciuitatis,
& subdit quod in Ciuitate Perusij obseruatur
quod Priores vna cum Camerarijs permittunt
facere portas, & alia in muris Ciuitatis, quia
cura murorum solet magis assumi per Priores,
seu Consilia Ciuitatum, quibus Ciuitates regū
tur, quam per Principem vel Præsidem, aut le-
gatum, vel Gubernatorem, aut similem officia-
lem, qui præsidi æquiparetur, vel eius iure fun
gatur. & quod verisimile est, quod construen-
tes ædificia supra dictos muros, si non propria
authoritate construxerunt, potius licentiam
habuerint a rapræsentantibus Communitatē,
quam a Principe, vel alijs eius ministris, & idē
in eadem causa tenuit postea consi. 33. sub nu.
3. & seq. post versicu. quod quidem consilium,
& alibi sæpe in discursu d. consilij, & præcipue
sub num 12. 13. 15. & 22. lib. quarto, facit Cra-
uet. consi. 93. in fine num. 5. vbi quod in ædifi-
47 cando super publico attenditur consuetudo
vicinorum, ita vt vni non sit negandum, quod
alij fecerunt, & faciunt. Et hæc consuetudo est
48 in patria mea Pontremuli, vbi extant pene in
finitæ domus ædificatæ supra mœnia publica
per priuatos, nulla obtenta licentia Guberna
tore, aut alio officiali Regio constructę, sed
vel propria autoritate, vel de licentia syndico
rum Communitatis oretenus habita, licet a
nonnullis annis citra viderim licentiam a Gu-
bernatore, verbo obtineri, quando in dictis
muris qui vult facere fenestras, vel portas,
quod valde æquum videtur, & dictæ domus,
vt priuatæ retinetur, & in proprietate ab anti
quissimo tempore vsque in præsens. Et sufficc-
re videtur dicta licentia syndicorum, etiam
49 circumscripta consuetudine, propria autori-
tate supra dictos muros ædificādi, quia etsi se-
cundum tex. d. l. Sacra loca. §. muros, ff. de rer.
diuis. videatur requiri permissio Principis vel
Præsidis, & tradit Corn. dict. consi. 237. col.
pr. & secunda lib. secundo d. consi. 76. num. 8.
lib. tertio, & d. consi. 33. num. 12. in fine lib.
quarto, & tanquam res sanctæ in nullius bonis
esse dicantur, & proinde consensus communi
tatis vel Rapræsentantium eam, nihil videa-
tur iuuare cum in illius bonis non sint, sed
exigatur cōcessio Principis vel Præsidis, cuius
vice hodie funguntur legatus, Senatus, Guber
50 nator, vel eius locum tenens, vt dicit Corn.
in dictis consilijs, tamen Communitas in
hoc potest disponere, cum potius eius curæ,
quam

quam Principis, & dictorum eius officialium
tales muri commissi videantur, & absque du-
bio de consuetudine generali, ita concludit
Corn. d. consi. 237. colum. 3. & 4. nu. 17 & plur.
sequen. qui tamen de rigore iuris non esse hoc
expeditum inquit d. consi. 76. num. 8. & dispu-
tat d. consi. 32. num. 7. post versicu. quod dicen-
dum videtur, & latius, num. 9. & plurib. seq. ver
sic. circa quod, vbi nihilominus videtur con-
cludere pro communitate, saltem, quando
sunt facti in eius solo, vel constructi eius im-
51 pensis, & est satis æquum, cum videamus ipsi
Communitati licere muros de nouo facere, ve
teres reficere, & firmius renouare, nulla pęnu-
tus Principis, vel Præsidis accedente licentia,
secundum l. omnes prouinciarum 11. C. de ope
ris publ. quicquid ibi dicat gloss. de d. licentia
obtinenda, quam reprobat Corn. d. consi. 237.
nume. decimooctauo, & sequent. & consil. 33.
sub nu. 5. & ante nu. 7. & sub nu. 10. & est gl. in
d. §. muros in glo. secunda, & tradunt alii per
Corn. citati, & Boer. d. decis. 212. ad finem, sub
num. 4. versic. sed an licitum, & propterea non
sit inconueniens, quod aliis concedere possit,
quod in dictis muris aliquid faciant, cum id
quod fit ex nostra commissione, a nobis factum
censeatur, c. qui per alium de reg. iur. in 6. quo
argumento vtitur Corn. in locis citatis.

Finis Primæ Centurię.



RESOLVTIONVM CRIMINALIVM PETRI CABALLI PONTREMVLENSIS IVRISCONSVLTI.

ET PRO SERENISS. MAGNO DVCE *Aetruriæ vniuersarum Militarium Legionum Auditoris, ac Sacræ Religionis diui Stephani Præsidentis.*

Centuria Secunda.

EPITOME.

De pace Treuga, & promissione de non offendendo, & an in eis licita sit allegatio nouæ causæ, & qualis esse debeat, & num in dubio præsumatur, & de multis aliis non inutilibus in hoc proposito.

SVMMARIA.

Pacis, Treuge, & cautionis de non offendendo materia, a doctoribus confuse, & uarie tradita reperiatur, nu. 1.

Pacem factam inter duos de secutis offensionibus cum promissione de non offendendo sub certa pena, si vnus frangat, alium offendendo, potest alter illum reoffendere, nec dicitur pacem rumpere, 2.

Quod procedit etiam si in instrumento pacis adiecta esset clausula, rato manente pacto, & toties quoties, secundum ueriorem opinionem, 3.

Et etiam si iste primo offensus reoffendat ex interuallo, num. 4.

Licet multi contrarium voluerint, & quod saltem iste reoffendens teneretur ad partem pena pacis rupta fisco debitam, 5.

Et etiamsi dicta clausulæ adsint scilicet rato manente pacto, & toties quoties, 6.

Offendens ex interuallo primum offendentem, & conuenientem, licet non teneatur de pace rupta, tenetur pena Criminali illius maleficii, nu. 7. 8. 9.

Et idem si incontinenti offendat, sed debitum modum excedat, quia de pæna Criminali pro excessu tenebitur, 10. 16.

Tam primus offendens, quam illum reoffendens ex interuallo tenetur pœna Criminali pro offensionibus, neuter tamen de pena pacis rupta pacis applicandæ, nu. 8.

Pæna Conuentionalis contractus fisco applicanda, regulatur secundum naturam contractus ad fauorem partium principaliter facti. 9.

Pax non rumpitur ex noua causa, 11. 12. 13. 14. 15. 16. 23. & si non ruperit ille, qui nouam causam præstitit, 11. 12. 13. 14. 15. 16. 23. vbi plura exempla referuntur. Ratio ponitur, 15.

Quæ conclusio procedit, & si illa noua causa nõ sit iusta, nec sufficiens ad offendendum, 17. 18. 25.

Dummodo non sit affectata, 19.

Tenebitur tamen talis offendens pæna criminali illius maleficii, 21.

Offendens eum, qui adulterauerat eius vxorẽ non rumpit pacem, quia hæc est noua causa, 12.

Sic offendens eum, qui expulerat, & percusserat bonẽ ipsius offendentis, 13.

Et pariter offendens eum, qui vulnerauerat propriam vxorem consanguineam offendentis, 14.

Qualibet causa etiam iniusta dummodo colorata excusat a dolo, 18.

Noua causa est in dubio præsumenda, 20.

Pax idcirco in dubio non iudicatur rupta, 33.

Noua causa inducitur ex sola rixa verbali ex toruo oculorum aspectu, & prouocatione ad iram etiam non punibili, 24.

Decisio Autoris tunc in Senensi Rota Auditoris, ponitur, 22. cum seq.

Pax non rumpitur vbi appareat verè, vel præsumptiue quod offendens non habuit animum offendendi ex antiqua causa, 26.

Vt si furtum fiat, 31.

Vel adulterium committatur, 28.

Nisi hoc cum adeo deformi, vel vetula quod ex iniuria potius quam libidine præsumatur, 30.

Conclusio præd. de pace quod non rumpatur ex noua causa, seruatur in praxi, 29.

Licet aliqui contrarium senserint, 27.

Maxime vbi clausula promissionis de non offendendo non essent restrictæ ad causam antiquam, sed essent pleniores, 28.

Noua causa satis dicitur iustificata ex semiplena probatione, 32.

CASVS CENTESIMVS PRIMVS.

1 DOctores nedum antiqui, sed & moderni adeo varie, ne dicam confuse, loquūtur in materia nouæ causæ, quæ in palatiis quotidie adducitur ad excusandum eum, qui alium offendit, cum quo pacem aut treugam, aut promissionem de non offendendo habebat, ab incursu pænæ in d. pace, treuga, vel promissione contentæ, quod animus iudicare debentis in dubio versatur; ego autem, vt omnis hæsitatio tollatur, & quid in occurrentibus de facto quæstionibus, sit de iure resoluendum, quisq; cognoscere possit, dicam breuiter, facile, & distincte quid in quolibet capite, & singulis casibus sentiam; quod si forte non omnibus arridebit, multis saltem non displicebit, & iudicibus facilitatem afferet non modicam, peritioribus autem probabiliora cogitandi occasionem præbebit, mihiq; satis erit, quæ ex Doctorum in variis locis sparsim, & inordinate dictis non sine magno labore collegi, & vera puto, pro communi vtilitate, alio modo, ac nouo ordine in medium afferre, & propriæ conscientiæ satisfacere.

Incipiendo itaq; a pace, sciendum est, quod duo possunt considerari casus. Primus quan-
2 do facta pace inter aliquos de offensionibus inter eos sequutis, cum promissione de se inuicem non offendendo sub certa pæna, vnus ipsorum offendit alterum, & frangit pacem, quo casu alter potest illum reoffendere, nec per hoc dicitur pacem rumpere, aut contra conuentionem facere, post quam eam seruare non tenebatur parti, quæ eandem non seruauerat. Bart. in l. 1. §. cum Arietes num. 2. & ibi latius ff. si quadrup. pauper. fecisse dicatur. & in l. cum pater. 79. §. libertis in fine, num. 7. ff. de legat. secundo, & ibidem Castr. num. 6. versi. & inducitur. Florian. in d. §. cum arietes sub num. 5. versi. & hanc glos. Boer. Decisi. 237. sub num. 2. & sub num. 5. & patet ex late congestis per Roman. in l. cum mulier. 49. num. 57. & quampluri. seq. versi. & per hoc apparet, ff. solut. matr. & ibidem per Bald. num. 8. in sexta oppositione & ita communiter concluditur, vt attestantur Alex. in l. cum proponas la seconda num. 6. versicu. & facit ad quæstionem C. de pact. & consi. 115. viso themate suprascripto num. 7. versi. alia ratione lib. quarto Dec. consi. 380. conclusio superius firmata num. 2. & plures aliquos refert & sequitur Clar. in pract. criminal. quæst. 47. num. 7. versi. sed quoniam, quibus addo Mattil. sing. 337. sequutis homicidijs in princ. Ias. in d. l. cum proponas num. 7. versi. vlt. facit, & ibidem Dec. num. 10. versi. vltimo inducitur, & Corn. ante finem sub. num. 8. versicu. illud certum est, Felin. in cap. 1. ante num. 6. versi. dum dicit Abb. de treug. & pac. & in cap. 3. sub num. 3. & 4. versic. & per illam regulam

gulam infertur, de iureiu. Iaſ. in l. qui ſeruum
96.ſub n.2.verſi.item ad prædictam deciſionẽ,
ff. de verb. obligar. & ibidem ante eum Imol.
ſub nu.2.verſi. item nota argumentum. Caſtr.
ſub nu.4.verſi. & adde quod ſi alter rumpit pa-
cem,& Alex.num.5.verſi.dicebat etiam, Imol.
in l.ſi ex legati cauſa 23.num.4.verſi.in gl.eod.
tit.de verbor.oblig.Bald. in l. ſemel mora poſt
principem, & ibidem Ludouic. Romanus nu.
17.verſi.quid ſi duo præliantur, ff. ſolut. matr.
& Caſtr.ſub num.2.verſi.& allegat,& Imol.ſub
nu.2.verſi. & ſic facit ad quæſtionem, & Alex.
ſub nu.3.verſi.& inducitur Ab.in c.1.n.3.verſic.
vltra Doctores, de treug. & pac. & in hoc om-
nes ſcribentes concordant, nec eſt aliquis, qui
diſcrepet, vt inquit Corn.conſi.42. plura quæ-
rũtur ſub n.8. poſt verſi. & licet conſuetudo li.
ſecundo quem ſequutus eſt Clar. in loco cita-
to,& patet ex traditis per Moron.in tract.de fi
de,treug. & pac.q.112.nu.pr.& ſeq.& q.126.n.
1.& ſeq.& q.165.eod.nu.pr. cum ſeq. & multis
aliis autoritatibus comprobaretur, ſi expedi-
ret,& caſus iſte nõ eſſet adeo clarus, quod nõ
egeat pompoſa allegationum congerie,nec ſu
peruacuo argumentorum apparatu.
Et hoc procedit etiam quod in inſtrumẽto
3 pacis adiecta eſſet clauſula rato manente pa-
cto, & quod toties pæna committatur, quo-
ties contrafactum fuerit, nam adhuc ſecundo
offendens,non incidit in pænam,nec d. clauſu
la operatur aliquid ad commodum primi non
obſeruãtis, vt tenet Alex. dicens eſſe opinio-
nem veriorem,& mag.communem d.cõſi. 115.
num.8. & 9. lib. quarto quem ſequitur Clar. d.
q.47.ſub num.7.verſi.ſed quoniam in fine, vbi
etiam ad idem adducit Petr. Bellum. in tract.
de re militar.qui hoc dicit par.10.tit.ſecundo
nu.51.& 52.quam ſententiam tenuerunt etiam
idem Alex. in d. l. cum proponas la ſeconda.
ſub nu.6.verſi.& facit ad quæſtionem in fine,&
ibidem Iaſ.ſub num.7.verſi. extende etiam Fe-
lin.in d.cap.3.col.fin.verſi.quintus caſus eſt,ex
tra.de iur.iur.late Corn.d.conſi. 51. col. 4. ſub
num.5.verſi.nec obſtat ſi eſt adiecta clauſula li.
pr.& conſi.167.licet non multum clare col.fin.
verſi. nec obſtat quod pæna eſt ſoluta lib. ter-
tio, Iaſ.in d.l.qui ſeruum ſub nu.2. poſt verſic.
Item ad prædictam deciſionem, & ibidem an-
te enm Caſtr.ſub nu.4.verſic.& adde quod ſi al
ter rumpit.ff.de verb.oblig.Roman. in d. l. ſe-
mel mora num.20.verſi.& hæc concluſio,& ibi
dem Alex.nu.5.verſi. ſubiungit Imola, qui di-
cit ita com.teneri.Moron.in d.tract.queſt.127.
nu.1.cum ſeq.& per totam. Et etiam quod pri
4 mo offenſus, offendat ſuum aduerſarium pri-
mum offenſorẽ ex interuallo, & non in conti-
nenti poſt acceptam offenſam,quia adhuc non
dicitur rumpere pacem, vt in indiuiduo con-
ſuluit Alex. d. conſi. 115. & patet ex pluribus
ibi dictis,& potiſſimum ſub nu.6.in verſic. vn-
de cum incontinenti,ſeu infra paucos dies lib.
4.& aperte etiam tradit Corn. in d. l. cum pro-
ponas ſub nu.8.verſi.illud certum eſt, & voluit
in Treuga Vulpel. in tract. de pac. induciis &
promiſſ.de non offende.quæſt.72.n.6.verſi.pu-
tarim ego, & idem tenuit Roman. conſi. 155.
nu.7.verſi.vlt.dum quæritur,& d.conſi. 183. vt
conſtat ex dictis ibi circa principium,dum põ-
derat, quod offenſa erat facta ex cauſa noua,
pro iniurijs in alio menſe offendenti factis, &
conſi 258.nu.4.& 5.verſi.tertio, & licet pax, &
ita etiam dixit Herculan. nihil prædictorum
allegans,in tract de caut.de non offend.ca.13.
ſub nu.11.circa medium verſi.ex quibus etiam
ex interuallo,& in hanc ſententiam trãſit Mo-
ron.vbi ſup.q.126.nu.1.cum ſeq & ita etiam la
te tenet appoſtilla ad Barr. in l. 1. §. cum arie-
tes, ff. ſi quadr. pauper. feciſ. dicat. & voluit
Bald.in d.l.ſemel mora ad finem. Nec hoc du-
bium aliquod videtur habere, nam ſi per pri-
mum offenſorem fuerat rupta, & ex toto reſo-
luta pax, vtiq; ſecundo offendens non poteſt
puniri pro ruptura pacis,quæ non extabat, cũ
quod non eſt,rumpi non poſſit, vt per Bald. in
d.l. ſemel mora in fine & per Moron. d. quæſt.
126.nu.1.& ſeq.poſt Corn.d.conſi. 51. col. an-
tepenult.& fin.lib. pr. & d. conſi. 167. col. pe-
5 nult. & fin.lib.tertio, ſecus autem ſi prima of-
fenſa non extinxerat, nec in totum reſoluerat
pacem,ſed ea adhuc durabat, quia ita fuerat
actum, puta ex appoſitione clauſulæ rato ma-
nente pacto,& quod pæna ſoluta, vel non, to-
ties committatur, quoties contra factum fue-
rit, quia tunc ſecundo offendens teneretur de
pace rupta ſecundum Bald. in d. l. ſemel mo-
ra ad finem, & clarius tradit ibidem Imol. ſub
nu.3.facit Moron.vbi ſup.q.125.nu.t. 8.& 9.&
ſi non reſpectu partis pęnæ conuentionalis ap
plicandæ parti, per ea quæ dicta ſunt ſup. in
verſi. Et hoc procedit etiam quod in inſtrumẽ
to. Saltem reſpectu partis pænæ ex eodem con
tractu applicandæ fiſco, ad quam iſte ſecundo
offendens ex interuallo ſuum offenſorem pri-
mum teneri videtur, quæ potius ratione con-
temptus commiſſa videtur, quam ſeruandæ
promiſſionis de non offendendo,nec culpa pri
mi offendentis,& contrauenientis,fiſco obeſ-
ſe poteſt, qui ſemper obſeruat, vt in puncto
in treuga, ſeu promiſſione de non offendendo
conſuluit Vulpel. reſp. crim. 89. non videntur
per totum,& latius in d. tract. quæſt. 103. per
totum,qui improbat Corn. aliter tenentem in
dictis conſil. 51. & 161. & ait quod ita Eugu-
bij, aduerſus præſtantiſſimos Doctores obti-
6 nuit, & faciunt dicta in ſeq. caſu verſi. ſed hæc
concluſio, vbi eſt videndum. Quod tamen ve-
rum non videtur, & contrarium expreſſe vo-
luerunt vltra Corn. in allegat. conſil. plures
alii relati ſupra in verſi. & hoc procedit etiam
quod in inſtrumento adeſſent dictę clauſulę ra
to manente pacto, & toties quoties, quorum
autoritas præpõderat autoritati Vulpelli, qui
nimis audax eſt in tam acriter repræhenden-
do Corn. aſſerẽdo eum debilibus motum fuiſ-

fe

se fundamentis, imo & sine lege, & sine ratione loquutum, quandoquidem plena sunt consilia illa, & bene intelligenti satisfaciunt, nec Bald. & Imol. in d.l. semel mora, quos pro sua opinione adducit Vulpel. loquūtur in istis terminis pænę conuentionalis, sed in aliis longe diuersis pænæ ordinariæ delicti, vt eorum verba clare demonstrant, & ostendit Corn. d. consi. 51. col. antepenult. & fin. & d. consi. 167. col. fin. & statim infra dicam.

Tenebitur tamen istæ secūdo offendens ex
7 interuallo primum offendentem, ad pænā offensionis, seu delicti iure communi vel Municipali impositam, quia non licuit sibi ex interuallo vindictam sumere, l. scientiam. §. qui cum aliter. ff. ad legem Aquil. nec ad præiudicium Reipubl. seu fisci fit compensatio mutuorum partium delictorum, ita colligitur in d. l. semel mora ex Bald. ante finem, ex Imol. sub numero secundo, & ex Roman. num. 21. versic. & hæc intelligenda. qui in istis terminis offendē tis ex interuallo primum offensorem concludunt formaliter, quod respectu pænæ crimina
8 lis seu publicæ applicandæ fisco, vterque offendens punitur, tam scilicet primus, quam secundus, licet respectu pænæ contractus applicandę patti, nullus teneatur, cum omnes contrauenerint promissioni, idem tenent Ang. de maleficiis, in verbo, & dictus Titius se defendendo, sub nu. 37. vers. quærit gl. in fine, Roman. in l. cum mulier, la pr. 49. nu. 68. versic. secundi vero principalis membri conclusio, ff. solu matr. Imol. in l. qui seruum. 96. sub num. 2. vers. tu adde, ff. de verb. oblig. Apostil. ad Bar. in d. §. cum arietes. Corn. in d. l cum proponas, ad finem, post versic. illud certum est, & d. consi. 51. col. ff. sub nu. 9. ver. nec obstat quod dicit Bal. & d. consi. 167. col. fin. sub num. 11. vers. nec obstat quod tacebat Baldus, Boer. d. Decis. 237. sub nu. 3. ver. & hanc partem, & sub nu. 4 post versi. sed concordando has opiniones, Petrus. Bell. de re militar. d. par. 10. tit. secundo, nu. 50. versic. dixit etiam, Hercul. in d. tract. c. 10. sub nu. 4. vers. ex ratione illa, & vers. secundo ex prædicta ratione, & cap. 13. sub nu. 9 ad finem versic. item præsumptio hæc de noua causa, Moron. loco citato, q. 113. in fine, nu. 15. & q. 126. sub nu. 10. & seq. vers. & agit etiam contra secundum pæna legali. Intelliguntur ergo Bald. & Imo. & sequaces de pæna criminis secundo offendentis pro publica vindicta inferenda iure communi, vel municipali, non autem de pęna conuentionali contractus fisco applicáda, quę conuentur secundum naturam cótractus ad taxam partium principaliter facti, & eodem [illegible] debetur, vt eleganter do [illegible] consiliis. Pari etiam ratione [illegible] offendentem tenetur, & excedendo pr. offendentem, si in- [illegible] tenebitur enim ad pęnā [illegible] municipalis pro delicto [illegible] pro toto facto, sed pro

excessu tantum, iuxta notata in l. vt vim, ff. de iusti. & iu. licet enim excusetur a pæna pacis ruptæ propter prouocationem aduersarij, nō tamen euitat aliam pænam offensionis, in quam ob excessum incurrit de iure com. vel municipali, vt punctualiter tradit Moron. vbi supra q. 124. nu. 1. post Corn. iam citatum, sed melius & expressius hoc notat Afflict. Decis. 206. penes, in secundo dubio per totū, quem sequitur Fel ler. in pract. crim. iur. Cæsar. in secunda pa. 2. §. princ. in verbo recipiantur defensiones reorū, nu. 14. versi. & quod si duo, & ita in hoc quotidie practicatur, & seruiunt dicto casu sequenti in fine ver. sanè respectu pænæ.

11 Secundus casus considerari potest, quando pace inita, vnus offendit alterum, non tamen frangit pacem, sed tantū ex d. offensione præstat causam alteri, vt ipsum primo offendentem offendat, in quo casu licet primo offendens non fregerit pacem, tamen alter potest illum offendere impune quoad pacem, quam nō dicitur rumpere propter illam nouam causam sibi præstitam a primo offendente, quæ superuenit, & de qua in pace cogitatum nō fuit, ita in pace tradunt Barto. in l. aut facta. §. causas. ff. de pæn. Bald. in cap. pr. in princip. num. 2. versi. sed nunquid, de pac. tenen. & eius violator. in vlib. feud. vbi ait quod ita DD. communiter tenent, & consi. 195. nu. 4. lib. 2. vers. quis autem. Roman. consi. 183. in casu proposito, n. 1. & consi. 258. eiusdem initii etiam in princip. Castr. in l. qui seruum 96. num. 3. ff. de vet. obli.
12 loquens, quando vnus adulterauit vxorem alterius post pacem inter eos factam, quo in casu licet non dicatur frangere pacem, tamen alter potest illum offendere absq; metu fracturæ d. pacis, propter iustam causam superuenientem. Alex. consi. 19. viso processu causæ vertentis num. 2. lib. 1. loquens in eo, qui percusserat quandam mulierem, eo quia expulerat, & per-
13 cusserat bouem ipsius percutientis, & d. consi. 115 nu. 4. & seq. versi. secundo præsuppono, li. quarto, loquens in percutiente comprehensum
14 in pace, qui vulnerauerat vxorem suam dicti percutientis consanguineam, cum enim vt in-
15 quit Alex. pax facta est inter aliquos de antiquis offensionibus, & postea superuenit aliqua noua causa, prouocans aliquem prædictorum ad offendendum alterum ex eis, & sequitur noua offensio ob dictam superuenientem nouam causam, per hoc non dicitur rupta pax, quia offendens de nouo, non facit offensam animo vindicandi primam iniuriam iam sopitam ex pace, sed propter nouam causam superuenien-
16 tem, eandem opinionem sequuntur Corn. cō si 51. in hac consultatione n. 2. & seq. lib. pr. consi. 167. videtur in hac consultatione nu. 5. & seq. lib. 3. consi. 44. deueniendo ad primum dubiū in secundo articulo nu. 11. & seq. lib. quarto, & idem dicens ita cōmuniter teneri d. consi. 42. nu. 6. & 7. versi. his tamen non obstantibus lib. secundo. Felin. in d. ca. 3. sub nu. 3. & 4. versi. & non

non dicitur fractor extra de iure iurand. Dec. consi. 531. ante num. 8. versic. & ista conclusio, Ias. in d. l. qui seruum in secundo notab. num. 2. ff. de verb. oblig. & ibidem ante eum Imol. nu. 2. versic. item nota argumentum, & Alex. num. 4. versic. ad prædicta faciunt, Petri. Bell. d. par. 10. tit. 2. num. 35. versi. quæro igitur, Marsil. con si. 76. num. 30. versic. nam faciens. consi. 119. nu. 1. versi. pr. quia consi. 122. num. 18. post versi. & fortius dico. singul. 503. ex pace, & treuga in princip. & l. 1. §. si quis vltro, num. 25. vers. & ad prædicta etiam, ff. de quæst. Benintend. Decis. Bonon. 65. in Decisione cuiusdam processus, num. 2. vbi attestatur esse com. opinionem. Hieronym. de Monte Brixiens. in suis variis quæstionibus, quæst. 7. cum in pluribus, num. 3. & 4. qui pariter dicit communem, Moron. vbi supra quæst. 112. num. 5. versicu. hinc notabiliter, qui plures recenset de communi testantes. Hieronym. Magon. paucis admodum se expediês, & de veriori, & magis recepta Doctorum sententia testans Decis. Lucens. 100. quæ est vlt. numero 5. versic. & expressim, & alii omnes infra citandi, dum in his terminis loquar de treuga, in versic. maior autem difficultas, vbi etiam rationem adducam, & ita alias iudicaui Senis, vt inferius subijciam, & dicit Afflict. Decis. 206. penes in secundo dubio per totam, quod si vnus ab altero insultatur, & insultatus se defendendo occidit insultantem, & excessit modum in se defendendo, si inter eos aderat pax, seu promissio de se non offendendo sub certa pena, dictus insultatus non punitur pæna conuentionali contractus, sed tantum pro excessu secundum ius commune, vel municipale, & ita inquit votasse Sacrum consilium, sequitur Foller. in pract. crimin. iur. Cesar. in secunda par. 2. pri. princip. in verbo, recipiantur defensiones, num. 14 versic. & quod si duo.

17 Quod in tantum est verum, vt procedat etiã quod talis noua causa superueniens, non sit iusta, & sufficiens ad offendendum Roman. d. consi. 183. nu. 2. versic. cæterum nec dicat Alex. d. consi. 19. sub nu. 2. ad finem versi. non obstat si diceretur lib. pr. Ias. in l. qui seruum num. 2. vers. & ibi signanter, ff. de verb. oblig. Marsil. d. côsi. 119. n. 2. versi. præterea & aliter, & d. sing. 503. in pace, & treuga in fine versi. & tene menti, Franc. Herculan. in tract. de caut. de non offend. ca. 13. nu. 10. versi. non solum autem, Moron. d. q. 113. num. 1. 2. & 13. vbi dat exempla,

18 quælibet enim causa, etiam iniusta, dummodo colorata excusat a dolo, & a pæna. vt subiicit Marsil. d. consi. 119. num. 3. & notat Herculan. d. c. 13. sub nu. 10. qui cæteros adducit idem dicêtes, & habetur in Decis. Senensi statim referen

19 da, dummodo tamen non sit affectata, & procurata, quia tunc non prodesset huic secundo offendenti, qui causam vel occasionem dedit nouæ rixæ, vel illam aliquo modo procurauit seu affectauit, nec illum a pena rupte pacis excusat Clar. d. q. 47. nu. 9. versi. quæro nunc in fine, vbi inquit quod hoc casu vidit pluries iudicari, quod diceretur commissa pæna, & hoc ad euitandas fraudes, quæ de facili possent hoc modo committi, quia quilibet posset facere oriri nouam causam, & ita impune alium offendere non obstante promissione, quod esset maxime inconueniens, & licet Clar. nihil alleget, dicit tamen verum, & eius dictum probatur ex notatis per Marsil. plura allegantem in Rubr. ff. de fideiussor. q. 19. num. 176. & 177. versi. quod est intelligendum, per Aret. & al os in §. item tria onera per illum tex. inst. de excu sa. tut. per Felin. in cap. in præsentia num. 34. & seq. extra de probat. & in cap. fin. col. pr. & secunda a versi. ex quibus scias. vsq; ad finem extra de testi. & per Roland. a Valle consi. 47. in præsenti consultatione nu. 35. cum multis seq. versi. nec refragatur lib. secundo, & in terminis nostris ita tenet Hercul. d. c. 13. nu. 9. in fine, versi. affectata tamen, licet prædictas autoritates non adducat.

20 Et in dubio quando non est clarum ex processu, quod ex antiqua, vel noua causa processerit offensa, iudex arbitra i debet & præsumere, quod ea fuerit facta ob iniuriam de recenti, & non de antiquo illatam, & sic ex noua causa superuenienti, nô autem ex veteri super qua inita fuit pax, vt hocmodo pæna ruptæ pacis euitetur, secundum Bal. in l. si prædium nu. 26. & 27. versi. & facit ad quæstionem, C. de ædilit. action. quem sequuntur Alex. d. consi. 115. sub nu. 6. versi. vnde cum incôtinenti seu infra paucos dies lib. quarto & in d. l. semel mora sub nu. 3. versi. circa præd. ff sol. matr. Felin. in d. ca. tertio sub n 3. ad fin. versi. & in dubio extra de iur. iur. Roman. d. consi. 183 sub nu. 2. versi. vlt. nec præsumendum, Dec. d. consi. 51. num. 10. Corn. d. consi. 44. sub nu 12. ad finem lib. quarto Ias. in d. l. qui seruum sub n. 2. versi. & aduerte Moron. d. c. 113. num. 3. & seq. Marsil. d. sing. 503. in fine, Benintend. d. Decisi. 65. ad fin. nu. 20. versicu. nec in præsenti. Franc. Herculan. in tract. de caut. de non offend. cap. 13. n. 7. & seq. versi. quod ex noua causa, Petrin. Bell. d. x. pa. tit. 3. nu. 38. cum ex plurib. seq. versi. quid dicêdum, vbi loquitur pulcre. Intelligendo tamen,

21 quod licet talis secûdo offendens excusetur a pæna fractæ pacis ex hac noua causa, non excusetur niholominus a pæna iuris com. vel municipalis pro offensa, si fiat ex internallo, vel etiam incontinenti, excedendo legitimum defensionis modum, per superius tradita in vers. tenebitur tamen, & secundum prædicta alias indicaui in Rota Senêsi vna cum Domino. Valerio Brignosa Lusitano, & D. Oratio Rouato Brixiensi, collegis meis honorandissimis vsq; de anno 1582. in quæstione de facto, cuius causæ decisionem a me compillatam hic inserendam censui, & est vt sequitur.

SPIRITVS SANCTI GRATIA illuminet intellectum meum.

22 IMpugnatur condemnatio facta per D. Capitaneum iustitiæ Ciuitatis Souanæ contra Eneam Ritium in aureis quinquaginta pro pcussione per eū illata Pulidoro de Castro plano fratri patreuli Anselmi de eodem loco, cū quo d. Enas inierat pacem comprehendentem vtriusq; partis attinentes vsq; in quartum gradum secundum computationem iuris Canonici ex forma statutorum Senēsium. Primo
23 enim dicitur quod pax non dicitur rumpi ex noua causa. Herculan. in tract. de caut. de non offend. cap. 13. num. 7. vbi alios citat, quibus additur Alex. consi. 115. nu. 4. & 7. lib. quarto, vbi clare tenet quod ex noua causa non rumpitur pax, & quod offendens alium, qui primo ipsum offenderat, & sic qui pacem ruperat, non tenetur de pace rupta, & idem tenet Benintend. Decis. Bononi. 65. num. 2. vbi multa ponit de materia pacis, & treugæ ruptæ ex noua præsertim causa; secundo dicitur quod ad inducē-dam nouam causam sufficit rixa etiam verba-
24 lis, & totius oculorum aspectus, vt idem Herculan. tradit loco citato num. 11. & prouocatio ad iram etiam non punibilis. Moron. in tract. de fid. treg. & pac. q. 116. diximus alias nu. 1 & 2. Intantum vt etiam iniusta causa so-
25 leat excusare a tali pœna pacis ruptæ vt p Herculan. ibidem n. 10. & per Roman. d. consi. 183. nu. 2. versi. cęterum nec dicat quis, & per Alex. d. consi. 115. nu. 16. & 17. qui etiam volunt sufficere, quod appareat vere vel præsumptiuè,
26 quod offendens non habuerit animum offendendi ex antiqua causa, pro qua pax est facta, sed quod ad alium finem offenderit quamuis iniustum, & illicitum, quod optime probatur ex Doctrina Barto. in l. verum nu. 4. ff. de furt. vbi tradit, quod per adulterium commissum in vxorem eius, cum quo pax facta erat, non dicitur pax facta, quia ista offensa non est facta aduersario causa vindicandi, seu retractandi inimicitiā iam sopitam, sed ad alium finem, scilicet causa libidinis, & Barto. sequuntur Roman. con. 183. circa principium, & d. consi. 258. num. 3. versi. cæterum eadem cōclusio. & Alex. d. consi. 115. num. 6. ac Corn. consi. 51. num. 3. versi. ad idem lib. pr. consi. 42. num. 7. versic. & ideo dicit Bart. lib. secundo consi. 44. in secundo dubio nu. versi. & propterea lib. 4. Ias. in l. qui seruum 96. nu. 4. versi. vltimo circa præ[illegible] ff. de verb. obligat. & ibidem Calle. nu. 3. [illegible] duo fecerunt pacem, Roman. in l. se[illegible] nu. 17. circa finem versi. secunda [illegible] notant in quo & si multi tenens [illegible] ad eum addentes ibi, & [illegible] in l. licitatio, & quod illici[illegible] adde & n. 8. versi. quarto [illegible] vectigal. maxime si cla[illegible] de non offendendo nō sint [illegible] præterito, sed sint ple-

niores vt per Petrin. Nell. in d. tractat. part. 10. num. 53. versic. dixit etiam Angel. & ad huc fortius si adulterium procedat ex antiqua causa, vt quia forte inimicitia erat contracta ex causa adulterij, & ille idem etiam postea adulterium commisit, secundum eundem Bellum, vbi sup. num. 42. versi. dum vero dixi supra. Tamen
29 in practica tenēda est eius opinio, vt dicit Corsert. in Repertor. ad lectur. Abbat. super Decretal. in verbo pax, quam Doctores communiter sequuntur, vt restatur Clar. in pract. crim. q. 47. nu. 12. versi. sed quid si vnus ex illis, qui
30 tamen subdit quod si mulier illa esset adeo deformis seu vetula, vt verisimile esset quod potius animo iniuriandi, quam ex causa libidinis id fecisset, forte posset dici contrarium, quod incidisset in pœnam. Et idem subiungit Bart.
31 in d. l. verum nu. 5. esse, si fiat furtum in bonis eius, cum quo pax inita erat, cum, & hoc causa lucrandi, & non animo vindicandi antequā inimicitiam sit factum, sequitur Roman. d. consi. 183. circa princip. & etiam Corn. d. cōsi. 42. d. num. 7. & Petrin. Bell. d. parte 10. tit. 2. nu. 37. versicu. cui dicto, nisi procedat ex antiqua causa, vt quia forte inimicitia erat contracta, ex causa furti, & ille idem aliud furtum fecit, vt subijcit ibi Bellus nu. 42. versi. dum vero dixi supra.

Tertio dicitur quod noua causa etiam non
32 plene probata sufficit eam alleganti, quia ad eam verificandā sufficit etiam semiplena probatio, vt Alex. tradit. d. consi. 115. num. 15. lib. quarto. & habetur etiam per Herculan. d. c. 13. nu. 12. versi. causam autem hanc, & videtur esse de mente Corn. d. consi. 44. col. fin. in princ. sub nu. 12. versi. & licet forte lib. quarto, & concordat Moron. his scriptus visus tract. de fid. treug. & pac. q. 117. n. 3. quæ incipit ampliatur præcedens resolutio.

Quarto dicitur quod vbi res esset dubia,
33 pronuntiandum esset pacem non esse ruptam, pro vt nec treugam. Deci. in terminis cōsi. 406. licet præclarissimis Doctoribus, in finalibus verbis, Vulpel. in tract. da pace induc. & promiss. de non offend. q. 56. ad fin. nu. 5. Vnde ex prædictis, Rota pro d. condemnato pronuntiauit, reuocando sententiam d. D. Cap. Iustitiæ, cum de noua causa offensionis satis iusta in processu sufficienter constaret. Hactenus d. decisio, pro vt eam manu mea scriptam inueni cum quibusdam additionibus ad marginē postea positis inter illas, quas in prima Præsura d. Rotæ compillaui sub anno 1582. & hæc in pace sufficiant.

In inducijs autem siue treuga, nō simili modo ad propositæ quæstionis decisionem deueniendum est secundum aliquos, qui aperte di-
34 cunt, quod si facta inter aliquos treuga cum promissione de non offendendo sub certa pœna, vnus offendit alterum, & frangit Treugā, & alter eum offendit, iste secundo offendens incidit in pœnam, & dicitur rumpere treugā, nec

nec sibi licet frangere fidem primo offenden-
ti, qui eam fregit, & non seruauit, quia in treu
ga non procedit regula, quod frangenti fidẽ,
fides non seruetur, de qua in d.l. cum propo-
nas, la seconda, C. de pact. licet secus sit in pa-
ce, ita est dictum originale Vincent. Hispan. in
in cc. 1. de treug, & pac. & in c. inter. verba 11.
q.3. quod sequutus fuit consulendo Socin. con
sil. 262. in causa magnifici Petri de Medicis ad
fin. nu. 16. versi. secundum vero probatur lib. se-
cundo, & in alio consi. incipiente Genuensium
Dux pro vt refert Felin. in d.c. pr. nu. 6. ver. cõ-
sidera tamen, de treug. & pac. qui pariter idem
dictum sequitur, & post Socin. in d. cons. quod
in impressis non reperitur, rationem diuersi-
35 tatis inter treugam, & pacem esse ait, quia pax
est finis discordiæ perpetuo duratura, treuga
autem fit ad tempus, qua finita potest aduer-
sarius illatas sibi iniurias vlcisci, ideo videtur
expectandus lapsus temporis, cum possit offen
sus fidem seruare intra tempus, & vlcisci post
tp̃s; quod non euenit in pace, quia cum sit per
petua, nunquam posset offensus vlcisci iniuriã
acceptam post pacem, ideo inconueniẽs esset,
quod puniretur pœna fractæ pacis, offendẽdo
primum violatorem fidei. & dat simile exem-
plum in officiali perpetuo, & temporali, nam
primus potest conueniri durante officio, quia
non est dare tempus, quod sit expectandum at
tenta perpetuitate officii; secundus autem nõ
conuenitur durante officio, cum sit saluũ ius
parti, vt eum postea conueniat per iura per ip-
36 sum allegata. sequitur Dec. in cap. constitutus
il pr. 23. col. secunda versi. secundo ad præd. no
tandum est, extra de appellat. vbi etiam inquit
hanc Vincẽtij opinionem communiter appro
bari. Eandem sentẽtiam ratione prædicta cor-
roboratam, tenuit ante Socin. Castr. in d. l. qui
seruũ nu. 4. versi. sed treuga ff. de verb. obligar.
licet de eo Socin. nullam faciat mentionem, &
ita etiam voluerunt Imol. in l. si ex legati cau-
sa, 23. nu. 4. versi. in glos. ff. de verb. obligat. Ias.
in d. l. qui seruum num. 3. versi. præd. singulari-
ter limita, & melius, & expressius Idem Ias. in
d.l. cum proponas, sub n. 6. versi. istam regulam
limita non procedere, Ioan. andr. Archidiac.
Ant. de Butr. & alij. quos citat Corn. cõsi. 42. n.
5. lib. secundo, & alii relati per Clar. in pract.
crim. q. 47. n. 8. versi. sed hic incidenter quæro,
& per Benintend. Decisi. Bononiens. 65. nu. 3. &
per Franc. Herculan. in tract. de caut. de nõ of-
fenden. ca. 13. nu. 1. & 2. ac per Vulpel. in tract.
de pac. induci. & promiss. de non offend. q. 72.
nu. 1. & seq. qui aliam addit rationẽ, & per Mo
ron. in d. tract. q. 117. redeũdo ad id, inter quos
non desunt, qui hanc sententiam communem
esse dicant. nec qui ita de consuetudine in qui
busdam prouinciis seruari, attestentur, quibus
est addendus Hyeron. de mont. Brixiensi. in
suis variis quæstionibus. quæst. 7. cum in pluri-
bus, vbi ex professo de hoc agit, & num. 6. & 7.
versi. in contraria tamen opinione, concludit
hanc opinionem Vincẽtii hyspani de iure pro
cedere, & magis communem esse & de consue
tudine etiam generaliter obseruari, eamq; nu.
8. & plurib. seq. iudicando, & consulendo tenẽ-
dam dicit, & ab impugnantibus defendit, &
idem postea tenuit q. 25. existente inimicitia
nu. 3. versi. & ista cõclusio, & latius, q. 27. in cau-
sa ser Poscii nu. 3. & plurib. seq. versi. in contra-
rium autem.

Sed dictam sententiam alii impugnant volẽ
37 tes, quod, & in treuga, si vna pars frangat illã,
altera ei contrauenire possit, nec incidat in pœ
nam ruptæ treugæ, nec teneatur fidem serua-
re ei, qui eam violauit, pro vt in pace dictum
fuit, nullam inquientes esse differentiã in hoc,
inter pacem, & treugam de iure, ita in puncto
decidunt Dec. in d.l. cum proponas nu. 7. versi.
secundo reg. fallit, & consi. 531. num. 9. vers. sed
his non obstantibus, dicens vtrobiq; opinio-
nem hanc esse de iure veriorem, & respondens
adductis pro alia opinione, cui opinioni vide-
tur etiam adhærere in d. cap. cõstitutus. ad fin.
vbi pariter respondet rationibus pro d. opinio
ne Vincentij allegatis, & secundum hanc late
consuluit Corn. con 42. plura quæruntur lib. se
38 cundo, vbi col. pr. & secunda late insistit, osten
dẽs nullam constitui posse differentiam inter
pacem, & treugam, & omnes rationes addu-
ctas in pace militare in treuga, quæ pax tempo
39 ralis est, & hanc partem veriorem esse, & idem
Corn. antea consi. 175. præsens consultatio col.
secunda, & consi. 217. viso themate col. fin. in fi
ne lib. pr. & ita etiam videtur tenere Imol. in
d.l. qui seruum sub nu. 2. ff. de verb. obligat. qui
postquam retulit dictum Vincentii cõtrarium
tenentis, & ita in Hyspania seruari testantis, in
quit aperte quod illud potius procedit de con
40 suetudine, quam de iure propter vulgatam re
gulam, quod frangenti fidem fides frangatur
41 eidem, sequitur Alex. ibidem nu. 6. versicu. ta-
men illud, & idem Alex. in d. l. semel mora nu.
6. versi. item limita, ff. sol. matr. Abb. in cap. pr.
extra de treug. & pac. num. 3. versi. vltra Docto
res quæro, quam vti veriorem sequitur Grat.
resp. 105. videtur treugam num. 2. & seq. versi.
melius vero considerans lib. pr. & eandem am-
plexi fuerũt plures relati p Hyeron. de mont.
d. quæst. 7. num. 3. & 4. & 5. & d. q. 27. num. 1. &
2. Marsil. d. sing. 357. in princ. Alex. in d. l. cum
proponas nu. 3. versi. secundo fallit, & Corn. in
final. verbis. dum ambo vltimo loco referunt
istam opinionem, Felin. in d. ca. 3. sub n. 5. versi.
secundus casus est extra de iur. iurand. Clar. d.
q. 47. n. 8. versi. sed hic incidenter quæro ad fin.
Benintend. d. Decisi. 64. nu. 4. versicu. in contra
rium, vbi dicit esse veriorem opinionem Her-
culan. d. ca. 13. nu. 3. & 4. versi. in cõtrarium est
veritas, qui post multa, tandem asserit esse co-
munem, & magis communem, Vulpel. d. q. 72.
post nu. 3. versi. in diuersam tamen sententiam,
vbi nonnullos de communi testantes refert, &
ipse admittit in hoc casu nu. 6. quando scilicet

offensio per vnam partem alteri facta frangit treugam, licet secus putet, si eam non tumperet, de quo infra dicam, Moron. ad saturitatem in d.tractat.q. 118. & aliis seq. vbi firmata hac opinione pro vera & ctebriori, respondet ad deductā in contrarium, Magon. d. Decis. 100.nu.6. vbi dicit de crebriori, licet articulum non disputet, & simpliciter adducat Benintend. Morun. & Beto. & dixit generaliter Marsil.consi.9.nu.48.versi.ad quod dicendum, quod validum est argumētum de pace ad treugam, & e conuerso, licet postea parum sibi cōstans num. 51.post versi.& tanto magis, velit in terminis nostris, quod si vnus rumpat treugā non liceat offenso sine pœna ruptæ treugæ reoffendere offendentem, licet aliud sit in pace, eo quia treuga efficacior, & tenacior est pace, & facilius offendi potest rumpens pacem, quā frangens treugam.

Nec d.opinionem Vincent. de consuetudine seruari in aliquo loco, inquit se credere Corn.d.consi.42.vol, secundo sub num.8.versi. nec pnto, sequitur Clat.d.q.47.nu.8.versic. sed hic incidenter quæro in fine, aiens quod vbiq; semper vidit seruari contrarium eius, quod dicit Vincent. & refert etiā Claud. de Seisel. asferentem quod vbiq; contrarium seruatur, preterquam in Hyspania, quem pariter Benintēd. refert d.Decis.65.sub nu.4.versi adde quod, & quicquid sit de hoc, satis est quod circumscripta consuetudine dictum Vincent. non procedit, nec potest sustineri de iure, vt præcitati Doctores probant, cum quibus sentio, quia vt dicit Grat.d. respons. 105. nu. 22. & seq. cum personæ & honoris defensio in quacunq; obligatione & promissione excepta intelligatur, casus iste propriæ defensionis ab aduersarij offensa non dicitur comprehensus sub treuga,
42 & eo magis cum si partes exptæssissent, non valeret pactum, ex quo nemo est Dominus membrorum suorum, & vt dicit Corn. d. consi. 42. sub nu.8.circa medium lib. secundo, nullus reperitur, qui rupta treuga ex offensione contra ipsum facta per aduersarium, non reoffendat illum, si potest, & non reddat vices. Nec obstant rationes per tenētes contrariam opinionem adductæ, quia vt sere omnes dicunt, nulla probabilis ratio diuersitatis reddi potest inter pacem, & treugam, quæ etiam dicitur pax pro eo tempore, quo durat, vltra quod vt dicit Aretin. relatus per Vulpel.d.quæst. 72. ante n. 4. versicu.& respondendo, & rursus num.6. non tenetur quis expectare finem induciarū, quia maior forte affertur commoditas vindictæ tēpore receptæ iniuriæ, quam postea, & posset offendens abesse, vel diligentius se custodire, vt finita treuga parti ea durante offensæ viā vindicandi auferat, quam Aretini considerationem in d.l. qui seruum, ff. de verb. obligat. notant ibidem Ias. num. 3. & alii recentiores, & cum simus in contractibus debet seruari æqualitas, quæ est, vt frangenti fidem, fides franga-

tur eidem secundum Dec. in d. ca. constitutus,
43 & ad exemplum de officiali perpetuo, & temporali respondet Dec. in d.cap. constitutus, & in d.consi. 531. & in d. l. cum proponas, quod est nimiū a remotis, & quod in eo diuersa militat ratio, vt per eum in dictis locis.

Quæ opinio magis de plano admittenda esset, quando ex consuetudine Officiales soliti
44 essent, pro vt solitum est in statu ecclesiastico, in princ. Regiminis renouari facere omnes treugas antea factas, & quæ etiam communiter fieri solent, quod durent per mensem finito officio illius officialis, qui eas præstari fecerat, quemadmodum cautum vidi per statuta Senatum in tertia parte Rubr. 170. de Capitaneo Iustitiæ, quia tunc cessaret illa ratio Socin. & sequacium, quod deberet offensus expectare lapsum temporis treugæ, & postea se vindicare, quia in hoc casu nunquam laberetur tēpus, vt in pfic̃to determinat Hyeronim. de Mōte d quæst.7.num.18.versicu.& eo magis in istā partem inclinarem, & d.q.27.sub num.4.versi.
45 & quamuis ea ratio, & idem esset quando ex consuetudine singulis annis renouarētur treugæ pro vt seruari scio Florentiæ, cum, & tunc
46 frustra expectaretur earum finis ad vlciscendum, & propterea offensus posset reoffendere offendentem ipsa treuga durante, nō secus, ac pace perpetua vigente per eandem Decisionem Hyeronim. de Mont. & præcipue si hæ renouationis fierent primis promissionibus adhuc manentibus, quia tunc eadem cum primis essent per l. sed si manente, ff. de precar. & successiue dicerentur perpetuæ pro vt paces, cum paria sint quid ab initio esse perpetuum, vel perpetuum fieri posse ex post, Moron. vbi sup. q.121.incip. ex alio.post principium. Ad cuius confirmationem bene facit Grat. d. respons. 105.nu. 8. & seq. lib.pt. vbi concludit quod d. opinio Vincent. Hyspan. non procedit, quando treuga effecta est perpetua, seu in pacem transiuit, vt si facta esset per vnum annum cum potestate eo elapso ei renūtiandi seu disdicendi, & per longum tempus non fuisset renunciatum, vt in casu suo, quia tunc amplius ei renunciari non potest, & ita de temporali fit perpetuum, quo casu omnes conueniunt, quod frangenti promissionem perpetuam, non sit seruanda fides, cum militet in ea ratio pacis, in qua admittitur potestas vindicandi, quia perpetua est, & alias nūquam posset se vindicare offensus, & secus dicūt in treuga, quia temporalis est, & cum cito finienda sit, ea finita poterit se vindicare, adeo quod cum treuga sit perpetua, & transit in pacem, si offenso facultas vindicandi denegata esset, nūquam posset vlcisci, vnde licitum est tali casu vindicare, sine fractura treugæ, non secus, ac licet in pace, vt ibi per ipsum Grat.

Et hac opinione retenta, quod scilicet, & in treuga, frangenti fidem, fides frangi possit, & secundo offendens non dicatur rumpere treugam

gam iam a primo offendente ruptam, pro vt in pace dicitur, consequens est, vt dicamus,
47 quod istud procedat etiam quod in instrumẽ treugę adsit clausula rato manente pacto, & quod toties pęna committatur, quoties contrafactum fuerit, & etiam quod secundo offendens offendat primo offendentem ex interuallo, nedum incontinenti recepta offensa, licet si ex interuallo offendat, teneatur pro offensione ad pœnam iuris communis, vel Municipalis, & pariter quando incontinenti hoc facit, si modum legitimum in se defendẽdo, excedat, per ea, quæ diximus in pace; quæ hic superfluo non sunt repetenda.

48 Maior autem est difficultas, quando pr. offendens eum cum quo treugam habet, non frangit ipsam treugam, sed præstat tantum causam aduersario, vt ipsum primo offendentem offendat, an scilicet & isto casu, licet primo offendens non frangat treugam, offensus possit illũ reoffendere sine fractura treugæ, in quo puncto Vulpel. d. q. 72. nu. 7. & 8. versicu. aut diuersarius, arbitratur quod huic offenso non liceat offensorem offendere, citra incursum treugæ ruptæ, quia ex quo aduersarius offendendo fidem non fregit, sed nouam tantum causam præstitit, qua pars ad ipsum personaliter offendendum, & offensam acceptam vindicandam, merito fuit prouocata, nõ licet frangere fidẽ, quæ etiam hosti est seruanda, nec facile violanda est, cum possit iniuriam passus, infra modicum tempus completis induciis se vlcisci, vel etiam possit iniuriam veluti treuga durante facitam absq; honoris labe mussitare, vt Monomachistæ omnes fatentur, & idem late tenuit Hyeron. de Monte Brixiens. d. q. 7. nu. 6. & plur. seq. versi. in contraria tamen opinione, vbi generaliter concludit, quod in treuga non potest allegari noua causa, & hanc esse magis cõmunem opinionem, & ita etiam de consuetudine seruari, & contra eam iudicandum non esse, maxime ne fraudibus, & malitiis via aperiatur, cum hodie delinquentes vt plurimum habere videantur falsos testes ad probandum quicquid volunt, respondetq; fundamentis tenentium contrariam sententiam, cum qua opinione transit etiam postea d. q. 25. num. 3. versi. & ista conclusio, & latius d. q. 27. nu. 3. cum plurib. seq. versi. in contrarium autem, & pro eius cõfirmatione faciunt a fortiori omnia ea, quæ adducta sunt ad ostendendum, quod nec fracta per vnum treuga liceat alteri se vindicare, quin eandem frangat.

Veruntamen in contrarium est com. opinio
49 quod, & hoc casu ex noua causa, quamuis per eam primo offendens non rumperet treugam, licitum sit offenso se vindicare sine metu ipsam treugam frangendi, quemadmodum in pace similiter ex noua causa, quæ non frangit pacem, fas est offenso reoffendere, offensorem sine incursu in pœnam ruptæ pacis, vt sup. probatum est in materia pacis in secundo casu, quia nulla est differentia in hoc inter pacẽ, & treugam, vt etiã dictum fuit paulo ante in pr. quæsito circa rupturam ipsius treugæ, & vltra in dictis locis tradita, quod generaliter ex noua causa non rumpatur treuga, volunt in indiuiduo Corn. d. consi. 42. in pr. dubio col. pr. & secunda lib. secundo. Marsi. consi. 122. num. 18. post versi. & fortius dico, singul. 503. ex pace, & treuga in princ. & plures relati per Hyeron. de Mont. d. q. 7. nu. 5. versi. & in puncto iuris, & d. q. 27. nu. 1. versic. & quod in treuga, Benintend. d. Decisi. 65. nu. 4. versi. in contrarium nihilominus, vbi testatur, esse opinionem veriorem, & nullam pænitus posse constitui differentiam inter pacem, & treugam, sed idem ius pariter in vtraq; procedere, Herculan. d. cap. 13. num. 3. versi. in contrarium est veritas, vbi inquit procul dubio esse com. & magis commun. Moron. in d. tractat. d. quæst. 118. incipiente cõtrariam opinionem per totam, qui receptiorem dicit, & quæstionibus sequentibus, rationibus, & autoritatibus probat, & adductis in contrarium respondet, Magon. d. Decisi. 100. num. 6. vbi ait quod est crebior opinio, nedum in pace, sed etiam indifferenter in treuga, nec esse communem, dissentire videtur Vulpel. d. q. 72. post nu. 3. versi. in diuersam tamen, & rursus post. nu. 4. versi. vnde in tanta.

Quæ quidem communis sententia in eo fun
50 datur, quod quælibet obligatio, promissio, cõuentio, vel quæuis alia dispositio, quantumuis generalis, & præcisa in quacunq; materia semper intelligitur rebus sic stantibus, & cum hac tacita conditione si res perseuerat in eodẽ statu. Dec. consi. 335. n. 4. Roman. in d. l. semel mora nu. 18. ver. quinto quia, & ver. seq. & d. consi. 183. col. 2. sub nu. 1. in tertio fundamento, & d. consi. 258. nu. 4. & 5. etiam in tertio fundamento, Felin. in d. cap. 3. nu. 4. versi. & cum istis concordat, extra. de iur. iuran. Corn. d. consi. 51. col. secunda nu. 3. versi. item verba, & versi. necres, lib. pr. Iaf. in d. l. qui seruum 96. sub num. 5. versi. adde per ista, ff. de verbor. oblig. Benintend. d. Decis. 65. nu 5. & seq. Herculan. d. cap. 13. sub nu. 3. ad finem. Magon. d. Decisi. 100. num. 4. etiam stante iuramento. Boer. Decisi. 204. n. 21. Marsil. consi. 76. nu. 31. & 32. versicu. & facit etiam ad prædicta, & in l. 1. §. si quis vltro, num. 20. & plur. seq. ff. de quæst. & in Rubr. ff. de fideiussor. q. 19. nu. 173. versi. nam in qualibet ꝓmissione, Hyeron. de monte d. q. 7. nu. 19. versic. facit etiam Moron. vbi sup. q. 120. in princ. & hinc est quod dixit Bal. in l. cum proponas, in pt. notabili num. 2. C. de Naut. fænor. quod qui promittit aliquem non inquietare, intelligitur nisi culpa ex ipsius parte procedat, quod dictum in proposito nostro referũt, & sequuntur Roman. & Felin. ac Corn. sup. citati, ita vt noua superueniente causa, de qua a principio verisimiliter nõ fuerit cogitatum tempore initæ treugæ, quis non dicatur illi contrauenire,
51 vt in dictis locis habetur; si tamen in aliquibus

bus locis esset consuetudo, quod in treuga no-
ua causa non allegaretur, ea seruanda esset, dũ
tamen legitime probaretur, quia alleganti cō-
52 suetudinem incumbit onus eam probandi, vt
per Dec. consi. 402. nu. 11. consi. 420. nu. 8. post
gl. in l. 1. in verbo probatis. C. quæ sit longa cō
suetud. & in l. præscriptione in verbo iuris. C. si
contra ius, vel vtilitat. publ.
53 Et sicut in pace prodest ad illius fractionē
euitandam, noua causa, quæ nō sit iusta, & suf-
ficiens ad offendendum, dummodo sit colora-
ta, & non affectata seu procurata, vt supra o-
stendimus in vers. quod in tantum est verum,
& in Decisio. Senensi in secundo fundamento,
ita & in treuga, cum nulla inter pacem & treu
gam possit in hoc constitui differentia, ex his
quæ late iam diximus.
54 Vnde & eadem ratione in dubio dicendum
erit non ex antiqua, sed ex noua causa offen-
sam procedere, vt pœna fractæ treugæ effugia-
tur per ea, quæ itidē notauimus in pace versi.
& in dubio, & in Decisi. Rot. Senensis in quar-
to fundamento.
Hoc tamē sane semper intellecto quod ista
55 noua causa, non excuset hunc prouocatum of
fendentem prouocantem a pœna iuris commu
nis, vel municipalis pro offensa facta ex inter-
uallo, vel etiam incontinenti, si excedat debi-
tum modum in se defendendo, pro vt dictum
est quando iste secundo offendens offendit pri
mo offendentem, quia iam rupisset treugam; si
enim eo casu tenetur ad dictam pœnam, for-
tius in hoc, in quo primo offendens non fre-
git treugam, & per consequens non dedit pro
uocato tantam causam reoffendendi, de quo
ne pluries idem repetamus, ad alias dicta le-
ctorem remittere satis esse putamus, nec alia
in hoc proposito circa treugam occurrunt.
Superest videre quid sit in promissione sim-
plici de non offendendo facta inter aliquos ob
inimicitiam, rixas sequutas, vel timorem fu-
turorum scandalorum sub aliqua pœna. Differt
56 enim hæc promissio de non offendendo, a pa-
ce, & treuga. Pax enim est finis discordiæ, &
57 perpetua, ac inuiolabilis concordia, fitq; per
osculum, amplexus, & potum. Benintend. d.
Decisi. 65. nu. 16. post Doctores in rubr. extra
de treug. & pac. & in l. 1. ff. de pact. Vulpel. in
dicto tract. de pac. induc. & promiss. de non of-
fend. quæst. 1. nu. 4. qui etiam alias ponit diffini
58 tiones. Treuga autē est securitas præstita per-
sonis, & rebus ad tempus guerra nondum fi-
nita, & ideo dicitur, quod treuga est medium
inter pacem, & guerram. Benitend. d. Decisi.
65. n. 17. ex mente Doctor. in d. rubr. de treug.
& pac. Vulpel. in d. tract. q. 67. num. 2. Hyeron.
de monte d. q. 7. nu. 3. & melius nu. 9.
59 Promissio vero de non offendendo est secu-
ritas quædam, quæ fit modo rebus, modo per
sonis arbitrio iudicis, quandoq; præcedente
aliqua causa, & quandoq; nulla, sed solum ad
obuiandum futuris rixis & scandalis, secun-
dum Benitend. d. Decisi. 65. nu. 18. vel est legi-
timum præsidium, quod iuste timenti iniu-
riam sibi inferri ad ipsius iactãtiam, vel ex off.
præsidis, ne partes ad arma & rixam proce-
dant, præstari solet, secundum Vulpell. in d.
tractat. quæst. 37. nu. 3. per tex. in l. denuntia-
mus C. de his qui ad eccl. confug. in quo prior
huius dicti pars probatur, & in l. æquissimum
ff. de vsufruct. & quemadmod. quis vtatur, &
in l. illicitas, §. ne potentiores, ff. de offi. Præ-
sid. in quibus altera eiusdem diffinitionis pars
iustificatur, & de vtroq; habetur per Hyeron.
de Monte d. q. 7. in princ. num. 1. & 2. & est hæc
promissio tertium genus a pace, & treuga in
60 pluribus distans, illę enim sponte fiunt, ista ve
ro etiam ambabus partibus inuitis, si præto-
ri videatur, præstatur, & propterea de vna ad
aliam argumentum non est perpetuum, vt idē
Vulpel. tradit d. quæst. 73. num. 1. & 2. magis ta
men proxima est, & similis treugæ, quam pa-
61 ci. Herculan. d. ca. 13. nu. 2. vt propterea conclu
di possit, quod omnia ea quæ in ipsa treuga
procedunt, etiam in hac simplici promissio-
ne de non offendendo militant, & consequen-
62 ter quod nedum licitum est prouocato citra
metum contrauentionis promissionis huius
offendere prouocantem, quando prouocans
ipse contrauenit eidem promissioni, & eam
non obseruat, qui est casus clarus tam in pace,
quam in treuga, vt ex superius dictis constat,
sed etiam quando ex illa prouocatione non di
citur contrauenire promissioni, nec eam rum
pere, sed tantum dicitur præstare nouam cau-
sam aduersario prouocato, vt se vlciscendo, il-
lum offendat, qui casus, & si est dubius præci-
pue in treuga, tamen & in ea procedit, vt ple-
ne ni fallimur, probauimus; quæ dicta quam-
uis, & in hac discrepatione sufficerent, tamen
specialiter, & in indiuiduo, in ea quoque no-
63 uam causam sufficere ad excusandum a pœna
in ea promissa prouocatum, qui prouocantem
offendit, tenuit Clar. in pract. crimi. quęst. 47.
numero 9. versic. quæro nunc, vbi punctualiter
loquens in simplici promissione de non offen-
dendo sub certa pęna, concludit, non dici com
missam pęnam, si ex noua causa seu rixa super-
ueniente, vnus eorum alterum offendat, secun
dum Doctores communiter, & plures addu-
cit, & præsertim Barto. in d. l. aut facta, §. cau-
sa, ff. de pęn. & Bald. in d. cap. 1. num. secundo,
de pac. tenen. & eius violator. qui tamen vere
loquuntur in pace, licet eorum rationes mili-
tent etiam in hac promissione de nō offenden
do, & proinde & in ea dispositio eadem pro-
cedere debeat, in qua particulariter & in spe-
cie loquentes, ita voluerunt Marsil. in l. 1. §. si
quis vltra, nu. 25. ver. & adde predicta etiam,
ff. de qōn. & expressius in rubr. ff. de fideiuss. q.
19. nu. 174. ver. faciunt etiam ad predicta, Ben-
intend. d. Decis. 65. nu. 15. ver. sed in promissio
ne de non offendendo, vbi inquit quod nemo
est ex Doctoribus, qui tali casu discrepet, imo
omnes

omnes tenent quod promissio de non offendẽdo ex superuenienti causa non intelligitur rupta, & allegat Marsil in d. §. si quis vltro, & subdit num. 19. versi. & eo magis, quod istud magis procederet, quando promissio esset de non offendendo in personam tãtum, quo casu non comprehenderetur securitas rerum, neq; etiã iniuria facta personæ, & consequẽter clare nõ essemus in treuga, quæ est securitas præstita personis & rebus ad tempus nondum finita guerra, & Benintendium sequutus est Herculan. in in d. tract. de caut. de non offenden. d. cap. 13. sub nu. 3. versi. in contrarium est veritas, & rursus post versi. hæcq; proculdubio, qui quidem Benintend. & Herculan. quæstionem hanc de noua causa in promissione de non offendendo admittenda, vel ne, ex professo pertractant, & post longam articuli discussionem, eam admittendam concludunt, secundum opinionẽ veriorem, & receptiorem Doctorum, & licet contrariam partem tueatur Hyeron. de mont. d. q. 7. qui & ipse quæstionem disputat ad partes, tamen tandem fatetur, vbi vere constat aliquem verbis iniuriosis, aut facto prouocatũ, se vindicasse, allegationem nouæ causæ admittendam esse, & prouocatum in totum absoluendum a pæna conuentionali, vel saltem cum eo mitius agendum esse, quia difficillimum est iustum dolorem temperare, nisi, vt subijcit in fine quæstionis num. 20. iniuria vel prouocatio adeo sit parui momenti, vt non debuerit inducere prouocatum ad vlciscendum, cum offensæ appellatione nõ veniat ea, quæ est modica, & parui præiudicij, & non habetur in consideratione, vt ibi per ipsum, contra quem tamen in hoc vltimo dicto faciunt, quæ diximus de causa etiam iniusta, & non sufficienti ad offendendum, quæ excusat a pæna contra uentionis promissioni de non offendendo in pace, vel treuga factæ, quæ etiam iudicando sequutus sum, vt in relata Decisi. Senensi, nec ab eis recedo, cum ratione, & autoritate sint munita.

Et recipit conclusio hæc admissionis nouæ causæ in simplici promissione de non offendendo, omnes ampliationes, declarationes, & interpretationes, quæ admittuntur in pace, & treuga, de quibus suis locis egimus, tanquam fulcita eisdem fundamentis, & rationibus, si non maioribus, nec amplius hic repetemus, cũ ibi videri possint, & longiores fuerimus, quam initio putaremus.

Illud nihilominus silentio pręter eundũ non est, quod ad tollendas fraudum occasiones, quę de facili possunt committi circa hanc allegationem nouę causę ad effugiendam pænam in pace, treuga, & cautione de non offendendo promissam, & ad euitandas etiam Docto-
64 rum opiniones, in pluribus Italię partibus, ex legibus municipalibus prouisum fuit, ne talis allegatio admittatur, vt notat Herculan. d. ca. 13. num. 5. versicu. aduertendum est, vbi ad eas ponit tres declarationes, quas inquit vidisse, & legisse illis dari, de qua re etiam non nulla tradunt Hyeron. Magon. d. Decisi. Lucens. 100. nu. 20. & seq. versi. circa secundum vero de Decreto, & Bertazzol. his scripris visus cõsi. crim. 4. nu. 10. lib. pr. & ex eadem ratione potuit forrasse procedere consuetudo, de qua loquebatur Vincent. Hispan. si verum est quod ea alicubi extaret, pro qua sustinenda facit l. de quibus, ff. de legi. ibi inueterata enim consuetudo pro lege non immerito custoditur, & infra, & ex nouis ordinibus, & prouisionibus vulgari sermone factis in statu Senensi de anno 1563. in treuga ita expresse prouisum fuit.

EPITOME.

Duobus se inuicem verbo, aut facto offendentibus, vel paci, aut treugæ, vel promissioni de non offendendo, contrauenientibus, & non constito vter prior offenderit, An neuter, an vero vterque sit condemnandus pro pœna conuentionali, & quomodo, & quid respectu pænæ iuris, vel statutorũ pro ipso delicto debitæ.

SVMMARIA.

DVorum se inuicem offendentium, vbi de priori offensore non constat, nemo de rupta pace, treuga, vel promissione de non offendendo tenetur, num. 1.

Quæ conclusio procedit sine dubio quoad pænam, quæ parti esset applicanda, 3.

Secus in pęna fisco debita, quia uterque tenetur, nu. 4. 5. 6. cum seq. & nu. 23.

Nec ab ista opinione videtur in practica recedendum, 11.

Licet contrarium aliqui teneant, 7. cum seq.

Fiscus in dubio non est priuilegiatus, sed vtitur iure priuati, eo. nu. 7.

Fiscus tenetur probare, quod fuerit promissioni contrauentum. eo.

Offensæ, & pænæ inuicem compensantur, nu. 2.

Incertitudo, excusat in pęnis, eo.

Quod procedit in pęna corporali, secus in pecuniaria. eo.

Duorum se inuicem offendentium, vbi non constet de priore, neuter punitur, 8. 9. 10.

Contrarium tamen & sic quod uterque puniatur volunt plures, 12. cum seq. & nu. 16.

Et ita practicatur quotidie, 17.

Quod uidetur procedere respectu pęnæ fisco debitæ, secus quoad interesse partis. 13. & 23.

Vel ubi non agatur de pæna corporali. 14.

Vel ubi non constet, quod unus prior insultauerit, licet ignoretur quis ipsorum fuit, 15.

Iniurian-

Iniuriantes se inuicem, ubi non constet de priore, omnes absoluuntur. 18.

Contrarium tenent multi, quorum opinio practicatur, 19.

Fiscus contra vtrumque agere debet vsu sunt hinc inde offensiones, & ignoratur aggressor. 20.

Pars una ex rixantibus, si sola sit offensa, fiscus contra aliam ex ipso facto habet intentionem fundatam, nisi probet ad defensam offendisse. eo.

Autor rixæ nedum probationibus, sed coniecturis probatur, 21.

Fiscus in casu quo uterque tenetur propter incertitudinem, de pœna pacis, treugæ, uel promissionis ruptæ, non integram pœnam a singulo consequitur, sed unicam ab omnibus insolidum. 22.

CASVS CENTESIMVS SECVNDVS.

SI duo pacem vel treugam fe-
cerunt, & promiserunt se nõ
offendere sub certa pœna, &
postea se inuicem offende-
1 runt, nec constat vter prior
offenderit, neutrum de pa-
ce, vel treuga, aut promissione rupta teneri,
sed vtrunque absolui, scripserunt glos. in l. 1. §.
cum arietes, ff. si quadrup. pauper. fecis. dica. &
ibi etiam Barto. numero secundo, & Alexand.
in addit. ad finem appostillæ magnæ, versicu. si
autem non apparet quis primo, & quis secun-
do. & Florian. sub numero quinto, ver. & hunc
gl. Bart. in l. cum pater 75. §. libertis, in fine, nu.
7. versic. item adduco, ff. de legat. 2. & ibidem
Castrens. numero 6. versicu. & inducitur. Bald.
consi. 195. laudare vos, numero 5. libro secun-
do, Imo. in l. si seruum, 91. §. sequitur, num. quar
to, versicu. nota argumentum, & ibidem Alex.
num. 9. versic. in textu, & Ias. nu. 12. vers. vlt. per
istum textum, qui dicit esse communem opi-
nionem, ff. de verb. obli. Roman. in l. semel mo-
ra, nu. 17. vers. tu autem pro clara determina-
tione, ff. sol. matr. Abb. in cap. 1. sub num. 3. uer
si. sed quæro, de treug. & pac. & ibidem Felin.
num. 5. versi. dum dicit Abb. & in cap. 3. num. 4.
post vers. quinimo ipse prouocatus de iureiu-
ran. & in ca. dilecti filii, num. 16. versi. tertia de
claratio, de exception. Dec. in l. cum par deli-
ctum, §. illi in princ. ff. de reg. iur. & ibidem Ca-
gnol. ad finem. Boer. Decis. 237. sub nu. 2. & sub
nu. 4. Corn. consi. 51. num. 5. vers. & hinc est lib.
pr. Tiraquel. in tract. de pœn. temper. aut remit
tend. cas. 62. num. 2. vers. ex hoc autem. Clar. in
pract. crim. q. 47. nu. 10. versi. sed hic quæro. Her
cul. in tract de caut. de non offend. cap. 30. nu.
1. & sequent. Moron. in tractat. de fid. treug. &
pac. q. 167. num. 1. & seq. & probari videtur per
textum in l. scientiam, §. si cum stramenta, ff. ad
leg. Aquil. & in ca. constitutus, extra de pœn. Et
2 ea confirmatur ratione, quod offensa & pœna-
rum exactio inuicem compensatur, l. uiro atq;
vxore, ff. solut. matr. & ex eo quod propter in-
certitudinem nemo condemnandus est, ne in
nocens puniatur l. absentem, ff. de pœn.

Sed hæc conclusio sine dubio procedit, quã
3 do agitur de interesse partium, idest de pœna
parti contrafacienti auferenda & obseruanti
applicanda, tunc enim offensa, & penarum exa
ctio inuicem compensatur, cum vtraq; pars
4 contrauenisse dicatur, secus autem quãdo agi
tur de interesse fisci, vt quia pars pœnæ appoi-
tæ in pace, treuga, vel promissione de non of-
fendendo, applicanda est fisco, quia tunc vter-
que ex rixantibus esset condemnandus, cum
vterq; dederit operam rei illicitæ, & nihil sit
quod compensari possit cum fisco, qui in ali-
qua culpa non fuit, nec contrauenit, sed obser-
uauit, & semper obseruat, & licet ratione incer
titudinis omnes regulariter absoluantur, tamẽ
5 hoc locum habet quando agitur de pœna cor-
porali, secus autem quaodo agitur de pœna pe
cuniaria, quia tunc omnes puniuntur, ne deli-
cta remaneãt impunita, ita concludit Clar. sub
dubio tamen. d. q. 47. sub num. 10. post d. versi.
6 sed hic quæro, quam opinionem late probat
Octauian. Vulpell. in tract. de pac. induc. & pro
miss. de non offend. quæst. 106. quæ est vltima,
& dicit quod ista opinio est certior, & testatur
quod ita in Auditorio Vrbini, dum fisci partes
tueretur, obtinuit, & plures iudicauit, & ita
etiam consulendo tenuit respons. crim. 50. nu-
ror profecto nu. 1. & seq. vbi repræhendit con-
sulentẽ decisiue pro contraria parte, & respon.
118. stãtibus inducijs in princ. n. pr. & sic quoq;
7 alibi iudicatum fuisse audiui, licet contrarium
in indiuiduo teneant Herculan. d. ca. 30. nu. 10.
versi. prædicta autem procedũt, & Moron. vbi
sup. q. 168. nu. 1. qui n. 2. 4. & 5. eam adducit ra
tionem, quod fiscus in casu dubio non est spe-
cialiter priuilegiatus, sed vtitur iure priuati,
& tenetur probare fundamentum suæ intẽtio-
nis quod fuerit contrauentum promissioni, &
Bartol. Bertaz. consi. crim. 47. num. 7. & 8. versi.
sed licet lib. pr. & Claud. in addit. ad ipsum
Bertazz. patrem. consi. crim. 299. in addit. sub
8 littera A. versi. primus est casus lib. secũdo. Opi
nioni quotũ adstipulatur alia conclusio, quod
si duo mutuo se insultauerunt, percusserunt,
vel vulnerauerunt, nec constat vter eorum pro
uocauerit, neuter punitur, per dictum glos. in
d. l. 1. §. cum Arietes, ff. si quadrup. pauper. fe-
cis. dicat. quam sequuti sunt ibi Bart. & Alex.
in addit. Tiraq. d. causa 62. in princ. n. 1. Corn.
consi. 274. col. 2. in fine, & col. 3. post vers. & per
hoc videtur euitari supradicta. lib. pr. Boer. d.
Decisi. 237. in princ. & sub nu. 2. 3. & 4. Felin. in
d. c. dilecti filii, sub n. 16. vers. tertia declaratio.
de exception. Marsil. in Rubric. C. de probat.
nu. 427. versi. & pro istis etiam facit. & nu. 434.
in versi. adde etiam quod si duo. Clar. in pract.
9 crim. q. 60. n. 31. versi. vidi ego, vbi stãte statuto
vel edicto quod primo euaginãs vel ponẽs ma
num ad arma puniatur in centum, si duo eua-
ginatis armis rixati sunt, neq; cõstat quis prius
euaginauerit, vterq; erit absoluendus propter
incer-

incertitudinem per gl. in d. §. cum arietes, cu-
10 ius opinionem pluries senatum Mediolani se
quutum fuisse iudicando refert, & Menoch. de
arbitr. iud lib. 2. cent. 4. cas. 363. nu. 16. & 17. se-
quitur Barto. Bertaz. consi crim. 299. in princ.
nu. 1 lib. secundo, & ibi Claud. in addit. littera
A versi. primus est casus,

Ego quicquid sit in puncto iuris, non rece-
11 derem in practica ab opinione Clari, & Vul-
pel. in proposita quæst. pacis, treugæ, vel pro-
missionis de non offendendo per rationes ab
eis allegatas, quia videntur cessare respectu fi-
sci, rationes per Doctores consideratæ pro ab-
solutione vtriusque, quæ respiciunt interesse
partium, ne vna contra alteram agere possit, &
non reipublicę seu fisci, qui intentionem fun-
datam habet ex eo, quod vterque rixantium
12 deliquit. Nec obstat alia conclusio de duobus
se inuicem insultantibus, percutientibus, vel
vulnerantibus absoluendis, quando nescitur,
quis pr. prouocauerit, quia quod in hoc casu
dubio non debeat fieri absolutio, sed vterque
sit condemnandus, tenuit Florian. in d. §. cum
Arietes, sub numero 6. versic. & ex hoc sequi-
tur per l. quemadmodum 29. §. si nauis alterā,
ff. ad leg. Aquil. & in d. l. scientiam, §. sed si cum
stramenta, ad finem, versic. vnde si duo eod. ti-
tulo Idem voluerunt Bald. in d. §. cum Arietes
ad finem, & in d. §. si cum stramenta, dum se re-
mittit ad dicta per ipsum in d. §. cum arietes. &
in l. vt vim. ante finem, num. 32. versi. item nota
13 ff. de iustit. & iur. ubi clare loquitur, & vult re-
spectu fiscj, utrunque teneri, quia uterque deli
quit contra rempublicam, quoad quam, dolus
cum dolo non compensatur, licet quoad in-
teresse partis nullus teneatur, sed fiat compen
satio. quam declarationem sequitur Feli. in d.
c. 1. sub nu. 5. versic. facit quod notat, de treug.
& pac. & expressius in d. c. dilecti filij, sub n. 16.
versic. tertia declaratio, in fine, de except. Au-
gust. d. Arimin. in addit. ad Angel. de malefi. in
verbo, & dictus Titius se defendendo in appo
stilla ad versi. quærit gl. sub nu. 27. & Menoch,
d. cas. 363. nu. 18.

Eandem opinionem quod uterq; puniatur
criminaliter, tenent Rom. in l. cum mulier 49.
la pt. in 6. concl. sub nu. 62. ad finem, uer. & per
hoc infert, ff. sol. mat. Boss. in pract. crim. tit. de
iniuriis, sub nu. 8. post vers. & nota omnino in
hac materia. Hercul. d. c. 39. nu. 11. uer. de pena
autem, & Clar. d. q. 60. post d. uer. uidi ego, in-
quiens, quod Doctores tenent contra illam gl.
in d. §. cum Arietes, & quod uterque debet cō
14 demnari, ne delicta remaneant impunita, nisi
agatur de pæna corporali, quo casu credit po-
tius utrunq; esse absoluendum, cuius dictū se-
quitur Claud. in addit. ad d. consi. Barto. Ber-
taz. patris 299. in littera A. ad finem, uer. & hęc
quoad condemnationem, ubi testatur de cōi,
& sentit etiam Menoch. d. cas. 363. nu. 19.

Et dicit Corn. d. consi. 274. col. 5. in fine, &
col. 6. in prin. nu. 3. post uersic. nec obstat, quod
15 vltimo loco dicebatur lib. pr. quod illa glo. nō
procedit, nisi quando testes dicunt, quod vnus
insultauit alterum, sed nesciunt quis ille fue-
rit, quia tunc militat bona ratio pro opinio-
ne glos. cum certum sit quod vnus non deli-
quit, & innocens non sit damnandus propter
peccatorem, sed potius nocens absoluendus;
secus autem quando simpliciter constat, quod
vnus offendit alterum, & alter alterum, & ni-
hil aliud probatum est ad defensionem, quia
tunc vterq; punitur, quia potest esse, quod
vterq; prouocauerit vel quod communi con-
sensu rixam inuerint, & sic quod vterque fue-
rit aggressor, & quia intentio fisci ex ipso fa-
cto fundata est, cum vterq; dederit operam rei
illicitæ, & sunt verba Bald. in repet. l. 4. C. vnd.
vi. n. 25. versi. duodecimo quæritur in gl. quem
etiam refert, & sequitur Angel. in tract. de ma-
lefi. in verbo & dictus Titius se defendēdo nu.
37. versicu. quærit glos. vbi etiam August. in ad
dit. & respondet Bald. in d. §. si cum stramen-
ta, cuius responsionem probant Corn. & An-
gel. quod ibi dabatur opera rei licitæ, quod &
tradit Florian. ibi, & in d. §. cum arietes, & di-
cit Angel. quod se nel habuit de facto, & se-
16 quutus est illam opinionem. Et in illis termi-
nis quod vterq; ex rixantibus, data inceptoris
incertitudine, teneatur ad pęnam delicti fi-
sco, dummodo nō agatur de pæna corporali,
consuluit Vulpel. respons. crim. 114. per to-
tum, & dicit esse sententiam veriorem, & rece
ptiorem, quam ex multis probat, & respon-
det his quæ in contrarium pro vtriusq; absolu
tione facere videntur. Ad cuius opinionis cor-
roborationem faciunt quæ dixi in casu præce
denti, post versicu. & hoc procedit etiam, dum
adduxi plures tenentes, quod quando ex in-
teruallo, primo offensus, offendit offensorem,
vterq; punitur respectu pæne conuentionalis
applicandæ fisco, licet aliud sit respectu inte-
resse partium, & pænæ illis applicandæ vt ibi
habetur,

Et hæc distinctio in actu practico quotidię
17 obseruatur in insultib. percussionibus, & vul-
neribus, nam vbi constare non potest de ag-
gressore, omnes puniuntur de insultu, & si ad-
sunt ab vtraq; parte percussiones, & vulnera,
quælibet punitur de factis in alteram, & si ab
vna tantum parte extant, altera punitur, cum
non probet ad defensionem fecisse, pro vt, &
infra dicetur in materia pacis, & træugę, & p
missionis de non offendendo.

In verbis autem iniuriosis, secus videtur,
18 quia ex quo per ea non offenditur respublica,
vterq; ex iniuriantibus, se inuicem, in hoc du-
bio propter incertitudinem absoluitur, secun
dum Felin. in d. c. dilecti filii sub nu 16. versicu.
tertia declaratio in fine, de exception. quem
sequutus est Boss. d. tit. de iniuriis, nu. 8. versic.
19 & nota omnino. In quo tamen contrarium no
tauit Roman. in l. cum mulier 49. nu. 68. versic.
secunda vero principalis membri conclusio,
iun-

iunctis antea dictis n.64.post versi.& ex his decidit ur,ff. solut. matr. volens expresse vtrunq; iniuriantem criminali pena pro publica uindicta inferenda, esse puniendum. idē tenet Moronin d.tract.q.163. nu. 12. post versicu. & sic aduerte Et ita sæpissime practicaui, & ab aliis practicari vidi.

Et vt in casibus occurrentibus, quid fisco
20 agendum sit, distinctè cognoscatur, aduertendum est, quod ipse debet agere contra vtrunq; rixantem, maxime vbi ex vtraq; parte adsunt offensiones contra promissionē. Vulpel.d.resp. 118.in princ.& d.quæst. 106. per rotam, nam si ex vna tantum parte appareret offensio ex percussione, vel vulnere, posset contra alteram partem tantum agere, & obtinere, quia haberet intentionem fundatam ex ipso facto, propter quod rupta fuit promissio, nec pars illa posset se excusare, nisi probando quod ad defensionem suam fecerit, quod iam dictum fuit, non posse apparere, sed aggressurum incertum esse, vt tradit Herculan.d.cap.30.nu. 26. versicu. vt tamen vbi latissime insistit.

Et quod dictum est de incertitudine auto-
21 ris rixæ intelligendum est quando nedum nō extant probationes, sed neque coniecturæ, aut præsumptiones, ex quibus autor ipse argueretur, ad quas, testibus de hoc deponentibus in specie non existentibus, recurritur, & ex illis inceptor elicitur. Felin.in d.cap. pr. sub n.5.versi.facit quod not.de treug. & pac. latissime Herculan.d.c.30.n.12.cum plur.seq.versi. ex coniecturis, & iterum sub n.26. versi. prima coniectura est. Vulpel,d.q.106. post princip. & d.resp.114.nu.3.& latius d responsi. 118. in toto, & diffuse Menoch.d.cas.363.in toto, vbi ceteros refert.

22 Non credas tamen, quod fiscus ab vtroq; capiat integram pænam conuentionalem sibi applicandam, ex eo quod vterque tenetur, quia imo debet esse contētus vna tantum pæna, ad quam omnes insolidum tenentur, nec in hoc casu dubio debet capere plusquam haberet in casu certo, si sciretur inceptor rixæ, & aggressor.

Sane respectu pęnæ naturalis delicti, quæ iu
23 re communi vel municipali imposita est, nullus dubitat, quin vterq; ex rixantibus puniatur versus fiscum pro eo, quod quisq; fecerit, inceptoris incertitudine non obstante, etiam quod a pæna cōuentionali excusaretur vterq;, quia in ea fiscus intentionem fundatam habet ex ipso delicto, vt dictum fuit supr. admittunt etiam hi, qui in conuentionali pæna ipsi applicanda vtrunq; absoluēdum putant, vt pet Hercul.d.ca.30.nu. 31. versic. de pæna autem iuris ordinarij. Bertaz.consi.crim. 48.n.8.lib. primo Boer.d.Decisi.237. sub num. 2. & Moron. d. q. 168.nu.6.& seq.versi.hæc tamen omnia procedunt, & faciunt quæ diximus in præcedenti casu in versi.tenebitur tamen, vbi ostēdimus eū, qui ex interuallo vel incontinenti non seruato moderamine inculpatæ tutelæ, offendit suum offensorem, puniri hac pæna delicti naturalis, quicquid sit in conuentionali, per ea quæ ibi adduximus.

EPITOME.

De pœna interdictionis aquæ, & ignis, & qualis sit, quod in desuetudinem abiit, & eius locus successit deporratio, quæ cum similiter non sit in vsu, locum habet pæna arbitraria citra mortem naturalem tamen.

SVMMARIA.

Pœna interdictionis aquæ, & ignis ad instar mortis naturalis inducta, nu.1.
Et quare inuenta. nu.2.
In desuetudinem nihilominus abiit, nu. 3.
Deportationis pæna successit loco interdictionis aquæ & ignis, nu.4.
Sed, & ista pariter non est in vsu saltem, vbi non sunt insulæ, nu. 5.
Deportatio, vbi non est in vsu, eius loco successit pæna Iudici arbitraria, nu.6.
Licet aliqui teneant, quod pæna mortis successerit, numero 13.
Pæna arbitraria imponi debet in casibus, in quibus imposita erat interdictionis aquæ, & ignis, numero 7.
Attamen est citra mortem arbitranda.eo.
Et quare, nu. 8.cum seq.
Deportatus amittit Ciuitatem. nu.9.
Et mortuo æquiparatur. nu. 10.
Deportationis pæna non dicitur vere, proprie, & stricte capitalis, nu.11.
Sub rogatum assumit naturam eius in cuius locum subrogatur, numero 12.

CASVS CENTESIMVS TERTIVS.



Pud veteres iureconsultos nō raro mētio habetur de aquæ & ignis interdictione, quæ damnatis rerum capitalium, & exulibus inferri solebat, ac aliis quædam crimina cōmittentibus, & grauis admodum censebatur, veluti hominem duobus priuans principiis, ac elementis ad vitam hominum necessariis, cum enim omne animal ex anima, & corpore constet, & materia corporis in humore sit, animæ vero in calore, & proinde in aqua, & igne interdicto earum rerum vsu, quibus vita homi-
1 num constat, perinde habebatur, ac si esset, qui eam sententiam acceperat, morte mulctatus, cum sicut sine his, nec ortum hominis, ita nec vitam constare posse creditum sit, vt elegantet

ganter hęc,& plura alia scitu digna tradit Bu-
de. in posterioribus annotation. ad Pande. in
titu. de pænis super l. secunda, §. primo, folio
130.& 131.in libris paruæ formæ impressis Ba
sileæ, cuius dicta, tacito autore reassumit Mi-
singer.in §.cum autem, num. 3.Inst.quib.mod.
2 ius pat.potest.solu. aiens, quod Romani cum
in homines malos, & Reipu. perniciosos abo-
minarentur carnificinam exercere, & a malis
hominibus societatem ciuilem purgare desi-
derarent, primo facinorosos interdicto vsu i-
gnis, & aquæ multabant, quod sicut his duo-
bus calore, & humore vitam hominis consta-
re, ita interdicto eorumdem vsu non consiste-
re credebant, quorum se indignos malefactis
reddiderant, & dicit Iaf. in addit. ad Porci. in
eodem, §.lecto cum principio tituli in addit. su
pra verbo, potestatis littera E.quod olim tem
pore antiquissimo pro illis delictis, pro qui-
bus non erat ingerenda pœna mortis natura-
lis, imponebatur pœna interdictionis ignis,&
aquæ, quæ erat dura pæna, cum nulla durior
offit esse, quam inter homines non versari,&
hominum carere suffragiis, argum.l.hi,qui san
3 ctam,C.de apostatis. Hæc autem pœna in des-
suetudinem abiit, nec amplius in aliquo loco
obseruatur, vt testantur Clar.in pract. crim.q.
67.nu.6.vers.item interdictio,& Farinac.lib.1.
quæst.crimin.tit.de delict.& poen.q.19.nume.
20. post vers. pænæ aliæ plures. Milinger.in d.
§.cum autem nu.4.versi.& quia post,& alii per
eos citati, quibus longe plures addi possent,
quos prudens omitto.
4 Succellit autem in eius locum deportatio,
vt dicunt Clar. & Farinac. post multos, quos
referunt, & est text. ad literam in l.3.ff.ad leg.
Iul.peculat. & de residu.quem,& ipse adducit,
& alius similis text.in dicta l. 2.§.constat, ff.de
pęn.& tradunt gloss. & scribentes, in §.minor.
Instit.de capit. diminutio.& pulchre ponit Mi
singer.in dicto §.eum autem sub nu. 3. & 4.ver.
deinde vero,& versicu. sequent. ubi etiam alii
scribentes notant.
5 Quoniam vero, & deportatio in vsu non
est, saltem in regnis, & Dominiis in quibus nō
6 sunt Insulæ,& loco eius successit pęna Iudici ar
bitraria puta triremium in perpetuum, vel ad
tempus, exilij perpetui, vel temporalis, aut si-
milis, prout sibi conuenire videbitur, secun-
dum delicti grauitatem ex opinione, quam fir
mant Clar.d.quæst.67.num.8.vers. deportatio
etiam,& Farinac.d.q.19.nu.15.versi.pęna etiā
deportationis, & nos quoq; late probauimus
casu octano versi.ipse autem detentus, conse-
quens est, vt in casibus illis, in quibus antiquæ
7 leges pęnam aquæ, & ignis interdictionis im-
ponebant, Iudex arbitrio suo punitionem im-
ponere possit, quam tamen citra mortem na-
8 turalem arbitrandam admonet Clar. quem se-
cutus est Farinac. vbi supra, nisi ex statuto,
vel consuetudine ea imponeretur, quod tamē
inepte dictum est respectu statuti, cum si lege
municipali pęna indicta est, de arbitranda a
Iudice non sit agendum, cuius arbitrio in de-
termina tantum committitur iuxta l.1.§.expil-
latores, ff.de effractor.& expillat,l. hodie, & l.
sanctio legum, ff.de pęnis, cum vbiq; notatis,&
in aliis locis vulgaribus. Placet tamen in se di-
cta sententia Clari in hoc proposito, quia, &
si, vt dictum est, aquæ, & ignis interdictione fa-
cta, sic condemnatus haberetur, ac si morte
multatus esset, tamen morti non tradebatur,
quasi adhuc videretur nephas, homines quam
uis malos supplicio capitis afficere, vt Bude.
notat loco citato, & post eum Misinger. rela-
tus, eodem modo, & si deportatio grauis est
9 pęna, per quam Ciuitas amittitur §. cum au-
tem 15.Inst.quib.mod. ius patr. potest. soluit.
& §. minor. Inst. de capit. diminut. & sic con-
10 demnatus mortuo æquiparatur d. §. cum au-
tem is,& ibi glos.& Doctores, tamen non dici
11 tur pęna vere, proprie,& stricte capitalis, sed
proxima tātum morti l.capitalium post princ.
versicu.deinde, ff.de pęnis.Clar.d.quæst. 67. in
princ.sub num.primo Farinac.d.quæst.19. post
princ.num. 2.& ante eos Iacob. de Bellouisu in
pract.crimin.tit.de diuersi.pęn. capita. & non
capital.sub num 9 post versicu. aliæ multæ fo-
lio mihi 53.vnde inconueniens esset, & contra
notas iuris traditiones, quod pęna loco dictæ
interdictionis, & deportationis subrogata
maior esset ipsa interdictione, & deportatio-
ne, cum subrogatum assumat naturam eius, in
12 cuius locum subrogatur l. si cum §. qui iniuria
rum, versi.iniuriarum autem, ff.si quis cautio-
nib.& ibi glos. Bart. & alii l. item veniunt §. cū
prædixerimus, & ibi Bald. & coeteri scriben-
tes, ff.de petit.hæredit. glos.singularis in l.cer-
ti condictio in princ. in glos. in verbo, ex om-
ni causa in fine ff. si cert. petat. nec vnq; mihi
placuit opinio Angel.de Perusio in l.3. §. legis
Corneliæ in fin. ff.ad leg. Corn. de Sycar. volen
13 tis, quod loco deportationis, quæ recessit ab
aula, succedat mors naturalis, licet eum sequā-
tur Marsil.in eod.§. ad fin. num. 2. & Carer. in
pract.crimin.§.circa secundum, nu.5. folio mi-
hi 227.pro vt etiam non satisfacit Claro,& Fa
rinac. supra citatis, quod notandum est, quia
sæpe euenit in facto.

LAVS DEO, ET VIRGINI.

EPITOME.

De pænis damnationis ad bestias,& su-
biiciendi bestiis, quæ sint, qualiter in-
ter se differant, de earum inobseruan
tia, & quod in illarum locum successit
hodie pæna mortis naturalis.

SVM-

SVMMARIA.

POENA damnationis ad bestias, & pœna damnationis ad subiiciendum bestiis valde differunt, licet male pro eisdem a pluribus accipiantur, numero 1.6.& 9.

Damnationis ad bestias erat, dum damnabantur, vt in publicis venationibus cum bestiis depugnarent, numero 2.

Et aliter damnati efficiebantur olim serui pœnę, numero 5.

Secus hodie.6.& 12.13.

Leges de tali pœna loquentes plures citantur, eo.

Hodie tamen hęc pœna non est in vsu.14.

Et eius loco successit pęna decapitationis naturalis secundum aliquos.16.

Dici tamen posset, quod arbitraria citra mortem illi successerit.18.

Damnatio in arenam accipitur pro damnatione ista, numero 4.

Pœna damnationis ad subiiciendum bestiis erat cum damnabantur, ut laniandi bestiis obiicerentur, numero 3.

Doctores plures, ac leges de tali damnatione tractantes adducuntur.11.

Damnatus hac pęna efficitur seruus pœna.12.

Sed hodie talis pœna non est in vsu.14.

Decapitatio enim naturalis eius loco successit.15.

Seruus pęna nullus efficitur hodie per sententiam, nisi sequatur mors, 6.& 13.

Doctores plures declarantur circa tales damnationes, nu.7.& 9.

Glos. in l. sciendum, ff. arbor. furt. cæsar. reprehenditur, nu.8.

L. capitalium, ff. de pœn. declaratur. eod.

CASVS CENTESIMVS QVARTVS.

SVnt, & aliæ pœnæ antiquis legibus cognitæ, quæ non sunt
amplius in vsu, & recesserunt
ab aula, & inter cœteras dam
natio ad bestias, & damnatio
1 ad subijciendum bestiis, quæ
inter se valde differunt, licet multi Doctores,
tam ex antiquis, quam ex modernis huius dis-
criminis ignari, aut immemores de eis pro-
miscue, & indifferenter, tanquã de vna tantũ,
& eadem pęna loquantur, & male. Damnati
2 enim ad bestias dicebantur, qui cum bestijs in
publicis venationibus ludere, & depugnare de
bebant, ad huncq; effectum explendum serua-
bantur nec morti tradebantur. Damnati vero,
3 vt bestijs objcerentur, seu subijcerentur, dice-
bantur, qui protinus bestiis laniandi proiicie-
bantur, & prima pęna damnatorum scilicet ad
bestias longe mitior est, quam secunda bestiis
objciendorum, seu subiiciendorum, ita in pũ
cto late, & eleganter tradit Gulielm. Budæ. in
posterioribus annotationibus ad pãdectas in
tit. de pęnis super l. aut damnum §. quicunq; fo
lio mihi 139. & sequẽtibus, quem sequitur Syl-
uester Aldobrand. in suis lucubrationibus ad
§. pęnæ seruus. quib. mod. ius patr. potest. solu.
in annotatione posita post gl. in verbo, bestiis.
in Institutionibus Iustiniani, cum quibus opti
me concordat, licet nullam eorum faciat men
tionem, Misinger. in eod. §. pęnæ seruus in fine
versi. sed & ad bestias damnati, & versi. seq. &
hanc eandẽ differentiã vidi anootatam in qui-
busdã Codicibus paruę formę ad marginẽ l. ca
pitaliũ l. q. vlt. suplicio, & l. ad bestias ff. de pęnis.
Et de prædicta prima pęna damnationis ad
bestias loquitur Iacob. de Bellouisu in pract.
crimin. Rub. de diuers. pęn. capitalibus, & non
capitalibus sub num. 4. post versicu. alia est in
arenam folio mihi 53. inquiens, quod damna-
4 tio in arenam est damnatio ad portandum, vel
extrahendum arenam pro faciendis ędificijs
Principis, vel ad debellandum in arenã, idest
in quodam loco arenoso ad hoc deputato cũ
bestiis feris, vt in l. in arenam C. de inoffic. te-
stam. vbi glos. in verbo, constituto, hanc secun-
dam expositionem admittit. & subdit Iacob.
quod sic condemnatus dicitur esse seruus pę-
5 næ per l. qui vltimo supplicio, ff. de poen. quæ
hoc probat, & addi potest tex. in l. si quis filio
§. irritum versi. sed & si quis, ff. de iniust. rupt. &
irrit. fact. testam. tex. ideo ex professo deci-
dens in d. l. aut damnum d. §. quicunq; eod. tit.
glos. in d. l. in arenam in glos. pr. & Misinger. in
d. §. pœnæ seruus num. 3. quod tamen nunc cor-
rectum videtur per auth. sed hodie, C. de do-
nat. inter. vir. & vxor. vbi habetur, quod hodie
nullus ingenuus condemnatus per sententiam
efficitur seruus pęnę, quando non sequitur
6 mors, sed condemnatus remanet adhuc viuus,
vt per Marsi. consi. 131. plura dubia num. 41.
7 versic. & nõ obstat, qui alios refert, & de com.
opinione testatur in nostris terminis, & ita
etiam tenet Misinger. in d. §. pœnæ seruus in fi-
nalibus verbis, & melius Aretin. qui legit d. §.
cum §. cum autem num. 10. De ea etiam memi
nit Clar. in pract. crimin. quæst. 67. nu. 4. versic.
non est etiam, qui tamen non declarat, qua-
lis sit ista pęna, & adducit Angel. & Marsil. in
l. 3. §. legis Corneliæ, ff. ad leg. Cornel. de sycar.
qui non faciunt ad propositum cum loquan-
tur non de d. prima poena, sed de secunda su-
biiciendorum bestiis, adducit etiam Carer. in
pract. crimin. fol. 503. post num. 4. quem locum
inueni in libro meo folio 227. in §. circa secun
dum num. 2. & 5. sed nec ista autoritas seruit,
quia Carer. agit similiter de pęna subijciendo-
rum bestijs, pro vt, & Angel. quem ipse sequi-
tur, Farinac. etiam facit mentionem de eadem
pęna lib. pr. quæst. crimin. tit. de delict. & pęn.
quæst. 19. num. 18. versicu. pęnæ aliæ, sed & ip-
se non declarat quænam sit talis pęna, & alle-
gat glos. ff. arbor. furt. cæsar. non exprimendo
locum particularem, qui est in l. 2. incipien-
te sciendum, vbi glos. loquens de latronibus
puniendis ait quod furcis suspẽduntur, & dein
de

de bestijs subijciuntur per l. capitalium, ff. de pęn.& sic glos. non loquitur de damnatione ad bestias, & male ad hoc allegatur, sed, & ipsa gl. non recte intelligit d. l. capitalium, quæ in §. famosos, dicit formaliter, quod famosi latrones in locis, vbi grassati sunt furca figuntur, & postea subdit quod non nulli etiam hos ad bestias damnauerunt, quod importat condemnationem ad bestias & nō subiectionem bestiis, vt ex prædictis apparet, quod apertius constat ex quo tex. loquitur de duabus pœnis separatis, quæ inferrebantur grassatoribus, de pœna scilicet furcarum, & de pęna damnationis ad bestias, nec sine violentia verborum patitur interpretationē d. glos. quod grassatores furca suspendantur, & postea bestiis subijciantur, allegat etiā Farinac. Iacob. de bellouisu licet corrupte, & Syluestr. Aldobrand. quos supra fideliter retuli, Lancellot. Conrad. in pract. crimin. tit. de contumaci, & bannit. num. 13. versi. serui quoq; folio 443. qui pariter loquitur de his, qui bestijs subijciuntur, & non de damnatis ad bestias, & vlt. loco citat Clar. supra relatum, quem quomodo loquatur iam vidimus.

Sed quicquid inaduertenter dicant præfati Doctores, satis est quod damnatio ad bestias pœna erat antiquitus obseruata, per quam, vt diximus ea damnati seruabantur ad pugnandum publice cum bestijs, & de hac pœna habetur in d. l. aut damnum §. quicunq; dum meminit de damnatis in ludum venatorium, & in d. l. in arenam iuncta gl. prima, & apertius, & uerbis expressis in d. l. capitalium §. famosos uersi. nonnulli, & in d. l. qui ultimo, & in l. ad bestias, ff. de pen. & in l. si quis filio §. irritum. ff. de iniust. rupt. & irr. fact. testam. & in l. quicunq; 8. ff. ad leg. Cornel. de Fals.

11 De secunda autem pęna subijciendorum bestijs loquuntur Angel. de Perus. in d. l. 3. §. legis Corneliæ in princ. & ibidem Hippolit. de Marsil. etiam in princ. nu. 1. ff. ad leg. Cornel. de Syccar. Ludouic. Carer. & Lancellot. Conrad. in locis supra adductis, & de ea habetur mentio in d. l. 3. d. §. legis Corneliæ, ibi humiliores enim solent, vel bestijs subijci, in l. pęna parricidij, ibi alioquin bestijs objicitur, ff. ad leg. Pomp. de parricid. & in §. pœnæ serui, ibi, & qui bestijs subijciuntur. Inst. quib. mod. ius patr. potest. solui. & hos damnatos seruos pœnæ esse non ambigitur per tex. apertum in d. §. pęnæ serui, & notata per Lancellot. Conrad. d. tit. de contumac. & bannit. d. num. 13. versicu. serui quoq; pęnæ fiunt, & patet ex eo, quod tales efficiuntur damnati ad bestias, quorum val de leuior est pęna, quam horum bestijs objiciendorum, vt supra dictum est, nec in ijs subijciendis bestijs correctum hoc videtur pro vt in damnatis ad bestias dictum fuit ex d. auth. sed hodie, quia sumus in damnatis non ad mortem ciuilem, sed ad mortem naturalem, cum statim tradantur feris bestiis deuorandi, quo in casu incorrecta remanet dispositio d. l. qui vl-

13 timo supplicio, quod damnatus vlt. supplicio statim lata sententia anteq̄ moriatur, fit effectus seruus pęnæ, vt tradit Marsil. d. consi. 131. num. 41. versic. & non obstat, si apponatur post Barto. in d. l. qui vlt. num. 3. & alios per eum citatos, quibus adduntur Aretin. in d. §. pænæ serui, lecto cum §. cum autem, ante num. 10. ver. in glos. in verbo, pęnæ. Inst. quib. mod. ius patr. potest. soluit. Minsiuger. in §. maxime in princ. in verbo, serui pęnæ. Inst. de capit. diminut. qui citat tex. bene probantem in d. l. si quis filio §. irritum versicu. sed & si quis, ff. de iniust. rupt. & irrit. fact. testam. & Ioan. de Plat. in prędicto §. pęnæ seruus, lecto cum d. §. cum autem nu. 12. in fine, versi. in glos. quæ incipit, & supplicij.

14 Quoniam autem neutra dictarum penarum est in vsu, & vtraq; in desuetudinem abiit, non immerito quæritur, quæ pena imponenda hodie sit in casibus, in quibus a iure vna, vel altera ex dictis pęnis est statuta, & sane, vt ordine retrogrado paululum procedamus, in locum pęnæ, de qua secundo loco egimus, videlicet

15 subiiciendorum bestiis, videtur succedere decapitatio naturalis, ita enim expresse tenet Angel. de Perusi. in d. l. 3. d. §. legis Corneliæ in princ. inquiens, quod pęna subiiciendi homines bestiis, de qua in illo tex. quia scilicet proijciebantur in lacum Leonum deuorandi, non est in vsu, sed eius loco successit decapitatio naturalis, & Angel. sequitur ibi Hippolit. de Marsil. in pr inc. sub num. primo. & illum etiam sequutus est Ludoui. Carer. in d. §. circa secundū num. 2. & 5. folio. 227. & hoc nō habet aliquod probabile dubium, cum illa pęna vere sit damnatio ad mortem naturalem, vt superius probauimus. Difficultas autem potest esse in pęna, de qua primo loco actum est videlicet damnationis ad bestias, quæ vere non est pęna mortis naturalis, sed ciuilis tantum, vt in specie dixit Marsil. d. consi. 131. num. 41. & probat tex. ineuitabilis in d. l. quicunq; 8. ff. ad leg. Cornel. de fals. dum pro delicto ibi expresso liberum hominem ad bestias dari, seruum vero vltimo supplicio affici dicit, quasi quod velit liberum mitius, quam seruum damnari, & non morte naturali, prout seruum, & propter quā nouissimo Authenticorum iure, quis non efficitur seruus pęnæ, vt diximus, In qua tamen Clar. & Farinac. in locis citatis tenent,

16 quod in eius locum successerit decapitatio naturalis, moti authoritate Angel. in d. §. legis Corneliæ, & aliorum, de quibus memini, licet illi non loquantur præcise in tali pęna, sed in alia longe diuersa, & maiori, & cum eis sentio, quia dict. l. qui vltimo, & dict. l. siquis filio dict. §. sed, & siquis. ponunt eos in numero condemnatorum in pœnam vltimi supplicii, cuius appell. intelligitur mors naturalis, vt innuunt illi textus, & notat Farinac. dict. quæst. 19. num. 10. versicu. pęna vltimi. qui coeteros refert, quibus adiungo Ioseph. Cumiam

annos,& residuū in tot nominibus debitorū, a quib.nulla ꝓbabilis,aut verisimilis spes erat aliquid vnquā posse exigi,vel minimū quidē.

Ad ita dicendum motus fui. quia aut volumus, quod dicta lex Municipalis intelligatur secundum ius commune,& ab eo interpretationem recipiat iux.l.2.C.de noxal.act.& l.fin. §. in computatione C. de iure delibér. & cap. cum dilectus, extra.de consuetud. cum vbique noraris,& expeditum videtur, quod talis dicitur deuenisse ad actum fallimenti, & cessationis, quia iure communi attento fallitus, seu cessans,de quo loquitur pronisio Municipalis, dicitur proprie conturbator,seu decoctor, vnde Strac.qui solennem tractatum in hac materia edidit,titulum de cōturbatoribus,siue Decoctoribus inscripsit;est enim conturbare simpliciter, vel plena locutione conturbare rationes,aut fortunas,idem, quod decoquere l. qui dum fundum, ff.de in rem verso, & l. quicunq; §. idem labeo ait, ff.de instit.action.Luc. de pena in l.si aliquid ad fin. in verbo.decoxit C. de susceptorib.præposit.& Arcar.lib.10. Strac. in tract. prædicto. de Decoctorib. in prima parte num.3.versicu.conturbare enim, pulchre Bude.in priorib. annotat. ad Pandect.super d. §. idem labeo ait.in versic. conturbare folio 566. in lib.paruæ formæ impresso Basileæ, quem sequuti sunt Alex. Scot. Prateius, & Anto. Nebrissens. in eorum vocabularijs vtriusque iuris,in verbo,conturbare. Decoquere vero, est consumpto patrimonio creditores ære credito fraudare,& inde dicuntur decoctores,quos vulgo vocamus,fallitos, quod creditoribus fidem fefellerint.Scot. Prat. Nebriss. in d. vocabul. in verbo decoquere Strac. in d. pr. parte num. 2. in princ & ad fin. est enim decoquere substantiam consumere, & creditores solutione defraudare,quod sæpe euenit his, qui gulæ omnia dedūt, aut qui scorta sectantur, translatione sumpta ab iis rebus, quæ ad ignem diutius commoratæ ad nihilum redigi solēt, ideo que Luc. de pen. supra citatus exponit verbum decoquere. idest valde coquere,& conturbare, & subdit, quod inde dicitur decoctor, id est deuorator, & prodigus. Stracc. etiam in dicta prima par.in princ.num. 1. inquit, quod decoctor descendit a verbo, decoquo, quod paulatim diminuere significat,& coquendo absumere,idem concludit Bude.in priorib. annotationibus ad pandectas in tit. depositi super l. qui hominem §. quoties in versicu. decoquere igitur folio 583.aiens, quod decoquere est vorato patrimonio creditoribus fidem fallere, aut certe fidem suam per inopiam non liberare, & paulo inferius folio 585.in fine versicu. hæc autem,quod hæc significatio ex eo facta est,quod decoquere paulatim diminuere significat, & coquendo absumere, quod etiam tradidit idē Bude.in posteriorib. annotationib. ad pandectas in tit.de pœn.super l. moris, in verb. obiter folio 152. vbi interpretans nomen decoctionis, de quo loquitur l. iure prouisum C. de fabricensib. lib. 11. dicit decoquere esse creditum non reddere, ære credito fraudare,depositum non reddere, diminuere, fallere, destruere non respondere, & inde decoctores eos dici, qui non solum parrimonio, sed etiam publicis, & priuatorum pecuniis absumptis in inopiam ceciderunt quacunque de causa, similiter Alciat.in d.l. si aliquid C. de susceptoribus præposit. & Archar. lib. 10. folio mihi 114. a tergo reprehendens Accurs. quod male interpretatus fuerit verbum,decoxit, ibi positum,

7 ait decoquere apud antiquos idem esse, quod bonis decedere, & delinquendo creditoribus imponere, & inde decoctores dici helluones, & bonorum consumptores, licet hoc multum non satisfaciat.Strac. in d. pr. pa. sub num. 2. versicu. sunt, & non leues authores, licet non nominet Alciatum,& generalius loquendo videtur, quod decoctor ille dicatur qui non habet facultatem debita sua exoluendi, ita probat tex.in d.l.iure prouisum in fine C. de fabricens.lib.11. & in l. secunda in fine C.de fund. rei priuat. ac possess. & saltib. diuin. dom. lib. 11.& ibi glos. in verbo onerabitur, quæ dicit, decoctor,idest diminutor, quia decoctor diminuit, quam glos. sequitur Strac. in d.pr.par. sub num.2.versicu. hinc etiam, quod, & probatur in l.quilibet 40.in princ. C.de decurionib. lib.

8 decimo, vbi ponitur decoctor non tam pro eo, qui cum soluendo non sit, publicam fidem frangit, quam pro eo, qui depeculatus est pecuniā publicam, reprobata opinione Accursij sentientis, quod decoctor importet nomen cuiusdam officii, vt ibi in glo. in verbo, plumbatarum,& clarius,& expressis verbis in d.l. si aliquid, in verbo decoxit.C.de susceptoribus præposit.& Archar. pro vt bene aduertit Stracc. in d.prima par. numero secundo, versic.ex quo vides, & ante eum Scot.& Pratæ. in d. vocabulario in verbo decoctores ad finem, & Nebriss. in Lexicon iuris ciuilis in eodem verbo, decoctores ante finem, Alciat.in d.l.si aliquid, ex cuius verbis constat vnde processerit error Accursij,qui mouetur ex dicta l. quilibet, eam legens hoc modo videlicet, quilibet principalium, vel Decurionum, vel decoctor pecuniæ publicæ fraudulentius in ascriptionibus illicitis, vel immoderatus in exactione fuerit inuentus,& cætera, prout ego in aliquibus Codicibus vetustis legi,& etiam legere inueni Luc. de Penn. in suis lecturis, seu commentariis ad dictam leg. qui nec videtur dissentire ab intellectu Accursij in figuratione casus, eandem lecturam colligo ex Scot.& Pratæ. in d.verbo decoctores, mutata tantūmodo monosyllaba, vel ante nomē decoctor in fine, quæ apud Nebrissens. in Lexicon in eodem verbo, decoctores omittitur, & est idem sensus, ac si ea esset apposita, qui nihilominus Accursium improbant omnes, & secundum Alciat. non est legenda eo modo, sed infrascripto videlicet. Quilibet prin-

principalium vel Decurionum, si decoctor pe-
cuniæ publicæ vel fraudulentus in ascriptioni-
bus,& reliqua,& ait, quod ita legitur in anti-
quis Codicibus,& ita etiam videtur tenere Bu
de. in posterioribus annotationibus ad pande
ctas in tit. de penis super iam citata l.moris, in
versic. miror. folio 152.in fine, vbi itidem im-
probat Accurs. eandem interpretationem tra-
dentem in Rubr.& in l.vnica,C.de auri.public.
persecutoribus, libro 10.soluendo autem non
9 esse dicitur qui solidum soluere nō potest suis
creditoribus.Alciat.in l. soluendo 114.in prin.
ff.de verb.significat. & licet, qui in nominibus
10 æs suum habet, soluendo dicatur l. facere, vbi
Bald.& Alexand ff. solut.matrim.quia poterit
compelli ad ea vendendum, vel exigendum,
hoc tamen intelligendum est, si debitores ido
nei sunt, & bonam fidem agnoscunt. l. a Diuo
Pio,§.fina. ff de re iudic.vt per Alciat.in d.l.sol
uendo,sub numero 3. versicu.sed & qui latius,
per Strac. qui de Alciato non meminit in d.tra
cta.de decoctorib.in secunda parte,num.4.ver
si.adieci in descriptione, & versi.sequenti.Ad-
11 ditur,quod mercator quis esse desinit,cum for
tunas, rationesque conturbauerit, & labefa-
ctata, & amissa fide decoxerit, vt idem Stracc.
adnotauit in tract.de mercatur.in tertia parte
principali tit.de his qui mercatu.exercer.non
poss.num.35. versicul.illud etiam,& in 7.parte
principali,titu. quando mercator esse delinat,
nu.4.versi. sed & illud.Et quamuis Ang.de Pe-
rus.relatus per Strac.in d.tract. de decoctorib.
in secunda parte,in princi. dixerit in consi.61.
quod decoctor est detractās soluere inopia,&
mole debitorum oppressus cessans,& fugiens,
aut latitans,non tamē sequitur quin quis pos-
sit dici decoctor etiam si non fugerit,aut lati-
tauerit, quia satis est, quod mole debitorum
oppressus non possit soluere suis creditoribus,
vt supra demonstratum est,&inferius etiam di
citur,eodem modo licet Angel. Aretin.relatus
& ipse per Stracc.in d.secunda parte,num. 1.di
cat in §.soluitur,numero secundo,Instit.de so-
ciet. quod decoctor is sit, qui mole debitorum
12 siue publicorum, siue priuatorum prægraua-
tus,effectus fuerit non soluendo, & bonis suis
cesserit,nō propterea sequitur, quin decoctor
sit ille,qui propter debita factus est non soluē-
13 do, etiam quod bonis suis non cedat, vt ex
præmissis patet, & ex eo constat, quod de iure
decoctor non potest cedere bonis;denegatur
14 enim ei beneficium hoc cessionis ob præsum-
ptam fraudem, cum sit miserorum subsidium,
non dolosorum p æsidium.Bald. consilio 400.
in libris Thesaureriæ,numero 4.lib.5.quod an
tea legitur consi.249.lib.pr.Strac.in d.tract.de
decoctor in tertia parte num. .& seq.versi.de
inde ait Castr.consi.179.viso puncto suprascri
pto, & allegationibus in fine lib. secundo.Bo-
eri.decis.Burdegalens.215.num.6.versic. adeo
quod.Brun.in tract.de cessio. bonor. in quinta
quæst.quartę quæst.princip.num. 1.cum seq.&
alii per eos adducti,ex quo datur intelligi de-
coctorem absq; bonorum cessione considerari
posse,licet, & bonis cedens decoctor sit, quod
15 admittere videtur Strac.in eadem tertia parte
num.48.post versicu.quibus addes,dū post ha-
bitam mentionem de dicto illo Angel. Aret.
probat longam esse differentiam inter cedere,
& decoquere, & proinde ex decoctione sola
vnius ex sociis societatem non solui,sed cessio-
nem subsequi necessarium esse,iuxta literam d.
§.soluitur.similiter,& descriptio posita per ip-
sum Strac.in d.secūda parte sub num.17. quod
decoctor est,qui fortunæ vitio,vel suo, vel par
tim fortunæ,partim suo vitio non soluendo fa
ctus, foro cessit,nō infert de necessitate,quod
dici non possit decoctor,cui omnia in dicta de
scriptione expressa non conueniunt,& præser-
tim de cedente solo qui,& solum vertere dici-
tur,vt mox Strac. declarat in d secunda parte
in fine,sub num.4. versic addidi etiam, quia de
coctor vere, & proprie quis esse potest etiam
absq; eius fuga, vt dictum fuit, quam fugā ver-
ba præfata significant,vt per Strac.ibi,& aper-
tius demonstrat Bude. in prioribus annotatio
nib.ad pandectas super tit.depositi.in l.si homi
nem §.quoties folio 578.qui sumpta occasione
illius tex.in quo habita est mentio de nummul
16 lariis foro cedentibus, ait, quod foro cedere
dicebantur argentarii, cum tabernis idest mē-
sis suis cedentes, quæ in foro Romano erant,
alio habitatum migrabant,quia Argētarii Ro-
mæ tabernas in locu publico conductas habe-
bant, & Bude. sequuntur Alex. Scot. Prate.&
Ant.Nebrissens.in eorum vocabular.vtriusque
iuris in verbu foro cedere, & subdit Bude.in d.
loco folio 580.versicu.cedere foro, quod cede
re foro vulgus facere bancquam ruptam dice
bant, hoc est negotiationem mēsariam abrum
pere quod,& solum vertere dicitur, quod etiā
postea repe tit folio 582.in fine versicu.qui fo-
ro cedunt, vbi quod cedentes foro dicuntur
vertere solum, & inferius folio 586. in fine
versicu cedere autem, quod cedere foro, eo-
17 dem modo dictum est,quod cedere Patria,vel
vrbe idest recedere, & idem in substantia vide
tur tenere ipsemet Bude. in posterioribus an-
notationibus ad Pandectas super tit.de pen.in
l.aut facta §.euentus.versicu.solum vertere,fo-
lio 166. vbi inquit, quod solum vertere etiam
de decoctoribus dicebatur,qui,& foro cedere
dicebātur, & est solum vertere, vt ex dictis per
Budeum in d.loco patet,sedem,aut locum mu-
tare,quod clarius demonstrauit in dict.§.quo-
ties in versicu.vertere folio 580.dicens, quod
uertere solum est alio migrare, hoc est regio-
nem mutuare ob æs alienum, uel alia causa,
qua ratione alii etiam dixērunt, quod deco-
ctores,illi sunt, qui cum non sint soluendo uer
tunt solum,atque aufugiunt, vt per Alex.Scot.
& Pratæ. in dict. uerbo, decoctores in princ.
& per Anto. Nebrissens. in lexicon iuris ciui-
lis in eodem uerbo decoctores in princ. glos.

tamen in d.l.si hominem d.§.quoties,aliter videtur dicere, dum exponit foro cedunt, quia litigare nolunt,sed bonis cedũt, sequitur Bal. in summario,qui tamen in lectura antiqua videtur generaliter intelligere in cessante,& fugitiuo. Tex. etiam in l.fina. ff. de curator.bon. dand. meminit de debitore foro cedente, & glo. ibi in verbo foro in fine interpretatur similiter de cessione bonorum, licet ponat etiã alias expositiones, & præcipue, quod significet eum, qui negotiationem deserit mole debitorum oppressus, & hinc esse potest, quod Bartol.in l. singularia,numero 19. versi.ex hoc apparet, ff. si certum pet. mercatores fallitos vocat cedentes foro, & illum sequuntur. Purpur.ibidem,num 93.Castr.in d.l. si hominem, d.§.quoties,num.2.Dec.consi.107.col um.prima,sub num.1.vers. & ideo si Campsor,Stracc. in d.secunda parte, de decoctorib. sub nu.4.in fine,versic. addidi etiam,& Boet.d.decis.215. sub num.primo, post versi.& nota,vbi ait hos, qui in Tuscia, & tota Italia dicuntur mercato

18 res falliti,in Gallia appellantur bancherii rupti,seu bancquam ruptam facientes, quo vo-

19 cabulo etiam scimus Genuenses vti,& pariter Anconitanos teste Stracc.in d tracta. in tertia parte,sub nu.6 post versi.an fugere. Vnde bene in proposito isto verificatur regula,l.omnis diffinitio,ff.de reg.iu.quod periculosæ sint in iu-

20 re ciuili omne s diffinitiones,facileq; subuerti biles,& propterea,vt ibi inquit Cagnol. n. 17. versi.veniamus ad descriptionem, & versi. seq. recurratur ad descriptionem, tanq; minus pe-

21 riculosam, eum ex accidentibus fiat, effectum notet, nec semper contineat substantialia pęni tusq; & ex toto non concludat,neq; corruat,li cet semper non conuertatur , vt ideo mirum non sit, si prædictæ descriptiones decoctoris, & falliti traditæ per Angel. de Perusi. per Angel.Aretin.& per Strac.& alios non concludãt de necessitate, eum solumodo esse decoctorem habendum cui contenta in illis conueniãt, & non alium.Illud sane verissimum est, quod siue

22 fortunæ vitio , siue proprio , siue vtroq; simul quis facultatibus consumptis efficiatur nõ sol uendo,decoctor dicitur Strac.in d. prima par te sub nu.2.& latius in d.secunda parte sub nu. 1.& 2.& in d.tertia parte sub nu. 2. post versic. ait Bald.& perbellè ostendit Bude.in d. l. si ho minem d.§.quoties,ff.depositi post versicu. De coctores in Francia folio 584.licet qui fortunæ tantum vitio decoxerit non ita quo ad famam, & existimationẽ hominis habeatur pro vt qui proprio vitio solum,vel simul cũ aduersa fortuna in eã deuenit inopiam, vt ex Strac. patet in posterioribus locis, & ex Budeo etiã,

23 qui optime demõstrat quam graue facinus sit eorum,qui obliguritis, ebibitisq; aut in aleam deperditis,aut in venerem profusis, aut in cul tum, saustumq; effusissimum absumptis non modo patrimoniis, sed etiam publicis, priuatorumq; pecunijs partim ad aras, asylaq; confugerunt,partim solum verterunt, partim etiã in carcerem migrarunt.

Aut vero volumus, quod d. lex municipalis recipiat interpretationem ab alijs prouisioni bus Ciuitatis, cum statutum potius sit decla-

24 randum, & interpretandum ab alio statuto, quam a iure communi , ex quo in habentibus symbolum facilior est transitus.Dec. consi. 65. num.4.consi.301.nu.8.consi.309.n. 1. & adhuc certum est, quod ille talis dicitur deuenisse ad actum fallimenti, & cessationis , quia , si bene considerentur statuta de hac materia loquen-

25 tia, facile constabit eum falllitum,& cessantem dici,qui ad eam deuenerit inopiam,quod eius facultates non sufficiant ad integram creditorum satisfactionem, quiq; requisitus a creditoribus non soluit,& qui fidem amisit, & nego tiationem male debitorum oppressus, deseruit, quiue notorie pro fallito , & cessante habetur,etiam quod talis non fuerit iudicialiter declaratus, nec latitet, aut aufugiat , ita enim colligitur ex statutis communis Florentiæ in tractatu cessantium, & fugitiuorum, Rub. prima de pœnis cessantium , & fugitiuorum cum rebus , & pecunijs alienis , quod quidem statutum licet loquatur de cessantibus , & fugitiuis copulatiuè in rubro , & nigro , & proinde videretur , quod ad hoc, vt eius dispositioni locus esset vtriusq; qualitatis concursus requireretur scilicet cessationis,& fugæ, tamen cum etiam in nigro loquatur pluries disiunctiue, &

26 per alia verba compræhendat cessantem tantum, & non fugientem , sufficit vna tantũ qualitas , scilicet cessationis , vt dicto statuto locus sit , vt in indiuiduo decidit Roman. consi. 104.Pater reuerende per totum , quem sequuti fuerũt Claud.de Setello in l.prima in princ. nu.27.ff.de iust.& iur.Felyn.in c. ex parte el pri mo,col.15.sub n.38.in quinta restrictione prin cipali post versic.fallit quarto,extra de rescriptis.Alciat.in l sæpe ita compertum 53.sub nu. 10.vers. idem in constitutione, ff. de verb.sign. & in tract.de præsump.reg. secunda præsump. 82.nu.8.ver. item procedit,nec ab hac sñia discrepat Soc.57.in causa filiorum Caroli de Barroncellis in tertio dubio, sub nu.9. & seq.lib.3. imo concordare videtur,dum concludit dictũ statutum ponere plures casus videlicet,primũ quando debitor est cessans,secundum quando pronunciatus fuit cessans, tertium quando ha bitus fuit pro cessante. Quartum quando ei da ti fuerunt Sindaci vt cessanti,&in vnoquoq; di ctorũ casuũ locũ habere statutũ quoad pœnas ipsorũ cessantium, licet non quoad pœnas filio rum,qui ex eisdem statutis in tractatu cessantium,& fugitiuorum.Rub.secunda, de filiis,& aliis descendentib.& cætera, tenentur satisfacere creditoribus paternis etiam si ab eorũ hę reditate se abstinuerint,seu ea renunciauerint

27 & repudiauerint, quia secundum eum ad hoc opus est, quod Patres sint cessantes,& fugitiui & cõmiserint delictum cessationis, & fugæ,cũ

sit nimis odiosum, statutū obligans vnum pro facto alterius, facit Alciat. in d. l. sæpe ita compertum sub nu. 10. post versi. idem in constitutione vbi quod in concernētibus odiosam seueritatem non procedit dictum statutum, nisi idem debitor, & cessans, & fugitiuus existat, quod vltimum non tangit negotium nostrum, cum habeat rationes particulares, & forte etiā non procedat, quando vere, & aperte constat, quod Pater sit cessans, & non pro tali habitus, & condemnatus per contumaciam, vt videtur loqui Socin. & Dec. in eodem casu consi. 38. col. pen. in 4. dubio, & Strac. in d. tractatu de decoctorib. in quarta parte num. 15. versicu. subiungit idem, nimis enim restringeretur tex
28 tus, si in cessante, & fugitiuo simul tantum intelligeretur, & non procederet in eo, qui vere, & essentialiter esset cessans, & talis probaretur, licet non arripuisset fugam, cum de iure cessans dicatur, qui in Ciuitate agit, etsi extra nō aufugiat, vt tradit Roman. d. consi. 104. col. prima circa medium versi. clarum autem, & est tex. quem adducit in l. eum qui, la secunda, ff. de priuileg. credit. quoniam tamen allegatum consilium Roman. improbat Ias. in l. prima in materia copulatiuæ col. tertia sub num. 2. in quarta limitatione, ff. de iull. & iur. credens mentem statuentium fuisse quod debitor
29 habeat vtranq; qualitatem, quod scilicet cessset soluere, & sit fugitiuus, & quod altera non sufficiat, quam opinionem tenent etiam quidam alij relati per Mandos. in addit. ad Roman. d. consi. 104 ommissa pro nunc disputatione, quæ ex dictis duabus contrarijs sententiis sit verior, aut communior. dico, quod disceptatio ista poterat cadere super statutis antiquis cōmunis Florentiæ, de quibus præfati scribentes loquuntur, non autem super statutis nouis fori mercantiæ reformatis de anno 1577. quæ
30 lib. tertio Rubr. secunda De cessanti, & fugitiui con le pecuniæ, & robbe altrui in 9. & oltre a quello, che in altro luogo e detto, loquūtur adeo clare, vt nullus dubitare possit, quin ad actū fallimenti dicatur venire cessans etiā si non aufugiat, cum verbis perspicuis fallitos, & decoctores esse dicant eos, qui fide amissa negotiari desinunt, & creditoribus non soluūt, pro vt innuut illa verba notoriamēte cesseranno, o si fuggirano, o si ritereranno in franchigia, o in qualunque modo fuggiranno il conspetto de loro creditori, serrando il loro traffichi, o recusando di fare il douere a chi haura loro creduto, & loquuntur disiunctiue, vt in relatis verbis, & alijs subsequentibus de cessantibus, & fugitiuis, & velint insuper posse eos tales probari vltra modos in ipso statuto, & aliis prouisionibus, & ordinibus cummunis, vel curiæ mercantiæ expressos per alios modos ordinarios, & iuridicos, & sic non excludant, sed admittant probationes de iure cōmuni, secundum quod quis decoctor, & fallitus est, licet non fugiat, vt antea diximus, vt patet in vers. & che alcuno si sia fuggito, o asse tato con le pecunie, o robbe altrui, o sia diuenuto cessante, & fallito, oltre le probationi ordinarie, & giuridiche si possa ancora prouare, & reliqua, & sæpius etiam faciunt mentionem de cessantibus, & fallitis simpliciter, & de per se, & maxime paulo infra ibi, & doue si parla de cessanti, & falliti non importi, & cętera, vltra quod sola concordia requisita, & pertracta ta cum creditoribus, & deputatis ab eis, licet
31 non in forma iudiciali videtur ipsam decoctionem manifeste probare, cum debitor, & maxime mercator non vulgaris, & alioquin maximæ existimationis, & crediti, qui se non esse soluendo fatetur, videatur se decoctorem facere eo ipso quod se componere ex impotentia soluendi studet, cum similes concordiæ inter fallitos, & creditores fieri soleant, vt idem statutum curiæ Mercantiæ docet in §. & nelle concordie, & in qoamp uribus aliis locis, videtur enim esse actus, qui fieri non possit citra nomen cessantis, & falliti in debitore præsertim, qui fidem amisit, non soluendo effectus est, & vix dimidium creditoribus soluere proponit, & illud ad certum, & non breue tem-
32 pus, quod satisfactionem minorem reddit §. plus autem, Inst. de actionib. & in simili probat Bart. quem alii communiter sequuntur in l. gerit num. 19. & seq. versicu. circa tertium principale, ff. de acquir. hæred. & in terminis, quod ex pactione facta per mercatorem cum creditoribus de soluendo eis decem solidos tan-
33 tum pro libra, arguatur talis paciscentis cessatio, seu fallimentum, colligit videtur ex traditis per Castr. consi. 179. viso puncto suprascripto,
34 & allegationibus lib. secundo, & si statutum prædictum vult decoctorem, & fallitum eum dici, qui erga creditores non faciat, quod debet, vt significant illa verba, recusando di fare il douere a chi haura loro creduto, indubitatum videbatur, quod talis esset, qui requisitus, & instatos non soluebat, & qui medietatem tantum debiti intra terminum plurium annorum soluere proponebat in pecunia numerata, cum statim soluere teneretur, & alterā medietatem in nominibus debitorum inexigibilibus, hoc enim non est facere cum credito-
35 ribus, quod est iustum, aut honestum, vel decēs, cum creditor pure, sine dilatione temporis suum creditum consequi debeat §. omnis sti-
36 pulatio, Inst. de ver. obl. & quidem in pecunia numerata, in qua est creditor, & non in alia re l. 2. §. mutui datio. ff. si cert. petat. maxime autem in nominibus debitorum, quæ, cum nulla eorum exactio probabiliter sperari possit, pro nihilo reputantur, vt probat text. in l. facere,
37 ff. soluto matr. & ibi notant scribentes, & præcipue Bald. in princ. num. 1. & latius & clarius Alex. coeteros referens, num. 3. versicu. item nota, & ita ex prædictis rationibus, vt initio dixi, tenebam in contingentia facti, & in meā sententiā cōcurrerunt excellentissimi Iurecon

sulti

ſulti D. Fabius Turrettus Peruſinus, & D. Franciſcus Bonisignens Collenſis, ille Auditor Magiſtratus Clariſſimorum Dominorum Locumtenentis, & Conſiliariorum Reipub. Florentinæ, iſte a ſecretis Magiſtratus Magnificorum Dominorum Octo Virorum Guardiæ, & Baliæ.

LAVS DEO, ET VIRGINI.

EPITOME.

e ſtatuto puniente maiori pęna offendentem alium in domo offenſi, quod habeat locum in offendente in domo communi inter offenſum, & alium, & quid ſi communis erat inter offenſum, & ipſum offendentem.

SVMMARIA.

Tatutum puniens maiori pœna offendentem in domo offenſi procedit etiam in domo communi ipſi offenſo, cum alio, nu. 1.

idem in domo conducta, nu. 5.

mmodo ibi offenſus habitaret, 4. & 7.

on tamen ſi communis eſſet ipſi offenſo cum offenſore, nu. 9.

um dicitur quoad diſpoſitionem partis meę id, quod habeo commune cum aliis, nu. 2.

od verum eſt, ſi pluribus commune ſit, vt ſingulis, non vt vniuerſis, nu. 8.

procedit etiam in ſtatutis, nu. 3.

mus ſua debet eſſe vnicuique tutiſſimum refugium, num. 6.

iuilegiatus contra æque priuilegiatum non vtitur priuilegio, numero 10.

CASVS CENTESIMVS SEXTVS.



Tatutum puniens offendentem alium in domo ipſius offenſi maiori pęna, quam ſi alibi eum offenderet, locum habere in offendente aliqué in domo communi inter offenſum, & alium, decidit Bald. in l. prima ſub num. 1. C. qui teſtam. facere poſſ. vbi determinat, quod ſi ſtatutum dicat, quod ſi aliquis vulnerauerit aliquem in domo percuſſi, amputetur ei manus; qui vulnerauit alium in domo ſibi communi cum tertio eſt ſuppoſitus pænæ ſtatuti, eo quia proprie dicitur meum, quoad diſpoſitionem partis meæ, quod cum alio habeo commune, licet ſecus, quoad diſpoſitionem partis ſocij, vt ibi notant Doctores, & in l. ſerui electione §. labeo ait, ff. de leg. primo in l. illud, ff. de ritu nupt. & in l. id, quod noſtrum eſt, ff. de reg. iur. & in l. ſecunda de condit. inſtit. Socin.

conſi. 240. num. 5. verſicu. ſed ad hoc fundamentum lib. 2. & ita eſſe communem, & receptiorem ſententiam teſtatur Cagnol. in d. l. id, quod noſtrum eſt, num. 20. verſic. gloſ. hic, & dictam deciſionem Baldi ſequuntur ibidem Alex. nu. 2 & 3. qui quæſtione bene diſcuſſa, & allegatis tenentibus contrariam opinionem, tandem hanc Baldi ſententiam vti veriorem firmat. Iaſ. num. 3. & verſicu. & iſtud. Addent. ad Salyc. in verbo dici poteſt ad finem. Socin. d. conſi. 240. ſub num. 5. circa medium verſi. ideo dicit Bald. lib. 2. qui dicit eſſe communem, Roman. in l. prima §. domini appellatione in princ. ſub num. 1. ff. ad ſenatus conſi. Syllan. Florian. in l. Sabinus. num. 7. verſicu. per quod patet, ff. comm. diuid. Alex. in d. l. ſerui electione d. §. labeo ait n. 2. inquiens communem opinionem eſſe cũ Baldo, & ante iſtos idem tenuit Alberic. de Roſat. de ſtatut. lib. primo quæſt. 167. dicens, quod ſtatutum duplicans pęnam offendenti alium in domo propria, procedit contra offendentẽ alium in domo communi. quia etiam in ſtatu-
3 tis habet locum regula, quod commune eſt, meum eſt, etiam vocabuli proprio ſignificato attento, quod, & admittit Caſtr. conſi. 221. in hoc paſſu duo ſunt ſub num. primo ante finem verſicu. item quia lib. primo vbi ſequẽdo Bald. in d. l. prima, vult, quod etiam in diſpoſitione ſtatutaria, & etiam pænali, quod commune eſt, meum eſt, & illam opinionem tenet idem Caſtr. in d. l. prima num. 3. C. qui teſtam. facer.
4 poſſ. quando tamen offenſus in ea habitabat, & non alias, ea ratione quod ſtatutum intellexerit de domo offenſi ideſt de habitatione, & proinde habeat locum etiam ſi offenſio ſibi fiat
5 in domo conducta iuxta l. lex Cornelia §. domum, ff. de iniur. cum ibi notatis, cum domus, ſeu habitatio propria debeat vnicuique tu-
6 tiſſimum refugium eſſe per Regulam l. pleriq; ff. de in ius voc. quam rationem ſequutur Alex. ibi, & in d. §. labeo ait, & Corn. in eadem l. prima ſub num. 7. verſicu. tu aduerte iunctis an-
7 tea dictis, adeo quod opinio hæc Baldi veriſſima eſt, & tenenda in practica, maxime ſecundum intelligentiam Caſtrenſis, licet etiam ea circumſcripta procedat ſimpliciter dictum Baldi, quia, vt etiam ex ipſomet Caſtr. probatum fuit, quod commune eſt pluribus, vt ſin-
8 gulis, dici poteſt eſſe vniuſcuiuſque quoad diſpoſitionem ſuæ partis, licet ſit ſecus in eo, quod eſt commune pluribus vt vniuerſis, quia non poteſt dici alicuius, l. in tantum §. vniuerſitatis, ff. de rer. diuiſ. & l. ſicut. verſicu. ſi quid vniuerſitati, ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomin. vt tradunt Florian. in d. §. labeo ait num. 3. & Bald. in dict. l. prima ſub num. 1. ad finem verſicu. ſed pone quod vnus, qui ideo infert, quod ſi vnus diſciplinatorum Sancti Franciſci de Peruſio fuit vulneratus in communi domo ipſorum diſciplinatorum vigore dicti ſtatuti non erit pęna manus, & eſt vera determinatio, quam ibi ſequitur Apoſtilla ad Salyc. in

verbo dici potest in fine, & ratione iam dicta probatur. Non procedit autem dicta decisio Baldi, quando domus in qua facta fuit offensio
9 esset communis inter offensum, & ipsum offendentem, nam hoc casu non habet locum statutum, nec percutiens punitur in abscissione manus ratione coæqualitatis, propter quam pars vna non debet esse priuilegiata contra alteram atq l.sed & milites in ptinc.versic.coæqualitas enim honoris, ff. de excusat.tutor. & ita declarat Bald.in d.l prima. n. 1. C. qui testam. facer. poss. quem ibidem sequuti sunt Alex. & Ias. ac Corne.n.5. versi. & inquantum, & Addent. ad Salyc. in Apostilla præcitata ad finem Flor. in d.l.Sabinus.Roman.in d. §. domini appellatione Alex.in d.§.labeo ait, & Socin.d.consi. 240. & licet Castr. in d. l. prima videatur mordere hanc declarationem, & dicat potius esse distinguendum, an offensio fuerit facta in domo, in qua offensus habitabat, quæ ei debebat esse tutum refugiū per d.l. pleriq; ff. de in ius voc. an in illa, in qua non habitabat, vt primo casu locum habeat statutum, secūdo autem nō, quod dictum in eadem l. prima referunt Alex. sub n. 3.& Corn.sub num.7. tamen subdit ipse Castr. immediate, quod secundum glos. si ambo habitabant eandem domum, non habet locum pęna statuti ratione coæqualitatis, vt in d. l. sed & milites.versi.coæqualitas, adeo quod nō videtur firmare opinionem contra Baldum, quē sequuntur simpliciter, & indistinctè supra relati Doctores, ita vt dubitandum non sit, quin sit opinio communis.

EPITOME.

An proclama contra deferentes arma hasta ad Ecclesias, Emporia, Nundinas, Tripudia, aut congregationes populi sub certa pœna, comprehendat camparios, seu saltuarios, quibus ex prioribus statutis competebat facultas dicta arma deferendi pro vsu eorum officij.

SVMMARIA.

Camparii, seu Saltuarii, qui ex statutis antiquis arma hastata deferre possunt non comprehenduntur per bannum posterius prohibens illorum delationem ad Ecclesias, Emporia, & loca similia, nu. 1. 6. & per totum.
Saltuariis videtur concessa facultas deferendi arma, eatenus, quatenus officium exercent, nu. 9.
Imo quatenus sunt in officio, nu. 13.
Et id uariis de causis, nu. 16.
Officiales communis possunt arma deferre, nu. 2.
Sic familia Potestatis, uel Iudicis, nu. 3.
Officiales possunt pro eorum securitate, & dignitate secum ducere Viros armatos, nu. 4.
Reus euntes ad uidendum suas possessiones possunt arma alioquin uetita portare, nu. 5.
Lex noua, secundum ueterem est interpretanda, numero 7.
Dictio, pro, denotat causam proximam, & finalem, numero 8.
Sed, & sępius remotam, & occasionem quandam, numero. 11.
Et idem de dictione, propter, nu. 12.
Milites deseruientes in artibus possunt in illis arma deferre, non tamen extra, nisi pro seruitiis Domini, num. 15.
Interpretatio illa est facienda, per quam pęna uitatur, numero 14.

CASVS CENTESIMVS SEPTIMVS.



Venit in disceptationē, an edictum, seu proclama contra deferentes arma hastata ad Ecclesias, Emporia, Nundinas, Tripudia, aut congregationem populi comprehendat Saltuarios, seu camparios ad agrorum custodiam deputatos, quibus ex antiquis statutis concessa est facultas talia arma deferendi pro vsu, & seruitio eorum officii, & videtur, quod
1 eos non comprehendat rationibus infrascriptis, Primo quia videntur esse ministri, & executores iustitiæ, & quodammodo de familia Iudicis, quibus propterea licita est portatio armorum, quæ aliis personis est prohibita, ita col ligitur ex Bald. in l. nam salutem, §. ait enim, ff. de offic. præfect. vigil. vbi notat officiales communis posse, & debere portare arma, sequitur
2 Afflict. lib. primo constit. Regni Rubr. 9. de illicit. port. arm. in cōstit. intentionis num. 7. post versi. decimotertio, & ante eum Socin. in tract. Regular. fallen. reg. 30. in verbo, arma portare in prima fallentia & melius hoc tradit ipse Afflic. in eod. loco n. 8. versi. decimo quinto vbi ex presse ait licere portare arma familiæ potesta-
3 tis, vel Iudicis impune, quod, & voluit Socin. in d. prima fallentia, idē sumitur ex Bald. in eadem l. nam salutem §. sciendum in ptinc. dū notat illum tex. ad hoc, quod ille, cui mandatur custodia, nō debeat puniri de delatione armorū, & dicit Luc. de Pen. in l. fin. in fine C. de dignitatib li. 12. quod Præsides, & alii officiales
4 possūt secū habere, & ducere viros armatos re spectu officii, & corū dignitatis, ac securitatis.
Secundo quia fauore agricultu ręmulta a iure conceduntur, & inter alia hoc potissimum,
5 quod euntes rus advidendas suas possessiones, possunt portare arma, quæ alias deferre eis nō liceret, vt est originale dictum Nicol. de Neapoli in l. fin. per illum tex. C. de proxim. sacror. scrinior. lib. 12. quod referunt, & sequuntur Socin. dict. reg. 30. in d. verbo, arma portare in secunda fallent. & Cotta memoral. in verbo, armorum offendibilium appellatione circa medium

medium versic. & notabis, qui etiam alios idē tenentes allegant.credo autem ego, quod voluerint allegare Nicol. de Neapoli in l. fina.C. de præposit.sacri cubiculi,lib. 12.vbi ad hoc facit ille text. iuncta glossa, in verbo, cingulo, dum illud exponit idest ense,quam ibi approbat Luc.de Pen.post princ. versi. in gl. nam l.fi. C.de proxim.Sacrorum Scrin. nihil prorsus ad hanc rem facit.

Tertio,quia ita in indiuiduo in terminis nostris consuluit Barth.Bertaz.consi.crimin.329. incipien.Saltuarii,lib. 2.quem ibi sequntus est Claud.Bertaz. eius filius in addit. qui nonnulla alia pro hac opinione adducunt.

Nec obstare videtur, quod proclama tanq; posterius videatur tollere statutum anterius, iuxta l.pacta nouissima,cum sua materia C. de pact.quia respondetur, quod non tollit statutum præcedens, sed imo secundum illud intelligi,& distingui debet, cum lex noua secundū veterem sit interpretanda l. sed &posteriores ff. de legibus, & est communis opinio Doctorum in l.sciendum in princ.ff.qui satisd. cogāt. vt testatur Bertaz.d.consi.329.num. 5. Nec dicatur quod,& admisso,quod proclama nō deroget statuto,sed imo secundum illud declaretur, tamen videtur, quod dicti custodes non possint deferre illa arma ad prædicta loca prohibita per decretum, in quibus non exercent custodiæ officium,cum statutum concedat horum armorum delationem pro vsu, & seruitio eorum officii,& sic eatenus, quatenus exercēt officium, & dum sunt in actu exercendi dicti officii,& non aliter, pro vt demonstrat significatio verbi illius , pro , quod causam proximam, & immediatam, ac finalem demonstra. Tiraq.iura,& authoritates citans in tract. cessante causa,cess.effect.limit. 20.num. 28. versic. verum dictio , pro, ad quod facit Afflict. in d. const. intentionis num.8. versicu. decimoquarto, vbi notat , quod licet seruientibus in arcibus,& castellis deferre arma dum sunt in illis, non autem extra dicta loca, nisi pro seruitiis Domini. quia respondetur, quod non ita semper accipitur dictio illa, sed aliter, & sæpius causam remotam , & occasionem quandam denotat,vt Tiraq. subdit loco citato, & idē multoties denotat,quod dictio propter, quam ad ipsam causam remotam regulariter referri cōstat ex traditis per eundem Tiraq. d. lim. 20, num. 24. versicu. vt tamen non omittamus, & secūdum hanc significationem in præsenti casu accipi debet, vt scilicet vigore officii, & eatenus, quatenus in officio sunt, arma præfata portare possint , maxime quia in dubio semper ea interpretatio capienda est, per quam pena euitatur l. semper in dubiis, & l. factum cuiq; §.in penalibus,ff.de reg.iur. cum vtrobique notatis per Doctores, & ita ad hanc obiectionem respondere videtur Bertaz. d. consi. 329.num.2. & seq. & ad dictum Afflicti de seruientibus in arcibus,& castellis dicitur,quod ideo non possunt extra illa loca deferre arma, quia ita expresse constitutio dicat , vt ibi per eum. Aliter etiam responderi potest, quod, & in locis expressis in proclamate possunt custodes deferre dicta arma, quia eorum officium est multa peragere, quæ explicare non possent sine armis, quibus propterea indigent omni tempore,& omni loco, cum præsertim multos sibi pariant infensos homines, & ad defensionem,ac tutelam sui ea deferre videantur, idq; facere liceat, vt voluit Claud. in addit. ad d. consi. Patris 329.qui satis hoc innuit deprehēdi,ex multis, quæ refert circa munus Saltuarii. Barthol. Cassane. in consuet. Burgund. Rubr. prima §.6. in textu Missiens. &Sergens nu. 59. & 60.quod fundamentum non est iudicio meo tutum.quoniam, & si prohibito de iure communi armorum vsu liceat ex eiusdem iuris dispositione portare arma ad sui defensionem; quia videtur ea deferre causa salutis,vt in specie dicit Afflict.in d. const. intentionis num. 5. versicu.nono de iure communi, tamen secus est stante generali proclamate, vel decreto, a quo talis facultas sublata videatur, ita vt non possit quis arma portare causa se defendendi, nisi de licentia Principis, & qui timet offendi, debet ire ad Iudicem,& impetrare cautionem ab inimico, ne ipsum offendat, vel requirere sibi dari familiam armatam, vt subiungit Afflict. in d.loco.Concedo tamen,quod in Saltuariis,seu campariis tanq̄ officialibus militat diuersa ratio, propter quam posset euitari dictum Afflicti, & præcipue , quia delictum magnum non consideratur in simplici portatione armorum vetitorum, vt idem Afflict. notat in eadem constit.quæst. 10.sub num.18.vt ideo ad eorum fauorem facilius sit facienda benignior interpretatio.

EPITOME.

De eo, qui post delictum commissum effectus est clericus, vel religiosus,an, quando, & quomodo euitet iurisdictionem iudicis secularis,

SVMMARIA.

Clericus, qui post delictum commissum absq; fraude, & dolo ordines suscepit, iurisdictioni Iudicis Ecclesiastici tantum subiicitur,nu. 1.

Clericus post delictum commissum ordines dolo,& fraude suscipiens,si agatur de pena pecuniaria,uel amissione bonorum punitur per Iudicem secularem,numero 2.

*Si uero agatur de pœna corporis afflictiua indicatur per Iudicem Ecclesiasticum,nu.*4.

Clericus effectus, dum erat in Insulam relegatus,si discedat puniendus est per Iudicem Ecclesiasticum,numero 3.

Debet tamen Iudex Ecclesiasticus eum degradare,&

re, & Iudici seculari corporali pœna puniendum tradere, num. 5.

Iudex secularis debet requirere Ecclesiasticum, ut Clericum delinquentem degradet, & eo recusante ad superiorem appellare, nu. 6.

Clericus post commissum delictum, in dubio, dolo, & fraude præsumitur assumptus secundum aliquos, numero 7.

Coniecturis tamen standum esse dicitur, nu. 8.

Clericus post quam de delicto diffamatus, denuntiatus, vel inquisitus fuerat, præsumitur dolo, & fraude effectus, nu. 9.

Et multo magis si iam erat condemnatus, nu. 11.

Clericus, qui in carcere secularis Iudicis sumpsit ordines non eximitur ab eo, etiam respectu personæ, num. 10.

Secus si quoad causam, non tamen quoad personã præuenisset Iudex secularis, nu. eo.

Clericus antequam de delicto inquisitus, vel diffamatus sit, non præsumitur dolo, & fraude effectus, numero 12.

Quod magis procedit, si ante delictum votum fecisset tales ordines suscipiendi, nu. 13.

Votum, quod quis emiserit ante delictum probatur eius iuramento, nu. 14.

Talem tamen voti probationem absque alio non sufficere, ut quis eximatur a iurisdictione iudicis secularis, num. 15.

Secus si cum iuramento concurrat alia etiam non plena probatio, quia & si de delicto esset diffamatus, tamen eximitur a iurisdictione seculari, numera 16.

Clericus non proprio, sed superioris motu post delictum effectus non præsumitur dolo, & fraude ordines sumpsisse, nu. 17.

Conuersi, Becchetti, fratres gaudentes, uel alij tertii ordinis post commissum delictum religionem ingressi, absque professione, uel ordinum susceptione non liberantur a iurisdictione Iudicis secularis, num. 18.

Debent tamen exhautorari, & priuari insigniis illius ordinis, nu. 19.

Religionem ingressus intra annum professionis habetur pro ingresso, quoad euitandam iurisdictionem secularem, numero 20.

CASVS CENTESIMVS OCTAVVS.



FRequens est vulgata quæstio de eo, qui post delictum commissum assumpsit ordines ecclesiasticos, an scilicet puniendus sit a Iudice seculari, an vero ab Ecclesiastico, in qua multa, ac quidem varia a Doctoribus antiquis, & modernis tradita sunt, ex quorum dictis nos pro facili huius rei cognitione, & decisione, infrascriptam distinctionem, quam veram putamus faciendam esse duximus.

Aut enim delinquens absque fraude, & do-
1 lo ordines Ecclesiasticos post commissum crimen suscepit, & tunc omnino liberatur a iurisdictione Iudicis secularis, & ab Ecclesiastico tantum iudicatur, argumen. tex. in l. hos accusare in princip. & §. hoc beneficio, ff. de accusat. Barto. in l. prima, colum. secunda, sub num. 3. versic. iuxta prædicta quæro. ff. de pæn. Alberic. de Rosat. de statut. libro tertio, quæst. 41. ad finem, sub nume. 15. Cirill. Fulgeon. in summa crimin. in prima particula, Rubr. secunda, vbi de crimine agi opor. §. vnico, ad finem, nu. 20. versic. quid si post delictum, Ias. in l. cũ quędam puella, quæ est penult. num. 13. versi. quid autem esset, ff. de iurisd. om. iud. Marsil. singul. 534. in princip. Boss. in pract. crimin. tit. de pœnis, nu. 38. vers. & quia regula est. Conarruuias lib. pract. quæst. cap. 32. sub num. 4. vers. prima conclusio, Clar. dicens esse opinionem frequẽtiori Doctorum calculo receptam, in pract. crimin. q. 36. nu. 43. versi. sæpenumero contingit. Farinac. lib primo, quæst. crimi. tit. de inquisit. q. 8. nu. 104. & 105. versi. limita nono, vbi pariter dicit esse communẽ opinionem, Flam. Cartar. in tractat. de execut. sententent. capto bannito. cap. fin. sub num. 308. post ver. potest etiam contingere, qui dicit esse sententiam communiori scribentium voto approbatam. Decian. in tract. crimin. tomo primo, lib. quarto, ca. 9. nu. 60. ver. vigesimoprimo, extenditur, & num. 138. post vers. decimoquarto limitatur, qui, & ipse de communi testatur.

Aut dictos ordines fraude, & dolo suscepit ad declinandum Iudicis secularis forum, & tunc subdistinguitur, quod aut agitur de bonis, & rebus, seu de pena pecuniaria, & amissione bo-
2 norum, & non liberatur a Iurisdictione Iudicis secularis, argumen. tex. in d. l. hos accusare in princip. versic. dum non retractandi causa, & in l. si maritus, la seconda, §. legis, ff. de adulter. Barto. in d. l. prima, ff. de pæn. Bald. in l. prima, num. 7. & 8. versic. & ista faciunt, C. an ser. ex suo fact. Ias. in d. l. cum quædam, nu. 10. ver. vlt. ista lex facit. Boss. in pract. crimin. tit. de foro compet. num. 144. vers. primo casu, & latius tit. de pæn. numero 38. vers. & quia regula est, vbi dicit esse communem opinionem, & quod ita fuit seruatum, dum quidam argueretur de crimine, pro quo erat imponenda pæna pecuniaria, & factus esset monachus in fraudẽ; fuit enim condemnatus a Iudice seculari, & facta executio in bonis. Vinc. de Franch. decis. Neapolit. 209. capto, & carcerato in prima parte, qui dicit esse communem opinionem, & latius decis. 384. cum tractaretur in secunda parte, vbi pariter ait esse communem, & secundum hoc intelligendus est Alberic. de Rosat. d. q. 41. ad fi. dum simpliciter tenet isto casu delinquentem puniri per Iudicem secularem, Decian. d. cap. 9. d. 21. extensione, & d. 14. limitatione. Cirill. in dicto §. vnico, in fine, Couar. inquiens, esse communem opinionem, d. cap. 32. sub nu. 4. vers. secunda conclusio, Clar. d. q. 36. d. versi. sæpenumero contingit, vbi post plures, quos recenset, dicit pariter esse communem senten-

tiam

tiam, Farinac. atteſtans de magis communi d.
quæſt. 8.nu.104.& 105.verſi. limita nono, An-
gel. de Caſtr. late inſiſtens, & communem di-
cens in conſi. inferius adducendo, Cartar. d.ca.
fin. ſub d.n. 308. quinimo dicit Vinc. de Fran-
ch. deciſi. Neapol. 395. quando fuit in ſecunda
parte quod ſi relegatus in inſulam ad certum
tempus infra illud tempus efficiatur clericus,
vel religioſus, & diſcedat ab inſula, & extra il-
3 lam capiatur, & carceretur, non poteſt per Iudi
cem laicum duplicari relegatio, vel ab eo exi-
gi pęna pecuniaria, ſed de hoc cognoſcet Iu-
dex Eccleſiaſticus, & dicit eſſe dictum ſingula-
re in hac materia, & notandum.

Aut agitur de pœna mortis, vel alia corpo-
4 ris afflictiua, & liberatur a Iuriſdictione Iudi-
cis ſecularis, a quo reſpectu perſonæ iudicari
non poteſt. Bart. Bald. Boſſ. & Ciril. in locis ci-
tatis, Couar. d. cap. 32. ſub num. 4. verſicu. tertia
concluſio, Clar. in d. verſicu. ſæpenumero con-
tingit, atteſtantes ambo, ita communiter tene
re Doctores. Farinac. d. q. 8. num. 107. verſi. ſu-
blimita ſecundo, & diffuſe Angel. de Caſtro at-
teſtans de communi in loco paulo poſt allegā-
do, & Decian. in locis citatis, Cartar. d. cap. fin.
ſub num. 308. verſi. non tamen pęnam corpora
li. Franch. in dictis deciſionibus. 209. & 384.
qui ſimiliter dicit eſſe communem opinionem,
& licet priore loco dicat, quod relata cauſa, &
pluries diſcuſſa, nondum fuerat deciſa, tamen
poſteriore loco dicit fuiſſe reſolutum religio-
ſum eſſe remittendum ad Iudicem Eccleſiaſti-
cum, quoad perſonalem diſtrictionem tantum,
& quæſtio erat de quodam delinquēte, qui pē-
dente proceſſu corā Iudice ſeculari fuerat ha-
bilitatus a carcere, & antequam rediret ad car
ceres erat effectus clericus, & beneficiatus. De
5 bet tamen Iudex eccleſiaſticus hoc caſu talem
delinquentem degradare, Iudici ſeculari tra-
dere, vt debita corporali pęna puniatur, nec ſi
ne d. degradationis ſolennitate, ad quam Ec-
cleſiaſtici Iudices difficiles ſe reddunt, poteſt
Iudex ſecularis talem delinquētem punire cor
poraliter de iure, licet de facto contrarium
fiat, & male. Bart. in d. l. pr. & poſt eum Bald. &
Ciril. iam citati, licet non ita expreſſe, & aper-
tiſſime Couar. d. cap. 32. ſub num. 4 verſi. tertia
concluſio, & Clar. in d. verſi. ſæpenumero con-
tingit, & Farin. d. quæſt. 8. num. 108. verſicu. li-
mita præcedentem ſublimitationem, & num.
109. verſicu. amplia turſus, & Decian. in locis
relatis. Angel. de Caſtr. in conſi. infra citando,
Cartar. d. cap. fin. ſub num. 308. verſicu. quam-
uis deberet, & plures alii per eos cōgeſti, quos
referre non eſt opus, & cautela eſt, vt Iudex ſe-
cularis requirat Eccleſiaſticum, quod dictum
6 delinquentem velit degradare, ſibi tradere pu
niendum, & eo id facere recuſante appellet ad
ſuperiorem ipſius denegantis, dimittendo ta-
men delinquentem apud Epiſcopum vſq; ad
exitum cauſæ appellationis, vt per Farinac. d.
quæſt. 8. num. 109. ſub verſicu. amplia turſus
in fine, qui ad hoc allegat Angel. de Caſtro in-
ter conſi. crimin. diuerſ. tomo ſecundo in vlt.
loco impreſſis in folio, conſi. 37. incipiente cō-
munis opinio, vbi diffuſe hanc materiam tra-
ctat, & Flam. Cartar. d. cap. fin. ſub nu. 308. poſt
verſi. poteſt autē contingere, ad finem ibi, quo
modo autem Iudex.

Aut dubium eſt, an dictos ordines in frau-
dem, & doloſe, vel ne ſuſceperit, & tunc ſunt
opiniones, cenſentibus quibuſdam ex eo ſo-
7 lum, quod poſt crimen commiſſum quis aſſum
pſit ordines Eccleſiaſticos, præſumi, id factum
in fraudem, & ob timorem ſecularis punitio-
nis, vt voluit Placa relatus per Farinac. d. q. 8.
n. 111. verſi. ſed quid ſi nulla præcedit, & vltra
eum Couar. d. ca. 32. ſub n. 4. verſicu. fraus vero
in fine, & antea Bald. in d. l. prima, nu. 7. verſicu.
& iſta faciunt, C. an ſeru. ex ſuo fact. & aliis con
trarium tenentibus, vt per Farinac. ibi. Tu au-
tem ſequendo doctrinam Bart. in d. l. pr. ff. de
pęn. dicas recurrendum eſſe ad coniecturas, vt
8 ſi quidem erat accuſatus, aut denunciatus, vel
inquiſitus, aut diffamatus de crimine, præſu-
9 matur feciſſe in fraudem per l. fin. in pr. ff. de
bon. eor. qui mort. ſibi conſciuerunt, & l. adul-
ter §. ſi eo tempore, ff. de adulter. cum ibi nota
tis, & Bar. ſequuti ſunt Iaſ. in d. l. cum quædam,
num. 10. verſicu. vlt. iſta lex facit, Boſſ. d. tit. de
pęn. num. 38. verſicu. & quia regula eſt, & Ciril.
in loco relato, idem tradiderunt Couar. d. cap.
32. ſub num. 4. verſi. fraus vero, & Clar. d. quæſt.
36. nu. 44. verſi. ſed in hoc propoſito, vbi dicit
ita cenſere maiorem partem interpretum, &
idem volunt Cartar. d. cap. fin. ſub nu. 308. verſ.
ex pluribus autem, Farinac. d. q. 8. nu. 110. verſi.
ſed quando. Vinc. de Franch. d. deciſi. Neapol.
209. capto, & carcerato in prima parte, & d.
deciſi. 384. cum tractaretur in ſecunda parte,
& ita etiam tenuit Alberic. d. quæſt 41. in fin. &
fortius ſi fuiſſet captus a Iudice ſeculari, & in
carcere ſumpſiſſet ordines, vt per Decian. d.
10 cap. 9. d. limit. 14. [illegible] 137. qui videtur velle hoc
caſu, eum non ex[illegible] a Iuriſdictione Iudicis ſe-
cularis etiam reſpectu perſonæ, licet ſi cauſa
tantum per Iudicem ſecularem præuenta eſ-
ſet, & non perſona, vt in prædicto caſu, exime-
retur reſpectu perſonæ, quamuis non reſpectu
bonorum, vt idem explicat num. ſeq. 138. &
multo magis ſi iam erat condemnatus. Bart.
11 Iaſ. & Boſſ. in locis præcitatis, Clar. d. quæſt. 36.
poſt dictum verſicu. ſed in hoc propoſito, circa
finem, quem ſequuntur Cartar. & Farinac. &
Franch. ſupra citati.

Si vero non erat condemnatus, neq; proceſ-
ſatus, aut diffamatus, ſecus, vt præſumatur ſi-
12 ne fraude, & dolo id feciſſe, ſecundum Bar. in
d. loco, & Alberic. de Roſat. d. q. 41. ad finem,
ſub n. 15. ſi enim delictum erat occultum, & ta
liter latens, quod veriſimiliter de illius propa-
latione, & reuelatione dubitari non poterat,
nulla ratio ſuadet, vt fraus, & dolus præſumi
debeant, vt conſiderat Farinac. in d. verſicu. ſed
quid

13 quid si nulla præcedit delicti accusatio, quod facilius admittitur, si constiterit, quod ante delictum delinquens fecisset votum tales ordines Ecclesiasticos suscipiendi, licet enim eos post delictum commissum susceperit, nulla tamen videtur subesse fraus in huiusmodi mutatione status, sed potius concurrere maxima bonæ fidei præsumptio, ex quo votum ante delictum commissum e⸗⸗quutus fuit, quasi quod hoc casu votum trahatur retro, ex quo talis status erat implicitus tempore delicti, & proinde de homine isto iudicandum sit tãquam de clerico, vt punctualiter tradit Bald. in l.1. in fine, numero 11. C. an seru. ex suo fact. quem sequuntur Ias. in l. cum quædam, quę est penul. num. 11. versic. limita singulatiter, ff. de iurisd. omn. iudic. Cotta memor. in verbo, laicus, post principium, late Marsil. singul. 534. incipiente attende ad vnum, versi. hoc tamen limita, Couar. d. c. 32. sub nu. 4. versi. cæterum quidam in hac quæstione opinantur, Ferat. cautel. 23. Bartholomæus per totam, & est communis opiu. Farinac. d. q. 8. nu. 112. & 113. versic. item quid de eo, & dicit Chartar. d. c. fin. sub nu. 308. versic. hæc autem, quod est sententia magis communis, & sequuta per omnes Criminalistas in variis locis, & in practica seruata, & refert Viui. dicentem, quod cum casus contigisset in Ciuitate Aquilæ causa discussa coram Iudice laico, & allegato voto ante commissum homicidium, de quo agebatur, fuit delinquens remissus ad Iudicem Ecclesiasticum, licet votū non probasset aliter, quam per sacramentum, subdit tamen ex relatione Camilli Gallinii aliud seruasse senatum Mediolani, qui ad triremes damnauit banuitum, qui effectus fuerat religiosus ob emissum ante patratum crimen religionis uotum, & quod emiserit uotum ante cõmissum delictum statur eius iuramento iuxta
14 notissimam iuris regulam, quod in his, quæ in animo consistunt, prout est uotum, standum est sacramento partis, de qua per glos. & scribentes, in §. sed iste, Instit. de action. & in aliis locis vulgaribus, & ita in terminis nostris notant Ias. in d. l. cum quædam, numero duodecimo, & post eum Cotta, Marsil. Couar. Ferrat. Farinac. & Chartar. supra citati, quod videtur procedere etiam in eo, qui nondum ordines Ecclesiasticos assumpsit, sed captus dicit se emisisse votum illos suscipiendi, & illud modo velle exequi, & id totum medio iuramento asserit: nam, & is forum Iudicis secularis euitat secundum Ferrar. quem sequi videtur Farinac. supra relatus, & idem etiam tenuit Decian. ca. 9. num. 23. versic. decimo extenditur, & eo. lib. ca. 23. sub numero secundo, licet solum ad hoc adducat Bald. & Ias. iam citatos id non probantes, quod tamen verum non esse ex eo dignosci potest, quod Ferrat. ipse non putat relatum dictum Iasonis procedere sine difficultate, nec audet illud firmare, & Additionarius ad eum clarius loquens inquit, quod ista non est cautela tuta, & quod eam non seruarent Iudices nostri temporis. Couar. etiam in d. versi. cæterum quidam in fine, ait, quod hæc sententia non est satis iure probata nec conuenit iustæ criminum punitioni, & quod ideo non mirabimur si viderimus eam in praxi refelli, & subdit finaliter non esse iustum eam admitti, præsertim recepta illa tantum probatione per iuramentum, cuius a Iasone fit mentio, pro eo, quia, & si probetur plene votum olim a delinquente factum, non est omnino exclusa illa suspicio fraudis, quæ solet in hac specie subesse, ac contingere propter freqnentes hominum cautelas, quibus passim vtuntur hi qui iurisdictionem Iudicis secularis ad liberius delinquendum effugere conantur, de qua late loquitur Fari nac. d. quæst. 8. num. 114. versicu. ob stat autem huic communi sententiæ, qui tandem concludit secundum opinionem Couar. quãdo votum non aliter probetur quam per
15 iuramentum, licet ab eo dissentiat, quando cum iuramento concurrit alia probatio, etiam non plena de tali voto, quia tunc vult dictam
16 opinionem esse admittendam, etiam, quod plus est, vbi delinquens iam fuisset de crimine diffamatus, vel imputatus, cum si nulla præcesserit imputatio, vel diffamatio indubitanter excludatur fraus per assertionem voti iuratã nulla alia concurrente probatione, vel præsumptione, cum etiam sine tali assertione, & voti allegatione cessante, fraus eo in casu non præsumatur, vt ait supra annotasse, & nos quoq; iam diximus. Planius autem fraus omnis excluderetur, si non motu proprio, sed
17 superioris, delinquens effectus esset clericus, aut religiosus, vt notat Chartar. post alios per eum allegatos d. cap. fin. sub num. 308. versicu. ex pluribus autem ad finem, quibus additur Bart. in d. l. pt. ff. de pęn. sub num. 3. circa medium.

Et procedunt prædicta in eo, qui post delictum commissum effectus est clericus, vel religiosus, assumendo ordines Ecclesiasticos, vel faciendo professionem, prout loquuntur allegati Doctores, secus autem in eo, qui religionem ingreditur, & sine aliquo ordine, vel professione in ea veluti conuersus manet, quia is nullo modo forum seculare euadit, vt post Marian. Socin. tradunt Boss. d. tit. de foro competen. num. 114. & 145. & Farinac. d. quæst. 8. num. 106. versicu. sublimita 1. pro vt nec euadit, qui
18 efficeretur de fratribus tertii ordinis, posito quod alias essent exempti a iurisdictione seculari. Ias. in d. l. cum quædam num. 13. Marsi. d. sing. 534. in fine, Boss. & Farinac. in locis citatis, & Chartar. d. cap. fin. sub num. 308. versicu. hæc autem ad medium, & ante istos omnes Bart. in d. l. pr. num. 4. versicu. item prędicta, qui loquitur in his, qui efficiuntur becchetti, seu fratres gaudentes, & ita seruatum fuisse de facto affirmat, quos tamen credit debere ex autho-
16 rari, id est priuari insigniis illius ordinis, & idem

idem tenet ipse Barto. in l.semper, §. quibusdam.in fine,ff.de iure immunit.vbi tamen non meminit de exauthoratione, & cum sequitur Decian.d.cap.9.num. 34.versicu.quarto,idem dicendum.

Quod tamen dictum est de religioso, qui professionem fecerit, locum habet etiam in
20 eo, qui est intra annum professionis,qui interim quantum ad hoc dicitur persona ecclesiastica,licet alias non habeatur pro ingresso.Ias. in d.l.cum quædam puella, sub numero 13.versic.& quod dicitur in religioso, & Marsil.d.singul.534 ad finem, versicu. & subdit Ias. & late firmat Decian.d.cap. nono,numero 24.versic. vndecimo,extende, & bene seruiunt dicta per Socin.consi.12.numero 16.versicu.circa quartam quæstionem,libro primo.

EPITOME.

An fideiussor de iudicato soluendo datus in causa principali teneatur in causa appellationis, vel reuisionis si in ipsa principali causa reus fuit absolutus, & in appellatione, vel reuisione condemnatus, & quid si in dicta causa principali fuit condemnatus, & in appellatione, vel reuisione condemnatio confirmata,aut aucta, vel diminuta, quidve si prima sententia per desertionem instantiæ appellationis, vel reuisionis firma maneat.

SVMMARIA.

Recursus ad superiorem admittitur licet a statuto prohibita sit appellatio,nu.1.

Et assimilatur appellationi,& secundum terminos causa appellationis regulatur,3.

Differt tamen in multis.4.

Recursus non operatur vtrunque effectum sicut appellatio,sed deuolutiuum solummodo,eo.

Reuisio causæ, seu sententiæ loco appellationis dicitur succedere, & secundum terminos causæ appellationis regulatur.5.

Fideiussor de iudicatum soluendo datus in causa principali,in qua reus fuit absolutus, non tenetur in causa reuisionis per superiorem concessa, nume. 2.cum seq.& 7.

Fideiussor de iudicatum soluendo datus in causa principali reo absoluto non tenetur in causa appellationis,nu.6.

Quod procedit, & si in fideiussione interuenisset iuramentum,8.

Et licet nomine proprio vna cum principali in solidum fideiussor se obligauerit de soluendo, quicquid fuerit iudicatum,& renunciauerit Auth.præsente,C.de fideiussor,9.

Fideiussor, qui simpliciter promisit soluere iudicatum absque expressione proprij nominis illius Iudicis, vel curiæ tenetur in causa appellationis secundum aliquos,10.

In contrarium tamen est communis opinio.11.

Fideiussor,qui promisit soluere iudicatum non expresso nomine Iudicis tenetur, licet non ille Iudex, sed alius eius successor iudicauerit.12.

Fideiussor,qui promisit soluere iudicatum,expresso proprio nomine Iudicis,non autem officij non tenetur,si alius iudicet.13.

Quid autem,si proprium nomen,& etiam officii fuerit expressum.14.

Fideiussor coram Iudice delegato non tenetur corã successore.15.

Fideiussio, quomodo sit concipienda ad hoc,vt quis teneatur soluere iudicatum ab alio Iudice etiã in causa appellationis.16.

Fideiussionis forma est ponderanda,vt sciatur an fideiussor teneatur in causa appellationis,vel si perempta instantia, denuo conueniatur,vel coram alio Iudice,vel alia actione.17.& 19.

Fideiussor simpliciter videtur obligatus ad sententiam quæ proferetur ex illa instantia ab illo Iudice,& ex illa actione.18.

Fideiussor datus in principali causa, in qua reus fuit condemnatus, an teneatur in causa appellationis cõfirmata sententia, aucta, vel diminuta,numero 20. cum seq.

Fideiussor datus in causa principali tenetur in causa appellationis,si reus appellauit, & deserta fuit instantia appellationis.21.

Item.si actor appellauit, & deserta fuit instantia appellationis.24.

Appellatione deserta oritur actio ex prima sententia, & Iudex a quo exequitur.22.

Sententia deserta appellationis, an sit confirmatoria prioris sententiæ.23.

Fideiussor datus in causa principali non tenetur in causa appellationis, si sententia sit confirmatoria prioris condemnatoriæ,25.

Executio condemnationis debetur ex sententia confirmante,non ex confirmata,eod.

Et hoc siue reus,siue actor appellauerit.27.

Executio facienda est per iudicem,ad quem,non a quo, num.26.

Fideiussor datus in causa principali non tenetur in causa appellationis,in quo prior sententia fuit reformata,num.28.

Sententia exequitur contra fideiussorem de iudicatum soluendo absque nouo processu,sed de facto absque citatione.29.31.

Fideiussor de facto executiue conuentus potest eodem modo principalem conuenire.30.

Fideiussoris citatio non modo non requiritur ad sententiam contra principalem ferendam in causa principali,sed nec in taxatione expensarum.31.

CASVS CENTESIMVS NONVS.

1 RECepta est Doctorum sententia, quod prohibita a statuto appellatione, non reijcitur recursus ad superiorem, sed immo admittitur, vt attestatur Dec.consi.533. Iuridicas puto, numero secundo, & post eum Menoch. plures alios referens in tract. de arbitra. iudic. libro primo, quaest. 70. numero 24. & 25. versic. accedit, quod in omnibus, & faciunt ad hoc propositum multa, quae congerit Marsi. sin gul. 87. incipiente stante statu. in princip. & in pract. crimin. §. opportune, nu. 51. & pluribus seq. & in l. vnica, C. de rap. Virg. numer. 204. & pluribus seq versicu. nolo etiam. & Contard. in quaestione infra citanda fere per totam. Vnde ex hoc primo dubitari solet, nunquid fideiussor datus per reum in causa principali de soluendo iudicatum, teneatur, si reus in principa li causa fuit absolutus, & postea in reuisione causae concessa per superiorem, ad quem per fiscum, & partem fuerat recursum per viā supplicationis, fuit condemnatus ad certam pecu niarum quātitatem. & vera resolutio est, quod non teneatur, quia talis recursus assimilatur
2 appellationi, & regulatur secundum terminos causae appel. ationis. Bald. consilio 146. quia ex
3 facto in finalibus verbis, libro tertio, Marsil. in dicto §. opportune, numero 65. & sequen. versi. & scias. & dicto sing. 88. ante finem, Capic. decis. 28. in fine, sub num. 11. versic. secunda dubitatio. Boet. decis. 247. numero 9. circa fin. Menoch. d. q. 70. ad finem, nume. 26. Magon. decis. Lucens. 22. fuit alias, nume. 1. 2. licet in multis
4 ab ea differat, & praecipuè in eo, quod recursus operatur solum effectum quendam deuolutiuum cognitionis, non autem suspensiuum executionis, appellatio autem vtrunque effectum operatur, vt ex multis docet Menoch. d. q. 70. nu. 18. & plurib. seq. vet. declaratur secundo, & sentit Capic. d. decis. 28. in fine, & clare hoc tradunt Afflict decis. 231. nu. 2. Benintend. decis. Bonon. 78. lata sententia, num. 3. & 11. & Contard. in rep. l. vnicae. C. si de moment. poss. fuerit appellat. q. 8. in verbo, supplicatio, num. 38. ver. nec his obstat, & latius, num. 41. & seq. vers. nam regulariter folio 535. & 536. in quo nihilominus contrarium tenuit Magon. d. decis. 23. nu. 3. & seq. volens, quod recursus nō solum deuoluat cognitionem, sed etiam suspendat iurisdictionem iudicis ita vt habeat manus ligatas, & ad vlteriora procedere non possit, quod nisi a municipali iure prouisum sit, falsum esse constat aperte, sic, & reuisio causae, seu
5 sententiae loco appellationis dicitur succedere, & secundum ipsius causae appellationis terminos regulanda est. Afflict. d. decis. 231. nu. 1. Benintend. latè d. decis. Bonon 78. lata sententia per totam, & Caesar. Contard. in d. repet. l. vnicae, C. si de moment. possess. fuerit appel. q. 8. in verbo, supplicatio, num. 36. vers. item quod causa folio 535.

6 Constat autem, quod fideiussor de iudicato soluendo datus in causa principali non tenetur in causa appellationis, sed statim lata sententia absolutoria rei in causa principali liberatur, nec si in causa appellationis idem reus condemnetur, ipse fideiussor tenetur, quia eius promissio expirat lata sentētia, ita est texr. in l. cum apud Sempronium, ff. iudic. solut. & ibi notant glos. Barto. & alii Doctores, gl. Barto. Bald. Salyce. Castr. Alexand. Corn. & Ias. in l. 2. C. de procuratorib. Castr. in l. 3. in prin. sub numero primo, versic. in tex. ibi stipulatus est, ff. iud ic. solui. Angel. Aretin. in §. sed hodie, sub numero 3. post versic. in glo. Instit. de satisdat. & in tractat. malefic. in glo. pro quibus, & quolibet eorum Antonius fideiussit. nu. 2. versic. & sis bene cautus tu Iudex, & ibi etiam August. de Arimin. in addit. & est communis opinio, vt per Boer. & alios, quos refert, & sequitur Clar. in pract. crim. q. 46. nu. 20. versic. sis tamen cautus, eandem sententiam tenent Marsil. in repe tit. Rubr. ff. de fideiuss. quaest. 10. num. 130. versi. quo autem ad secundum. Vincent. de Franch. decis. Neapol. 208. dedit quis fideiussorem, nu me. 2. versic. sed dicebatur, vbi ait esse communem sententiam, & ab ea non recedendum, & Io. Bernard. Muscatel. in pract. fideiussoria, in pr. parte in 12. modo fideiubendi, sub nu. 6. ver sic. primam tamen opinionem, vbi pariter dicit esse communem, & subdit, nu. 8. quod propterea si officialis pro suo syndicatu dedit fi-
7 deiussores, & fuerit absolutus, si postea vigore alicuius statuti, vel aliter processus reuideretur, & officialis condemnaretur, fideiussor non teneretur pro dicta condemnatione, quod latius adnotauit Marsi. in d. Rub. ff. de fideiuss. q. 8. nu. 104. versi. pro istis etiam, & quaest. 29. nu. 249. versic. scias etiam, & menti teneas, & ante eum Bart. in l. fi. post prin. ff. de pact. inquiens, ita alias de facto obseruatum fuisse, sequitur Angel. Aretin. in d. verbo, pro quibus, & quolibet eorum Antonius fideiussit, nu. 15. versic. & menti habeas, & ibi etiam August. de Arim. in addit. quod multum facere videtur ad decisio nem quaestionis nostrae.

8 Et procedit dicta conclusio etiam quod in fideiussione interuenisset iuramentum secundum Augustin. in addit. ad Angel. in d. versi. & sis bene cautus tu Iudex, sub num. 2. ad fin. post
9 Barto. per ipsum allegatum, & etiam, quod in fideiussione fuisset dictum, quod ipse fideiussor se obligabat proprio nomine, & in solidū cum principali de soluendo quicquid fuerit iudicatum, & fuisset renunciatum Auth. praesente, C. de fideiuss. quia, & hoc casu fideiussor datus in causa principali nō tenetur in causa appellationis; etsi enim principalis tenetur ad solutionem iudicati in causa appellationis, nō tamen tenetur virtute illius obligationis, quae

erat

erat facta in causa principali, sed tenetur respectu eius delicti, a quo eius obligatio descendit, quod non potest considerari in fideiussore, qui nulla alia ratione tenetur, quã fideiussionis, nec clausulæ prædictæ possunt operari, vt in plus teneatur, quam prouisum est per decretum, cuius virtute fideiussit, quod videtur solum considerasse in euentum condemnationis faciliorem executionem contra ipsum fideiussorem, & præsertim respectu discussionis principalis, quæ potuisset opponi per ipsum, vt latè deducit Vincent. de Franch. dicta decisio. 208. numero 3. & sequentibus, versic. dicebat insuper Actor, quem sequitur Muscatel. in dicto modo 12. num. 7.

Et licet non desint, qui dicant dictam conclusionem procedere eo tantum casu, quo in fideiussione facta fuit mentio proprij nominis curiæ, seu Iudicis, coram quo causa pendebat, vt scilicet tunc ab illo Iudice absoluto reo, & appellatione interposita, condemnato, fideiussor acceptus in prima causa non teneatur pro iudicato in causa appellationis, ponderando text. in dicta l. cum apud Sempronium, vbi dicitur, quod satisdatio erat data de soluendo, quod iudicasset Sempronius Iudex, & proinde mirum non sit, si ab eius sententia actor appellauit, & in iudicio appellationis reus condemnatus fuerit, fideiussor ille non teneatur, secus autem videatur, quando proprium nomen curiæ, seu Iudicis non est expressum in fideiussione, sed simpliciter fuit promissum de soluendo quicquid fuerit iudicatum, quia tunc videtur fideiussor teneri pro eo, quod determinatur in causa, & super processu, licet per alium Iudicem, vel per aliud tribunal, ex quo non se restrinxit ad certum Iudicem, vel ad certam curiam, secundum opinionem Martini Sillim. de qua mentionem faciunt Barto. & alij in dicta l. cum apud Sempronium, & in dicta l. secunda. C. de procurat. Castr. in d. l. 3. in principio. ff. iudic. solu. Boer. d. decis. 315. sub numero primo, August de Arimin. in d. addition. ad Angel. Aretin. in d. vers. & sis bene cautus tu Iudex, sub numero secundo. Vincent. de Franch. d. decis. 208. nume. primo, & Muscatel. in d. modo 12. sub numero 5. & 6. tamen communis opinio est in contrarium, vt dispositio d. l. cum apud Semproniũ, & proinde conclusio supra firmata habeat locum, quando simpliciter, & indistinctè fuit satisdatum de soluendo quicquid fuerit iudicatum, nulla nominis proprii Iudicis, vel curiæ facta expressione, quia cum quis fideiubet penes acta curiæ, in qua iudicium agitatur, quãuis non dicat, quod fideiubet de soluẽdo quicquid iudicabitur per illam curiam, sed simpliciter promittat, intelligitur promisisse de soluendo quicquid per dictam curiam, in qua litigatur, fuerit iudicatum, cum penes acta illius curiæ obligetur, & virtute decreti per eandem curiam lati, ita punctualiter dicit Vincent. de Franch. d. decis. 208. num. 2. ver. sed dicebatur, qui etiam subdit quod in d. l. cum apud Sempronium respectu expressionis propter nominis Iudicis fuit accidentia facti, & non ministeriũ iuris, & quod in hanc partem inclinabat sacrũ consilium, quam sententiam tenuerunt Cast. in d. l. 3. in princ. sub nu. 1. ff. iudic. solu. Boer. d. decis. 350. num. pt. August. de Arimi. in d. addit. ad dictum versicu. & sis bene cautus tu Iudex. sub num. 2. in princ. & Muscatel. vbi supra sub num. 5. & 6. dicens esse communem, & ita omnes affirmare, & ponunt Doctores in d. l. cum apud Sempronium, ff. iudic. solu. & in d. l. secunda, C. de procur. Nec saluari potest opinio Martini Silliman. & sequacium, nisi quando sententia daretur per successorem illius Iudicis, coram quo præstita est satisdatio, qui reputatur eadem persona cum illo, quia habet idem officium, tunc enim ex quo nulla Iudicis facta mutatio dicitur, nec diuersificatur instantia, bene fideiussor tenetur, nisi fuerit expressum proprium nomen Iudicis prædecessoris in fideius-

13 sione, vt dicit Castr. in l. tertia in princ. sub nu. 1. versicu. in tex. ibi stipulatus est, ff. iudic. solu. & in d. l. cum apud Sempronium sub num. 1. ad finem versi. sed si tribunal non diuersificaretur, quod etiam colligitur ex Bart. ibidem sub nu. 5. versicu. quandoq; itur ad alium Iudicem, & patet ex notatis per Marsi. in d. Rubr. ff. de fideiuss. q. 13. nu. 154. qui etiam ponit casum, quando in satisdatione expressum est tam propriũ

14 nomen Iudicis, quam officii, in quo ait inspiciendum esse, quod nomẽ præcedat ad cognoscendum, an talis fideiussio coram vno Iudice facta transeat ad eius successorem, vt si prius exprimatur nomen officii transeat, secus si præcedat proprium nomen Iudicis, & insuper dicit, quod hæc disceptatio contingit, quando præstatur satisdatio coram Iudice ordinario: secus autem si coram delegato superioris, quia tunc indistinctè non obligat fideiussorem co-

15 ram alio Iudice etiam illius successore, quod est summe notãdum, & idem quod Bart. & Castr. voluit Salyc. in d. l. secunda in sua distinctione sub nu. 3. C. de procurat.

16 Vnde cautela est, quod expresse fideiussor obligetur pro eo, quod in causa appellationis iudicabitur, apponendo in fideiussione clausulam. quod promittit soluere quãcunq; condemnationem quæ fiet contra eius principalẽ etiam in causa appellationis, vt tradit Angel. Aret. in d. §. sed hodie sub n. 3. Inst. de satisdat. quem sequitur Clar. d. quæst. 45. nu. 20. versi. sis tamen cautus ad finem, vel quod recipiatur obligatio in pleniori forma, cum clausula, quod reus, pro quo quis fideiubet, promittit stare, & parere mandatis cuiuscunque Iudicis, & soluere, ac pati omnẽ condemnationẽ, & pœnam de eo faciendã, & ex d. processu, & causa contra eũ agitata prouenientẽ, & in omnem causam, quotiescunq; qualitercunq; quãdocunq; & per quemcunq; Iudicem fuerit iudicatum,

&tam per eundem, quam per alium, qui eius
loco successerit, vel etiam per Iudicem appel-
lationis, & etiam in contumaciam rei non pa-
rentis, vt per Boer.d.decisio. 315.sub nume.pri
mo, ad finem, versicu.& ideo sis cautus, & ante
eum per Angel.Aretin. de Malef. in verbo, pro
quibus, & quilibet eorum Antonius fideiussit,
numero secundo, versic.& sis bene cautus tu Iu
dex, sequitur Muscatel. in loco citato, numero
quinto, versic.& ideo Angel. & propterea circa
propositam quæstionem diligenter ponderan-
17 da sunt verba fideiussionis, quæ solent variȩ cō
cipi; possent enim verba esse adeo large, & am-
plè concepta, quod comprehenderent iudica-
tum etiam in causa appellationis, vel reuisio-
nis, & amplecterentur quamcunque sententiā
cuiuscunque Iudicis, & cuiuscunque tribuna-
lis, prout considerat Muscatel. in loco citato,
num.2.3 4.post plures per eum allegatos, pro
vt etiam ponderari deberent in alijs quæstio
nibus, quæ circa hanc materiam orirentur, vt
si reus conuentus sit coram vno Iudice, & satis-
datione præstita perimatur instantia & denuo
conueniatur etiam coram eodem Iudice, & cō
demnetur, vel si fuerit conuentus in vno tribu
nali seu coram vno Iudice, & dederit fideius-
sorem de iudicato soluendo, & postea pro eo-
dem facto conueniatur in alio tribunali, seu
coram alio Iudice, & fuerit condemnatus, vel
si fuerit conuentus vna actione, & fideiussorem
præstiterit, & exinde alia actione cōueniatur,
& condemnetur, in quibus casibus fideiussor
non tenetur propter variationem instantiȩ, vel
Iudicis, vel actionis, quia videtur se obligasse
18 duntaxat ad sententiam, quæ proferetur ex illa
instantia, ab illo Iudice, coram quo fideiussit,
& ex illa actione, quæ fuerat intentata, vt de
primo, est text.in l.2. De secundo, in l.tertia, in
princip.& de Tertio, in l.cum quærebatur, §.fi.
ff.iudicat. solui.& pulchre tradit Castr.in d.l.se
cunda, & in d.l.3.vbique circa princip & colli-
gitur ex Salyc.in d. l. 2. in sua distinctione, nu.
3.C.de procurat.de qua re vltra Doctores in di
ctis locis, & in d.l.cum apud Semproniuni, lo-
quitur Marsil.in d.Rub. ff. de fideiussor. quæst,
7.num.101, nam verba fideiussionis possent es-
se ita generalia, & ampla, quod amplecteren-
tur etiam casus prædictos, & per peremptio-
19 nem instantiæ, vel per recessum ab vno Iudice,
vel per mutationem actionis non diceretur li-
beratus fideiussor, sed teneretur, quod etiam
animaduertendum ponit Marsil.in dict. Rubr.
quæst.10.in primo membro, nume. 129.& re-
ctissime.

Secundo quæritur, vbi reus in principali cau
20 sa non fuisset absolutus, vt sunt termini præ-
cedentis quæstionis, sed condemnatus, & cau-
sa denuo cognita per reuisionem a Principe cō
cessam condemnatio confirmaretur, aut auge-
retur, aut diminueretur, an tunc fideiussor in
principali causa datus, teneatur in causa reui-
sionis, in qua quidem quæstione maior est dif-
ficultas, licet enim Augustinus de Arim.in ad-
dition. ad Angel. Aret. in d.verbo, pro quibus,
& quolibet eorum Antonius fideiussit, sub ver
sicu.& sis bene cautus tu Iudex ad finem addi-
tionis. sub numer. 3. dixerit quod si Iudex ap-
pellationis simpliciter confirmat primam sen-
tentiam, fideiussores dati in prima instantia, te
nentur etiam in causa appellationis, cum tunc
ex prima sententia detur actio, secus si Iudex
appellationis aliquid adderet, vel detraheret
prima sententiæ, quia cum tunc agatur ex secū
da sententia, fideiussores dati in prima non te-
nentur ex ista secunda, quod inquit vtilissimū
esse scire propter causas criminales, quando
reus appellat, an fideiussores dari teneantur e-
tiam in causa appellationis, & ista est theorica
Bart.quem ipse adducit in l. Iulianus, sub nu.
4.vers.collige secundum Gul.& Iacob. Butr.ff.
qui satisdare cogant. & videtur sequi Boer.d.
decis.315.sub num. pr.circa princip tamen hoc
altiorem requirit indaginem, nec ita simplici-
ter, & absolutè est verum, sed est distinguendū,
quod aut reus ipse, qui in principali causa fuit
21 condemnatus. appellauit a sententia condem
natoria, & appellationem non est prosecutus,
& fideiussor tenetur, quia oritur actio ex prima
sententia, non ex secunda, licet per eam prima
22 sententia confirmetur, ita determinat Bart.in
d.l.cum apud Sempronium, sub nu.4.ver.quæ-
ro ergo ad fin ibi fateor tamen, & idem in hoc
vult in d.l.Iulian.sub nu.4.post versi.collige se-
cundum Gul.& Iacob. But.ibi hoc non placet,
& quod firma manente sententia prima per de
sertionē appellationis ab ea interpositæ actio
oriatur ex ipsa prima sententia tantū, & Iudex
a quo exequatur & non Iudex ad quem, qui su
per desertione pronunciauit, volunt Alex. in l.
pr.nu.5.& 6.ver.in ea gl.ad fi.& in l.a Diuo Pio
in princ.nu. 22. post versi.secundo limita, ff de
re iudic. Marant.in tract de ord.iud.in 6.parte
principali, in tertio. & vlt. actu principali titu.
de executione sent. in quarta limitatione pri-
mæ quæst.principalis, nu.7.& alii per eum cita
ti, nec obstare videtur, quod sententia appella
23 tionis desertæ sit confirmatoria prioris senten
tiæ secundum gl.in l.si præses, in verbo, circum
duxit.C.quom.& quādo iud.quam Bal.ibi cō-
mendat, & dicit alibi non reperiri, & sequi vi-
detur Alex.in d.l.pr.nu.2.vers in ea glos.ibi fin
gitur nec iudicatum, & in d. l. a Diuo Pio, sub
dicto num.22.versic.si autem prima sententia,
quia hoc verum esse negat Crau. consi.183.re-
gula, num.pri. quod ante eum tenuisse videtur
Corn.consi.204.nu.1. cum seq. lib.2.& clarius,
& expressius consil. 14.nu.1.& seq.& consi.38.
nu.1.& seq.lib.quarto. Couar.lib.pract.quæst.
cap.25.sub nu.5.ver.octauo loco, & Ant.Gabr.
tit.de execut. sentent.concl.pri.nu.18.ver.pri-
mo limita, qui licet nihil firmet, tamen ad hoc
addūt Crauet.supra citatum, & plures alios, &
facit, quod in fortioribus terminis dixit idem
Gabriel.d.conclus.prima, num. 31.ver.duode-

cimo

eimo limita, & idem eadem ratione esset, si nõ
24 reus condemnatus, sed actor appellasset, desi-
derans forte maiorem condemnationem, &
appellationem non fuisset prosequutus, & per
eius desertionem prima sententia confirmare
tur, cum satis sit ad hoc, vt fideiussor in princi
pali causa datus teneatur, quod executio fiat
ex prima sententia, vt dictum fuit. Aut reus cõ
demnatus appellans prosequutus est appella-
tionem, & Iudex appellationis primam sentẽ
tiam pronunciando expresse confirmauit, &
quicquid dicant Bart. post Gul. de Cuneo in d.
l. Iulianus, & August. de Arim. & Boer. supra re
lati, & quidam alii, fideiussor non tenetur, quia
per mutationem instantiæ, & Iudicis, seu Tri-
bunalis liberatus fuit ab obligatione illa prin
cipalis causæ, vt supra diximus, & quia pro exe
25 cutione talis condemnationis non agitur tũc
ex prima sententia condemnatoria, sed ex se-
cunda illius confirmatoria lata per Iudicem
appellationis, & ita concludit Bart. in d. l. cum
apud Sempronium sub num. 4. in d. versicu. quæ
ro ergo, vbi etiam respondet ad allegata in
contrarium, & eum sequitur ibi Castr. post
princ. sub num. 1. & in d. l. 2. ad fin. num. 3. C. de
procurat. & est de mente aliorum Doctorum
indistincte tenentium stipulationem hanc in
causa principali factam in causa appellationis
committi, vt infra statim dicam, & est verissi-
ma opinio; quia fideiussor teneretur ratione
secundæ sententiæ confirmatoriæ, & non ra-
tione primæ, pro qua fideiussit, cum tunc actio
26 oriatur ex secunda, & non ex prima, & execu-
tio fiat per Iudicem ad quem, non autem per
Iudicem a quo secundum magis communem
Doctorum opinionem, de qua testatur Alex. in
d. l. 1. num. 5. & 6. versicu. in ea glos. ad fin. &
in dict. l. a Diuo Pio num. 20. versicu. extra gl.
de re iudic. Marant. d. tit. de execut. sent. num.
6. versicu. quarto limita, vbi alios citat, & idem
est quando non reus ipse condemnatus appel-
lauit, sed actor a modica condemnatione, &
27 prima condemnatio per Iudicem appellatio-
nis confirmata fuit; nam, & tunc non tenetur
fideiussor ex eisdem rationibus, & multo ma-
gis quia cessant oppositiones Gul de Cuneo,
quæ procedunt tantum, vbi reus condemna-
tus appellat, ne scilicet sit in sua potestate, se
suosq; fideiussores liberandi per appellationis
interpositionem, vt per Bart. & Castr. præcita-
tis in locis, tenentes indistincte huiusmodi sa-
tisdationem in causa principali factam non
comitti in causa appellationis, siue reus,
siue actor appellet, & rationem Guliel. quan-
do reus condemnatus appellauit dicit Bart.
nõ procedere. quia sibi imputare debet actor,
qui non petiit de nouo satisdari in causa ap-
pellationis, eandem opinionem amplectuntur
Doctores in prima quæstione citati in versicu.
constat autem, qui generaliter, & indistincte
tenent hunc fideiussorem in principali causa
datum non teneri in causa appellationis se-
quentes glo. in d. l. 2. C. de procurat. Aut in cau-
sa appellationis interpositæ, siue per reum a ni-
mia condemnatione siue per actorem a modi-
ca, Iudex appellationis non confirmauit pri-
28 mam sententiam, sed aliquid ei addidit, vel de-
traxit, & non tenetur fideiussor ex rationibus
iam dictis, quod mutata instantia, & variato
iudice, seu tribunali talis obligatio perimitur,
& quia si non tenetur confirmata simpliciter
sententia, multo minus teneri debet ea refor-
mata, cum tunc magis absque dubio ex secun-
da sententia oriatur actio, & non ex prima,
quæ fuit alterata, & ita probant authoritates
iam adductæ, & ita etiam in hoc casu tenuit,
& bene Barto. in d. l. Iulianus, sub numero quar
to, versicu. aut non confirmatur, quem sequu-
tus fuit Augustin. de Arimin. in loco citato, &
sentit etiam Boer. dicta decis. 315. numero pri
mo, circa princip. & cum hac distinctione, quã
ex antiquorum Doctorum scriptis colligi, qui
ea in fonte viderit, facile iudicabit, singuli ca-
sus, qui contingere possunt, particulariter de-
ciduntur, & non generaliter, & in confuso, Vbi
29 autem fideiussor iste de iudicato soluendo te-
netur, sententia condemnatoria rei contra ip-
sum exequitur de facto, & velo leuato, sine a-
lio nouo processu, & absque citatione Bart. in
l. 1. numero secundo, ff. iudic. solut. Caguol. in-
quiens ita communiter concludere Doctores
in l. in eo, quod plus sit, 111. §. nemo alienæ rei
in fine, numero secundo, versic. postremo quę-
ritur, ff. de regu. iur. sequitur Clar. d. quæst. 46.
numero 19. versic. vbi vero, & latius, quæst. 95.
circa princip. sub num. primo, Muscatel. d. mo-
do 12. num. 32. & 33. versic. sed quia raro, quic-
quid postea subiiciat, num. 34. & seq. & alii per
eos allegati quibus adducuntur Bal. in l. duo-
bus, §. igitur si quis, ff. de iureiur. Alexan. in l. sæ
pe, sub num. 16. & 17. post versic. in tex. ibi sed
scientibus, ff. de re iudic. & consil. 156. nu. 6. lib.
secundo, Tiraq. in comment. tit. C. res inter a-
lios actas aliis non præiudic. in prima declara
tione primæ limitationis ad finem, versic. quæ
declaratio in octaua carta, folio mihi 10. in li-
bris paruæ formæ impressis Venet. de anno
1563. & Petr. Ioan. Anchar. lib. secundo, quæst.
iur. famil. quæst. 19. in discrepationem iam ve-
nerat, numero 3. & sequen. versi. secundo vero
casu, & est de mẽte Mars. in d. rub. ff. de fideius.
quæst. 52. numero 426. & aliorum per ipsum ci
30 tatorum, qui etiam expresse volunt, quod eo-
dem modo fideiussor conuentus pro executio
ne potest petere executionem contra ipsum
principalem sine alio processu, & sine alia sen-
tentia, executiue, & de facto, quod æquitatem
sapit, nec est necesse, quod iste fideiussor cite-
tur ad sententiam contra dictum principalem
proferendam, quia iudicium non agitur cum
eo, licet per obliquum ei præiudicet, ita no-
tat Bal. in d. §. igitur si quis ante finem, sequun
tur Alexan. in d. l. sæpe, numero 16. & 17. Musca
tal. vbi supra num. 33. & late Tiraq. in d. prima

declaratione dictæ limitationis primæ versic. quæ declaratio, & latius Mars. in d. Rub ff. de fideiuss. q. 4 .nu. 409. & plur. seq. & pulchrè tradit Bal. consi. 46. notandum est, ver. modo quęstio est, lib. 3. concludens, quod talis fideiussor non est citandus in taxatione expensarũ, quia
31 iuditium factum cum principali afficit eũ secundario, & non principaliter, vnde cum non debeat citari in causa principali, nec in appenditijs necessarijs citari debet, alias pro vno aduersario cogeretur quis habere plures, & propterea natura huius fideiussionis est, vt afficiat fideiussores etiam non citatos per iura per ipsum Bal. allegata, qui tamen subdit in fi. quod tautius esset si etiã fideiussor citaretur. Et hæc sufficiant in his duab. quæstionib. sæpissimè occurrentib. in quib. criminalistę, authoritates a modernis citatas oculata fide non inspicientes, sed earum relationi, & quandoq; non fideli initẽtes plerunq; simpliciter pertrãseunt, adeo quod nec pfectã doctrinã possunt ipsimet adipisci nec aliis scriptũ relinquere.

EPITOME.

An contumax habitus a statuto pro cõfesso condemnatus possit appellare, & quid si non solum pro confesso, sed etiam pro conuicto habeatur, & dato quod possit, an onus probandi innocentiam ad ipsum spectet, an vero ad accusatorem, vel fiscum inquirentem ostendendi, quod deliquerit, & quid in comparente ante cõdemnationem post terminum tamen banni, quidve in admissis ad nouas defensiones, vel restitutis aduersus sententiam, vel bannum, & an accusator, vel fiscus possit contra sic admissum, vel restitutum probare delictum, & an testes pro informatione curiæ recepti in primo processu contumaciali, parte non citata, fidem faciant contra talem condemnatum absque eo, quod iterum examinentur, vel repetantur citato ipso reo.

SVMMARIA.

Contumax ex forma statuti habitus pro confesso, & condemnatus potest appellare in casib. in quibus alias datur appellatio, nu. 1.

Et idem si ex statuto habeatur non solum pro confesso, sed etiam pro conuicto, numero 2.

Contumax ex forma statuti habitus pro confesso, & condemnatus appellans non tenetur eius innocentiam probare, sed fiscus, vel accusator debet probare delictum, quia in causa appellationis non durat dicta confessio ficta, nu. 3.

Contrarium tamen verius est, quod imo ipsi appellanti incumbat onus probandi, 4.

Contumax ex forma statuti habitus pro confeßo, & cõdemnatus postea non auditur, sed contra eum exequitur sententia, 5.

Reus comparens post terminum banni, licet ante sententiam, non relevatur sola negatione, sed grauatur onere probandi suam innocentiam, 6. & 14.

Qua conclusio procedit, licet nulla alia vltra contumaciam adsint indicia, licet aliqui contrarium tenuerint. nu. 7.

Et idem licet non fuerit ante diffinitiuam per Iudicem pronunciatum, dictum contumacem haberi pro confeßo, licet aliqui contrarium teneant. 8.

Et multo magis si processerit declaratio contumaciæ, licet a statuto probibita eße appellatio a tali interlocutoria, 11.

Contumacia satis est quod apparet ex actis absq; alia Iudicis declaratione, 9.

Contumaciæ declaratoria non fit hodie de consuetudine, nisi in diffinitiua sententia. 10.

Et idem est licet contumacia non fuerit per aliquem accusata. 12.

Cotumacia hodie de consuetudine non accusatur, numero 13.

Florentiæ extat decretum contra contumaces, qui non comparuerint in termino banni, vt ad ipsos spectet onus probandi innocentiam, & est verissimum, & iuri communi consonans, 15.

Condemnatus, & post sententiam in iudicatum transactam restitutus in integrum aduersus sentẽtiam, vel admißus ad nouas defensiones, an teneatur probare suam innocentiam. 16. & seq.

Appellatio non datur ex statuto Florẽtino a sententia criminali diffinitiua, vel interlocutoria, sed solum in causis mixtis. 17.

Appellatio datur in causis mixtis, etsi statutum probibeat in criminalibus appellari. 18.

Appellatio tolli potest a statuto. 19.

Admissio ad nouas diffensiones, quibus de causis introducta. 20.

Admissio ad nouas diffensiones, quando debeat a principe concedi. 21.

Condemnatus, & post sententiam iudicatum transactam admissus ad nouas defensiones, tenetur innocentiam suam probare, 22. cum seq.

Admißo ad nouas defensiones mortuo ante præsentationem gratia poterit hæres pro suo intereße præsentare. 23.

Admißo ad nouas defensiones non probante innocentiam Iudex exequitur sententiam, si ex qualitate inditiorum tutam habet conscientiam, quod reus deliquerit. 24.

Si vero inditia sint debilia, torquetur, vel mitius punitur. 25.

Admissus ad nouas defensiones, si non probet innocentiam,

tiam, vel non elidat indicia torquetur, etsi contra eum extet sola contumacia, 26.

Admissio simplex ad nouas defensiones non tollit confessionem ex contumacia resultantem, sed facit, vt condemnatus audiri possit, & contrarium probare, num. 27.

Restitutus aduersus sententiam, & bannum non tenetur innocentiam probare, sed accusatore, uel fisco nõ probante delictum absoluitur, 28.

Restitutio tantum restituit, quantum id abstulit aduersus quod datur restitutio. 29.

Restitutio aduersus sententiam, non autem aduersus bannum tollit quidem sententiam, non tamen confessionem ex contumacia, & banno resultantem, numero 30.

Gratiæ tenor valde considerandus in admissis ad nouas defensiones, vel restitutis, vt appareat an magis, uel minus plenas sit restitutio. 31.

Florentiæ quid seruetur circa admissos ad nouas defensiones, 32.

Et quod tales non probantes innocentiam nõ torquentur, etsi contra eos extet sola contumacia, sed sententia mandatur executioni. 34.

Reseruatio termini in sententia ad comparendum post sententiam, quid operetur.

Probationes delicti fieri possunt per accusatorem, vel fiscum tempore, quo admissus ad nouas defensiones potest innocentiam suam probare. 35.

Testes regulariter debent, reo citato, examinari, vel repeti. 36.

Testes, reo non citato, pro informatione curiæ examinati non sunt repetendi, vbi reus fuit contumax, licet postea admissus ad nouas defensiones, vel restitutus aduersus sententiam, & bannum comparuerit, numero 37.

CASVS CENTESIMVS DECIMVS.



Tante statuto, quod citatus, & positus in banno ob contumaciam in non comparendo infra terminos præfixos ad se defendendum ab accusatione, vel inquisitione, habeatur pro confeso de omnibus, de quibus imputatur, de pluribus in contingentia facti diuersis tẽporibus, disputati vidi in materia fracturę, pacis, treugæ, & promissionis de non offendendo, in qua appellatio permissa est in statuto Florentino. Primo, an condemnatus in contumaciam in pęnam fracturæ pacis, treugæ, vel cautionis de non offendendo, vti contumax, habitus pro confesso, ex forma statuti possit appellare. Secundo dato quod liceat appellare, an talis ficta confessio inducta in illa prima instantia ex contumacia propter citationem & bannum duret in causa appellationis, ita quod pars, quæ accusauit, vel curia, quæ inquisiuit, habeat intentionem suam fundatam, & nõ debeat probare, quod reus cõmiserit maleficiũ, sed ipse accusatus, vel inquisitus habeat se excusare, & suam innocentiam ostendere, quod maleficium illud non fecerit. Tertio an idem sit in restitutis in integrum aduersus sententiam, vel bannum, vel admissis ad nouas defensiones. Quarto an facta dicta restitutione, vel admissione liceat accusatori, vel fisco probare delictum contra dictum restitutum vel admissum. Quinto an testes pro informatione curiæ recepti in processu contumaciali, parte non citata, probent contra dictum restitutum, vel admissum absq; eo, quod denuo examinentur, vel repetantur.

Circa primum an condemnatus in contuma-
1 ciam, & habitus in statu pro confesso, appellet, respondetur, quod potest appellare, quia propter bannum, & propter confessionẽ fictã non denegatur appellatio, ita consuluit Paul. de Castr. consi. 141. visa quadam inquisitione, in pr. dubio num. 1. lib. pri. inquiens, quod ita reperiit consultum fuisse per D. Bald. & Guliel. & D. Comitem de Perusio in quodam consilio incipiente Titius accusatus, & idem tenuit idem Cast. in l. secunda. §. quod si actor. num. 6. versiculo in glos. seq & melius num. 7. versic. & ex prædictis soluitur quæstio, C. de iure iur. propter calumn. dand. vbi pariter dicit, quod super hac quæstione consuluit Bald. de quo consilio meminit itidem ipse Castr. consi. 3. super pr. quæsito sub num. 5. lib. 3. dicens, quod fuit etiam subscriptum per D. Angel. & per D. Petrum de Perusio, quod consilium vti Baldi cum subscriptione D. Gulielmi de Perusio hodie impressum reperitur inter consilia criminalia diuersorum in antiquioribus impressis in parua forma vol. pr. consi. 23. incip. Titius accusatus, eandem opinionem tenuerunt Bald. in l. ita demum nu. 6. versi. restat vnum C. de procurat. Nellus in tract. de bannitis in quarta parte primi temporis q. pr. sub num. pr. Foller. in pract. crimin. in quarta parte tertiæ partis principalis in verbo, & si confirebuntur sub nu. 35. versicu. octauo operatur, Boss. in pract. crim. tit. de reis requir. num. 3. versicu. & dicit, & tit. de litteris princip. bannit. admit. ad nouas defension. num. 5. versicu. quarto est quærendum. Flam. Cartar. in tract. de execut. sentent. contumac. capto bannito, cap. pr. nu. 60. & seq. versic. si vero dicit, & nu. 105. cum plurimis sequentibus post versi. nonus est effectus. Prosper Farinac. li. pr. quæst. crimin. tit. de inquisit. quæst. 11. sub num. 48. versicu. limita octauo principalem regulam.

Quod videtur procedere non solum quan-
2 do a statuto contumax habetur pro confesso, vt loquuntur Doctores citati, sed etiam quando habetur pro confesso, & conuicto, quia, & tunc appellare potest, quicquid dixerint Nellus, & Folleri. in locis citatis, & alii adducti per Flamin. Cartar. d. cap. pr. n. 58. & seq. versic. & tamen alias de iure, & nu. 261. post versi. nã post annum, & per Prosper. Farinac. d. quæst. 11. sub nu. 48. versi. in hac opinionum contrarietate, ita enim expresse loquitur Bald. in d. consi. 23. nu. 25.

23.nu.25.versic. nec obstat quod iste habeatur pro conuicto. & confesso, & in d.l.ita demum, n.6.versi.restat vnum C.de procurat. & ita etiã tenuerunt Aretin.consi.146.sub num.5.vers. & idem esser si statutum, Angel.de malefic. in ver bo præsente dicto Caio, & appellante num.21. versi.& quod dixi.Corn.consi.194.col. fin. sub num.5.versic.accedat quod notat Bald.& versi. nec obstat quod dicit Bald.lib.pr. & consi. 17. col.5.sub nu.3.versi. accedat quod notat Bald. & col.7.sub num. 5.versi.nec obstat quod dicit; Bald.lib 3.Cartar.d.c.primo sub nu.261.versic. sed contrarium,& Farinac.d.q.11.sub num.48. versi.hæc tamen Nelli distinctio, vbi bonis rationibus ostendit nullam esse differentiam, an statutum habeat contumacem pro confesso tantum, an vero pro confesso, & conuicto simul, & vtroq; casu appellationem admitti secundum veriorem, & magis communem senté tiã scribentium,a qua in iudicando non est tutum recedere,quia ratio in qua fundatur contraria opinio, vt confessus, & conuictus de iure non possit appellare,uidetur procedere in eo,qui vere est confessus,& conuictus,non autem in eo, qui ficte talis est per contumaciam vigore statuti;nec facienda est extensio de casu vero ad casum fictum , vt bene aduertit Farinac. & probatur ex his, quæ notat Nellus in d.quarta parte primi temporis quæst.2. sub n. 2.circa medium versicu. pro decisione prædicta, & ita punctualiter in hoc proposito tradit Angel.de malefic. supra relatus in d. versic. & quod dixi.

Circa secundum, an ficta confessio primæ in stantiæ ob contumaciam duret in causa appel lationis,vel ne, & successiue an accusator, vel fiscus habeat intentionem fundatam ex sententia,& ipsi reo incumbat onus innocentiam suam docendi,an vero agens debeat ostendere, ipsum reum deliquisse, reperio quod Paul. de Castr.d.consi.141.in secundo dubio num.2.

3 lib.pr.re ad partes discussa,resoluit,quod onus probandi reum commisse delictum, incumbit accusatori,vel curiæ inquirenti,& non ipsi reo appellanti, quia in causa appellationis licita est purgatio moræ, & per appellationem fit re positio ad statum, inquo appellans reperiebatur immediate post litem contestatam in causa principali;ex quo sequitur,quod cum sit repositus in statu, in quo erat ante bannum,sicuti,si eo tempore comparuisset,non fuisset positus in banno,nec habuisset probare,se non deliquisse,sed accusator, vel curia inquirens debuisset docere eum fecisse malecficium, alias fuisset absolutus ex simplici eius negatione, ita,& in causa appellationis,in qua,quoad me rita causæ is probare tenebatur per l.hi qui ad ciuila cum ibi notatis C. de appellat.& dicit Castr. quod ita determinatum fuit per dictos Dominos.Bald. Guliel. & Comit. de Perusio in d. consi. incipiente Titius accusatus, quod vt dixi citat etiam idem Castr. d. consi. 3. sub num.5. lib. tertio, dicens fuisse etiam subscriptum per D. Angel. & per D. Petr. de Perusio, & nunc reperitur impressum cum sola tamen subscriptione D.Guliel.inter consi. crimin.diuersorum primo loco impressa, consi.23. volumine primo,vbi Bald. aperte concludit in hoc puncto, quod si accusator, vel fiscus nõ probat aliter, quam per processum cótumaciæ in principali causa factum, quod reus appellans deliquerit, & is neget se deliquisse,sententia condemnatoria non confirmabitur, sed appellans absoluetur,quia appellatio rescindit sententiã præsenti statu attento,& purgata dicitur contumacia per comparitionem, & in causa appel lationis idem probat, qui in prima causa habe bat probare, quas authoritates ad hoc citat Cartar.d.cap.primo,num. 205. versic. tertium vero caput,& sequitur Farin.d.q.11. sub num. 103.ad fin.versic. limita secundo dictam quintam principalem sublimitationem ,& subdit Bald.quod licet ista quæstio sit multum dubia, tamen declinat in hanc partem absolutionis tanquam humaniorem,dicit tamen; quod non negat, quin si essent alia indicia vltra contumaciam facilius conuinceretur,quia bannum facit quem suspectum, & istud consilium est illud,quod Nellus in d. quarta parte primi temporis quæst.secunda num.2.inquit vidisse,facit enim mẽtionem de Baldo,refert eius rationes, & vltima verba consilij in eo,quod si alia extarent indicia facilius conuinceretur, cum bannum eum suspectum fecerit, & sequitur Nellus eandem opinionem ex eisdem rationibus, quam indubitanter veram esse dicit, nisi ante diffinitiuam sententiam fuisset pronunciatum, vel accusatum, inquisitum haberi pro confesso, & is ab ea pronuntia.cum posset,non appellasset, sed eam in iudicatum transire permisisset, quia tūc virtus fictæ confessionis duraret,si appellans suam innocentiam probare teneretur, & ostendere rem aliter se habere, alioquin cõ firmatur sententia contra eum lata, cum fiscus habeat tunc intentionem fundatam & secundum hanc distinctionem Nelli tenendum dicit Boss. in pract. crimin. tit. de literis Princip. bannit. admittentib. ad nouas defens. sub num.5.post versi.quarto est quærendum,sequitur Cartar.d.cap.primo num.207. & seq. versi. sed Nellus distinguit, & faciunt dicta inferius in versi.secundo,quod illa prior,& in versi.tertio, vt prima opinio.

4 Contrarium autem, quod imo accusator, seu fiscus habeat intentionem fundatã ex sententia lata propter contumaciam habitam a statuto pro confessione, & reus condemnatus appellans debeat innocentiam suam ostendere, nec sufficiat, quod se deliquisse neget, & alioquin contra eum condemnato fit confirmanda,& exequenda, renuit Bald. sibi contra rius in d.l.ita demum sub num.6.versicu.restat vnum C. de procurat. quem sequutus fuit Castr. pariter sibi contrarius in l.2.§.quod si actor nu.6.

nu.6.versi.in glos.seq.& nu.7.versi.& ex prædi-
ctis C.de iure iuran.propt.calum.dando, & la-
tius d.consi.3.nu.3.& seq.versi.item adhuc cla-
rius lib.3.& difuse tradit Corn.d.consi.194.li.
pr.& d.consi.17.lib.3. qui sententiam hanc iu-
ribus,rationibus & authoritatibus probat, cã
etiam ex multis firmat Cepoll. consi. crimin.
63.in secundo dubio num. 12. & sequentibus,
sequitur Cartar.d.cap.pr.num.206 versic. sed
& in hoc capite, vbi alios refert, & præcipuè
Angel.ita obseruatum fuisse attestantem,& no
uissime Farinac. plures alios adducens, & esse
opinionem veriorem, & receptiórem dicens.
d. quæst. 11. in quinta sublimitatione decimæ
tertię limitationis sub num.100.101.& 102.vbi
etiam eam defendit respondendo adductis in
contrarium, quæ opinio etiam probatur ex di
ctis per Bart.in l.pr.in fine,ff de requir.reis,vbi
ait, quod ex forma statutorum Ciuitatum Ita
liæ contumax, & exbannitus habetur pro con-
fesso,& postea de crimine non audiatur, & me
lius in l.Diuus sub nu.4.post versi. vlterius vos
videtis,ff.de custod.& exhibit.reor.vbi inquit,
quod secundum statuta Ciuitatum Italiæ ex-
banniti habentur pro confessis,& sententia fer
tur in eos tanquam in confessos, & ideo quan
do sunt capti post condemnationem non est
opus nouo processu,sed sola executione, vnde
5 num. 5. dat practicam, quod ex bannito pro-
ducto coram te facias reperiri bannum, & fa-
cias eum confiteri,quod est ille talis,qui repe-
ritur exbannitus, & condemnatus pro tali cri
mine, & tali tempore, & facias postea execu-
tionem quando uis, & dicit, quod ita pluries
practicauit,& est opinio verissima, & in practi
ca obseruata in casibus in quibus datur appel
latio, & fortius admittitur quando non appel
latur a sententia criminali,nec diffinitiua,nec
interlocutoria, tunc enim indubitanter stat
virtus fictæ confessionis ex contumacia resul-
tantis,quæ aliud non expectat, nisi ipsam exe-
cutionem iuxta allegatum dictum Bartoli in
d.l.Diuus,vt tradit Boss.d.tit.de liter. princip.
bannit. admit.ad nouas defensi.sub num.5.an-
te finem,quem sequitur Cartar. d. cap. pr. sub
num.210.& seq.versicu.& ideo Boss.dicto loco
subdit,& Farinac.d.quæst.11.sub num. 103. ad
fin.versicu. limita secundo dictam quintã prin
cipalem sublimitationem in fine, & procedit
dicta conclusio,nedum quando Reus non com
parens & contumax habitus per statutum pro
confesso comparet post sententiam diffiniti-
uam condemnatoriam, vt sunt termini propo-
sitę questionis,sed etiã ante eius proclamatio-
6 nem post terminum tamen banni,nam, & tunc
grauatur onere probandi suam innocentiam,
nec releuatur ex sola negatione,quia fiscus ha
bet intentionem fundatam ex banno, post
cuius terminum, cum statutum habeat contu-
macem pro confesso,ab ipso statuto dicitur fa
cta executio,qua facta, moræ purgatio nō ad
mittitur, & firma manet confessio inducta per
statutum,ita in puncto voluit Farinac.d.quęst.
11.sub num.102.versicu.amplia hanc quintam
sublimitationem, vbi inquit esse veriorem, &
communiorem sententiam, & habere multas
validissimas rationes, & præsertim iam addu-
ctam valde stringentem. & habetur per Car-
tar.quem allegat d. cap. pr. num. 147. & plur.
seq.versicu.contraria vero opinio,& probatur
ex notatis per Bart. in l. quisquis in fine C. ad
leg.Iul.maiest.vbi formaliter ait quod bannũ,
7 quod datur hodie secũdum statuta terrarum,
est mortale, & elapso termino banni non dare
tur venia comparenti, & venienti demanda-
ta, de quo dicto mentionem faciunt Castr. d.
consi. 3. num. 3. & Cartar. supra citatus num.
158.in fine, & ita etiam in terminis late Are-
tin.consi.146.sub num.5.post versicu. his tamẽ
non obstantibus,& confirmatur ex his, quæ in
fra dicam,& hanc sententiam semper tenui, &
in practica obsseruari vidi, vt ibi subiiciam.in
qua re tamen multi tenent contrarium, & præ
sertim Castr.d.consi.3.num.11.& seq.versicu.il
li ergo lib. 3. & Nellus de bannitis in tertia
parte primi temporis,quæst. 8. post principiũ,
qui plures adducit rationes, & alii, quos late
idem Cartar. antea refert num. 130. cum seq.
versicu. secundum caput, pro qua adduci pos-
sunt Bald.d.consi.22. & ei subscribentes Castr.
d.consi. 141. in secundo dubio, & alii omnes,
qui volunt post sententiam in causa appella-
tionis onus probandi incumbere accusatori,
vel fisco inquirenti, & non reo in contuma-
ciam condemnato, appellanti ita vt eo solum
negante se delictum comisisse, & aliter non
probato contra eum maleficio per accusato-
rem,vel per fiscum, sit in casu absolutionis; si
enim hoc est, contumace post sententiam dif-
finitiuam comparente, multo magis esse de-
bet eo ante dictam sententiam comparente,vt
de se patet, quos, & in hoc casu allegat ipse
Cartar. qui distincte in hac materia loquutus
est plures casus constituendo, vt apud eum vi-
deri potest. Et licet idem Cartar. tenendo pri-
mam opinionem respondeat argumentis con-
trariæ opinionis num.159.& plur.seq.versicũ.
& tenendo hanc partem, nihilominus negari
non potest,quin passus sit difficilis, & dubius,
vt idem Cartar. dixit, dum ipsam quæstionem
proposuit nu. 130. & ante eum idem affirma-
uerunt Bald.d.consi.23.ad fin.& Castr.d.consi.
3.sub nu.11.versi.inquantum vero,qui propriè
loquitur in terminis istis de comparente post
terminum banni ante diffinitiuam, & non in
comparente post sententiam diffinitiuam, ut
loquitur Bald. cuius tamen dicta, & sequacis
adducunt Moderni etiam in comparente an-
te diffinitiuam sententiam,post lapsum tamen
termini banni. Et propterea in hac dubieta
te nō defuerunt qui has opiniones contrarias
pluribus modis conciliate tentarunt,primo vt
prima opinio Baldi,& subscribent ium d. cõsi.
23. Castr. d. consi. 141. in secundo dubio lib.
primo

primo, & aliorum, de quibus memini supra versicu. circa secundum, quod onus probandi accusatori, vel fisco incumbat, procedat quando non adest nisi sola contumacia, secus autē quando vltra contumaciam adsunt alia indicia, quia tūc facilius reus conuincitur, ex quo bannum fecit eum suspectum, vt ex ipsomet Bald. Nello, & aliis dixi in eodem versiculo, & proinde procedit secunda opinio eiusdem Baldi in d. l. ita demum, & Castr. in d. §. quod si actor, & aliorum, quos adduxi supra versicu. contrarium autem, quod scilicet contumax debeat innocentiam suam ostendere, alias sit cōdemnandus, accusatore, seu fisco intentionem fundatam ex banno habente, ita tradit Cartar. d cap. primo num. 168. & 169. versicu. possunt hæ contrariæ opiniones, qui tamen non acquiescit, & bene, quia sufficit bannum, quod habet robur a statuto, & de per se inducit confessionem ex contumacia, vt considerant Doctores pro prima opinione allegati, secundo quod illa prima opinio Bal. consil. 23. & sequacium locum habeat, quando ante diffinitiuam sententiam non fuit per Iudicem pronunciatum non comparentem esse contumacem, & haberi pro confesso: secunda vero opinio eiusdem Baldi in d. l. ita demum, & aliorum eum sequentium procedat, quando per Iudicem ante diffinitiuam fuit pronunciatum reum esse contumacem, & pro confesso haberi, vt pr. casu non teneatur contumax docere se non comisisse delictum, sed sola negatio sibi sufficiat, aliter maleficio contra eum non probato ad obtinendam absolutionem, qua si quod ante dictam declarationem non habeatur pro perfecte confesso: secundo autem casu debeat contumax suam innocentiam probare, cum accusator, vel fiscus intentionē fundatam habeat ex dicta declaratione, per quā sibi ius quæsitum fuit, ita vt mora purgari amplius non possit, ita dicit Cartar. d. cap. primo num. 170. & multis seq. versicu. secundo cōciliari possunt, sequitur Farin. d. q. 11. sub num. 102. versicu. limita primo præcedētem ampliationem non procedere cum versiculis sequentibus, & fuit cōsideratio Castr. in propriis terminis d. consi. tertio num. 12. cum seq. versi. secundus quando lib. 3. nec discrepat Nellus in d. quarta parte primi temporis quæst. 2. post medium, quem sequitur est Boss. d. tit. de liter. princip. admir. bannit. ad nou. defens. sub num. 5: licet Nellus, & Boss. loquantur in comparente post sententiam diffinitiuam, & ista conciliatio satisfacere videtur Cartar. & Farinac. qui late insistunt, & ea attenta, semper reus comparens ante sententiam diffinitiuam ex sola negatione curia aliam probationem, quam contumaciam non habente consequitur absolu-

9 tionem, cum hodie ex generali totius mundi consuetudine non soleat post lapsum terminum banni fieri declaratio, quod contumax habeatur pro confesso, sed ea tantùmodo fiat in ipsa diffinitiua sententia, dum in ea communiter dicitur habita dicti accusati, vel inquisiti contumacia pro vera, & legitima confessione ex forma statutorum, vt per Cartar. in discursu d. secundæ conciliationis, num. 179. & seq. versicu. & ideo cum in statu Ecclesiastico, & per Farinac. d. quæst. 11. sub num. 102. versi. limita secundo dictam ampliationem, qui coeteros allegant, & precipue Nellum in d. tertia parte primi temporis q. 10. ad finem versi. potest tamen, qui etiam subdit, quod per simplicem condemnationem contumacis absq; expressa declaratione, quod habeatur pro confesso, intelligitur sic declaratus, quod & tradiderunt Cartar. & Farinac. in hoc non allegantes Nellum, sed hæc conciliatio mihi non placet, quia si attendenda esset, bannum seruiret de vento, & nihil operaretur contra contumacem ante latam sententiam diffinitiuam, cum quicquid sit de iure, ex generali curiarum stilo non soleat Iudex post lapsum terminum bāni pronunciare super contumacia rei, vt pro confesso habeatur: sed hoc faciat solumodo tēpore sententiæ diffinitiuæ, & in ipsamet condemnatione, in qua stante rei contumacia, & ea habita pro vera, & legitima confessione, illum vti contumacem condemnat, vt dictum fuit, & probat idem Cartar. in d. tract. cap. fin. nu. 174. versicu. pro vt etiam ex forma dictarum constitutionum, vbi amplius vult quod quando statutum dicit, quod contumax ponatur in ban-

10 no, non est necesse, quod Iudex prius quam ponat in banno, declaret eum contumacem, sed satis est quod contumacia ex actis constet, qua stante a statuto dicitur facta executio absque alia declaratione, quod etiam voluit Afflict. per eum allegatus lib. secundo constit. Regni. Rubr. 3. de forbannitis, & forindicatis in constitut. pęnam eorum nu. 18. versicu. quinto requiritur.

Tertio vt prima opinio Bal. dicto consil. 23. & aliorum vendicet sibi locum, quando ante diffinitiuam sententiam pronunciatum fuit, quod reus iam in banno positus habeatur pro

11 confesso, & is non potuit appellare iure municipali appellationem ab interlocutoria prohibente, & reseruante in appellatione a diffinitiua, quia tunc accusatori vel fisco incumbit onus probandi reum deliquisse, cum nihil reo imputari possit. Altera opinio Baldi in dict. l. ita demum, & aliorum admittatur, quando reus a dicta declaratione poterat appellare, & non appellauit, sed tempus ad appellandum ante diffinitiuam sententiam labi permisit; nam tunc reo incumbit onus suam innocentiam probandi, quia illa pronuntiatio in iudicatum transiuit, nec per appellationem a diffinitiua reuocara fuit. ita tradit Cartar. d. cap. primo num. 204. versicu. possunt & tertio, & adduxit Nellum in d. quarta parte primi temporis q. 2. ad fin. & Boss. eum sequentem in d. tit. de liter. princip. bannit. admit. ad nou. defens. num. 5.

nu.5.quos tamen loqui in comparente post latam d ffinitiuam sententiã superius dixi. Sed
12 nec illa conciliatio satisfacit, quia ea stante non solum bannum careret effectu contra ea, quæ diximus in fine secundæ cõciliationis, sed & pronunciatio super eo sequuta, quod reus haberetur pro confesso, & est de directo cõtraria dictæ secundæ conciliationi. per quam constat nullum dubitare quin bannum suum habeat effectum, quando Iudex declarauit contumacem haberi pro confesso, licet aliqui dubitent quando talis declaratio facta non fuit.

Quarto, vt prior sententia Baldi d.consi.23. cum sequacibus, procedat, quando accusator, vel fiscus, non comparente reo in termino banni non accusauit contumaciam, quia tunc cum dici non possit constare de cõtumacia ex actis, requirebatur Iudicis declaratio, qua non sequuta, ipsi accusatori, vel fisco opus est probare reum deliquisse. Posterior vero eiusdem Baldi in d.l. ita demum. & aliorum opinio locum habeat, quando fuit accusata cõtumacia, quia tunc cum satis dicatur constare ex actis de cõtumacia, nulla Iudicis requiritur declaratio, & propterea ipsi reo onus suam innocentiã probandi incumbit, ita aperte dixit Castr.d.consi. 3.num.22.& 23.versicu. sed si quæritur, & versi. seq.lib. 3. de quo meminit Cartar. in discursu secundæ conciliationis num. 192. & 194. ibi pro vt etiam sine dubio, & confirmari potest ex dictis per Nellum de bannitis in tertia parte primi temporis quæst.10. num. 10. in princ. sed, & hæc conciliatio non placet, quia quicquid sit de iure circa hanc accusationem contumaciæ, vt per Cartar. in eodem tract.cap.fin. num.167.& pluribus seq. versicu. nec defectus adesit, tamen de consuetudine non seruatur,
13 quod accusetur contumacia rei, siue procedatur per viam accusationis, siue per viam inquisitionis, sed sufficit, quod ex actis constet quod reus citatus non comparuerit, sed contumax fuerit, ut diffuse tradit idem Cartat.d. cap. fin. num. 171.& seq.versicu.quinimo etiam.vbi adducit Boss.in pract.crimin. tit. de banni nullit. num.7.ad finem, & Clar. in pract.crimin.quæst. 44.num.7.versicu. dictum est quod ex generali consuetudine, & alios, vnde prædictis conciliationibus reiectis, & non attentis tenenda est opinio primo loco relata, quod generaliter, & indistincte comparens post terminum banni ante sententiam diffinitiuam grauatur one-
14 re probandi suam innocentiam, quia accusator, vel fiscus habet intentionem fundatam ex ipso banno secundum veriorem, receptiorem, & probabiliorem sententiam, de qua supra diximus, quam etiam in practica seruari vidi, & ipse semp seruaui, & a qua propterea in iudicã do recedendum non est. Cessat autem contro-
15 uersia hæc in statu Florentino propter decretum editum contra contumaces de anno 1558. 16. Septembris per quod specialiter cautum est, quod accusatus, vel inquisitus de maleficio non comparens in termino solitarum citationum, & factus contumax, si postea comparuerit ante sententiam sine aliquibus alijs indicijs subiacere intelligatur, & subiacet ex dicta contumacia torturæ ad eruendam veritatem, & onus suam innocentiam probandi habeat, & quicquid aliud est opus ad se iustificandum, non obstante dicta eius comparitione, & in carceribus constitutione ante latam sententiam, quod decretum iustissimum est, & nõ est difforme iuri communi, secundum quod ante sententiam post terminum banni captus, vel etiam sponte comparens torquetur etiam nullis alijs contra eum extãtibus indicijs, Cartat. d.cap.pr.num.451.& seq. versic. tametsi solum bannum, & Farinac.d quæst. 11. num. 70. cum seq. versicu. subl:mita tertio decimam tertiam limitationem, & versicu.seq.& est in viridi obseruantia, & quotidie practicatur, quia post lapsum terminum citationum ad respondendũ accusationi, vel inquisitioni, & sic post contumaciam, si reus comparet ante condemnationem & vult probare suam innocentiam, auditur, & eius probationes recipiuntur; si vero non habet probationes, torquetur, vt purget cõtumaciam, & indicium ex ea resultãs; quod multo magis fit, quando vltra contumaciam alia adsunt indicia, nam, & tunc illis non sublatis per innocentiæ probationem, vel per contraria indicia. torquetur, & quidem acrius, quam quando sola extat contumacia, subijcitur torturæ.

Circa tertium, quid sit in restitutis in integrum aduersus sententiam, & bannum, vel aduersus sententiam tantum, vel in admissis ad nouas defensiones post transitum in rem iu
16 dicatam, an scilicet ipsis restitutis, seu admissis incumbat onus innocentiam probandi, an vero accusatori vel curiæ opus sit ostendere, quod deliquerit, paucioribus expediri potest, nam vbi sententia transiuit in rem iudicatam, vel quia lapsa sint tempora ad appellandum concessa, vel quia a statutis sublata sit appellatio, prout in plerisq; partibus Italiæ, &
17 præsertim in statu Florentino, in quo non appellatur a sententia criminali nec diffinitiua, nec interlocutoria exceptis iam dictis casibus pacis, treugæ, & promissionis de non offendendo, & similibus habentibus forte pœnam mixtam criminalem scilicet, & ciuilem, quæ partim pertinet ad fiscum, & partim ad priuatum, propter quam mixtutam licita est appel-
18 latio, non obstante statuto appellationem in criminalibus tollente, vt per Boss.tit. de appellat.num.8.versicu. quæro quando, quem secutus est Magon.decisi. Lucen.91. Agebatur n.1.
19 & seq. & quam appellationem a statutis tolli posse non dubitatur August. de Arim. in addit.ad Angel.de malefic. in verbo præsente dicto Caio, & appellante in addit, ad versic an valeat statutum sub nu.25. vbi refert plures sic tenentes, & ita seruari attestantes Couat.lib.pra

ēticat.

ćticar.quæstion.cap.23.num.6.versi.non nega-
mus,Clar.dicens esse communem,& a consue-
tudine approbatam sententiam in pract. cri-
min.quæst.94.num.3.versi.cęterum sequuntur.
Cattar. in tract. de execut. sentent. contuma-
cial.capt.bannit.cap.pr.nu.262.versi. quod ius
appellandi,& Farinac.lib.pr.quæst.crim.tit.de
inquisit.quæst.11.in octaua limitatione princi
palis regulæ sub num.48.ad finem,ibi Principé
autem, & videtur esse de mente Aretin.consi.
146.sub num.4.& 5.vers. his tamen non obstan
tibus,& Boss.tit.de appell.num.7. versi. statuta
tamen, quicquid in contrarium dicant Cepol.
consi.crim.63.num.6.& 7.& Angel.de malefic.
in d.versic.an valeat statutum, & idem Cartar.
in d.tract.cap. 3. num. 48. & seq. versicu. quem
admodum dicimus, solent rei condemnati re-
currere ad Principem pro remedio extraordi-
nario, postquam ordinaria remedia iuris ces-
sant,& impetrare gratias,vt se defendere pos-
sint, quas literas ad nouas defensiones vocãt,
20 quarum introductio necessaria fuit, ne inno-
centes damnentur, qui plerunq; propter ino-
piam, & egestatem, vel ob magnas inimico-
rom persecutiones, aut propter Iudicum par-
tialitates,vel iniustitias non comparent nec se
defendunt,vt Boss.dicit d. tit.de liter. princip.
bannit.admittent.ad nou.defens.in princ.& in
fine,& melius titu.banniti quid amittant. nu.
20.versi. & aduerte, & tit. de remediis contra
bannum num.1.versicu.& quia,& tit.de quere
la contra senten.nu.7.versi.non omitto, & tit.
de remed.iust.contra senten.sub num.14.versi.
hoc loco caderet materia, & pulchra tradunt
Cartar.d.c.pr.n.268.cum seq.versi.adeo quod,
& Farinac.d.q.11.nu.6.& sequentibus, versic.
21 limita decimo tertio,& quas Principem ratio
nibus iam dictis teneri concedere, si non ca-
lumniose eas peti viderit,volunt Boss.d. tit. de
liter.Princip.bannit. admitt.ad nou.defens.n.
3.versicu. tertio scias. Clar. in pract. criminal.
q.94.num.12.versi.est etiã alius modus. Cartar.
d.c.pr.nu.270.& seq.& Farinac.d.q.11.nu.65. &
66.versicu. amplia hanc decimam tertiam limi
tationem,& versic.seq. quibus literis impetra-
22 tis debent ad se defendendum admissi suã pro
bare innocentiam, quia uirtus confessionis ex
contumacia resultantis stat firma, & accusa-
tor, vel fiscus habet suam intentionem funda-
tam,& nisi admissus se iustificet, sententia po-
terit exequi,quia verba gratiæ non tollunt cõ-
fessionem, sed permittunt condemnato, vt
possit se defendere, ita punctualiter dicit Boss.
d.tit.de liter.Princip.bãnit.admitten.ad nou.
defens.ante finem sub num.5.versic. vnde cum
in hoc dominio,vbi ait,quod ita seruatur, idẽ
sentit tit. de remed. contra bannum sub n. pr.
versi.& senatus,& tit.de remed.iust.contr. sen
ten.sub num.15.vbi etiam tenet, quod talibus
litteris concessis, & nondum præsentatis du-
tante tamen tempore præsentandi, mortuo
23 cõdemnato, heres pro interesse suo forte pro
pter confiscationem bonorũm potest illas præ
sentare, & defuncti innocentiam probare, vt
liberatio sequatur, quod, & de iure admittit
Clar.in pract.crimin.q.44.sub nu.5.post versic.
dixi quod,quicquid in contrarium de facto in
terminis etiam fortioribus obseruari dicat,
eandem sententiam tenent Clar. in pract. cri-
min.q.44.nu.6.versi.quæro quando reus q. 94.
nu.12.versi.est etiam,& q.96.nu.4.vers.sed nu-
quid,Farinac.d.quæst.11.n.100.& seq. versi. su-
blimita quinto,vbi late insistit,& de veriori,&
de receptori dicit,quam comprobat,& ab op-
pugnantibus defendit Cattar.in d.tract. c. pr.
num.210.& seq.versicu.& ideo Bossius,& num.
218.versicu.& remanet virtus confessionis,Ber
taz.consi.crimin.106.nu.2 lib.pr.subdit tamen
Boss.d.tit.de liter. Princip. bannit. admittend.
ad nou.defens.ad finem,versic. est verum quod
Iudices,quod Mediolani,facta relatione in se-
24 natu de statu causæ is.exequitur sententiam,si
nulla innocentiæ facta probatione per reum
ex qualitate indiciorum tutam habet consciẽ-
tiam suam, quod condemnatus deliquerit, &
non exequitur, si aliter videt, & aliquando
etiam,& vt plurimum iubet torqueri ad verita
tem eruendam, & Bossium sequitur Cartar. d.
cap.pr.nu.215.& seq.versi.quamuis senatus, &
post eum Farinac.d.quæst.11.sub nu.103. vers.
limita primo eandem quintam sublimitatio-
nem,nec dissentit Clar.in pract.crim.quæst.44.
sub nu.6.post versicu. quero quando reus, vbi
ait quod admissus ad nouas defensiones post
condemnationem debet probare suã innocen
tiam, vel saltem elidere indicia contra eum
existentia in processu, alias exequitur conde-
mnatio, vel saltem torquetur, vel punitur ali-
qua pęna extraordinaria,sequitur Cartar.d. c.
primo num.221.& 222.versicu. idem tradit, &
post eum Farinac.d.q.11.sub d.num.103.& ita
etiã postea idem Clarus videtur tenere quæst.
96.sub nu.4.post versic. sed nunquid,ad fin.vbi
inquit,quod licet admissus ad nouas defensio-
nes nihil probet, quod releuet, si tamen indi-
cia contra eum existentia, fuissent valde debi-
lia,non fit executio sententiæ, sed vel torque-
25 tur,vel comutatur pęna,& mitigatur,sequitur
Farinac.d.quæst.11.sub num.79. versicu. rursus
si indicia,& sub nu.103.post d.versi.limita pri-
mo,& respectu torturæ hoc admittit Cattar.d.
cap.primo nu.215.& 216. versic. quamuis si ex
debilibus indicijs, vbi ex aliorum mente red-
dit rationem, quam sequutus est Farinac. sta-
tim citatus, quia scilicet ista probatio, quam-
uis non sit concludens, nec tollat probatio-
nem sententiæ, tamen eam aliquantulum eli-
dit, vel dubiam reddit, quo in casu sententia
non exequitur,sed magis reus torquendus est,
quod æquitatem sapit, nam, & nullis extanti-
bus indicijs contra condemnatum, quam ex
26 contumacia resultantibus, locus est torturæ
contra ad nouas defensiones admissum, vt idẽ
Cart.scribit d.cap.primo num.275.versicu.nec
si aliud,

si aliud, & nu.456. versic. ac etiam super veritate, Farinac. d. q. 11. num. 70. & seq. versic. sublimi ta tertio dictam decimam tertiam limitationem, cum versicu. seq. quinimo dicit Boss. tit. de reis requirend. sub nu. primo quod etiam interdum ob maximam debilitatem inditiorum nõ subijcitur torturæ, sed absoluitur præcedente tamen gratia, vt denuo sententia videatur, dummodo docuerit de causa suæ absentiæ, & contumaciæ, sequitur Farinac. d. quæst. 11. sub n. 79. post versi. rursus si inditia. Et prædicta procedunt, quando condemnatus simpliciter fuit admissus ad nouas defensiones, & habilitatus, vt ita dixerim ad comparendum, & se defendẽdum, & innocentiam suam probandam, quia
27 tunc virtus confessionis ex contumacia stat firma, & non eliditur condemnatio, sed tantũmodo permittitur, vt contrarium probari possit per condemnatum, quo non probato sententia exequitur, si vrgentia erant indicia, & talia, vt credi possit eum deliquisse, vel non exequitur, sed reus torquetur, vel pęna mitiori condẽnatur, si minus vrgentia erant indicia; vel etiã absoluitur, si valde leuia erant indicia, & de iusta absentiæ, & contumaciæ causa constat, vt supra distincte diximus. secus autem est, quando condemnatus non simpliciter fuit admissus ad nouas defensiones, sed etiam restitutus est aduersus sententiam, & bannum post transitum in rem iudicatam. nam tunc sic admisso, & resti
28 tuto non incumbit onus probandi suam innocentiam, sed accusatori, vel fisco, quod cõdemnatus deliquerit, ex quo tunc ipse accusator, vel fiscus non habet intentionem fundatam ex sententia vigore contumaciæ, cuius virtus sublata est, adeo quod, nec torqueri possit, sed nõ probato contra eum maleficio absoluendus sit, ita tradit Farinac. d. quæst. 11. sub num. 82. versi. limita octauo præcedentem tertiam sublimitationem, qui ad hoc citat Carer. in pract. crim. in tract. de indit. & tortur. §. tertium indicium est fuga nu. 19. folio mihi 51. a tergo, & Afflict. ab ipso Carer. relatum lib. secundo cõstit. regni Rubr. 4. vt bannito liceat intra duos menses redire, & se iustitiario assignare in tertio notabili num. 7. & 8. quod vltra eos optima ni fallor ratione probatur. quia tunc condemnatus dicitur repositus in statu, in quo erat ante sententiam, & bannum; vnde sicut si comparuisset ante ipsam sententiam, & bannũ non habuisset probare suam innocentiam, sed accusator, vel fiscus debuisset probare, eũ deliquisse, alias fuisset locus absolutioni per regulam l. qui accusare C. de edendo, ita & hoc casu, in quo extinctis sententia, & bãno remanet in puris terminis iuris communis, quia restitutio aduersus sentẽtiam, & bannum operatur hĩc esse ctum, cum restitutio tantum restituat, quantũ
29 id abstulit, aduersus quod ipsa restitutio petita fuit secundum Bart. in l. fin. n. 4. versic. venio ad vltimam C. de sentẽt. pass. sequitur Boss. tit. de remed. ex sola clementia Princip. cõtra sententent. nu. 10. Quandoq; tamen restitutio non est plena aduersus sententiam, & bannum, sed restringitur ad sententiam tantum, quo casu li-
30 cet sublata sit virtus sententiæ, non tamen est elisa concessio resultans ex contumacia, & bãno; ideo bannum remanet firmum, & sic restitutus perinde habetur, ac si ante sentẽtiã diffinitiuã, sed post bannum, comparuisset, in quo in casu quid dicendum sit, & an tali restituto opus sit se innocentem docere, an vero accusatori, vel fisco eum culpabilem ostendere, patet ex late dictis superius in secũda quęstione principali ante finem, vbi firmaui reo incumbere onus se iustificandi, nec repeto.
31 Vnde diligenter sunt ponderãda verba gratię, vt cognosci possit, an condemnato aperta sit tantumodo via se defendendi, & innocentiam suam ostendendi aduersus sententiam, & bannum, an vero concessa sit restitutio aduersus ipsam sententiam, & bannum, aut aduersus sententiam tantum, & repositio in statu, in quo erat ante dictam sententiam, & bannum, vel ante sententiam tantum, vt in simili considerandum notat Salye. in d. l. fin. sub num. 11. versicu. pro pleniori tamen declaratione C. de sentent. pass. nam quandoque important simplicem admissionem ad probandam innocentiã, nec tollunt vim sententię, & banni; quandoque restitutionem, non tamen semper eodem modo, sed quandoque plenam, cum tollunt robur sententiæ, & banni, quandoque vero limitatã, vt si tollant vim sententiæ tantum, non autem banni iuxta superius tradita. In statu Florenti-
32 no adest lex edita de anno 1545. die 14. Iulij, qua cauetur admissos ad nouas defensiones nõ se iustificantes, & innocentiam non docentes, teneri non solum ad penas, in quibus fuerant condemnati, sed vlterius in duplum si condemnatio erat in pecunia, vel in libris quingentis, si erat corporalis, vel confinij, de quibus summis, vt supra soluendis in euentum, in quem se non iustificent, debent admitti prædicti præstare fideinssores, anteq; audiantur; adeo quod in dicto statu, si hi, vt vulgo dicitur, rimessi nel buon di a giustificarsi, non probent innocentiam eorum, sententia firma stet, & ita obseruatur de facto. Et idem fit quando sententia condemnatoria reseruatum est reis tempus ad cõ-
33 parendum, & se iustificandum, nam illis comparentibus in termino, incumbit onus probandi innocentiam, alias sententia exequitur, licet quandoque ob debilitatem indiciorum in hoc vltimo casu reseruationis scilicet, viderim procedi ad torturam, si reus nihil releuans probet, & exinde ad absolutionem, vbi se non grauet in tormentis; quod non solet fieri in primo casu admissorum ad nouas defensiones, in
34 quo non deuenitur ad tormenta; & memini fuisse repræhensum, & processatum quendam officialem, qui admissum ad se iustificandum, vigore dictæ l. anni 1545. torturæ subiecerat, sub prætextu, quod per processum contumacialem

maciaiem non esset conuictus, sed tantum indiciatus, & inditia essent potius leuia quã vehementia, quia dicebatur, quod dictus admissus tenebatur innocentiam probare, alias sententia stabat in suo robore vigore dictæ legis, licet de iure communi quandoq; aliud fiat, & ob indiciorum debilitatem deueniatur ad torturam, & interdum etiam ad absolutionem, licet nihil probatum fuerit per admissum, ut supra dictum fuit.

Circa quartum, an postquam reus iam condemnatus admissus est ad nouas defensiones, vel aduersus sententiam tantum, non etiam ad uersus bannum restitutus, ita quod sibi incumbat onus innocentiam suam ostendendi, & se non deliquisse probandi iuxta ea, quæ statim supta dicta sunt, possit accusator, uel fiscus instare pro probatione delicti; dicendum est bre
35 uiter, quod sic, quia sicut talis admissus, uel restitutus potest se defendere, ita pars aduersa potest eius defensionem oppugnare; nec dicto accusatori, aut fisco imputari debet, cur antea hoc non fecerit, cum lis non fuerit contestata, sed causa ob ipsius rei contumaciam expedita, qua contumacia stante agenti aliud de necessitate probandum non erat in puncto decidit Albertus de Gandino in tract. malefic. in Rubr. de pęn. reorum, sub num. 21. versicu. sed quero nunquid audiatur aduersatius, quod est notandum, quia non inueni ab alio tactum in specie, & alias vidi, me etiam sic uotante admitti eum, qui accusauerat ad probandum delictum contra accusatum iam condemnatum admissum ad nouas defensiones, ut æqualitas seruetur in iudicio, nec tunc uideram hãc particularem decisionem.

Circa quintum, an testes examinati pro informatione Curiæ reo nõ citato in causa principali, in qua ex contumacia processum est ad sententiam condemnatoriam, ipso reo ad nouas defensiones admisso, uel aduersus sententiam, & bannum, uel aduersus sententiam tantum restituto, probent sine alia noua examinatione, uel repetitione; dicas, quod licet de iu-
36 te communi ad faciendam fidem deberent isto rum examinari, uel repeti dicto teo citato, ut tradit Farinac. d. quæst. 11. ad fin. nu. 105. versi. sed hic incidenter quæro, & antea Castr. de quo non meminit consi. 141. uisa quadam inquisitione in tertio, dubio nu. 3. lib. primo, qui pulchre loquitur, & in terminis uidelicet in causa appellationis, in qua etiam loquitur idẽ volens Petr. Calefat. in decis. crimin. Rotæ Senens. posita post consi. crimin. diuers. primo loco impressa in parua forma volu. secundo, decis. 11. commissa executione, numero secundo, & generaliter hoc notant Blanch. in pract. crimin. in princip. num. 30. cum plur. sequent. Anton. de Mapheis, consi. 50. num. 45. & in secundo volum. diuers. crimin. Grammatic. decis. 11. sub num. 7. & 8. versic. item, & secundo obiicitur. Angel. in tracta. de malefic. in verbo, quod fama publica, num. 11. versic. & aduertas, quod quando. Clar. dicens esse communem opinionem in pract. crimin. quæst. 11. numero secundo, versic. item quæro nunquid, & quæst. 45. numero 45. versic. cæterum si reus. Cacher. decis. Pedem. 79. quoniam, sub num. 18. & 19. versic. nec etiam facit indicium, vbi vult hoc procedere etiam in crimine læsæ maiestatis, & coram supremis iudicibus, & vbi proceditur omissis solemnitatibus iuris, & sola facti veritate inspecta, tamen cum de generali consuetudine, & practica omnium curiarum recipiantur sine citatione partis, vt per Blanch. loco citato, numero 34. & sequent. vers. aduerte quod filius per Grammatic. decis. 34. in præsenti decisione, numero 32. per Addent. ad Angel. de malefic. in loco citato in apostilla in verbo non fuit citatus, sub lit. C. per Alexand consi. 65. numero 10. vers. & dato, quod lib. 1. per Clar. d. q. 11. sub num. 2. post vers. item quæro nunquid, & per alios statim citandos, si reus non comparet ad se defendendum ab accusatione, vel inquisitione, sed est contumax, & condemnatur per sententiam diffinitiuam, & postea admissus ad nouas defensiones, vel restitutus aduersus sententiam, & bannum, vel aduersus sententiã tãtum comparet, testes prædicti in primo processu informatiuo examinati non sunt denuo
37 examinandi, vel repetendi ipso citato, sed habetur pro legitime examinatis in odium eius contumaciæ, & plenam fidem faciunt contra eum in illo secundo iudicio, ac si iterum examinati, vel repetiti eo citato fuissent, ita tradit Clar. d. quæst. 45. sub numero 13. post versic. cæterum si reus ad finem, ibi, in hoc autem proposito, quem sequuti sunt Cartar. in d. tract. cap. final. numero 175. versic. prout nec defectus citationis, & Farinac. d. quæst. 11. in fine, d. versi. sed hic incidenter quæro.

EPITOME.

Quod statutum puniens facientem iniuriam officialibus communis comprehendit tantum facientes iniuriam ijs, qui sunt officiales de præsenti, non autem iis, qui fuerunt, & officium iam compleuerunt, nisi sint officiales, qui stant ad sindicatum, quibus eo durante, idem honor debetur, qui in officio debebatur, & eadem pœna tenentur, qui eos offendunt, qua tenti fuissent, si gesti officij tempore offendissent, quod, & finito sindicatu procedit intra illud modicum tempus, quod datur pro componendis farcinulis.

SUM-

SVMMARIA.

Statutum puniens offendentem officialem communis locum habet in offendente eum, qui non est amplius, sed fuit officialis secundum Alberici opinionem, nu. 1.

Contrarium tamen uerum est, nu. 3.

Qualitas adiecta uerbo intelligitur secundum tempus verbi. nu. eo.

Dignitatis pristinæ considerantur reliquiæ. nu. 2.

Pœna contra offendentem officialem constituta debetur etiam contra offendentem tempore sindicatus eum, qui fuit officialis. nu. 4.

Et etiam finito sindicatu intra illud modicum tempus quod datur pro componendis farcinulis. nu. 5.

CASVS CENTESIMVS DECIMVS PRIMVS.



QVI Antianos, vel Priores, aut alios officiales communis offendir ex statuto locorum solet plerumque grauius puniri, quam si aliam priuatam personam offenderet; vnde dubitatur, an offendens eum, qui amplius non est officialis, sed iam fuit etiam de proxi-
1 mo, teneatur dicta pœna statuti. Alberic. de stat. libro secundo, quæst. vigesima, in lib. meo, loquens in statuto puniente percutientem Antianum in duplum, dicit illud habere locum in percutiente Antianum remotum ab Antianatu per l. ordo, ff. de public. iudic. & l. ordine, ff. ad municip. Roman. in l. si quis in graui, §. de his quoque, numero secundo, versic. & hæc littera, ff. ad Syllanian. meminit de ista decisione Alberici, & miratur, quod allegauerit iura nõ probantia eius opinionem, pro qua ipse adducit, l. fina. ff. de decur. vbi, quod sicut decurio non potest torqueri, ita nec remotus a decurionatu propter reliquias pristinæ dignitatis, & l. penult. in fine, C. de quæst. idem dicentem,
2 & argumen. in l. frustra. C. de sentent. pass. cui conuenit dict. §. de his quoque, subdit tamen,
3 quod de ea multum dubitat, cum qualitas adiuncta verbo, debeat intelligi secundum tempus, & actum verbi, l. in delictis, §. si damnum, ff. de noxal. act. & l. cui eorum, §. affinitates, ff. de postulan. vnde cum statutum qualificet pœnam, quo ad Antianum tantum, non habebit locum in remoto ab Antianatu, quia de illo statutum loquutum non est l. si vero, §. de viro, ff. solut. matrimon. cum vulgaribus. Nec obstare dicit tex. in d. l. fin. & in d. l. penult. quia illæ leges expresse faciunt mentionem de remoto a decurionatu, quod non facit statutum in remoto ab Antianatu, & pro hac opinione cõtra Alberic. inducit text. in cap. primo, in fine, de Vasal. qui contr. constitu. Lor. vbi si vasallus est a vasallagio liberatus, non tenetur dominum defendere, vt prius, & si eum offenderit, non punietur ea pœna, qua puniretur, si dominum offendisset, sed alia Iudicis arbitrio, vt vult ille tex. iuncta glo. in fine, ex quibus putat dictam Alberici decisionem falsam, & hęc dicta Romani refert, & sequitur Angel. de malefic. in verbo, Caium Semptonij, numero decimotertio, versicu. & diligenter ponderanda sunt, & comprobat ibi August. de Arim. in addit. qui etiã ad idem citat Bal. in l. obseruare, §. proficisci in septima quæstione, sub numero 12. ff. de offic. proconf. & legat. qui in proprijs terminis vult, quod si statutum dicit, si quis offenderit ptãtem, intelligi debet de potestate præsenti, non autẽ de eo, qui quondam fuit, arg. l. cui eorum §. affinitates, ff. de postul. sequitur Parif. de Puteo in tract. de Syndic. in verbo Iudices ad Syndicatum qui sint. cap. secundo, incipiente, an si potestas, sub numero 16. versi. & si statutum dicit, folio 132. & approbat etiã Amadeus de Syndicatu in verbo, vtrum offendens officiales in Syndicatu, numero 257. ante finem, vbi ad idem adducit l quod constitutum, ff. de milit. testam. quæ vult, quod priuilegium datum militibus tribunis competit durante officio tribunatus tantum, non autem illo finito.

4 Non procedit tamen dicta sententia contra Albericum, quam verissimam teneo ex rationibus, & authoritatibus prædictis, quando statutum loqueretur de officialibus, qui stant ad Syndicatum redditur i rationem eorum ad ministrationis, & hi offenderẽtur durante tempore Syndicatus, & occasionem officii per eos gesti, quia tunc comprehenderet eos, quibus finito officio, dum stant ad Sndicatum, debetur idem honor, qui officio durante debebatur, ita vt offendens eos puniatur, ac si adhuc in administratione essent, quia in eis remanẽt reliquiæ, & appendices officii. arg. l. 1. C. vt cauf. post puber. adsit tut. ita in puncto decidit Bal. in d. §. proficisci, in d. 7. quæst. quem sequuti fuerunt August. de Arim. in dicta addit. ante fin. versicu. limita tamen, qui dicit alias vidisse hanc quæstionem de facto, Menoch. de arbitr. iudic. lib. secundo, cent. 3. casu 263. num. 10. versicu. quæ quidem iuris sententia, & Paris de Puteo d. cap. 2. num. 16. versicu. an offendens Potestatem, & Amad. in eod. tract. de Syndic. in d. verbo, vtrum offendens officiales in Syndicatu, numero 257. qui tamen nonnulla in contrarium adducit, & maxime dicta per Roman. vbi supra, quem ait, licet in aduertenter, reprehendere Baldum, & idem vult Cataldin. in eod. pariter tractatu de Syndic. quæst. 291. num. 185. vbi tamen de Baldo, & Romano non meminit, nec quidq; allegat præter d. l. 1. C. vt causæ post pubert. adsit tut. & idem dicit
5 Ama de. vbi supra finito Syndicatu intra illud modicum tempus, quod datur pro farcinulis componendis.

EPITOME.

De prohibita matrimoniali coniunctione inter Christianos, & Iudæos, vel alios diuersi cultus, de pœnis tales veti tas nuptias contrahentium, & num in mulieribus sic contrahentibus correctæ sint, & mitigatæ, prout in adulterio.

SVMMARIA

Christianus contrahens matrimonium cum Iudæa, & Iudęus cum Christiana tenetur pœna mortis, nu. 1. & 4.
Et idem in matrimonijs cum aliis infidelibus, 5.
Et ratio est ob iniuriam, quæ religioni infertur, 6.
Nec ideo refert, an mulier sit honesta, vel meretrix, numero eo.
Adulterii pœna olim erat pœna mortis, 2.
Coniugia inter personas disparis cultus sunt valde odiosa, nu. 7.
Matrimonium inter hæreticum, & Christi fidelem tenet, nu. 8.
Separatio tori nihilominus fieri potest, nu. 9.

CASVS CENTESIMVS DECIMVS SECVNDVS.



Quia dicit textus in l. nequis. C. de iudęis, & coelicolis, quod Christianus contrahẽs matrimonium cum Iudęa, vel Iudæus cum Christiana puniuntur pęna adulterij, quæ
1 olim indifferenter tam in masculo quam in fœmina pęna mortis erat, vt in l. quamuis. 30. in
2 fine C. de adulter. & in l. transigere C. de transact. & in §. item lex Iulia de adulterijs. Inst. de publ. iudic. & hodie in muliere correcta est,
3 quæ verberata in monasterium detruditur, intra biennium reconcilianda Viro, vltra vero habitu monastico induenda, eius substantia certo modo diuidenda, vt in dictis locis notatur, & habetur expresse in auth. sed hodie C. ad leg. Iul. de adulter. dubitatum fuit, an in terminis d. l. ne quis, si mulier Christiana nubat Iudæo, vel e contra mulier Iudæa nubat Christiano, pęna mortis locum habeat, an vero ea correcta censeatur, pro vt in adulterio, super qua dubitatione Salyc. in d. l. ne quis C. de Iudæis, & cœlic. arbitratur, quoad adhuc vigeat
4 pœna mortis, & non sit correcta in muliere per d. auth. sed hodie. quia si mulier est iudæa, illa non potest detrudi in monasterium, nec potest vitam monasticam ducere, nec potest reconciliari marito, & si mulier christiana, non potest pariter reconciliari marito, adeo quod cessant considerationes, quæ habentur in d. auth. sed hodie, & addit Salyc. rationẽ seruientem, siue mulier sit Iudæa, siue sit christiana, quod scilicet in d. l. ne quis nõ est proprie adulterium, & bene, quia dic. text. quod huiusmodi crimen vicem adulterii continet, non autẽ, quod vere sit adulterium, & hanc quæstionem ita etiam decidit Didac. Couaru. in quarto li. Decretal. in Epitom. de sponsalib. & matrim. in secunda parte cap. 6. de his, quæ matrimonium impediunt §. 11. de dispari cultu. num. 3. versicu. quinimo his accedit, vbi subdit eandẽ
5 esse pœnam in matrimoniis cum aliis infidelibus contractis, & repræhendit Ludouic. Gomez. in ca. mulieres, num. 12. de iudic. in sexto, dicentem Iudæum matrimonium contrahentem cum Christiana meretrice, non esse pœna mortis puniendum, cum ad tollendam iniuriam, quæ religioni Christianæ irrogatur per
6 Iudæum, qui audet Christianam in vxorem accipere, nihil cõducat ipsam fęminam Christianam meretricem esse, si quidem nihilominus christiana est, & quam olim coniugia hæc inter disparis cultus personas Sanctis Patribus odio
7 sa fuerint, & hodie etiam improbata sint, copiose, & eleganter more suo ostendit ipse Couaru. eodem loco num. 1. & 2. qui etiam ad finem sub num. 4. versicu. ex his late disputat de matrimonio inter Christi fideles, & hæreticos, an scilicet contrahi debeat, & contractum teneat, licet respectu cohabitationis dissoluatur, an vero irritum, & nullum omnino sit, & reprobata glos. in cap. fin. extra. de condit. apposit. in glos. prima post princ. versicu. est, & alia, quam sequuti sunt aliqui per eum relati, videtur tenere, quod licet contrahi non debuisset, tamen
8 contractum tenet secundum opinionem glos. in cap. non oportet 28. quæst. prima, quam dicit communiter teneri prout etiam asserit Abbas in cap. fin. num. 5. extra. de condit. apposit. & sequuntur Barthol. Fumus in summa Aurea Armilla in verbo matrimonium, numero 36. versicu. sextum impedimentum, & Author repertorij inquisit. hæreticæ prauitat. in verbo coniugatus, versiculo, sed quid si catholicus, & versicu. supra, sed quod tamen separari potest, quoad thorum, vt ibi per ipsum Couaru. & la-
9 tiu postea in eadem secunda parte capit. 7. §. 5. num. 4. versicu. tertia causa, & est text. in cap. 2. extra de diuort. & in cap. fin. de conuersi. coniugat. non autem totaliter dissolui, vt in dictis iuribus, & in concilio Tridentino sessio. 24. de sacra. matri. cap. 5. si quis dixerit propter hæresim, de quo nostrum non est modo agere.

EPITOME.

An Iudæus factus christianus possit molestare, & puniri de delictis per eum commissis ante susceptum baptismũ.

SVM-

SVMMARIA.

Baptismus non remittit pœnas temporalis delicti ante baptismum commissi. 1. 3.
Et hæc opinio est de iure verior. 7.
Et maxime si in fraudem pœnæ baptizatus fuisset numero 2.
Quæ fraus quomodo dignoscatur. eo.
Baptismus, quod pœnas temporales delicti antea commissi abluat tenent aliqui. 4.
Maxime si non sit in fraudem susceptus, eo.
Immo, & si ad euitandam pœnam fuerit baptizatus, num. 5.
Sed quod saltem pœna ordinaria, & maxime mortis sit minuenda, numero 6.

CASVS CENTESIMVS DECIMVS TARTIVS.



I Iudæus homicidium, vel furtum, vel quodlibet aliud delictum commiserit, & postea effectus sit Christianus, quæsitum est, an pro tali delicto commisso ante baptismum possit postquam est Christianus molestari, & puniri, & pro opinione affirmatiua, quod contra baptizatum processus formari possit, vt pu
1 niatur pro delictis ante baptismum commissis, consuluit Dec. consi. 130. proponitur, quod Iudæus, per totum, motus, quia sacramentum baptismi respicit animam, & tollit peccatum, & pœnam peccati quoad Deum, sed non liberat a pœna delicti in præiudicium Reipublicæ, vel priuati, cui esset ius quæsitum, & quia dictum sacramentum operatur circa remissionẽ pœnæ spiritualis in foro poli respectu læsionis Dei, non autem circa remissionem pœnæ temporalis in foro iudiciali respectu læsionis Reipublicæ, & priuatorum, quibus iniquum esset per baptismum præiudicari, & hanc esse verã, & communem sententiam dicit Dec. quam etiam multis Doctorum authoritatibus probat, & maxime procedere ait, si ex coniecturis
2 appareret, quod talis delinquens baptizatus fuisset ad hunc finem principaliter, vt euitaret pœnam, nam hoc non deberet ei prodesse, vt ibi per ipsum Dec. qui etiam ponit quomodo fraus hæc argui possit, hanc eandem opinionẽ sequitur Dec. dictum eius consilium referens, in ca p. quia diligentia, ante numerum 7. de e-
3 lect. & in cap. quæ in ecclesiarum, numero 17. de constitution. vbi etiam inquit, quod ita fuit iudicatum, & dicit Apostillator ad dictum con si. quod bene consuluit Dec. & in istomet casu idem etiam consuluit Ruin. consilio decimo tertio, libro quinto, & hanc opinionem sequuti fuerunt Angel. de Castro consi. trigesimosexto, in primo dubio, numero primo, tomo secundo, consi. crimin. diuers. vltimæ impressionis in magna forma, Couar. libro secundo variarum resolutione, cap. 10. numero quarto, versic. septimo non tantum, & Petr. Plaz. dicens communem in epitom. delict. libro primo, capit. trigesimoquarto, prope finem, quam etiam magis communem asserit Ioan. Baptist. Rosel. ad finem, præsentis resolutionis citandus, & cum ista sententia post multa in contrarium adducta per transit Tiraquel. in tract. de pœnis temperand. aut remittend. causa 25. vbi etiam ostendit eam conuenire cum dictis Theologorum, de quibus ipse meminit. Contraria tamen opinio est æquior, & religioni nostræ Christianæ magis fauet, & eam propterea multi tenẽt
4 vt per Clar. in pract. criminal. quæst. quinquagesimaprima, in fine, numero 9. versic. vlt. quæro, qui propterea dicit, quod si casus contingeret in eam libentius inclinaret, vt magis Iudæi attraherentur ad conuersionem, vbi tamen nõ appareret, quod delinquens suscepisset baptismum in fraudem, quam sententiam late probauit antea Angel. de Vbald. iunior inter consilia criminal. diuers. vltimo loco, impressa in magna forma tomo secundo, consi. trigesimoprimo, incipien. quidam hebræus per totum, qui loquitur etiam quando ad euitandam pœ-
5 nam temporalem effectus est Christianus, & multa pulchra adducit, & idem in eodem casu tenuerunt Angel. de Castro, Anton. Vrsatus, Ioan. Baptist. Rosel. & Anton. Turchet. in consi. sequent. 32. 33. 34. & 35. qui nihilominus videntur fateri, quod etsi non totaliter extinguitur delictum, tamen fauore fidei pœna eius est mi-
6 noranda, adeo vt effectus Christianus non puniatur pœna ordinaria legis, vel statuti, sed alia mitiori, & maxime vbi de pœna mortis ageretur, vt ibi per eos, iura rationes, & authoritates allegantes, cum quibus ego semper tenerem licet affirmatiua opinio in puncto iuris verior videatur, & magis communiter recipiatur, vt ipsemet Rosel. dicit d. consi. 34. num. 26. quam etiam sequutus est in alio casu idem Angel. de Castro in eodem tomo consi. 36. in primo dubio, num. 1. vt initio dixi.

EPITOME.

An extraneus competat ius accusandi vxorem alterius de adulterio, & quis in hac materia extraneus dicatur, & an Iudici liceat in hoc crimine ex officio procedere, & adulteram inquirere.

SVMARIA.

Adulteri accusatio contra mulierem conceditur solum marito, Patri, Fratri, Patruo, & Auunculo numero 1.
Cæteris non competit. 2. 4.
Matrimonia aliena soluto matrimonio fœdare non licet, numero 3.
Adulterij crimen est publicum. 5.

Accusare quilibet potest in publicis delictis, nu.6.
Quod tamen absolute non est uerum, nu.8.
Idcirco non conceditur in crimine adulterii.7.
Index ex officio, an possit inquirere de adulterio.9.
Et quod non possit.12.
Non obstante generali consuetudine inquirendi de quocunque crimine, nu,13.
Index, an de iure possit ex officio super quocunque crimine procedere, dubitatur inter Doctores.10.
De consuetudine tamen Italiæ, Hispaniarum, & Franciæ dubium non est quin possit.11.
Procedendi in criminalibus duo modi tantum reperiuntur, ex officio, uel ad instantiam partis, nu.14.
Modi, per quos ad inquisitionem deueniri potest.15.

CASVS CENTESIMVS DECIMVS QVARTVS.



1 Dulterii accusatio aduersus mulierē non omnib. a lege cōcessa est, sed Marito, Patri, Fratri, Patruo, & Auunculo rantum, quos verus dolor ad accusandum impedit, vt est tex. ad literam in l. quamuis adulterii. 30. C. ad legem Iuliam de adulter. quæ licet simpliciter loqui videatur de Patre, & aliis coniunctis ipsius mulieris, tamen procedit etiam in Patre, Fratre, Patruo, & Auunculo Mariti propter verborum generalitatem, & rationis identitatem, vt ibi tradit Sa ycer. num. vndecimo, versi. quæro extra gl o. secundum cuius opinionem decisum fuisse in magna curia, & postea confirmatum in consilio Neapolitano refert Vincent. de Franch. decisio. 94. in causa cuiusdam per totam, quod etiam voluit Angel de malefic. in verbo, che hai adulterato la mia donna, sub numero trigesimoterrio, post versic. quis possit de adulterio accusare ad finem, ibi, & quia dixi de coniunctis, de quo non meminit Franch. Vnde quæsitum fuit, an extraneis, idest non coniūctis accusatio hæc competere possit, saltem data coniunctorum non accusantium negligentia. & quod non competat,
2 videtur probare tex. in d. l. quamuis adulterii, pro vt ibi ponderat Salycet. per quinque ratio nes, numero quinto, versic. oppono cum gloss. quarta, sequitur Angel. in loco citato, post d. versic. quis possit de adulterio accusare ante finem, ibi scias tamen, quod hodie correctum est, vbi etiam August. idem tenet in addition. post princip. versicu. item adde quod Angel. & idem tenuit Fulgos. consi. 135. in causa criminationis, columna secūda, sub numero primo, versicu. secundo principaliter, vbi asserit hanc esse sententiam communiter per nostros maiores approbatam, & ita etiam communiter tenere Doctores dic. l. quamuis de adulterii per illum textum attestatur Didac. Canter. de prædictis tamen nullam faciens mentionem in suis quæstionib. criminal. tit. de quæstionib. tangent. accusatorem, quæstio. secunda, & sub numero quinto, versicu. & in hoc an semper valeret folio 43. non enim, vt dicit illa lex. licet fæ-
3 dare aliena matrimonia, quod & soluto matrimonio procedere volunt ibi gloss. & Salycet. numero sexto, versicu. quæro cum gloss tertia, & Ang. & August. proximè adducti, & Fulgos. d. consi. columna secunda, versic. quinimo nec
4 eo soluto. In tantum, vt nullus admittatur, qui non sit de nominatis in d. lege, licet sit coniunctus vxoris adulteræ, vel mariti, quia d. lex loquitur taxatiuè, & habet pro extraneis omnes quamuis coniunctos, qui non fuit in ea nominati, vt post multa hinc inde deducta videtur firmare Salycet. ibi, numero septimo, versi. quæro cum quinta, quem sequuti sunt Ang. & August. supra citati, & tenet etiam Didac. Canter. loco relato, & fuit opinio glos. in d. l. licet sub dubio forte; quam etiam amplecti videtur Fulgos. d. consi. 135. in d. versicu. secundo principaliter, & secundum eam tenendum censeo, quia in talibus coniunctis videntur cessare rationes, quas considerat d. lex in propinquioribus, eos admittendo ad accusandum, & ex diuerso militare, quas ponderat in arcendo extraneos ab accusatione, quāto n. remotior est gradus, tanto frigidior est affectio, & vlterior gradu minus, quam proximior diligere præsumitur, vt ipsa ratio naturalis dictat, & experientia docet.
5 Licet ergo crimen adulterii sit publicum l. prima, ff. de public. iudic. §. item lex Iulia de adulteriis. Instit. de public. iudic. & l. quamuis adulterii, in princi. & proinde videretur, quod
6 quilibet de populo posset accusare, argument. §. consequens. Institut. de suspect. tutor. & d. l. quamuis adulterii post princip. tamen non admittuntur, nisi nominati in eadem l. quamuis adulterii, ratione iam expressa, & habetur per
7 gl. Instit. de public. iudic. in princ. in verbo, plerumque per Angel. in d. ver. quis possit de adulterio accusare, in princi. & per Didac. superius relatum, qui propterea subdit, quod solent esse statuta in populis, & constitutiones in Episcopatibus, quod fiscales non possint accusare mulierem nuptam de adulterio, nisi maritus accuset, quod inquit adnotandū, quia quotidianum est, & rationi congruit, non tantopere tamen de hac fallentia mirari oportet, cum text. Instit. de public. iudic. post princ. dicat formaliter, quod hæc iudicia publica dicuntur, quod cuiuis ex populo executio eorum plerunq; da
8 tur, & sic non semper, & in omni casu licet, vt plurimum, quem locum nullus, quod viderim, ad hoc allegat; hinc forte dixit Clar. in §. adulterium num. 4. versicu. est autem, quod hodie adulterium est crimen priuatum, quia eius accusatio non competit nisi certis personis, vt in d. l. quamuis adulterii. Sed hanc disputationem vanam esse, & nullius vtilitatis forte aliquis dicet, cum etsi extraneus, seu non nominatus in d. l. quamuis adulterii, non admittatur ad accusandum, tamen re Iudici patefacta poterit

terit is contra mulierem procedere, cum de
adulterio possit per viam inquisitionis proce-
9 di de iure, vt notat Angel. de malefic. in d. ver-
bo, che hai adulterato la mia donna n. 31. vers.
quæro an de adulterio, vbi allegat l. secundam,
§. si publico, cum ibi notatis per glos. & Bart.
ff. de adulter. & maxime, quia licet olim maxi-
10 ma fuerit inter scribentes altercatio, an de iu
re ciuili Iudex procedere possit ex officio su-
per quocunq; crimine, vt patet ex cõgestis per
Angel. de malefic. in verbo, hæc est quædam in-
quisitio num. 12. cum pluribus seq. versicu. se-
cundo principaliter in hac materia videndum
est, & per August. de Arim. & alios adducentes
ad eum nu. 31. & seq. vsq; ad num. 49. per Clar.
in pract. crimin. q. 3. num. 3. versicu. debes auté
scire, per Didac. Canter. dicto tit. de quæst. tan
gentibus accusatorem d. q. 2. num. 14. & seq.
vsq; ad finem, versi. quo ad secundum membrũ
quæstionis, per Clar. in pract. crimin. quæst. 5.
num. 2. & seq. versi. quæro in quibus, & versicu.
seq. & per alios ab eis allegatos; tamen hodie,
quicquid sit de iure communi permissum est Iu
dici in quocunq; casu procedere ex officio, &
sic per inquisitionem ex generali consuetudi-
11 ne obseruata in omnibus curijs Italiæ, Hispa-
niarũ, & Franciæ, vt ex multorum relatione at
testatur Clar. d. q. 3. nu. 6. versicu. sed certe, qui
etiam postea idem confirmat q. 5. sub nu. 2. ad
finem, ibi cæterum de consuetudine, cum qua
opinione concordant Doctores relati per Au-
gust. de Arimin. in addition. citatis sub nu. 48.
versi. sed aduerte quod ista doctrina, licet ipse
cõtrarium teneat, & latius per Hieron. Cucha-
lon. in sequenti additione incip. in quantum
Angel. & Augustinus laborant in princ. & me-
lius circa medium versi. vos tamẽ Domini, vbi
hanc sententiam tenendam dicit, quam etiam
tenerunt Cuman. consi. 136. Ad primum col.
fin. vers. sed posito quod possit, Vitalin. in tract.
de malefic. tit. de inquisition. num. 6. versic. sed
cõtra eos, Gandin. in eodem tract. de malefic.
Rubr. quomodo de malefic. cognoscat. per in-
quisit. sub nu. 6. versi. sed hodie, & alij plures an
tiqui, & moderni, quos refert, & sequitur Fa-
rinac. li. primo quæstion. crimin tit. de inquisit.
quæst. prima num. 10. versicu. sic limita tertio,
vbi etiam testatur de communi. Verum tamẽ,
12 quod in casu adulterij non possit Iudex ex of-
ficio inquirere, tenet in indiuiduo Fulgos. d.
consi. 135. in causa criminationis col. 1. & 2. mo
tus ex pluribus, sed potissimum, quoniam, cum
ex d. l. quamuis adulterij certis tantum perso-
nis persecutio huius criminis concessa sit, &
cæteris quibuscunque denegata, maxime ve-
ro extraneis, videtur, quod Iudex non possit
ad inquisitionem deuenire, quia non est de
coniunctis, quibus conceditur accusatio, sed
imo dicitur rursus extraneus, cuius accusatio-
nem reiicit d. l. & quia ratio eiusdem legis in
sui generalitate comprehendit etiam inquisi-
tionem, quod scilicet non liceat vxorem alte-
rius a Viro, & coniunctis probatam inquieta-
re, & aliena matrimonia fædare. quam opinio-
nem inueni postea tenere Vulpel. consi. crimin.
94. num. 6. in secundo dubio, vbi ait, quod in
crimine adulterij de iure ciuili procedi nõ po-
test, nisi ad querelam eorum, de quibus habe-
tur toto tit. ff. & C. de adulter. nec alia adducit,
& ita tenendo ad id, quod dictum est de gene-
rali consuetudine in contrarium, responderi
13 potest, quod nõ procedit in casibus, in quibus
lex speciali ratione extraneis persecutioné ve-
tat, vt in isto per d. l. quamuis adulterij, nec mi
rum, cum omnis regula fallere debeat, quãdo
æquitas suadet, ineptumq; esset ab ea non re-
cedere, vbi ex bono, & æquo illi standum non
videtur §. quia vero, & ibi gl. in verbo ineptis-
simum existimauimus, in authent. vt matr. de-
bitric. & creditric. tutel. gerant, & late tradit
Barth. Cepol. in tract. de interpretat. extensiua
Rubr. quæ fuerit caus. introducend. extens. &
super quo sit fundata nu. 9. vbi alia iura, & au-
thoritates adducit, quo fit, vt cum ex commu-
14 ni, & obseruata practica criminaliter proceda
tur contra delinquentes duobus solummodo
modis, scilicet vel ad instãtiam partis per que-
relam, seu accusationem, vel ex officio Iudicis
per inquisitioné, quicquid nõnulli sentiant de
aliis modis, qui essentialiter, & quo ad effectũ
sub prædictis duobus contineri videntur, vt
demostrat Clar d. q. 3. sub n. 1. post principium
tuta sit adultera mulier a tribunaliũ molestia,
si a viro, aut aliis, quibus accusandi ius con-
cessum est, non accusetur, ex quo vt dictum
fuit alii accusare non possunt, & Iudex ex of-
ficio non procedit qualitercunq; delictum ad
eius aures deuenerit, & per quemcunq; mo-
dum ex ijs, per quos ad inquisitionem deueni-
15 re potest, de quibus habetur per Angel. de ma
lefic. in d. verbo, hæc est quædam inquisitio nu.
12. & seq. versicu. secundo principaliter in hac
materia, & ibidem per addẽtes ad eum, & per
alios supra citatos.

EPITOME.

De promissione indemnitatis facta per delinquentes, aut alios deputatis ad denuntiandum maleficia, ne in curia referant, quod non valeat, nec alia obligatio pro futuris delictis, & quid in præteritis.

SVMMARIA.

Promissio facta Sindico, uel alio officiali deputato ad referendum maleficia de conseruando eum indemnem ab omni pęna, ne referat maleficium, non valet. num. 1.

Fideiussor dari non potest pro pœna maleficii soluenda

da, numero 2.
Intelligitur de futuris pœnis, secus de præteritis, numero 9.
Malefactori non potest fieri promissio pro conseruatione indemnitatis, num. 3.
Societas flagitiosæ rei iniri non potest. eo.
Mandatum contra bonos mores non est obligatorium. numero 4.
Obligatio non valet, quod quilibet ex consortibus contribuat, si quem ipsorum pro maleficio condemnari contingat. numero 5.
Iudici facta promissio indemnitatis, vt illicitam proferat sententiam, non valet. 6.
Secus si non illicita esset sententia, vel probabiliter de hoc dubitaretur. num. 7.
Compromitti potest de pœnis maleficiorum præteritis, non de futuris. 8.
Delinquens obligatur ciuiliter, & naturaliter. nu. 10.
Delinquens videtur in pœnam consentire. eo.
Naturalis ratio dictat, vt delicta puniantur. 11.
Dolus de præterito remitti potest, secus de futuro, numero 12.

CASVS CENTESIMVS DECIMVS QVINTVS.

PRomissiones factæ Syndicis,
seu consulibus, aut aliis offi-
1 cialibus ad denuntiandū ma
leficia deputatis de conser-
uanda eos indemnes, idest
de soluendo omnem pęnam,
quam incurrerent, vt commissa delicta nō no-
tificent, non valent, & ideo ipsi Syndici, qui ob
dicta maleficia non denuntiata in pœnam a
statutis determinatam fuerunt condemnati &
soluerunt, non possunt eam a promissore pete-
re, nec promissam indemnitatem consequi, ita
in puncto decidit Bart. in l. si a reo. 71. §. id quod
vulgo, & ibi etiam Alex. in addition. ad eum,
& Castr. num. 4 ff. de fideiussorib. per illū text.
2 vbi dicitur, quo licet pro pœna maleficij sol-
uenda possit dari fideiussor ei, cui pœna debe-
tur, vt etiam probatur in l. si quis pro eo 57. §.
fin. eod. tit. tamen malefactori pro conseruatio
3 ne indemnitatis nō potest fieri promissio, nec
præstari fideiussio, ne flagitiosæ rei videatur
inita societas, per quam rationē dicit in eod.
§. id, quod vulgo, Bart. quod si prommitto
tibi soluere pœnam, si commiseris tale malefi-
cium, non volet talis promissio, quod opti-
me etiam probat tex. in §. illud quoque Iust. de
mandato, vbi præcise dicitur, quod non est ob
ligatorium mandatum, quod est contra bo-
4 nos mores, veluti de furto, aut de damno, aut
de iniuria faciendis, ita vt licet mandatarius
pœnam præstiterit nomine illius facti, non ta-
men vllam habet aduersūs mandantem actio-
nem, subditque Bart. eadem ratione, non va-
lere pactum, quod inuicem faciunt consortes
5 in Tuscia, quod si quem eorum contingeret cō
demnari pro maleficio, omnes contribuerent,
quia per hoc inuitantur ad delinquendum,
quam decisionem sequitur ibi Alex. in vltima
apostilla ad eum in fine, & notat ibidem Ca-
str. sub numero 4. in fine, versicu. nota ergo,
inquiens, quod talis obligatio sociorum de
participando in solutione pœnæ vnius ipsorū,
qui delinqueret nō tenet, nec virtute talis pro
missionis posset ille, qui pęnam soluisset, ab
aliis recuperare, quod, & in Iudice iniquam
6 sententiam ad postulationem partis proferen-
te, & faciente sibi caueri de indemnitate tem-
pore Sindacatus, vt scilicet, & hæc promissio
non valeat, tradit idem Castr. in eodem. §. in
fine, numero 5. qui tamen contrarium firmat,
quando Iudex non faceret rem sui natura illi-
7 citam, vel quando dubium probabile erat, an
esset illicita, vel non, ita intelligens Bart. in l. si
quis vxori. §. fugitiuum, numero 2. ff. de furt. ad
quæ dicta se remittit idem Bart. in auth. noi o
iure in fine, numero 4. C. de pœn. iudic. qui ma
le iudicauit. Ad hæc facit Bald. consi. 97. pro-
ponitur quod propter discordiam, numero 2.
versicu. super alio vero puncto lib. quinto, vbi
quærit, vtrum de pęnis maleficiorum possit cō
8 promitti, & concludit, quod de pœnis præte-
ritis potest, sed non de futuris, quia potest
quis se obligare pro alio ad conferendum in
pena maleficij præcedentis, sed nō in pęna ma-
leficii subsequētis, vt in d. l. si eo. §. id quod vul-
9 go, ff. de fideiussor. simile est, quod idem Bald.
tradit in l. prima columna fin. num. 11. C. de cō
dition. ob turp. caus. vbi quod tenet obligatio
ex turpi causa de præterito, sed non de futu-
ro, & ratio est quia in pr. casu nulla versatur
turpitudo, cum dictum iam sit commissum, &
ex eo nata contra deliquentem obligatio, pro
qua etiam fideiussor accedere potest, vt dictū
fuit ex dict. l. si quis pro eo. §. fin. & dict. l. si a
reo. § id, quod vulgo in princ. cū, vt notat Ca-
str. in d. §. fin. post princ. delinquens tenea-
tur ciuiliter, & naturaliter. quia delinquendo
10 videtur in pęnā consentire, l. prima. §. bestias,
cum ibi notatis, ff de postulando, vel saltem te
neatur naturaliter ex æquitate iuris gentium,
11 quæ est, vt delicta puniantur, quia sic expedit
Reipublicæ d. §. id quod vulgo, & l. ita vulnera
tus, ff. ad leg. Aquil. In secundo autem casu ver
satur in turpitudo, & obligatio tendit ad cri-
men committendum, & inuitat ad delinquen-
dum, vnde merito nō valet d §. illud quoq; In-
stit. de mandat. nec ei accedere potest fideius-
sor, vt in d. §. illud quod vulgo post princ. hinc
12 etiam dicitur quod dolus de præterito remit-
ti potest, dolus autem de futuro non. Menoch.
de arbitr Iudic. lib. secundo cent. quarta casu
337. in tertia declaratione, numero 14. & alii,
per eum citati.

EPITOME.

Vtrum testis deponens falsum testimonium in causa ciuili coram Iudice ciuili possit ab eo puniri, an vero cognitio, & punitio spectet ad Iudicem criminalem.

SVMMARIA.

Iudices ciuilem tantum iurisdictionem habentes punire non possunt testes coram ipsis falsum deponentes in ciuili causa,nu.1.

Licet multi contrarium teneant,nu.2.

Testis falsum deponens coram vno Iudice, se dicitur subiicere illius iurisdictioni alias incompetenti,numero 3.

Quod intelligitur dummodo alias illius criminis iurisdictionem haberet,numero 4.

CASVS CENTESIMVS DECIMVS SEXTVS.



SI testis deponit falsum in causa ciuili coram Iudicibus habentib. iurisdictionem in ciuilibus tantum, licet offendantur aures ipsorum Iudicum ciuilium, non tamen potest puniri per ipsos Iudices Ciuiles, sed punitur per Iudices criminales, ita in puncto decidit Bart. in l. si quis obreperit in fine num. 5. & in l.seq. incip. Diuus 31. num. 4. versicu. vlt. quero ff.ad leg.Cornel. de fals. sequitur Castr. in l.nullum.n.4.versicu.in text.ibi data cunctis Iudicibus.C.de testib. Et ita seruari attestatur Vincent.de Franch.decis. Neapol.147.ex regula,ad fin.num.6.

2 Verum tamen est, quod contrarium tenuit idem Bart.in l.hoc iure, §.aqua, ff.de aqua quo tid.& aestiu.volens expresse, quod Iudex ciuilis possit testem falsum coram se deponentem punire, quia tacite videtur aquiescere eius iurisdictioni, per dictum §. aqua, & per d. l. nullum, C.de testibus, quae pro hac parte mihi quidem videtur multum stringere, ibi enim dicitur, quod delinquens coram aliquo Iudice falsum testificando, efficitur de foro ipsius Iudi-

3 cis,& ab eo punitur, licet alias talis Iudex non esset competens dicti delinquentis, vt etiam ibi tradunt omnes scribentes, Afflict.decisione 219.In foro Archiepiscopi, numero primo, Didac.Couar.in tract.pract.quaestion.capit.decimooctauo, numero octauo, ver.octauo ex eod. & Vincenr.de Franch.d.decis. 147. nume. primo, & maxime ponderando verba d. l.nullum. ad finem, dum generaliter datur facultas cunctis Iudicibus, quorum aures testis offenderit, in eum pro qualitate delicti animaduertendi, nisi respondeatur, prout dicit Cast. sup. citatus, quod scilicet data dicatur facultas puniendi cunctis Iudicib. de illis, qui de illo crimine pos

4 sent ordinariè punire, alias secus, quam declarationem sequitur Vinc.de Francb.d.dec. 147. ante nu.6. versi.& quia Paulus de Castro.

EPITOME.

Si per vnam curiam committatur executio contra aliquam personam famulis Barisellí, seu Capitanei Beruriorum, quibus fiat resistentia per nō suppositos dictae curiae, & famuli ducant resistētes ad carceres alterius curiae de causis criminalibus cognoscentis, quęnam ipsarum curiarum competens sit contra tales resistentes, & an vtraque cognoscere possit, locus sit inter eas praeuentioni.

SVMMARIA.

Resistentes familiae pro alia curia exequenti, an puniri debeant per Iudices meros executores, an per eos, qui executionem commiserint per totum.

Et quod per meros executores,num.3.

Verius tamen est quod praeuentioni sit locus Iudicis alias incompetentis,nu.1.

Quod procedit cumulatiuè ad Iudicem alias incompetentem non autem priuatiuè,4.

Iudice per alium exequente, si grauamen contingat, nō appellatur a mero executore, sed ab eo, qui executionem commiserat,nu.2.

An, & quando praeuentioni sit locus in dictis casibus, num.5.8.10.

Iudicis praeuenientis potior est causa caeteris paribus, num.6.

Praeuentio etiam per citationem attenditur in materia iurisdictionis,nu.7.

Delinquens semel punitus ab uno ex Iudicibus competentibus separatam iurisdictionem habentibus, an possit iterum puniri, numero 11.

CASVS CENTESIMVS DECIMVS SEPTIMVS.



COncessis literis executorialibus per curiam officialiū honestatis contra quandam mulierem impudicam occasione eorum officii, dum famuli Barisellí accessissent ad dictam executionem faciendam, quidam dictae curiae non suppositi resistentiam fecerunt dictis famulis, ne exequerentur, qui tamē exequuti fuerunt,

runt, & resistentes duxerunt ad carceres alte-
rius curiæ causis criminalibus præpositæ, quæ
contra dictos resistentes cœpit procedere, alia
curia prætendente dictæ causæ cognitionem
ad se spectare. Vnde quæsitum fuit, quæ ex di-
ctis curijs rectius induat arma, & dicebatur
pro curia, quæ petebat causæ remissionem, fa-
cere, quod dicti resistentes tanquam delinquẽ
tes circa executionem a dictis officialibus con
1 cessam, videntur effecti de eorum foro, ita vt
ab eis possent puniri, licet alias dicti officiales
non essent illorum Iudices competentes per di
spositionem l. Nullum, cum sua materia C. de
testib. & magis in terminis pro eisdem officia-
libus videtur facere dictum Bart. in l. a Diuo
Pio §. sententiam Romæ. num. 6. versicu. quæro
quid si in exequendo, ff. de re iudi. vbi tradit,
quod quando vnus Iudex exequitur per alium,
2 qui est nudus executor, & is in exequendo
lædit eum, contra quem fit executio, læsus in
executione appellat a primo Iudice execu-
tionem committente, qui dicitur eum lædere
ministerio facti alterius, non autem appellat
ab ipso Iudice exequente, qui nudum tantum
ministerium facti habebat in exequẽdo, vt sic,
& in hoc casu delinquentes debeant puniri ab
eo iudice, quem famuli exequentes repræsenta
bant, ac si coram eis deliquissent, quasi quod,
vt in proposito dicit Bald. statim citandus, of-
fensi sint ipsi officiales, quorum vicem famuli
recipiunt ex commissione. Pro curia autem cri
minali, dicebatur, quod quamuis ea regula d. l.
3 nullum, delinquens efficiatur de foro Iudicis,
corã quo deliquit, non tamen tollitur facultas
procedendi, & puniendi alteri Iudici, qui alias
de iure communi habet iurisdictionem in ta-
lem delinquentem, sed vterq; potest procede-
re, vt dicit Bald. in d. l. nullum, ante finem, quẽ
sequitur Afflict. Decisi. 219. num. 2. versicu. in-
4 contrarium, adeo, quod cum d. l. nullum, pro-
cedat cumulatiue, & non priuatiuè, & vtriq;
curiæ concessa sit puniendi facultas, locus est
inter eas præuentioni, vt subdit Afflict. in loco
5 citato. Vnde. cum curia criminalis in eius car-
ceribus habeat resistentes, & eos examinaue-
rit, videtur præferenda, cum in pari causa po-
6 tior sit causa Iudicis, qui præuenit, Bald. in l. ne
ganda in pr. notab. C. qui accus. non poss. & ma
xime, quia in hac materia concernente iurisdi
ctionem per præuentionem, attenditur præ-
7 uentio etiam per citationem, vt considerat
Afflict. d. decisi. 219. num. 3. post alios per eum
relatos, & ad Bart. in d. §. sententiam Romæ,
respondebatur, verum esse, quod appellatur a
Iudice committente executionem, quando
exequutor, qui grauauit in exequendo, erat
nudus minister, prout dicit Bart. sed si quis de
linquat contra exequentem, vt in casu præsen
ti, in quo exequenti familiæ facta est resisten-
tia, quod cognoscat Iudex committens execu-
tionem, vel alius, non dicit Bart. nec in hoc lo-
quitur. adeo quod eius doctrina non applica-
tur ad propositum præsentis dubitationis, in
qua post longam ad partes disputationem vi-
detur alias fuisse conclusum in consi. Neapoli-
tano pro curia criminali, vt per Afflict. d. de-
cisi. 219. vbi quærebatur, an testes in causa ma-
trimoniali in foro ecclesiastico examinati, qui
falsum dixerant testimonium, possent pro di-
cta falsitate puniri etiam in foro seculari a Iu-
dice laico, & resolutum fuit, quod sic, ex quo
8 in vtroq; foro delictum poterat cognosci, &
Iudex laicus præuenerat, & Afflict. sequitur
Couaru. in libro pract. quæst. cap. 18. sub num.
9 8. versicu. sed & hac in re, & magis proprie, &
in terminis nostris idem decidit ipsum con-
silium Neapolitanum, teste Vinc. de Franch. de
cisi. 147. in prima parte, vbi de mandato curiæ
meretricum Alguzerij iuerant ad capiendam
quandam meretricem, & facta eis resistentia
per non subditos illius curiæ, duxerunt ad car-
ceres magnæ curia dictam mulierem, & resi-
stentes, remissa meretrice ad eius curiam, &
retentis resistentibus per magnam curiam, eo-
rumque remmissione petita per dictam cu-
riam meretricum, habita matura discussione
10 iurium vtriusque curiæ, fuit decisum pro ma-
gna curia, quæ præuenerat curiam meretricũ,
cum ab vtraq; de eo delicto cognosci potuis-
set, & d. l. nullum, procedat cumulatiue, & non
priuatiue, & dictum Bart. in d. §. sententiam
Romæ, non loquatur in hoc casu, sed in alio
longe diuerso, & vt latius per ipsum Vinc. de
Franc. qui bene, & cum breuitate loquitur, &
idem ante istos voluit aperte Bald. in d. l. nul-
lum, numero 9. & seq. versicu. quæro Iudex, vbi
quærit, si Iudex Perusinus, coram quo causa
ventilatur, remisit examinationem cuiusdam
testis ad Iudicem Florentinum, qui deposuit
falsum, potest puniri nedum a Iudice Floren-
tino, sed etiam a Perusino, & in vtroq; capite
pulchras, & sub tiles adducit rationes, subdit
tamen, numero 11. quod punitio facta ab vno
11 ex dictis Iudicibus, excludit processum. & sen-
tentiam alterius quia sufficit vna pœna, du-
modo sit integra, cuius tamen contrarium di-
cit Afflict. d. decis. 219. num. 5. & 6. volens in
suo casu locum esse pœna Iudicis laici, & etiã
Ecclesiastici, de quo nostrũ non est nũc agere.

EPITOME.

An bannitus habens saluum conductũ pro certo tempore dicatur illum frangere, si infra tempus ipsius salui conductus committat aliquod delictum, ita vt possit retineri, & puniri non solũ de eo delicto post saluum conductum facto, sed etiam de omnibus ante eius impetrationem commissis, ac si securitatem illam non habuisset.

SVM-

SVMMARIA.

Saluum conductum pro commisso delicto habens in aliquo loco, si ibi delinquat an dicatur rumpere saluum conductum, nu. 1.
Et quod rumpere dicatur, & ideo puniendus sit etiam de commissis ante securitatem, 2. 4.
Quod procedit, quando uere id, quod prætenditur esset punibile, non autem aliquid leue, 5.
Saluus conductus uidetur concessus, rebus sic stantibus, & nisi priuilegio abutatur, 3.
Bannitus assicuratus, delinquens offendi potest, ac si securitatem non habuisset, 3.
Et quando ex proposito deliquit, & ad hunc effectum in fraudem securitatem accepit, 7. 9.
Contrarium tamen, & sic quod securitatem rumpere non dicatur voluit aliqu. 6.
Et hoc verum est, ubi talis non deliquit ex proposito, num. 8.
Quid autem si deliquerit ex proposito post saluum conductum superueniente, nu. 10.
Principibus conuenit, ne banniti sub ipsorum fiducia circumueniantur, 11.
Securitas data seruanda est, 10.
Etsi concedi non debuisset, 12.
Quid tamen, si data fuerat ab eo, qui potestatem dandi non habere, numero 13.

CASVS CENTESIMVS DECIMVS OCTAVVS.

QVæstio est non parum controuersa, an habens saluum con-
1 ductum in aliquo loco pro certo tempore, & in eo infra dictum tempus delinquat, dicatur amittere priuilegium dictæ securitatis, & eam rumpere, ita vt puniri possit non solum de delictis post ipsam securitatem commissis, sed etiam de ijs, quæ ante dictum saluum conductum sibi concessum, fecerat; quam quæstionem in specie disputat, multa pro, & contra adducentes, Roman. in l. 3. § si seruus col. fin. num. 10. versicu. septimo casu principali, ff. de acquir. possess. & Nellus in tract. de bannit. in secunda parte secundi temporis quæst 16. de quibus meminit eorum rationes referens Marc. Anton. Blanch. in pract. crimin. in §. satis defensionibus num. 45. cum multis seq. versicu. in ea quæstione folio 36. & concludunt Roman. & Nellus, quod assicuratus dicitur frangere securitatem, & punitur
2 etiam de commissis ante securitatis concessionem, quia ei videtur data rebus sic stantibus, & vbi priuilegio non abutatur, & non offen-
3 dat concedentem idest rempublicam, & respódent ad argumenta pro contraria opinione facientia, inferuntque quod ideo bannitus assicuratus, vt supra delinquens potest impune
4 offendi, prout ante saluum conductum poterat, & illum capiens, vel occidens habebit præmium a statutis ordinatum, sicut habuisset, si capto, vel occiso saluus conductus concessus non fuisset, hanc eandem opinionem secuti fuerunt Vital. in tract. clausular. in Rubr. seu clausula, nil nouari securitate pendente, Afflict. in constit. regni lib. secundo Rubr. 3. de for. bannitis, & foriudicatis in constitut. pœnam eorum, num. 60. & seq. versicu. decimo, & vlt. quæro de vna quæstione, vbi diffuse loquitur. Quintilian. Mandosi. in tract. de signatura gratiæ tit. de saluo conductu post verticu. voluerunt aliqui, ibi limita, nisi habens saluum conductum. Herculan. in tract. de cantion. de non offendendo cap. 37. num. 20. Magald. in tract. de securit. & saluo conductu in secunda parte col. secunda versicu. sed hoc limitatur, & consilium Neapolit. vt Vincent. de Franch. refert, sola relatione Romani, Vitalis, & Magaldi contentus decisi. 258. quotidie in hoc regno, numero secundo, qui tamen, numero 3. subdit, quod Consilium intellexit opinionem Romani, & sequacium procedere, quando delictum infra tempora securitatis commis-
5 sum esset vere punibile, non autem quando aliquid leue prætenderetur factum, & sub hoc colore caperentur assicurati, vt pro delictis ante saluum conductum commissis punirentur, quod iuri, & æquitati conueniens videtur.

6 Contrariam tamen sententiam, quod propter delictum post securitatem commissum in loco assicurato delinquens non rumpat saluum conductum, nec eius priuilegium amittat, sed de eo delicto tantum puniri possit, tenuit Dec. in cap constitutus il pr. 23. col. secunda versi. ex quibus, extra de appellar. inquiens quod ita consuluit D. Antonius de Rosellis de Aretio, & pletique alij Doctores Florentini, licet Nellus supra citatus aliter tenuerit, de qua opinione Decij habetur per Blancum in loco adducto, sequitur Menoch. in tract. de arbitrar. Iudic. lib. secundo centur. quarta, casu 337. num. 13. & 14. versicu. declaratur tertio, Ioseph. de Ludouic. decisi. Lucens. 11. cũ quam plurimi num. 30. versicu. dum postea vlt. loco, & idem Dec. ab aliis non allegatus in l. cum proponas la seconda sub num. 6. in fine versic. & ex prædictis C. de pact. inquiens, quod ita consuluit D Antonius Rosellus in suo consilio incipiente Duo dubia ex hoc facto, & ita etiá videtur tenere Angel. de malefic. in verbo, quod fama publica numer. 60. versicu. quinto, quæro. Vnde in hac tantorum Patrum varietate Blanch. in dicto §. datis defensionibus, numero 54. & sequent. versicu. pro concordia distinguit, quod aut bannitus assicuratus deliquit ex proposito, & deliberate, & apparet,
7 quod venit in locum, in quo fuit assicuratus, causa committendi tale delictum, & perdit priuilegium, & saluum conductum, quia voluit rempublicam fraudare, & causa salui conductus fuit falsa, quia aliud erat in intentione, aliud in verbis; aut dictus bannitus habens saluum

uum conductũ deliquit non ex proposito, sed casu, vel aliter se defendendo, & tunc non amittit priuilegium, nec securitatem, etiam quod
8 ex illo delicto puniretur ex culpa, vel excessu defensionis, ex quo eius intentio non fuit delinquere a principio, & aliqualiter excusatur, quam distinctionem approbant Menoch. dicto casu 337. numero decimoquinto, & latius Ioseph de Ludouic. d. decis. 11 numero trigesimo primo, & sequentib. versic. sed dictum Decij, & ista fuit distinctio Nelli in d. secunda parte, 2. temporis, quæst. 16. ad finem, post versic. Concludo ergo, licet Blanchus eam sibi attribuat, & præcitati Doctores non admittant, dicit enim Nellus, quod opinio affirmatiua, quam firmauit, maxime procedit, si bannitus nulla cau
9 sa interueniente de nouo maleficium parum post securitatem cõcessam commisit: quia præsumitur dolose illam securitatem impetrasse, quæ propterea sibi prodesse non debet, secus vero, si ad sui defensionem fecerit, quia tunc si ne facere potuerit, siue non, saluum conductũ non intelligitur rupisse, & licet non excusetur a pœna delicti, quod commisit, non tamen poterit ex primo banno detineri, cum nihil contra securitatem fecisse dicatur. Hanc distinctionem verissimam ego credo in terminis, in quibus loquitur Blancus, & ante eum Nellus, & absque alio dubio retinerem, & punirem assicuratum, qui post saluum conductum committeret delictum ex animi delibera tione iam facta, antequam assicuratus fuisset de omnib. delictis ante securitatem commissis, ac si nullum haberet saluum conductum, quia tunc intrant omnes rationes supra allegatæ, quod voluerit fraudare Rempublicam, & non debeat gaudere priuilegio, quo fuit abusus. Sed si delictum non esset vere, vel præsumptiue deliberatum, vel pensatum ante obtentam securitatem, etiã quod ex proposito delinqueret, puta occa-
10 sione antiqui odii contra inimicum in loco assicurato præter probabilem spem repertum, quo viso deliberauit eum offendere, vel alio modo, per quem excluderetur intentio præcedens saluum conductum, non ita de facili arbitrarer amplectendam esse eandem sententiam, quod talis appensate delinquens rupisse dicatur securitatem: quia cessant rationes supra allegatæ, & militant, quæ pro opinione contraria deducuntur, & ita alias in contingentia facti dicebam, mihique videbatur, quod nimis generaliter loqueretur Ioseph. de Ludouicis, dum sequens Blancum indistinctè tenet in delictis appensatis etiam ex proposito post concessum saluum conductum superueniente, securitatem frangi, aiens, secundum hanc intelligentiam, se retulisse Ill. Senatui, & forte nõ bene, licet alii, qui mecum in discussione causæ interueniebant, aliud viderentur sentire, nec alia in hoc fuerit secuta decisio, quia delictũ, de quo assicuratus imputabatur, non fuit sufficienter probatum; volui tamen hæc, quæ mihi in mentem venerant, hic ponere, non quia vellem fauere similibus delinquentibus, sed quia multum conducere existimo dignitati, & honori Principum, ne banniri sub fiducia eorum
11 patentium literarum decipiantur, quandoquidem securitas concessa seruanda est. Cy. & alii Doctores in l. præsenti, C. de iis, qui ad Eccles. confug. Angel. de malefic. in d. verbo, quod fama publica in 5. quæstione, num. 60. Quintil. Mandos. in tract. de signat. gratiæ tit. de salu o conductu. in vers. voluerunt aliqui, & Vincen. de Franch. d. decis. 258. in princip. etiam quod nulla eam concedendi adfuisset causa, & con-
12 cedi non debuisset. Menoch. d. cent. quarta, casu 336. num. 33. versic. extenditur secundo, & d. casu 337. numero quinto, versic. extenditur
13 primo, & quod plus est, etiam si data fuisset ab eo, qui eam dandi potestatem nõ haberet, ne ii, quibus datur, publica authoritate decipiantur, Vinc. de Franc. d. decis. 258. sub nu. 1. in quo tamen contrarium tenet Menoch. d. casu 337. nu. 10. & seq. vers. declaratur secundo.

EPITOME.

De plurium Iudicum ordinariorum, vel delegatorum sententiis in condemnatione reorum discordantibus circa tempus, summam, vel aliud, vbi multa scitu digna notantur, quæ apud criminalistas, qui quotidie præ manibus sunt, non inueniuntur.

SVMMARIA

SENTENTIAE trium Iudicum diuersæ super eodem facto, an valeant, vel ipsarum aliqua valeat. num. 1. 7.

Iudicum septem, quorum duo vnam, duo alteram, tres diuersam protulerunt sententiam, nulla valet, numero 2.

Idem de 11. Iudicibus, quorum quinque pro vna, quatuor pro alia, duo pro alia, 3. 10.

Sententiis ex tribus in criminali causa, licet diuersis, tamen duæ in hoc uidentur concordes, ut excusetur reus a pœna grauioris sententiæ. 4.

Sententiarum data paritate in criminalibus attenditur mitior. 5. 8.

Et hoc in Iudicibus ordinariis procedit. 12.

Sed quod sient omnes in suspenso, donec aptus Iudicum numerus conueniat. 2. & 6. cum seq.

Et hoc procedit in Iudicibus delegatis, 11. & 12.

Vel in pluribus ordinariis iunctis uno, uel plurib. delegatis. 13.

L. inter pares, & l. duo Iudices, ff. de re iudic. apparens contrarietas. 9.

Et de earum intellectu. 10.

A Iudicibus delegatis, uel ordinariis, quibus adiuncti fuerint unus, uel plures delegati, recuritur ad delegantem, nu. 13.

Magis

Magis dignum trahit ad se minus dignum. 14.
Iudicibus ex tribus vno condemnante in quindecim, alio in decem, alio in quinq; cuius sententia attendatur, num. 15.
Et valet in decem secundum aliquos. 21.
Sed quod valeat in quinque verior dicitur opinio. numero 22.
Et videtur procedere tam in delegatis quam in ordinarijs 24. *fallit protestantibus Iudicibus* 26.
Aestimationibus tribus in summis discordantibus coacervantur summæ in vnam, ex qua tertia pars eligitur pro vera estimatione. 16.
Statutum Florentinum Rubr. 109. *de prohibit. alienat. rei com. in requis consi. quomodo intelligatur circa rei æstimationem, num.* 17.
Aestimationum sententiæ nunquam transeunt in rem iudicatam, & semper potest appellari ab eis, & de earum iniquitate doceri. 18.
Quod procedit, æstimatoribus a quocunq; & quando cunq; electis, num. 19.
Statutum mandans stari declarationi factæ de pretio admittit contrariam probationem. 20.
In maiori summa inest minor etiam in sententijs. 23. *numero* 24.
Neapoli obseruatur, quod in sententiis criminalibus minor summa non sit in maiori 25.
Diuersitas sententiarum in quantitate pecuniarum a pari procedit cum diuersitate in quantitate temporis, exilii, vel similium 27.
Iudicibus ex tribus vno condemnante, alio absoluente diffinitiue, alio ab instantia iudicii, attenditur sententia diffinitiue absolutoria secundum aliquos, numero 31.
Sed quod attendatur absolutoria ab instantia, 28. *numero* 32.
Quod in iudicibus ordinariis, vel arbitris procedit secus in delegatis. 29.
Quæ tamen limitatio de delegatis redditur valde dubia ex allegatis, num. 30.
Sententiarum diuersitas, vel paritas idem operatur in sententiis interlocutoriis, ac diffinitiuis: numero 33.
Iudex ordinarius vnus ex pluribus licet ad diffinitiuam procedere nequeat solus, tamen interloqui, & in causa procedere potest 34.
Dummodo interlocutoria non habeat vim diffinitiuæ. numero 35.
Delegatus vnus ex pluribus non potest sine alio interloqui. num. 36.
Contrarium tamen volunt aliqui. 37.
Et quid de facto seruetur. 38.

CASVS CENTESIMVS DECIMVS NONVS.



EX tribus Iudicibus criminalibus, vnus condemnauit inquisitum de homicidio in pœnam exilii temporalis; Tertius in pœnam pecuniariam. Quæsitum est, quænam ex dictis
1 sententiis præualeat. Hæc quæstio non distat ab ea, quam Iulianus Rethor proposuit adolescenti cuidam declamandi studioso, qui in ea facultate nimis se offerebat, in eaque remodestiæ terminos excedebat, de qua meminit Aulus Gellius libro nono Noct. Att. capit. decimoquinto. De septem Iudicibus reum cognoscentibus, quorum ea rata haberetur sententia quam plures ex eo numero dixerũt. Cum enim dicti septem Iudices cognouissent, duo censuerunt reo exilio multandum, duo alii pecunia, tres reliqui capite puniendum. Petebatur ad supplicium Reus ex sententia triũ
2 Iudicum, & contradicebatur, & bene, quia certum est in proposita illius facti specie, nullam sententiam valere, sed omnes in suspenso esse, donec aptus Iudicum numerus in vnam aliquam sententiam conueniat, idest ex eis ad minimum quattuor consentiant, veluti ex Celsi, & Modestini responsis, quæ titulo de re iudicata, in Pandectis leguntur, de quibus infra specialis fiet mentio, facile colligitur, si quis ea diligenter inspiciat; nam cum ii de tribus duntaxat Iudicibus loquantur, prædictam quæstionem non omnino dissoluunt, sed tantum eius dirimendæ ratio inde colligi potest, vt optime tradit Robert. Titius Burgens. de locis cõtrouers. libro primo, capit. primo, quem refert, & sequitur Thesaur. decis. Pedemon. pr. numero duodecimo, versic. quid vero, vbi ponit quæ-
3 stionem de vndecim Iudicib. in causa, quæ vertebatur inter tres partes diuersas, quorũ quinque iudicauerunt pro vna parte, quattuor pro alia, & duo pro tertia, & dicit nullam sententiam valere, quia maior pars non consensit in aliquam, pro qua re adducit dictam quæstionem Iuliani, vt supra decisam, aiens ita, non male iudicio suo sensisse præfatum Robert. licet, vt ipse Thesaur. subdit, dici posset, in ea quæstione fauore rei iudicandum, cum quattuor ex septem in illo conueniant, vt a morte liberetur per tex. in l. inter pares, ff. de re iudic. Nam illi, qui censuerunt exilio multandum, & alii duo, qui in pecuniaria multa condemnaue runt, in illo conueniunt, vt non sit vltimo sup-
4 plicio puniendus, & ita inquit obseruari, quia vt subiungit, numero decimotertio, in causis
5 criminalibus, vbi par est numerus Iudicum, iudicatur pro absolutione, aut pro mitiori pœna per iura per ipsum allegata. Addit tamen Thesaur. sub d. nu. 12. dictis per Robert. in quæstione Iuliani, quod neutra sententia valet, & om-
6 nes in suspenso maneant, donec aptus Iudicum numerus in vnam aliquam sententiam conueniat, idest ex eis ad minimum quatuor consentiant, vel donec alius Iudex addatur, vt ex Modestino patet in vulgata lege, duo Iudices, ff. de re iudica. quæ hoc probat secundum vnum
7 intellectum glossæ, & facit text. in l. diem proferre, §. si plures, in princip. ff. de arbit. cum ibi notatis, vt postea a maiore eorum parte lata sententia præualeat, vt Celsus dicit in l. duo ex tribus, ff. de re iudica. & habetur etiam in l.

Pomponius, alias si vni ex pluribus eod. tit. in l. item si vnus §. principaliter versicu. in impari enim numero, & in l. si in tres cum l. seq. & in d. l. diem proferre d. §. si plures, ff. de arbitr. & in cap. pr. 2. & 3. 65. distinct. Ex his igitur deciditur quæstio per nos proposita de tribus Iudicibus criminalibus condemnantibus, quorum vnus condemnauit in pœnam mortis, alius in pęnam exilij temporalis, Tertius in pęnam pecuniariam, vt nulla earum sententia valeat; sed omnes in suspenso stent, donec duo in vnam sententiam conueniant, secundum Rubert. Titium exemplo quæstionis propositæ per Iulianum, vel alii adduntur Iudices, & a maiori parte sententia expectetur, vel dicendum est vt Thesauro placet, attendendam esse
8 sententiam reo magis fauorabilem, quod mihi non displicet, quoniam vbi sunt Iudices pares numero, & duo cōdemnant, & alij duo absoluunt, præualet in causa criminali sententia absolutoria pro reo, vt dicit Iason. in d. l. inter pares in secundo notabili num. 5. & facit Paris de Puteo in tract. de Syndic. in verbo, Iudices ad Syndicatum, qui sint, cap. 2. incip. an si potestas, sub num. 17. ad fin. versicu. si sint, vbi quod, si Syndicatores sunt quatuor, & duo absoluunt Potestatem, & alij duo condemnant, præfertur sentētia illorum qui absoluunt. arg. d. l. inter pares. Verum quia dictæ opiniones diuersæ sunt, & simul stare non possunt, cum si neutra sententia valet ex d. l. duo Iudices, stari non debeat fauorabiliori pro reo per d. l. in-
9 ter pares. in princ. quæ responsa ad inuicem videntur contraria, ex quo d. l. duo Iudices disponit, quod diuersæ sententiæ duorum Iudicum stent in suspenso, donec altera earum per competentem Iudicem confirmetur, & dict. l. inter pares in princ. vult, quod in pari numero Iudicum dissonas sententias proferentium, stetur sententiæ latę pro causa fauorabili, alias vero pro reo. Pro vera quæstionis resolutione, & dictorum iurium intelligētia, sciendum est,
10 quod dicta l. duo Iudices, loquitur in Iudicibus delegatis, d. vero l. inter pares, in ordina-
11 rijs, prout vtrobiq; tradunt communiter Doctores, & testatur Ias. priore loco super glosa prima num. 2. 3. 4. & rursus nu. 10. 11. 12. versic. item in quantum, & posteriori loco in primo, & in secundo notabili, & iterum nu. 10. versic. in glosa, qui plures diuersitatis rationes adducit, ad quas lectorem remittere sufficiat, & est distinctio expresse canonizata in cap. fin. extra. de sentent. & re iudic. & tradunt Vant. in tract. de nullit. tit. de nullit. ex defectu iurisdictionis ordinar. ad fin. num. 186. versicu. si autem Iudices fuerint numero pares, & Thesaur. d. decisi. pr. num. 6. versi. dubitatum adhuc fuit, qui multa nu. 7. 8. ponit de notorum paritate,
12 quomodo constituatur, & an in ea habenda sit ratio numeri tantum, an vero etiam dignitatis iudicantium, quo fit, vt quod dictum est de suspensione trium diuersarum sententiarum, donec in vnam maior pars consentiat, vel superiot cōfirmet, aut alium Iudicem addat, procedit in Iudicibus delegatis, non autem in ordinariis, quibus discordantibus, & vnoquoq; diuersam sententiam proferēte, præualebit fauorabilior reo ex dictis per Thesaur. & antea per Ias. & Vant. supra relatos, a quorum opinione iudicando recedendum non esset, cum sit fundata, nedum rationibus, sed etiam iuribus, & authoritatibus per eos adductis, & quę diximus de pluribus delegatis, procedunt etiā in vno aut pluribus ordinariis, & vno aut plu-
13 ribus delegatis, seu adiunctis a Principe simul, quia, & tunc his discordantibus in pari numero neutrius sententia valet, sed ad superiorem delegantem recurritur, habito magis respectu ad delegatum, quam ad ordinarium, cum delegatus maior sit ordinario, & maius dignum trahat ad se minus dignum, vt in d. l.
14 duo Iudices, tradunt Bart. num. 3. versicu. sed quid. Castr. sub num. 2. ad fin. versicu. & est tertius casus, & Ias. num. 16. versicu. extra glos. Ex his etiam decidi potest alia quæstio in criminalibus causis non raro eueniens, cum præsertim pecuniæ pœnæ, ex Iudicis arbitrio, attenta personarum, & factorum qualitate, imponuntur, & plures sunt Iudices, & vnus conde-
15 mnat reum in quindecim, alius in decem, & tertius in quinque. Quæsitum est enim, quæ ex dictis sententiis tenenda sit; in qua ego alias dicebam, attendi debere sententiam de decem quæ est tertia pars totius summæ omnium con
16 demnationum trium Iudicum simul coaceruatæ, per ea. quæ in quadam causa ciuili Laurentij Signoretti cum Sebastiano del lauoratore de anno 1585. dixeram de tribus æstimatoribus in diuersis summis æstimantibus certam domum, dum officio Iudicis primarum appellationum Rotæ Florentinæ fungebar in motiuis de more superinde factis in hunc qui sequitur modum, videlicet. Spiritus Sācti gratia illuminet intellectum meum. Cum Laurentius Signorettus egisset contra Sebastianum del lauoratore, vt sibi reuenderetur quædam domus per dictum Sebastianum emptā a Iulia-
17 no de Casinis iuxta formam statutorum Florentiæ, lib. secundo Rubr. 119. de prohibita alienatione rei communis irrequisito consorte, & obtinuisset per sententias conformes, & postea deuentum esset ad æstimationem ipsius domus, & ab ea, & ab eius admissione, vt in actis facta, appellatum fuisset per Signorettū, & ad alias duas processum fuisset æstimationes, & omnes tres essent disformes, & discordes, nec vna cum alia conueniret. Ego dixi omnes tres æstimationes, & earum summas esse in vnum coaceruandas, & ex tota earum summa sic in vnum coaceruata esse eligendam tertiam partem pro vera æstimatione dictæ domus, pro qua venditio fieri debeat per dictum Sebastianum d. Signoretto, ita enim faciendū esse in istis precisis terminis nostris docet nos Salycet.

Salycet. in l. hac ædictali §. his illud sub nu. 10.
versi. sed tunc insurgit aliud dubium C. de se-
cund. nupt. & eum sequitur, & commendat Cot
ta memor. verbo æstimatores bonorum, versic.
aliam ponit Salycet. & dicit esse de mente Bal
di in l. pr. C. si seru. exter. in sexta quæstione ad
fin. nume. 26. vbi data variatione in precio re-
rum, ait non esse inspiciendum, quod est plus,
nec quod est minus, sed eligendam esse mediã
viam inter discrepantia extrema, quod, & in
aliis terminis voluit glo. per Cottam adducta
in l. cum in eo, in glos. fin. in versicu. sed quid si
alii, ff. de pact. in tutore scilicet creditore pu-
pilli, qui etsi debeat esse contentus ea portio-
ne, ad quam alios creditores reuocauit, si ta-
men alii diuersis partibus contenti fuerint,
non attenditur in ipso tutore maior, vel mini-
ma, sed media pars. Et opinio ista Saly optime
probatur ex textu l. si fundum qui ex parte, in
fine iuncto princ. legis sequentis incip. ita vt
omnis, vbi etiam glos. pr. ff. mandari, & quam-
uis videatur dubitabilis Alex. in addit. ad Bar.
in d. l. si fundum, tamen fatetur eam esse mira
bilem, & pro ea allegat glos. in d. l. si cum eo, ff.
de pact. & Bald. in d. l. pr. C. si seru. exter. & ean-
dem sententiam expresse firmat idem Bald. in
d. l. si fundum in addit. ad lecturam in princ. &
in fine post Rayner. per eum allegatum, adeo
quod ab ea non videtur recedendum.

Nec putaui præmissæ cõclusioni obstare sta-
tutum allegatum, dum mandat partibus non
existentibus in concordia de precio, illud de-
clarari per tres amicos earum, vel duos ex eis,
etiam tertio absente, & irrequisito per ipsas
partes eligendos, & eo declarato fieri vendi-
tionem, quasi quod standum fuerit primæ ęsti-
mationi factæ per duos ex tribus per dictas
partes electis, quia statutum hoc, non videtur
reiicere alias æstimationes, nec tollere reme-
dium iuris communis, secundum quod huiuſ-
18 smodi sententiæ ęstimatorum nunq̃ transeũt
in rem iudicatam, sed semper ab eis potest ap-
pellari, & de earum iniquitate doceri Afflict.
decisi. 188. num. 4. Cotta d. memor. verbo æsti-
matores bonorum in fine, quod latissime ostẽ-
dit ex communi scribentiũ voto Ioan. de ami-
cis consi. 102. num. 5. cum seq. vsq; ad fin. con-
silii, siue isti æstimatores electi fuerint a par-
19 tibus, siue a Iudice, & nedum ante publica-
tionem processus, & nondum didicitis testifi-
catis, sed etiam postea, & quandocunq; etiam
post centum annos. Nec ex eo, quod statutum
mandat stari declarationi factæ de precio per
electos, intelligitur tollere probationem in
20 contrarium, imo eam admittere censetur, &
ita statuere, nisi oppositum ostendatur. Alex.
consi. 114. nume. 9. lib. 4. & ibi Addit. & tradit
Plotus alios referens in tract. de in litem iu-
rando §. 49. num. 22. versicu. quinto limita. Ha-
ctenus dicta motiua, ad solitum locum officii
Domini Proconsulis trãsmissa, & pro hac sen-
tentia postea reperi Vrsil. in addit. ad Afflict.
decisi. 240. num. 14. dicentem esse communem
practicam, & iure probatam, quod fiat ista
coaceruatio diuersarum summarum, & postea
diuidatur inter tot partes, quot sunt personæ
discordantes, & vna ex illis, puta tertia, vel
quarta, si tres, vel quatuor sunt, qui discor-
dant, sit vera summa eius, de quo agitur, ad
quod adducit Gerard. sing. 25. idem vult. The-
saur. dict. decisi. pr. num. 10. versicu. quid si plu-
res, qui in criminalibus causis decidit, quod in
puncto per nos proposito plurium Iudicum,
quorum aliqui condemnant in quindecim, alii
in decem, & tertii in quinque senatus solet iu-
dicare cum his, qui in decem condemnant iux-
21 ta sententiam Alciati, quam tamen inquit im-
pugnare Cuiac. & tenere, quod in quinque re-
neat condemnatio per text. in dict. l. diem pro-
22 ferre §. si plures. versicu. inde quæritur, ff. de ar
bitr. cui similis est text. in dict. l. inter pares in
fin. versicu. si in diuersis summis, ff. de re iudic.
& in cap. pr. de arbitr. in 6. & est verissima opi-
nio, quia cum in summa maiori, insit de neces-
23 sitate minor, valet sententia in quinque tanq̃
quod in eam summam concordent, qui maio-
rem quindecim, & decem expresserunt, vt di-
cta iura probant, & tradunt in dictis locis Do-
ctores, & præcipue Ias. in dict. l. inter pares in
quarto notabili, numero 7. Roman. in dict. §. si
plures, lecto cum § hæc autem clausula l. labeo
ait, numero 6. versicu. nota in §. si plures, & in
hoc forte nulla est constituenda differentia in-
24 ter Iudices delegatos, & ordinarios, cum om-
nes dicantur concurrere in minori summa, &
nulla videatur inter eos discordiæ, in quo ca-
su discordiæ tantum adhibetur distinctio, de
qua supra diximus. Verum prædictę conclusio
ni non parum obstare videntur tradita per
Vincent. de Franch. decisi. Neapolit. 356. ab
eo tempore. in secunda parte, vbi agens de
25 obseruantia sacri consilii, quod in maiori sum
ma in sententiis etiam in causis criminalibus
non inest minor, vel in quantitatibus pecunia
riam, vel in numeris annorum. Quærit quid
circumscripto solito sacri consilii dicendum
de iure sit, & determinat, quod, & si videretur
attendenda minor summa secundum dict. §. si
plures, & capitu. primo, de arbitr. in 6. tamen
quando iudices protestantur, quod non inten-
26 dunt concurrere cum minori summa, hoc ca-
su non est publicanda sententia secundum mi-
norem summam, sed addendi sunt alii Iudi-
ces, & si proferantur plures sententiæ in pa-
ri numero Iudicum, non præualebit lata in
minori summa secundum opinionem glos. in
l. pr. §. si stipulanti in verbo non erit, ff. de ver-
bor. obligat. quam ibi tenent Angel. Imol. Ro
man. Castr. Alexan. Aret. Soc. Ruin. Galiau-
la Butticella Pont. Aquil. Claud. & Herculan.
& plures alii in aliis locis, quos omnes re-
fert, & sequitur ipse Franch. in dict. decisi. vbi
etiam post alios per eum adductos inquit,
quod pro protestatione sufficit quod quis in

sua persistat sententia, quia hoc æquipollet expressæ protestationi, & respondet ad iura in contrarium allegata, quod non procedunt, quando interuenit protestatio, quod non intendunt, qui condemnat ad quindecim, & qui ad decem, consentire minori summæ, quia licet in maiori summa insit minor de necessitate ex natura numeri, non tamen inest de necessitate ex natura dispositionis quia nec condemnatio in maiori summa quindecim, & decem subsistit, in quam alij non conueniunt, & hanc opinionem communem esse de iure, & in sacro consilio receptam tanquam verã asserit, a qua non sit recedendum, & istam sententiam vltra, allegatos per Vincẽtium de Frãch. tenẽt Roman. in d. §. si plures lecto cum §. hæc autem clausula. l. labeo ait sub nu. 6. versic. hoc tamẽ. ff. de arbitr. & Iaſ. in d. l. inter partes. nu. 7. & seq. versi. limita istũ textũ, & prędicta, qui expresse dicunt dispositionẽ d. §. si plures. vers. inde quæritur, & d. l. inter pares. ver. si in diuersis, quod si ex tribus Iudicibus vnus cõdemnet in quindecim, alius in decẽ, & tertius in quinq; sententia valet in quinq; in quã tanque in minorẽ videntur consensisse, qui in maiorem con demnarunt nõ procedit quando condemnantes in maiori nolunt consentire in minori, & ita protestantur, vel condemnant in maiori ita quod non in minori summa, quia tunc nullius sententia tenet, vt per eos ibi, & hæc notanda sunt quia possunt seruire, nedum quando adest d iffbrmitas sententiarum respectu summarum pecuniarum, sed etiam quantitatis tẽpo-
27 rum. quando quis damnatur exilio, aut relegatione, confirmatur, deportatur in insulam, vel condemnatur ad triremes ad tempus, nam, & idem tunc est, quod in sumis diuersis pecuniarum, prout dicit Vincent. de Franch. d. decisi. 356. in princ.

Euenit etiam quandoq; quod ex tribus Iudicibus, vnus condemnat reum, alius absoluit diffinitiue a contentis in petitione, Tertius vero absoluit solum ab instantia Iudicii, quo in casu Bart. in d. l. inter pares. nu. 4. ver. sed quæro, ait, quod preualet vltima sententia, quæ so
28 lum absoluit ab instãtia Iudicii, in qua omnes tres concordant quia primus, qui condemnat, & secundus, qui absoluit a roto, saltem effectua liter absoluũt ab instantia Iudicii, quæ finitur, aut saltem duo vltimi in hoc concordant, vnde præferri debent primo, Itẽ, primus, & vltimus in hoc concordant, vt non absoluatur a contẽtis in petitione, & sic sententia medii non potest valere, vt ibi per Bart. qui hoc firmat in Iu-
29 dicibus ordinariis, & in arbitris, non autem in delegatis, in quibus recurritur ad superiorem delegantem per d. l. duo Iudices. Considera ta-
30 men, quod si aliquo modo maior pars Iudicum dicitur consentire in vnam sententiam ex illis tribus, vt ipsemet Bart. dicit, videretur, quod etiam in delegatis valeret ea sententia, in quam maior pars concurrit, & sic absolutoria ab Instantia Iudicii quia ad delegantẽ recurritur quando sententiæ non concordant d. l. duo Iudices, ff. de re iudic. & d. c. fin. extra de sentent. & re iudic. nam si omnes concordant, vel maior pars, siue sint ordinarii, siue delegati siue arbitri, valet sentẽtia plurium d. l. Pomponius alias si vni, & d. l. duo ex tribus, ff. de re iudic. l. Item si vnus. §. principaliter l. si in tres cũ l. seq. & l. diem proferre. §. si plures, ff. de arbitr. cap. primo, & cap. 2. & 3. 65. distin. glos. in d. ca. fin. de sentent. & re iudic. in glos. magna post princ. Vant. d. rit. de nullit. ex defectu Iurisdict. ordinar. num. 186. versi. nota insuper, & si vult. Bart. quod vltima sententia valeat in arbitris, vtiq; dicendum est, quod nulla sit consideranda discordia, quia data diuersitate sententiarum in arbitriis neutra sententia valet per text. apertum in d. cap. fin. in finalibus verbis extra de sentent. & re iudic. & in d. l. diem proferre §. si plures, ff. de arbitr. data autem consonantia, & concordia Iudicum, vel maioris eorum partis non dubitatur de sententiæ validitate in quibuscunque Iudicibus, vt dictum est. Ideo cogita, quia non audeo os contra tantum virum aperire, dicit tamen Iaſ. in d. l. inter pares. num. 11. vers. extra glo. quod dictum illud principale Bart. impugnat Cuman. volens, quod
31 imo valeat sentẽtia medii absolutoria rei diffinitiue, quia fauorabilior est reo d. l. inter pares in princ. & d. cap. fin. extra de sentent. & re iudic. ex quo in principali causa omnes sunt discordes, quia primus condemnando, & secundus absoluendo, diffinitiue perimunt torũ negotium, & finem imponunt controuersiæ. Tertius autem absoluens solum ab instãtia iudicii non finit cõtrouersiam, sed partes denuò possunt eandem litem instituere, vnde prima, & secunda sunt omnino cõtrariæ tertię. Et primus, & secundus Iudices non conueniunt cum tertio vt dicebat Bart. nec refert, quod per omnes sententias reus sit liberatus ab instantia iudicii, quia respectu primæ, & secũdæ hoc est in quandam consequentiam, & non secundum principalem Iudicum iurentionem dirimendi litem per sententiam, quæ est attendenda. Sane in hac dubietate tutius esset adhærere opinioni Bartoli, per quam iuribus vtriusq; par-
32 tis consulitur, & neutri earum irreparabiliter præiudicatur iuxta dictum Castr. communiter approbatum in l. prima num. 4. ff. si quis cautionib. & cum casus iste aliquando eueniat in facto, vt Bart. vidisse artestatur, & ipse accidisse intellexi Lucæ, & Senis, miror, quod qui post Bart. scripserunt in d. l. duo Iudices, in maiori numero hoc non tetigerint.

Prætereundum autem non est, quod super ius tradita in hac materia diuersarum senten-
33 tiarum plurium Iudicum, procedunt nedum in sententiis diffinitiuis, sed etiam in interlocutoriis, quibus pariter requiritur omnium consensus, vel saltem maioris partis, & in pari numero adhibetur eadem distinctio, quæ in diffinitiuis

diffinitiuis per eadem iura supra allegata.quia sententiæ appellatione ita venit interlocutoria, sicut diffinitiua, vt pulchre in hoc proposito docet Abbas in cap.causam matrimonij.nu. 3.versicu.& aduerte,extra de offic.& potest.Iudic.deleg.Bene verum est, quod licet in sententia diffinitiua omnes Iudices, vel maior pars interuenire debeat, & vnus solus ad eam deuenire non possit d.l.Pomponius alias si vni, & d.l. duo ex tribus,ff.de re iudicata d. l. item si vnus §.principaliter d.l.si in tres cum l.seq.& d.l. idē proferre §.si plures,ff.de arbitr.& d.ca.causam matrimonij, extra de offic.& potest.Iudic.delegat. cum notatis vbiq; & in aliis iuribus supra citatis,& diffuse tradit Vant.d. tit.de nullit. ex defec. iurisdict.ordinar.num. 175. & plur. seq. versi.vlt. diximus, tamen secus est in interlocu-
34 toria,nam in procedendo vnus ex pluribus Iudicibus ordinariis potest sine alio interlocutorias ferre, & in causa procedere, vt sequendo glos. tenet Bart. in d. l. Pomponius,alias si vni ex pluribus 36.nu.4.versi. secundo quæro ff.de re iudic.& ibidem Castr.n.9. versi. vlt. quæro, & Ias.in fine nu. 11.versi.in vlt. parte gl. iunctis antea dictis n.5.versi. secunda conclusio. Abb. dicens esse communem veriorem, & communiorem in cap.prudentiam,sub nu.10.vers.aut plures sunt deputati ad vnum officium, extra de offic.deleg.& ibidem Felyn.nu.i. & in d. ca. causam matrimonij,post princ.versi.in ordinariis soluatur,& eodem modo delegatus ad vniuersitatem causarum,Bart. & Castr.vbi supra, & Ias.sub d.nu.11. iunctis prius dictis num. 6. & seq.versi.In eadem, qui testatur de communi, late Felyn. in d. cap.causam matrimonij,in princ.& latius n.8.versi.gl. in verbo vnius, qui reprobat opinionem Abb. contrarium tenētis ibidem n.7. super eadem gl. quam opinionem communem fatetur ibidem Dec.n.9.versicu.in gl. & hoc, nisi exerceat actum, per quem finiatur iurisdictio, puta pronuntiando incompe-
35 tentiam,vel absoluendo partes ab obseruatione iudicij,vel nisi aliam ferat interlocutoriam, quæ habeat vim diffinitiuæ, quia tunc omnes concurrere debent,vel maior pars, vt in diffinitiua Bart.& Castr.iam citati,& Ias.in d.vlt. parte glos. Felyn. in in d. cap. causam matrimonij sub nu.1.ad finem versi.limita pr.& in d.c. prudentiam,sub nu.1. versi. tertio fallit, quod ta-
36 men in vno ex pluribus delegatis ad vnā, vel plures causas tantum non admittit, Bar. in loco citato;imo vult,quod vnus non possit interloqui sine alio , quod etiam late tenent Abbas in d.cap.prudentiam nu.14.versi. aut sunt delegati ad vnam, vel plures causas,extra de offic. & potest.Iudic.delegat.per illum tex. hoc clare probantem, & Fely.in d. cap. causam matrimonij.nu.pr. quod, & probat c. vno delegatorum,cum ibi notat.eod.tit.sequitur Ias. in d.l. Pomponius alias si vni ex pluribus in fine nu. 11.versi.in vlt.parte gl.iunctis iam traditis sub n.10.post versi.in eadem glos.ibi, secus in pluribus delegatis. Verū Castr.in d. l. Pomponius
37 sub d.nu.9.versi.vlt.quæro, tenet, quod etiam vnus ex delegatis ad vnā, vel plures causas potest sine alio interloqui , dummodo non sit interlocutoria,quę finem iurisdictioni imponat, vel alias habeat vim diffinitiuæ, sed sit modici pręiudicij,& inquit,quod istud quotidie videmus de facto seruari , & respondet ad allegata in contrarium,& adducit pro hac parte tex. in auth.ad hæc C.de iudic.in illis verbis, cętera licet expediri per consiliarios,& hanc opinionē Castr. vidi pluries obseruari ; quando tamen, ut dictū est,agitur de interlocutoria mera quę non afferat magnum præiudicium, vt est defer-
38 re iuramentum calumniæ parti, vel testibus examinandis, dare dilationes ad probandum, admittere articulos,positiones, instrumenta, & similia facere ; vbi autem tractatur de magno partis præiudicio vidi semper interloqui per omnes delegatos, vel per maiorem partem, & memini, quod alias nolui in quadam causa criminali solus ponere reum , quem sine alio coniudice delegato examinabam, ad torturam , licet indicia essent vrgentia , sed volui , quod ad talem actum interueniret etiam collega , pro vt interuenit, & ita postea multoties practicaui.

EPITOME.

Quod Dominus plurium Prouinciarū, vel terrarum separatarum,& distinctarum non potest subditos vnius Prouinciæ,vel terrę delinquentes in ea cō duci facere ad aliam prouinciam , vel terram, & ibi eos processari , & puniri facere, vel aliter in eos contentiosam iurisdictionem exercere,nisi iusta id faciendi adsit causa, licet in gratiis,delegationibus,& similibus, quæ voluntarię sunt iurisdictionis,possit vbique extra subditorum prouinciā facere,quæ præsens in prouincia illorum posset.

SVMMARIA.

Dominis plurium prouinciarum , seu locorum penitus separatorum non licet delinquentes in vno conduci facere ad alium locum, & ibi processari,& puniri facere, num. 1.

Ex causa tamen iusta id licebit.12.

Licet de facto id male seruetur , & non sine maximo partium dispendio, num. 12.

Iurisdictio cōtentiosa in homines vnius prouinciæ exercenda est in ea prouincia non extra.2.11.

Episcopus non potest in aliena diœcesi contentio-

 sam

sam iurisdictionem exercere inter suos subditos, numero 3.

Reges Angliæ sunt Reges Vasconiæ etiam extra Vasconiam commorantes, non tamen habent exercitium contentiosæ iurisdictionis extra eorum prouinciam, numero 4.

Iurisdictio voluntaria exerceri potest extra prouinciam, numero 5.

Delegatio causarum fieri potest extea prouinciam, vt in prouincia cognoscantur. 6.

In delegationibus causarum habenda est ratio qualitatis causæ, & personarum, & longinquitatis regionis. numero 7.

Rector plurium Prouinciarum separatarũ potest vnius prouinciæ negotia iurisdictionem voluntariam concernentia expedire extra illam prouinciam, numero 8.

Secus negotia contentiosæ iurisdictionis, eo.

Constitutio Principatus Cataloniæ, ne causæ extrahantur ab eo, non impedit, quin Rex Hispaniarum extra Principatum possit facere gratiam de delictis in Principatu commissis. 9.

Constitutio prædicta intelligitur de causis concernentibus contentiosam iurisdictionem 10.

Principes deberent in vna quaq; Prouincia tenere Iudices causarum. 13.

Appellari potest, si nolit Episcopus causam loci a partibus valde longinquis in propinquo loco committere, numero 14.

Causa iuris ardua in loco insigni, & vbi adsit peritorum copia est pertractanda. 14.

Relegatio hominum extra prouinciam absq; probabili causa facienda non est. 15.

CASVS CENTESIMVS VIGESIMVS.



DVM alias quæreretur, an Dominus diuersorum territoriorum, seu castrorum, aut locorum penitus separatorum, & distinctorum posset de iure subditos vnius territorij delinquentes in eo conduci facere in aliud territorium, seu ad aliud dictorum Castrorum, aut locorum, & ibi eos processari, & puniri facere
1 per suos Iudices; erant in voto, quod dicto Domino id non liceret facere citra iniuriam dictorum delinquentium, quia Dominus alicuius Prouinciæ iurisdictionem contentiosam in
2 eius homines in ea ptouincia exetcere potest, extra illam autem non potest, quia tanquam priuatus iudicatur, ita in istis terminis probant, l. 3. ff. de offic. præsid. & ibi glo. & Bart. & l. fin. C. de offic. præfect. vrb. & ibi pariter gl. & Bart. & bene facit tex. in l. fi. ff. de iurisdict. om. iudic. & ibi glos. in verbo, non paretur, quod & in Episcopo traditũ inuenitur, vt nec is in aliena diœcesi inter suos subditos iurisdictionem
3 hanc possit exercere clemen. vnica, in princip. & ibi gloss. & Doctores de foro competent. ea ratione, quod talis iurisdictio dicitur cohærere territorio, vt dicit Barto. in l. fin. numero 9. versic. nota ergo. C. vbi, & apud quem cognit. in integrum restituat, licet enim Vascones, quĩ dicunt, se non teneri sub Rege Angliæ nisi ip-
4 se sit in Vasconia, & alias ei seruire nolunt, sed dicunt eum priuatum, & non esse verum Regem, male dicant, quia non est priuatus, sed retinet imperium, tamen non habet exercitium iurisdictionis extra prouinciam suam, vt dicit glo. in dict. l. 3. & probatur ex Castrens. in consilio statim citando, scilicet contentiosæ, quia
5 voluntariam potest exercere extra prouinciã. glos. & Barto. in dict. l. 3. & gloss. in dict. l. fin. ff. de offic. præfect. Vrb. in glos. fina. in fine, & in d. l. fina. ff. de iurisdict. omnium iudic. & est tex. in l. 2. ff. de offic. proconsul. & legat. Vnde po-
6 test, & debet causas extra prouinciam delegare, vt delegatus intra prouinciam cognoscat. gl. in d. l. 3. gl. magna, in fine, & tradit Castren. consi. 99. circa primum quæsitum, in princ. lib. secundo, & quod extra prouinciam possit delegare, est tex. in d. l. fi. in vltimis verbis, ff. de offic. præfect. Vrb. & ibi etiam gl. & tradit Vant. in tract. de nullit. tit. de nullit. ex defectu iurisdict. deleg. num. 94. versicu. septimo, quo loco fiat, subdens, num. 95. hoc tamen ita esse intelligendũ, quod existens extra territorium, delegare possit causam in territorio cognoscendam, non autem alibi extra illud territorium, quod & supra diximus. In qua delegatione e-
7 tiam habendam esse rationem qualitatis causæ, & personarum, probat tex. in l. cum post appellationem C. de appellat. & consultatio. vbi quod Iudex appellationis eiusdem prouinciæ ob mediocritatem negotij, aut longinquitatem regionis debet mittere litigatores ad Patriam, & ibi causam delegare, & secundum ista intelligendum videtur etiam illud quod dicũt Barto. in l. vnica. C. de metropoli. Berit. lib. vndecimo, in fine, num. 12. versic. quarto, quando, & ibidem Angel. de Perus. ante num. 9. versicu. quarto quando, Castr. in d. l. fin. ff. de iurisd. om. iudic. sub num. 8. in fine, post versic. sed quid si partes, & ibidem Ias. num. 9. versic. tertio fallit, & Marsil. nume. 14. versic. tertio etiam limitat, & alij per eos citati, volentes, quod quãdo plures prouinciæ subsunt vni soli Rectori, quælibet tamen per se tanquam principalis, & sepa-
8 rata, potest rector negotia vnius Prouinciæ expedire in alia, nam procedit hoc dictum in concernentibus iurisdictionem voluntariam, non autem in respicientibus iurisdictionem contentiosam, in quibus extra prouinciam non habet exercitium dictæ iurisdictionis licet imperium, & dignitatem retineat.

Et ad propositum bene facit quod decidit Don Ludouic. de Pegue. in suis decisionibus, seu quæstionib. crimin. cap. decimooctauo, vbi quærit, an stante constitutione in Principatu Cathaloniæ, ne causæ tam ciuiles, quam criminales ab eo extrahantur, sed in eodem sint pertractandæ, & fine debito terminandæ, Rex Hispaniarum inuictissimus absens a Principa-

tu

tu possit facere gratiam, & remissionem delictorum in ipso Principatu commissorum, etiã cessante partis instantia, & primo dicit videri D. Regem non posse etiam attento partis instantis consensu, facere dictam gratiã obstante dicta lege, cum illa resultet ex factis, de quibus causa in dicto Principatu est introducta, sed ipsam gratiam obtinendam esse ab ipso D. Rege, cum presens est in Cathalonia, vel a locum tenente generali qui eius repræsentat personam, vel ab officialibus in dicto Principatu
9 existentibus, ad quos spectat. Postea inquit cõtrariam opinionem esse veriorem, quia consti-
10 tutio supradicta intelligitur de causis, quæ requirunt causæ cognitionem, ideo quod in eis versatur interesse partis in iudicio deducibile, nam illæ sunt causæ, quæ ex dicta lege non possunt extrahi a Prouincia, non autem aliæ nullum interesse priuatum tangentes, vt sunt gratiæ procedentes ex mera liberalitate D. Regis, ad quem, vti supremum, spectat, cessante partis instantia, posse remittere pœnas delictorum tam corporales, quam pecuniarias etiam post sententias in iudicatum transactas, & allegat simpliciter glo. in l. secunda, in verbo concedi, C. de in ius vocan. quam ait ab omnibus communiter esse approbatam ex Parisi. consil. pr. num. 1. & 59. lib. 4. & secundum hanc vltimam opinionem multoties dicit fuisse conclusum in Regio criminali consilio Cathaloniæ, nec quid quam aliud pro ea adducit, pro qua tamen optime faciunt authoritates, & iura præcitata, ex quibus omnimodam facultatem in Principe residere extra Prouinciam etiam quoad
11 exercitium respectu voluntariæ iurisdictionis, liquido probatur, licet in concernentibus iurisdictionem contentiosam aliud esse dicatur, quod, & Bart. censuit in repet. l. pr. num. 80. versicu. sed tamen dubitatur C. de dignitat. li. 12. vbi querit, an Rex transiens per alias partes extra suum Regnum possit creare milites, & ait videri, quod non, quia ibi, vt priuatus homo videtur d. l. fin. ff. de offic. præfect. Vrb. postea dicit, quod incontrarium est veritas, quia ea, quæ sunt voluntariæ iurisdictionis, possunt extra territorium exerceri, vt d. l. 2. ff. de offic. proconsu. & legati. Et hanc meam sententiam inueni postea sentire Vincent. de Franch. decis. Neapolit. 526. in tertia parte, dum vult num. 7. & seq. quod Dominus pluriũ Regnorum, vel prouinciarum potest ex causa criminosum extrahere de vna, contra auth. qua in prouincia C. vbi de crim. agi oport. & conduci facere in aliam, & ad eam transmitte-
12 re, puta quando causa esset ardua, & dubitaretur de fractione carceris, & ereptione carceratorum, nulla habita consideratione, quod in Patria cum maiori commodo posset viuere, & minori dispendio, & maiori cõmoditate propter consanguineos, attinentes, & amicos, & faciliorem defensionem Aduocatorum, procuratorum, & testium; si enim ex causa id Principi licere ait, vtique causa cessante prohibitum esse intelligit, quod probãt per me allegata iura, de quibus Franch. non meminit, sed certe male hoc obseruatur de facto, quia Principes ad libitum, & nulla iusta subsistente causa extrahunt causas tam Ciuiles, quam criminales de vna prouincia ad aliam, penitus distinctam, & separatam, non sine maximo partium dispendio, & grauissimo incommodo, imo, & aliqui tenent in vna ex pluribus prouinciis vnum, vel plures Iudices, seu auditores, qui certas causas omnium prouinciarum audiunt, & decidunt, licet quando habent sub se plures
13 prouincias, & in vnaquaq; plures terras, deberent in vna terra cuiuslibet prouinciæ tenere dictum Iudicem, seu Iudices, vt est de mente Franch. dicta decisi. 526. sub numero 10. qui loquitur in auditore secundarum Causarum, residendo in vna ex pluribus terris vnius prouinciæ per l. cum post sententiam C. de appell. & notata per Dec. in cap. cum re. col. fin. num. 3. versicu. vltra Abbat. hic, de offic. deleg. vbi inquit, quod si Episcopus latam habet diocesim, & velit cognoscere in loco multum remoto a partibus, partes possunt petere, vt causa committatur in loco propinquo, & si hoc denegetur, appellari potest per text. notabilem
14 in d. l. cum post sententiam, & subdit Dec. in fine versicu. & adde, quod quando causa est ardua, quę indiget iuris peritis, debet tractari in loco insigni, vbi sit copia peritorum, & citat Abbatem in clem. pr. per illum tex. num. 6. de foro competen. dicit etiam in hoc proposito Franch. d. decisi. sub eod. num. 10. quod eadem ratione potest Dominus relegare Vassallum in vna ex pluribus terris eiusdem prouinciæ, vt colligitur ex dictis per Bald. in l. si is, qui. columna secunda, versicu. & si dicatur, quod ho-
15 die. C. si penden appellat. mors interuen. quod verum est, sed & extra prouinciam propriam relegantur delinquentes in terris, & locis alterius prouinciæ sub eodem Principe, quod absque causa probabili faciendum non esset, vt ex prædictis apparet.

EPITOME.

An pendente processu criminali, quis possit promoueri ad officia publica suæ Ciuitatis, & vocari ad honores, & quid de confinatis, seu relegatis, aut exilio damnatis ad tempus, dum adhuc durent confinia, seu relegationes, aut exilia, licet officij administratio post dictum tempus incipiat, & quid ipso tempore finito.

SVM-

SVMMARIA.

Officium publicum is obtinere non potest, qui tempore, quo fuit de more ex bursa extractus, criminaliter processabatur de mala administratione officij, numero 1.

Honores non potest quis obtinere pendente criminali processu, numero 2.

Quod maxime procedit, si de mala administratione arguatur, numero 3.

Confinati durante tempore confinii non possunt ad honores eligi. 4. num. 12.

Et an interim reuocati ad patriam, vel finito tempore confinii recuperent locum eorum 5. & seq.

Et an si recuperant, habeantur tanquam de nouo electi 7. & numero 8.

Remotus ab officio ad tempus, eo finito, nec alio medio tempore electo, illud recuperat. 6. 8.

Relegatus, seu confinatus ad tempus ex causa famosa, si sit infamis perpetuo, non admittitur ad officium cum dignitate, num. 9.

Si vero infamis ad tempus, tanto tempore debet ab officio abstinere, quanto fuit in relegatione, numero 10.

Infamis perpetuo, vel ad tempus quis dicatur remissiue, numero 11.

CASVS CENTESIMVS VIGESIMVS PRIMVS.



Endente processu criminali contra aliquem pro mala administratione cuiusdam officij publici, quod gesserat, vacauit aliud publicum officiũ communitatis, ad quod se admitti petebat, vti forte extractus de bursa, in qua inclusus erat cum multis aliis ad officia communis petagenda de more antea electis, & facta illi propositione de pendentia dicti processus criminalis quærebatur, quid iuris, & quod admitti non debeat, decidit Bart. in l. v-
1 nica. C. de reis postula. libro decimo, per illum textum, quem ita summat. Pendente processu criminali non potest quis ad honores vocari,
2 & subdit facere l. reus delatus, ff. de muner. & honor. vbi ipse Barto. refert Dyn. asserentem, quod iste casus alibi non reperitur, quod scilicet Reus accusatus non potest habere honores, & idem colligitur ex dictis per Luc. de Pen. in d. l. vnica, columna prima, & secunda, su
3 per verbo, honores, quod præsertim admitten dum est in isto casu, in quo processus respicit malam administrationẽ alterius officii, in quo si male se gessisse reperiretur, nec ad illud, nec ad aliud simile posset aspirare iuxta l. Iudices, cum ibi notatis per scribentes. C. de dignit. libro vndecimo. Et idem dicit Barto. in l. pri. C. de his, qui in exilio dat. vel ordi. mot. sunt eo-
4 dem libro decimo, de confinatis, qui non possunt eligi ad honores durante tempore confinationis per illam l. quam inquit vidisse examinari de facto, quando quidam Doctores fuerunt confinati Bononiæ, & postea reuocati per Dominum Hostien. legatum; nam qui fuerunt in matricula Doctorum de collegio, non possunt esse de collegio, nec priuilegium collegii habere, aut consequi, vt ibi per ipsum, & per Angelum de Perus. eisdem verbis idem dicentem, quod intelligendum est, non solum du-
5 rante tempore confinii, si eo nondum lapso sunt reuocati, vt videntur innuere Bart. & Angel. sed etiam tempore finito, vt idem Bart. voluit in loco statim allegando, vbi hanc eãdem quæstionem perfectius, & clarius posuit, & resoluit, licet Addent. ad eum, nec alii scribentes in d. l. prima, non aduertant, nec de eo fuerint memores, & ad confirmationem adduci potest, quod ibidem notat Luc. de Pen. columna secunda, post versic. solutio, vbi ait, quod Decuriones relegati ad tempus, impleto tempore non recipiunt eorum locum etiam vacantem, licet ad illum de nouo eligi possint per l. 2. in princ. ff. de decur. & eor. filijs, licet temporali
6 tempus eo impleto decurionatum recipiant, & gerant, si in eorum locum alius electus non reperiatur per eandem l. 2. post princ. versi. alia causa est, & tradit aperte glos. in l. si Posidonium, in glos. in verbo relegatum in fine C. ex quib. cau. infam. irrog. gl. in l. quid ergo §. pœna grauior in verbo onerasset in fine, ff. de his, qui notant. infam. quam sequitur ibi Bart. in fine, versicu. iuxta materiam, & istud est, quod voluit in d. l. 2. idem Bart. inquiens, quod illa lex fuit practicata Bononiæ in Doctoribus quibusdam expulsis tempore Romei de Pepulis, qui postea fuerunt restituti tempore legati, vt non recuperent in collegio eorum locum, si collegium est plenum, & quando recuperant vacantibus locis, non recuperant primum gradum, vt tanquam antiquiores præferantur in dando primam vocem, sed habeantur, vt qui-
7 dam de nouo prouenietẽs in collegium, quod bene probat ille tex. & dicit Claud. ibi in addit. ad Bart. quod aliud est in excluso per sententiam ad tempus, qui post illud in pristinum statutum reuertitur, quod in omnibus restitu-
8 tis procedit, qui eundem locum, quem tenebãt primum, obtinent, vt in d. l. 2. post princ. & dicit Bald. in d. §. pœna grauior in repetit. sub nu. 30. versicu. extra quæro, quod si quæratur, an insacculatus inter officiales cõmunis, qui postea fuit relegatus, vel confinatus ex causa famosa ad tempus, & tempore transacto reuertitur, & extrahitur de facculo, possit esse officialis; dicendum est, quod si est officium cum
9 iurisdictione, vel dignitate, non potest eo fungi, si est infamis perpetuus; sed si est infamis ad tempus, & illud tempus est transactum, tũc quia est nouum officium, tanto tempore de-
10 bet ab officio abstinere, quanto fuit in relegatione, quod totum colligit ex glos. ibi in d. verbo, onerasset ad fin. cui similis est alia glos. in d. l. si

in d. l. si posidonium in verbo relegatum in fi-
ne,& in l. secunda, §. alia causa est in verbo ve-
nit ante fin. ff. de Decurionibus, & est tex. cum
gl. in l. ordine, ff. ad municip. & de incol. Quan
11 do autem quis dicatur esse infamis perpetuo,
& quando ad tempus tantum, dixi intra casu
172. incip. quæsitum fuit, vbi est videndum. Et
quod durante tempore relegationis, vel simi-
lis condemnationis temporalis non possit con
12 demnatus aspitare ad honores tenet glos. in
d. l. 2. in d. versic. alia causa est in glo. fin. & alia
glo in d. verbo onerasset. in versi. si quæras, au
intetim, in d. §. pœna grauior.

EPITOME.

Quod subditus vnius Domini non potest propria authoritate pro iniurijs, & damnis indebite sibi illatis in territorio alterius Domini capere bona aliarum personarum de illo territorio, quæ iniuriam, & damnum non fecerunt, repræsaliis vtendo de facto, & si capit, & eo modo ius sibi ipsi dicit, arbitrio Iudicis etiam corporaliter punitur.

SVMMARIA.

Repræsaliarum ius omni iure licitum est, numero 1.

Repræsaliarum iure, vt quis vtatur requisita plura numero 2

Repræsaliarum iure, qui non seruatis seruandis vtitur puniendus est Iudicis arbitrio. 3.

Et ablata tenetur restituere, 4.

Nec non corporaliter puniri potest. 5.

Tumultus occasionem prabent, qui propria authoritate sibi ius dicunt, numero 6.

CASVS CENTESIMVS VIGESIMVS SECVNDVS.

Repræsaliarum ius ad vlciscen-
1 das iniurias, quas subditus
vnius Domini in alieno Do-
minio iniuste sustinuit, iure
Diuino, ac gĕtium, & tam in
foro Poli, quam in foro fori
licitum esse pulcherrime demonstrat Bart. in
tract. repræsaliar. in prima quæst. principaliter,
in princip. & in secundo quęsitis, & tradunt li-
cet non tam plene Guid. Pap. decis. 32. represa-
liæ, in princip. & ibi addentes ad eum, Don Lo
douic. de Peguer. in suis decisionibus, seu quę-
stio. crimin. cap. vndecimo, numero secundo, &
sequen. versic. his tamen non obstantibus, sed
hoc iure non propria authoritate, quis vti de-
bet, sed publica, id est superioris, in cuius terri-
torio est is, qui indebite damnificatus est ab
2 alterius Dominij hominibus, cŏstito prius de
iniuria dicto subdito illata, de recursu ad supe
riores eorum, qui damnum intulerunt, vt illud
resarciri curarent, de illorum neglecta, seu de-
negata iustitia, & de aliis, de quibus habetur
per Bart. in d. tract. in secunda quæst. principa-
li, in pri. & tertio requisitis, & in tertia quæst.
principali, in pri. & in secundo quæsitis, & per
Guid. Pap. decis. 32 per totam, & decis. 33. ibi-
dem per totam, cum vbique notatis per Ad-
dentes, & nouissime per Don Ludouic. de Pe-
guer. d. c. 11. num. 6. cum seq vers. item te scire
oportet. Vnde qui non seruatis prædictis, seu
aliis de iure seruandis propria authoritate &
3 de facto ius sibi ipsi dicens pro damno, quod
iniuste passus fuerat in alieno territorio, acce-
pit merces aliarum personarum de illo terri-
torio in quo iniuriam receperat, quas inuene-
rat in territorio Domini ipsius patientis, vide
tur incedisse in crimen punibile arbitrio iudi-
cis, ex quo pœna non apparet certa, & determi
nata iux l. 1. § expillatores, ff. de effract. & ex-
pillat. l. hodie, & l. sanctio legum, ff. de pœn. &
arg. l. 1. §. ait prætor ff. de iure deliberan & ita
in puncto decidit Don Ludouic de Peguer. d.
c. 11. ad fin. sub num. 11. attestans ita in regio
consilio criminali Cathaloniæ fuisse conclu-
sum, & condemnatos Reos, & bannitos a Prin
cipatu Cathaloniæ, & comitatibus Ruscilio-
nis, & Ceritaniæ ad biĕnium, & loquitur in ca
su, in quo quidam Francigena cum comitiua
ingressus fuerat Hispaniam, & gregem ouium
cuiusdam Ioannis Canal. terræ Ceritaniæ va-
salli Regis Hispaniarum furto abduxerat, & in
Galliam asportauerat, qui Ioannes Canal. po-
stea inuenit alium gregem alterius Francige-
næ in Hispania, quem propria authoritate iu-
re pignoris, & represaliarum ad vlciscendam
iniuriam sibi illatam, & vt damnum sibi datum
reficeretur cœpit, & retinuit. Et dum alias hăc
quæstionem vidissem de facto, dicebam talem
sibi ius propria authoritate dicentem teneri,
quidem pęna arbitraria vltra rerum ablatarŭ,
4 & retentarum restitutionem, vt in §. fin. Instit.
de oblig quæ ex delict. nasc. & in princ. Inst. de
vi bonor. rapt. in vers. quadruplum autem, sed
Iudicem facile inclinare posse ad indicendam
corporalem per text. in his terminis notabilĕ,
in auth. vt nulli Iudicum, §. quia vero, & huius-
5 modi iniquitatem, & in auth. immo, C. de act.
& obli. cum vtrobique notatis per scribentes,
quod, & sensisse videtur Peguer. loco citato, &
quidem non debet alicui permitti, quod eius
propria authoritate ius sibi dicat citra magnă
punitionem, l. pen. ff. ad leg. Iul. de vi priu. & l.
extat, ff. de eo, quod met. caus. maxime, cŭ ex
hoc plerunque maioris tumultus occasio præ-
beatur, vt in l. non est singulis, & ibi notăt Dec.
6 & Cagnol. post antiquiores, ff. de reg. iuris.

EPI-

EPITOME.

An coitus cum meretrice nupta, sit punibilis, vel ne, tam respectu Viri cognoscentis, quam mulieris cognitæ, & quæ dicatur meretrix esse.

SVMMARIA.

Coitus cum meretrice nupta non punitur de iure ci uili respectu Viri. num. 1.

Et idem respectu mulieris. 3. 5.

Licet alij qui contrarium tenuerint. 2.

Meretrix nupta non dicitur adulterium committere, numero 4.

Meretrix dicitur, quæ habitat in locis deputatis, & signum solitum defert. 6.

Meretrix, quæ dicatur variè a Doctoribus resoluitur, numero 7.

Meretrix est, quæ passim, & palam omnibus patet, numero 8.

Et cuius turpitudo publicè venalis est, siue in lupanari, vel extra. 9.

Et idem si sine quæstu. 10.

Meretrix nō dicitur, quæ duobus tantum causa quæstus deseruiuit. num. 11.

CASVS CENTESIMVS VIGESIMVS TERTIVS.

1 Coitus cum meretrice nupta est impunibilis de iure ciuili respectu Viri eam cognoscentis secundum obseruatam, & communem Doctorum opinionē, de qua attestatur Clarus in §. adulterium, numero tertio, versi. quæro nunquid, vbi plures allegat, & idem vltra eos tenent Salycet. in l. si ea quæ, sub numero secundo, & in l. quæ adulterium, numero 3. ver sic. vltima gloss. C. ad leg. Iul. de adulter. Boss. in pract. crimi. rit. de coitu damn. & punib. numero 24. Alexand consi. 99. num. 9. libro 6. Capyc. decis. 44. ante finem, Paris de Puteo in tractatu Syndica in verbo, adulterum, capit. primo, sub numero 3. versicu. sed tunc. Paul. Grilland. in tracta. de pœn. omnifa. coit. quæst. 3. in fine, sub num. 7. versicu. si vero erat meretrix, & q. 6. sub nu. 13. ver. prædicta tamen, & nu. 16. uers. si vero inhoneste, & meretricio more, & q. 11. in princip. sub numero primo, Bonacoss. in suis quæst. crimin. in verbo, adulterium, in versicu. quid si mulier, & in versic. seq. & in lib. comm. opi. crimin. in verbo, adulterium non commititur in prima parte, vbi dicit communem, Ludonic. Carer. in pract. crimin. §. nono excusatur maritus, num. 45. vers. quo vero ad adulterium folio mihi 199. & nouissime Claud. Bertaz. in addition. ad consi criminal. Barthol. Bertazz. Patris consil. 134. sub littera B. versic. ampliа, vt procedat etiam si sit nupta, libro primo, qui alios refert de communi, & magis cōmuni testantes.

Sed an respectu ipsius cognitæ mulieris sit pariter coitus impunibilis, maior est difficultas, nam talem mulierem pœna adulterij tene
2 ri voluit Alex. d. consi. 99. nu. 9. ver. & tanto magis lib. 6. vbi refert plures ita tenentes, & ita etiam ex consuetudine seruari attestantes, quā sententiam tenuisse videtur consi. Neapolit. vt per Capyc. d. decis. 44 ante fin. quam etiam seruauit D. Bapt. de Corneto Potestas Recanati, qui Meretricem nuptam cōdemnauit de adulterio, & mortua est in carceribus, prout refert Amad in tract. de syndic sub nu. 174. post vers. præterea si Potestas, in fine. Idem voluit Carer. in d. §. nono excusatur, sub num. 45. ver. quo vero ad adulterium meretricis folio 199. Verum tamen contrariam sententiam, quod & in mu-
3 liere cesset adulterium & impunibilis sit in ea d. coitus, tenuit expresse Amad. in loco citato, & hanc opinionem veriorem esse de iure dicit Clar. in d. vers. quæro nunquid in fine, subdens, quod si casus contingeret, ita iudicaret, & ita tenendum videtur, quia vere cessat crimen adulterij in vtroque coeunte, & non minus in muliere cognita, quam in Viro cognoscente, & Doctores supra allegati ad probandum impunitatem respectu Viri, & iura per eos allegata, loquuntur generaliter, quod per hunc coitum non committitur adulterium, & non patiuntur hanc distinctionem, vt scilicet non dicatur committi adulteriū per Virum, secus autem per mulierem, & secundum hanc Clari opinionem pluries in contingentia facti iudicaui, & ab aliis iudicatum vidi, & eam probat Castrens. in l. 4. § sed quod datur, quem legit cum §. ob rem igitur, n. 8. ver. vlt. circa, ff. de cond. ob turp. caus. inquiens, quod meretrix nupta
4 non dicitur committere adulterium, & clarius in nostris terminis videtur hoc idem tenere Salyc. in d. l. si ea quæ, sub nu. 2. & in d. l. quæ adulterium, nu. 3. qui loquitur etiam in meretrice nupta cognita, & huic opinioni deseruit litera text. in d. l. si ea quæ, & in d. l. quæ adulterium, quicquid vbiq; dicat glos. volens interpretari verbum hoc adulterium de quo in eis sit mentio pro stupro, quæ interpretatio nō est admittenda, nec conueniens videtur, quod idem coitus respectu Viri impunibilis sit, respectu autē
5 mulieris punibilis, quam opinionem reperii his iam scriptis tenere D. Fabium Turretū consi. 42. stante confessione, nu 10. ver. huic quoq; lib. 2. dicentem esse veriorem, & ita sepius obtinuisse, & obseruari vidisse. Verum, quia sæpissime difficultas in huiusmodi causis consistit in discernendo, vtrum mulier sit meretrix, vel ne, cum non omnes inhonestæ vitæ mulieres com morentur in locis publicis pro meretricum habitatione destinatis, nec deferant habitū, vel signum per meretrices portari solitum, quo
6 in casu absq; aliqua dubitatione meretrices cē

ferentur

ferentur per ea, quæ tradit Salyc. in l. quæ adul
terium sub nu. 3. post versi. vltima gl. C. ad leg.
Iul. de adulter. opere precium est videre, quæ
dicatur meretrix esse; in qua re, quia varii va-
7 ria dixerunt, vt patet ex traditis per Boss. in
pract. crimin. tit. de plurib. violent. num. 64. &
plur. seq. versicu. hinc statuentes, & tit. de rapt.
mulier. nu. 9. & plur. seq. versi. quæro, circa sta-
tutum, per Menoch. de arbitr. Iudic. lib. secun-
do cent. 3. casu 291. num. 7. & cent. 4. casu 328.
nu. 4. per Couaru. in Epitome in quarto lib. De
cretal. de spons. & matr. in secunda parte, cap.
8. §. vndecimo nu;m. 4. 5. versic. meretrix autem
dicitur illa, & nouissime per Vincent. de Fran.
decisi. Neapol. 68. vtilis dominus gabellæ me-
retricum, num. 2. & seq. vsque ad finem, & per
Claud. Bertaz. in addit. ad d. consi. 134. sub
littera C. versicu. meretrix dicitur, videtur ex
omnium sententia dicendum, quod meretrix
8 illa dicitur, quæ passim, & palam omnibus pa-
tet, secundum Claud. in d. addition versicu. sed
meretrix, prout, & ante tradiderunt Alciat. in
l. masurius, in finalibus verbis, ff. de verborum
significationib. & Octauian. Vulpel. consi. cri-
min. numero primo, quem ipse Claud. adducit
cum Rebuf. & aliis, dicit tamen Didac. Couar.
in d. §. vndecimo, numero quarto, quod ea di-
citur meretrix, quæ palam libidinem exercens
quæstum facit, cuiusque turpitudo publice ve
nalis est, siue sit in lupanari, siue in caupona,
9 aut taberna, siue in quocunq; alio loco, quod,
& sensisse videtur Vincent. de Franch. d. decis.
68. & probat aperte tex. in l. palam, in princip.
& in §. palam autem sic accipimus, ff. de ritu
nuptiar. sed per hoc non sequitur, quin etiam
absque quæstu possit esse meretrix per eãdem
l. palam, in versicu. rectissime tamen, vbi dici-
tur, quod & ea, quæ sine quæstu palam se pro-
stituens omnibus patet, meretrix esse intelli-
gitur, quod, & Claud. voluit in d. descriptio-
ne, quæ comprehendit quamcunque mulieré,
quæ passim, & palam omnibus patet, siue quæ-
stus causa, siue sine quæstu pudori suo non pat
10 cẽs se prostituerit, & hanc Alciat. & Vulpel. &
aliorum sententiã probare mihi videntur tex.
in capit. vidua est in fine 34. distinctione, dum
punctualiter ait, quod meretrix est quæ multo
rum libidini patet, & tex. in capit. meretrices,
32. quæstio. quarta, in principio, qui formali-
ter ait, quod meretrix est, cuius publice vena-
lis est turpitudo, quos textus literaliter ad hoc
propositum refert Alexand. dicto consi. 99. nu-
mero decimo, versic. & dicitur publice se pro-
stituere meretrix, & text. in d. l. si ea quæ, C. de
adulter. qui eam meretricem vocat, quæ pas-
sim venalem formam exhibuit, & vulgo se pro-
stituit. Nec vera est sententia eorum, qui tenẽt
eam, quæ duos tantum ad coitum causa quæ-
stus admisit, meretricem dici, vt optime aduer
tit Couar. in d. versicu. meretrix autem, qui ad
11 hoc ponderat text. in d. l. palam, dicto §. Item
quæ cum vno, dum vult eam, quę cum duobus,
pecunia accepta, se comiscuit, non videri pa-
lam corpore quæstum facere, & Couar. sequu-
tus est Vincent. de Franch. d. decis. 68. numero
octauo, & nono, versic. quid autem sit, & ante
eos idem voluit Alciat. in d. l. Masurius, in fine
numero quarto, versicu. sane meretricem non
esse, licet nihil alleget, & est de mente gloss. in
dicto §. item quæ cum vno, & hæc declaratio
minime spernenda est, cum seruire possit, ne-
dum in casu propositæ quæstionis, sed in plu-
ribus aliis, qui accidere possunt, præsertim in
locis, in quibus sunt particulares Iudices in
causis meretricum, vt in casu posito per Capyc.
dicta decisio. 44. & in alio posito per Franch.
dicta decisio. 68. & vbi etiam agitur de admis-
sione meretricum in monasteriis pœnitentiis,
vt dicit Vincent. de Franch. dicta decis. 86. nu-
mero decimo, vndecimo, qui subdit pluries
fuisse de hoc tractatum in facto.

EPITOME.

Num Magnas, vel Nobilis, qui ob proprium delictum dignitate, vel nobilitate priuatur, quoad onera, & incommoda sit tractandus vt popularis, aut ignobilis, an vero adhuc sit habendus pro magnate, vel nobili, ac si non fuisset priuatus, & præcipue circa officia, & pœnas.

SVMMARIA.

Nobiles, vel magnates quibus de causis a quibusdam officijs arceantur, vel delinquentes acrius puniantur, num. 1.

Nobilis, vel magnas ob delictum priuatus dignitate, & nobilitate, postea delinquens adhuc maioribus pœnis magnatibus impositis tenetur, numero 2.

Statutum priuans aliquem nobilitate ob delictum intelligitur in respicientibus eius incommoda, non autem fauores, num. 3.

Licet aliqui dubitent de hac sententia. 4.

Procurator ob delictum deletus de matricula adhuc habetur pro procuratore in eius odium. 5.

Conditionis pristinæ reliquias, quoad quid retinere non inconuenit, num. 6.

Serui manumissi torquentur ad fauorem Domini in memoriam prioris dominij. 7.

Decurio qui fuit, non potest torqueri, licet non sit amplius, num. 8.

Mulier inhonesta reputatur, quæ olim fuit talis, licet inhoneste viuere desierit. 9.

CA-

CASVS CENTESIMVS VIGESIMVS. QVARTVS.



IN aliquibus Ciuitatibus, ma-
xime vero per populum regi,
& gubernari solitis extāt pro
uisiones, per quas magnates,
seu nobiles excluduntur a nō
nullis officiis communis, &
in delictis quibusdam grauior pœna puniun-
tur, & non sine ratione, quia etsi hæc videntur
1 per se mala, tamen propter aliud sunt bona,
nam remouentur a certis officiis, ne si præpo-
nerentur aliis, populus opprimeretur. & delin
quendo magis puniuntur, vt eorum audacia
compescatur, & quia illorum delictum maius
reputatur propter dignitatem, & nobilitaté,
quam debebant recognoscere, & ingrati non
esse, vt docte, & eleganter ostendit Bart. in re-
petit. l. pr. num. 88. & seq. versicu. sed hic insur-
git dubium C. de dignit. lib. 12. Modo quæri-
tur, si magnas, aut nobilis priuatur dignitate,
vel nobilitate propter aliquod suum delictum,
an possit admitti ad ea officia, ad quæ alias nō
poterat aspirare, cum amplius non sit magnas,
vel nobilis, an vero etiam nunc ab eis sit exclu
sus, ac si non fuisset priuatus, & an delinquen-
do debeat puniri pœna minori imposita nobi-
libus, siue ignobilibus, ex quo non est amplius
magnas, vel nobilis, an vero adhuc teneatur pę
na maiori indicta magnatibus, & popularibus
pro vt si nō fuisset priuatus. Hanc quæstionem
ponit Bart. in repet. d. l. pr. num. 92. versicu. ex
quo infero, vbi cōcludit, quod quo ad omnia
commoda dignitatis, & nobilitatis erit priua
2 tus, sed omnia dignitatis, & nobilitatis onera,
quatenus separabilia sunt, retinebit, quod in
quit apparere per rationem, quia pęna non de
bet esse causa præmij, & pręmium esset, quod
releuaretur ab oneribus per iura per eum alle-
gata, & sic vult Bart. quod ille priuatus adhuc
remoueatur ab officiis, & quod adhuc maio-
ri pęna puniatur, quam opinionem clarius te-
nuit idem Bart. in l. vnica C. de infamib. lib. 10.
vbi formaliter dicit, & per hanc legem dico,
quod licet quis condemnatus de falso, prop-
ter quod desinit esse nobilis ex aliqua lege, vel
statuto, tamen adhuc remanet nobilis quan-
tum ad maioritatem pœnarum, & ad ea, in qui
bus nobiles magis grauantur, quam plebei, de
quo dixi in l. 1. infra de dignitatibus, & Bart.
sequutus est ibi Apostillator ad eum, qui ad
idem citat, licet corrupte Roman. in l. si quis
in graui §. de his, ff. ad Syllanian. & Aret. in
tract. malef. in verbo Caiū sempronii, est enim
locus Romani in l. si exheredatus 10. §. sub di-
uo num. 2. versicu. item facit, ff. ad Syllanian.
vbi dicit, quod qui ex forma statuti desinit es-
3 se nobilis ob aliquod delictum suum, nō desi-
nit esse quoad omnia, quia quoad onera, &
odia habetur pro nobili, licet non quo ad fauo
res, & adducit Bart. in locis præcitalis, & præ-
terea l. actione §. item qui societatem, ff. pro
socio, vbi inquit per hoc esse notabilem litte-
ram, & has Bart. & Roman. decisiones refert
etiam, & sequitur Aret. in dict. verbo, Caium
Sempronii, numero 14. versicu. quid autem si
quis naturaliter, qui tamen, & ipse corrupte al
legat Roman. in d. §. de his, qui quidé Roman.
cum eadem Bart. opinione transit in consi. 73.
circa primum, numero 4. post versicu. hæc au-
tem regula fallit, facit idem Bart. in l. pr. C. de
his qui non implet. stipend. sacram. soluti sunt
lib. 10. aiens, quod infamia remouet quem ab
honore, non a muneribus, & grauamine per il
4 lum text. & licet August. de Arim. in addition.
ad Aretin. in loco citato dubiam putet hanc
determinationem, cum si comitatiuus debeat
tractari, vt ciuis, debet, vti talis haberi quo ad
omnia, tam quoad fauores, quam quoad odia
per l. cum ex oratione ff. de excusat. tutor. cum
notatis ibi per Doctores, & præcipue Bald. in
princ. & in aliis locis per eum adductis, tamen
durum esset recedere ab opinione Bart. & se-
quacium, & memini, me alias eum allegasse
contra quendam Doctorem exercentem arté
procuratoris, qui cum in foro criminali pro
quibusdam delictis fuisset priuatus certo offi-
cio, quod tenebat, & alia gerere prohibitus,
vsque ad certum tempus, & vlterius confina-
tus, fuit per officium artis Iudicum, & Nota-
riorum deletus de matricula Procuratorum,
& abrasus, qua cancellatione non obstante di-
5 cebam in ijs quæ eius odium, incommodum,
& onus concernebant, esse habendum pro pro
curatore, ac si non esset cancellatus, licet secus
in respicientibus eius commodum, & fauoré,
& fuit audientibus visa mirabilis, & peregri-
na doctrina, nec videtur absurdum, quod quis,
6 quoad quid mutato statu retineat aliquas re-
liquias præteritæ conditionis, vt in proposito
videtur ponderare Rom. in dict. §. sub diuo. nu-
mero 2. vnde, & serui manumissi in fauoré Do-
7 mini torqueri possunt, quia in memoriam prio
ris dominij hoc fieri concessum est, vt rema-
neant adhuc pristinæ seruitutis reliquiæ, vt in
dict. l. si quis in graui, d. §. de his, & ibi Roman.
sub. num. 1. ff. ad Syllanian. prout, & alibi ratio
prioris dominii in seruis pariter habetur in l.
frustra, & ibi glos. in verbo patietur C. de sen-
tent. pass. sic, & alias pristinæ dignitatis causas
8 & in eius memoriam qui fuit Decurio torque-
ri non potest, licet amplius non sit l. fin. ff. de de
curionib. & l. penult. in fine C. de quæstion. &
ad rem facit l. palam §. non solum, ff. de ritu
nupt. vbi præteriti status mulieris habetur ra-
9 tio in eius damnum, ut scilicet inhonesta repu
tetur, quæ olim talis fuit, licet in honeste viue-
re desierit.

EPI-

EPITOME.

Quod statuto puniente adducentes, rapientes, stuprantes, vel adulterantes mulierem honestam, vel bonę conditionis, aut famæ, aut eam percutientes, aut aliter verbo, vel facto iniuriam ei inferentes, sit probanda per fiscum, vel accusatorem qualitas honestatis, aut bonæ conditionis, vel famæ de iure, alias non sit locus pœnæ statuti, sed aliæ extraordinariæ, & quod aliter in practica seruatur, nec d. qualitas probatur, sed præsumitur, nisi contrarium per accusatum, vel inquisitum probetur.

SVMMARIA.

Statuto puniente mulierem honestam, vel bonæ conditionis, & famæ iniuriantem, vel stuprantem probanda est per fiscum bona mulieris qualitas, numero 1.

Et quod talis esset tempore delicti commissi. 3.

In practica tamen id non seruatur sed quod Reus probet contrarium, 5.

Et quod in omnem casum, & sic nec honestate, nec inhonestate probata nihilominus sit extra ordinem puniendus, nu. 7.

Qualitas a statuto requisita debet ab agente ex illo probari, nu. 2.

Qualitas adiecta verbo, intelligitur secundum tempus verbi, numero 4.

CASVS CENTESIMVS VIGESIMVS QVINTVS.



AD effugiendam penam statutorum contra abducentes, rapientes, stuprantes, vel adulterantes mulierem honestam vel bonæ conditionis, aut famæ, aut eam percutientes, vel aliter verbo, aut facto iniuriam ei facientes, solent, qui reos defendunt opponere, quod non constat de honestate, vel bona conditione, aut
1 fama mulieris, & sic de qualitate a statutis requisita, quæ per fiscum, vel accusatorem erat probanda, & sine qua non potest pœna dictorum statutorum habere locum, etiam si de maleficio rei sint legitime confessi, vel conuicti, prout in puncto tradit Cepol. consil. crim. 57. Franciscus de Bissariis, sub nu. 7. ver. postremo dico fortius, quem sequuntur Marf. sing. 187. qualitas ante fin. ver. & illud dictum, consi. 96. proximis superiorib. diebus, nn. 4 & in l. si quis ne quæstio. nu. 137. vers. & idem ff. de quæstio. Boss. in pract. crim. ritu. de plur. violent. nu. 65. & ideo, qui volunt Plot. in tract. de in litem iuran. seu, in reper. l. si quando. C. vnde vi, §. 8. incip. perpetuo notabis, sub nu. 2. versi. & ideo st statutorum, & nouissime Bertaz. consi. crim. 134. certum est in princ. lib. 1. & est regula genera-
2 lis, quod agens ex aliqua l. vel statuto debet probare qualitatem ab ipsa l. vel statuto requisitam, ita ut, si plures requirantur qualitates, omnes ad unguem sint uerificandæ alias non possit obtinere Marsil. late d. sing. 187. per totum, & in d. l. si quis, ne quæstio, nu. 130. & quã plur. seq. uersic. ulterius antequam exeam, & d. consi. 96. nu. 2. & seq. Plot. d. §. 8. nu. 2. & 3. Brun. in tract. quod statutibus masculis, artic. 5. q. 33. num. 130. & artic 6. vlt. memb. q. 8. nu. 7. & multis seq. & q. 38. num. 321. & 322. & articu. 12, q. 27 numero 291. & 292. & artic. ult. quæst. 4. numero 11. Soc. consi. 274. num. 11. lib. 2. Anch. Regiens, lib primo, quæst. famil. q. 9. mater. nu. 7. & seq. & lib. secundo, q. 55. num. 1. cum seq. Imo neç sufficit, quod qualitas prędicta, simpliciter
3 constet sed requiritur, quod adesset tempore commissi in ipsam mulierẽ maleficii, quia qualitas adiuncta uerbo intelligitur secundum tẽ-
4 pus uerbi, ut considerat Cepol. d. consi. 57. nu. 2. & in simili casu Dec. consi. 37. sub nu. 8. uersi. quarto principaliter.
5 Veruntamen dictam oppositionem in practica non admitti, sed inquisitis, vel accusatis, onus probandi inhonestatem incumbere ea ratione, quod quælibet persona præsumatur honesta, seu bonæ conditionis, & famæ ex l. merito, ff. pro socio, testatur, Boss. d. tit. de pluribus violent. sub nu. 65. qui etiam subdit, nu. 66. talẽ inhonestatem probari posse etiam per complices delicti, cum ex parte fisci, vel accusantis nõ sit probata honestas, nisi per præsumptionem, d. l. merito, secundum Cepol. d. consi. 57. sub nu. 9. vers. item aliter, & vers. seq. cui addo Gram. consi. crim. 58. nu. 16. & Bertaz. d. consi. 134 nu. 2. in fine, saltem, quando tales complices non attestarentur de coitu punibili, prout intelligit ipse Boss. licet sub dubio, vtens verbo forte, tamen postea tit. de rapt. mulier. sub num 10. post ver. sed tamen simpliciter videtur transire cum Cepolla, & secundum hanc Bossij sententiam vidi infinitis vicibus obseruari, & ipse etiam seruaui, reiiciendo huiusmodi exceptiones, quando ex processu de mala mulieris conditione non constabat. Sed, & quando tenendũ esset, quod qualitate illa non probata delinquens in mulierem non posset puniri pęna dictorum statutorum, prout nec quando proba-
6 tum esset per ipsum de inhonestate talis mulieris, non tamẽ per hoc impunitus remanere deberet, sed de commisso delicto extra ordinem Iudicis arbitrio puniẽdus esset, ita in terminis istis tradunt Couar. lib. tertio, var. resolu. c. 14. nu. 2. vers. secundo adducitur. Menoch. de ar-

bitr.iudi.lib.2.3.casu 291.nu.2.& seq. vbi dicit communem, Bertaz.d.consi.134.num,3.& seq. versic. & quod non puniatur, & versi.seq.& ibi Claud.in additionibus in versi.multi præterea sub littera, B. & alij per eos allegati, nisi forte ageretur de coitu simplici, & non violento cũ meretrice commisso, quem non puniri iure ci-li constat ex dictis per Clar. in §. fornicatio, in ptin.num.2.versi.hoc autem, & dixi supra casu 123.i ncip.Coitus cum meretrice.

EPITOME.

An sit credendum Berroarijs, seu famulis curiæ referentibus delicta per aliquos commissa, & de ipsis delictis de visu, vel auditu proprio deponentibus ad hoc, vt locus sit condemnationi, vel torturæ contra reos delatos, & potissimum in materia deferentium arma vel facientium alia contra statuta, & ordines locorum.

SVMMARIA.

Berroari's, seu famulis iustitiæ deponentibus aliquem cœpisse inflagranti crimine non creditur ad condemnandum, sed ad torquendum, nu. 1.3.

Berroarii non reperiuntur prohibiti testimonium ferre contra deprehensum in flagranti crimine, numero 2.

Berroariorum relationi statur in concernentibus eorum officium, nisi contrarium probetur, vt contra deferentes arma, fraudantes gabellam, extrahentes grana, & similia.4.

Quod procedit in delictis leuibus, secus vbi veniat pœna corporalis.5.

Berroarii testes habiles reputantur, ubi maleficium verisimiliter non potest aliter probari.6.

Berroariis non creditur asserentibus alios testes non adesse.7.

Berroarios probare in actis, in quibus interueniunt, si alio uitio non laborent, volunt aliqui.8.

Contrarium alii.9.

Berroarii, an probent, Iudicis arbitrio relinquitur, numero 10.

Et quæ sint aduertenda ad hoc, ut eorum probatio admittatur uel reiiciatur, numero 11.

CASVS CENTESIMVS VIGESIMVS SEXTVS.



Quærit Andr. de Isern. in constitr. Regni, libro secundo. Rubric. 10. de his, qui fideiussor, dare possunt, ne carcerentur, super constitu. humanitate, columna secunda, versicu. sed qualis processus, & columna fin. versic. non autem sufficit, vtrum credendum sit Berroariis, seu famulis, & ministris iustitiæ aliquem capientibus, & in fortiam curiæ ducentibus, tanquam delinquentem, & in flagranti crimine repertum, & de delicto deponentibus, ipso capto illud negante, vt ex tali depositione dicatur captus esse conuictus, & condẽnari possit. & post multa hincinde adducta, videtur cõ-
1 cludere, quod horum depositio non sufficiat ad condemnandum captum, sed ad illum tantummodo torquẽdum, quod etiam voluit Bartol. in l. prima, §. cura carnis, ad finem, ff. de offic præfect. Vrb. inquiens non credi nuntio de facto alieno, puta, quod talis commiserit homicidium, nisi alias afferat probationes, idem in effectu tenet Afflict. In eadem constitut. in sexto notabili, nume. 30. versic. amplius quæro pro declaratione, vbi inquit pri. quod non sufficit probare crimen per istos capientes, quia sunt loco accusatorũ, qui non possunt esse testes, & quia videntur deponere in causam suã; postea ait, quod eorum testificatio non est re-
2 spuenda, quia interdum denunciator est testis, & quia non reperiuntur prohibiti isti capientes delinquentem in flagranti, minime ferre testimonium contra eum, vnde dicuntur habiles, & ex hac causa non infringitur eorum dictum; & quia licet quis non possit in iudicio gerere personam accusatoris, & testis, tamen
3 potest gerere personam informatoris, & testis eorum, quæ consistunt in facto, vt ibi per ipsum, iura, & authoritates allegantem, eandem opinionem sequitur Vincent. de Franch. decis. Neapol. 379. per totam, parte secunda, vbi post relatam sententiam Andr. de Isern. & Afflict. dicit, quod Domini de consilio, & Patronus fisci mirati fuerunt de magna curia Vicariæ, quæ condemnauerit Octauium Baronum, ad pœnam vltimi supplicii, vel ad ducatos mille, secundum formam Regiæ pragmaticæ sub prætextu, quod fuisset repertus cum tormento paruo, & contra eum non adesset depositio, nisi ministrorum iustitiæ, qui eum cœperant, vnde ipsi illum torserũt, & postea, cum nihil fuisset confessus, liberauerunt, & ita pertransit, nihil aliud allegando.

Addo ego quod in materia armorum nõ facile reiicitur Berroariorum depositio; hi enim ex eorum officio tenentur perquirere deferentes arma contra ordines Ciuitatis, & contraue-
4 nientes dictis ordinibus capere, & carceres ducere, & ideo statur eorum relationi, si contrarium non probetur, ita dicit Clar. alios referens in pract.crim.q.7.sub num,3. post versicu. habes igitur, ad fin. ibi bene verum est, qui idẽ dicit in deputatis ad custodiendum agros, vel passus, vel ad capiendum fraudantes gabellas, vel exportantes blada, vel alia extrahi vetita, vel ludentes ad certos ludos, vel similia prohibita facientes, quibus creditur pro condemnatione, si de contrario non doceant rei. Declarat tamen ibidem Clar. hoc suum dictum

proce-

procedere in delictis leuibus, in quibus agitur de modica pęna, secus autem in delictis grauibus in quibus ingeritur pęna corporalis, quia tunc non habentur pro integris testibus, sequitur Claud. Bertaz. in addition. ad consi. crim. Barthol. Patris cōsi. 219. incip. repetitus, in addit. sub littera A. in versico. sed quæstio est, vbi cæteros refert, & est dictum Bart. in extrauag. ad reprimend. in verbo per nuntium in fine, sub num. 10. nec dissentire videtur idem Clar. postea quæst. 8. sub num. 2. post versicu. scias tamen, ad fin. ibi dicit etiam Angel. & ibi, & eodem modo. Addo insuper Corne. in consi. 217. Viso themate in prin. num. 1. lib. pr. vbi loquēs in rixa inter quosdam cum percussionibus, & vulneribus noctis tempore secuta, super qua Berroarij duo deposuerunt, dicit, quod licet isti testes, vti uiles non recipiantur, tamen ex
6 quo delictum est perpetratum de nocte, & verisimiliter non interuenerunt aliæ personæ, debent admitti, & probant plene, vel saltem faciunt indicium ad torturam; Et quod quando verisimiliter maleficium aliter probari nō potest, idonei testes reputentur hi famuli, dicit Claud. in allegata addit. d. versicu. sed quæstio est post Foller. in pract. crimin. in secunda parte 2. partis princip. in verbo, item quod fuit captus in flagranti crimine, num. 7. & ante eos idem voluit Afflict. in loco citato, qui tamē subdit, quod non staretur dicto ipsorum, quod alii testes non aduertissent ad effectū, vt eis da-
7 retur fides, Quinimo censuit Grat. consi. 43. In præsenti causa num. 22. versicu. non obstat lib. secundo, quod Berroarij regulariter admit-
8 tuntur in testes in actibus, in quibus ipsi interuenerunt, & probant, si alio non laborant vitio, quā quod sint Berroarij, & per consequens viles, vt per Doctores in l. etiam iure C. de testibus vbi præcipue Bald. num. 5. 6. & Salycet. sub num. 3. versicu. ex hoc habes, & sub num. 4. versicu. ex his habes, licet contrarium teneant plures adducti per Claud. in d. addit. in princ.
9 Considerabam alias, non inconuenienter dici posse, negotium hoc totum a Iudicis arbitrio pendere iuxta tradita per Menoch. de arbitr.
10 Iudic. lib. secundo cent. 2. casu 112. num. 8. vers. tertia eorum, & antea per Angel. de malefi. in verbo, Petro publico, & iurato nuntio num. 5. is enim diligenter debet perquirere veritatē, & considerare factum cum suis qualitatibus, & circunstantijs, & perspicere, an depositio sit verisimilis, an aliæ personæ interuenerint, & quā ta fides adhibenda sit talibus testibus, quod, & sensisse videtur Andr. de Isern. supra citatus, vt refert Franch. dict. decisi. 379. nec dissentit Afflict. qui hinc inde arguit, & nihil firmat, & apertius hoc dicit Foller. cum regulariter omnis probatio arbitraria sit Iudici, nec in hoc,
11 quid certum diffiniri possit, considerabit, num testimonium suspicione careat, vel propter personam a qua fertur, an sit honesta, vel propter personam, contra quam factum est, an veri similiter delictum committere potuerit; vel propter causam, ex qua fit, an lucri, vel gratiæ, aut inimicitiæ causa fiat, vel propter numerum deponentium, vel propter alias causas, & præstabit, vel non præstabit fidem pro vt religioni eius videbitur, vt in l. tertia in princ. & in §. pr. & sequenti, ff. de testibus, & vt late dixi casu sequenti, 127 in prima illatione, quæ dicta ad hoc propositum optime faciunt, Etenim si tres, vel quatuor, aut plures Berroarij deponerent, vel quandoque vidi, quod viderunt quosdam ad inuicem rixari armis denudatis, & eorum alterum audiuerunt rixando blasphemasse, & quædam certa verba iniuriosa protulisse in omnipotentem Deum, vel in D. N. Iesum Christum, vel in sanctissimam Virginem, aut in Sanctos, & factum esset verisimile propter odium, quod vigebat inter imputatos, aut propter qualitatem personarum, vel propter aliam causam, vel adesset aliquod adminiculum, & tamen imputati negarent, & nihil in contrarium probarent; condemnarem vtique hoc casu dicto reos tanquam legitime conuictos, & maiori cum audacia si factum esset per se difficilis probationis respectu temporis, loci, vel alterius qualitatis, cum tunc etiam testes alias inhabiles recipiantur, vt supra diximus, & ita non semel scio obseruatum de facto, licet quando essent duo tantum Bertoarii, & cessaret verisimilitudo, nec aliud concurreret adminiculum, viderim tantummodo pręcedi ad torturam, & reos pro conuictis non haberi, quamuis ipsi nihil probarent, maxime si de magna pena agebatur. Et secundum prędicta arbitror etiam procedendum in captis per ipsos Betroarios, tanquam deferentibus arma vetita, vel aliquid aliud prohibitum facientibus, nam non semper capti habentur pro conuictis, sed eo tantum casu, quo contra eum deponant plures Berroarij, & adsit verisimilitudo, vel adminiculum concurrat, & nihil extet in contrarium pro negatione capti, alias autem dicetur captus indiciatus, & torquebitur ad summum, pro vt seruatum fuit in casu relato per Vincent. de Franch. Florentiæ autem cesat hæc disputatio in materia armorum, quia statur dicto Berroariorum cum iuramento vt per stat. Rubr. 189. de modo procedendi contra deferentes arma vetita, lib. 4. vnde reis incumbit onus probandi negatiuam, si nolunt condemnari. Alex. consi. 114. nu. 9. lib. quarto. Plot. de in litem iuran. §. 49. num. 22. versicu. quinto limita. An autem credatur istis Bertoariis deponentibus de iniuria sibi illata, dixi infra casu. 127.

EPITOME.

An fides præstanda sit Berroarijs, seu famulis curiæ, vel aliis ministris iustitię, de iniuria ipsis illata, vel de impedimento eis facto circa executionem eorum officij.

SVMMARIA.

NVntijs, Berroarijs, & alijs executoribus iustitiæ non creditur in his, quæ ad eorum officium non pertinent, nu. 1.

Executoribus curiæ asserentibus, se verberatos, vel aliter iniuria affectos ab eo, quem volebant citare, grauare, vel capere non creditur, ex magis communi opinione, nu. 2.

Cum relatione executoris dicentis, se percussum, aut alia iniuria affectum, quoties concurrunt aliqua bona coniecturæ, poterit Iudex illi tantam fidem adhibere, vt sit indicium sufficiens ad torturam, numero 3.

Relationibus huiusmodi executorum an fides habenda sit, & quanta, statur arbitrio iudicantis secundum Authoris sententiam, nu. 4.

Idque obtinet etiam in mere pertinentibus ad eorũ officium, parte negante, 5.

Iudex, quæ debeat animaduertere in præstanda, vel nõ præstanda fide executoribus, 6.

De consuetudine creditur Florentiæ nuncio referenti se fuisse verberatum, 7.

Bannum editum Florentiæ de anno 1559. obseruatur non solum in Berroarijs Curiæ Mercatorum, sed etiam in omnibus executoribus aliorum Tribunalium, nu. 8.

Equites D. Stephani offendentes, vel impedientes ministros Curiæ in executoribus grauiter puniuntur, num. 9.

Et ibidem, quod creditur dicto Ministrorum iurato super dictis offensionibus, vbi non adsit legitima probatio in contrarium.

Bannum editum Florentiæ de anno 1559. & capitul. 17. statutorum Religionis D. Stephani, titu. fin. delle prohibizioni, e pene, eleganter declarantur, numero 10.

Nimis periculosum est vnius personæ vilis, & suspectæ dicto stare, nisi tot concurrant, vt Iudex inducatur ad credulitatem, nu. 11.

Ex solo vnius Berroarij, vel executoris testimonio, quando est verisimile deuenitur ad torturam, numero 12.

Veritas magis præsumitur in pluribus idem deponentibus, quam in vno, qui commodius corrumpitur, numero 13.

Cautela est, vt ad faciendas executiones plures nuncij, & Berroarii mittantur, nu. 14.

Non creditur executoribus iustitiæ referentibus, se fuiße impeditos in executione mandatorum superioris, num. 15.

Iudicis arbitrio ex Authoris sententia standum est, an credi debeat relationi executoris de iniuria sibi illata per eum, contra quem nihil habebat in mandatis, nu. 16.

Et quod in dicto casu, vel ex consuetudine, vel ex lege particulari creditur hisce executoribus, nisi in contrarium probetur, numero 17.

CASVS CENTESIMVS VIGESIMVS SEPTIMVS.



1 VOniam nuntijs, Berroarijs, executoribus, vel aliis ministris iustitię, seu curię aliquid deponentibus, seu referentibus in his, quæ ad eorum officium non spectant, sed sunt extra pertinentia ad illud, non credi notũ est, vt post alios tradit Menoch. de arbitr. Iud. lib. secundo centur. 2. casu. 112. num. 12. versicu. secundus casus principalis est, & bene accommodantur dicta per Petr. Roizium Maureum decision. lituanica. secunda num. 72. versicu. merito itaq;, per Beroi. quæst. 84. in princ. per Ludouic. decision. Lucensi. pr. num. 3. per Nattam consi. 170. num. 6. per Vulpel. respons. crimin. 38. sub numero primo, ad finem, per Claud. Bertazzol. in addition. ad consi. criminal. Bertazzol. Patris. consilio 219. repetitus in addititionib. sub littera A. in principio, & per alios, per eum relatos.

2 Infertur pr. quod non creditur talib. curiæ executoribus, asserẽtibus, se fuisse verberatos, vel aliter iniuria affectos ab eo, quem volebant citare, grauare, vel capere, tanq; istud sit extra ea, quæ spectant ad illorum officiorum, ita in puncto volunt Io. de Imol. in l. si finita §. si plures, col. 2. sub nu. 11. versi. allegat etiam, ff. de damn. infect. Guid. Pap. decisi. 557. aliquis verberat. ante fin. versicu. sed iuxta hoc quæro, & decisi. 628. non debet in prin. Petr. Roizius Maureus d. decisi. Lituanica secunda, num. 74. versicu. tantundem probant. Alciat. in tract. de præsumpt. reg. 3. præsumpt. 14. num. 6. versicu. sed nunquid credatur. Ias. in l. age cum Geminiano col. pen. num. 11. C. de transact. & in l. properandum §. & si quidem, in 6. notab. num. 8. C. de iudic. Marsil. sing. 560. habemus ante fin. versicu. dicit postea. Menoch. solum Alciatum ex prædictis allegans d. casu 112. num. 13. versicu. ex quo casu. Farinac. lib. pr. quæst. criminal. tit. de carceribus, & carcerat. quæst. 32. num. 81. versicu. amplia hanc quartam limitationem, qui quosdam alios refert, & de magis communi testatur, & vltra illos Foller. in practic. crimin in pr. parte secundæ partis principalis, in verbo, fiat relatio nuntij, sub numero 12. versic. tertio casu nõ creditur. Vulpel. respons. crimin. 38. supposita querela famuli, num. 1. qui tamen neminem prædictorum adducit, sed ea tantum mouetur ratione, quod tanquam vilibus, & in propria causa deponentibus

bus nulla fides adhibetur, & hanc opinionem veriorem esse subdit Alciat. loco citato, versic. sed quod imo, licet nonnulli contrarium teneant, quod imo credatur tali executori dicẽti, se fuisse verberatũ, vel aliter iniuria affectũ ex eo, quod istud videatur esse de connexis relationi executionis sibi demãdatæ; adeo quod sicut ipsi relationi statur, ita, & dictę assertioni, tanquã ei annexæ, quorum sententiam fusti neri non posse inquit, nisi cum dicta relatio-
3 ne executoris concurrerent aliquæ bonæ con iecturæ, nam tunc Iudex poterit tantam fidem illi adhibere, vt sit indicium sufficiens ad torturam, quod dictum sequitur Farinac. d. q. 32. nu. 83. versi. sublimita secundo eandẽ quar tam limitationem. Mihi semper placuit, quod
4 in hoc stetur arb. Iudicis, qui attenta facti, & p sonarum qualitate iudicabit, an, & quanta fides sit talibus ministris adhibenda iuxta ea, quæ dixi supra casu præcedenti 126. ad finem, quibus addi potest, quod ita in hoc proposito vult Alciat. iam adductus, & clarius Menoch. illum sequens d. casu. 112. nu. 14. nec dissentit Farinac. sub d. nu. 83. in fine, & quanto plures sunt Ministri, tanto maior est eorum fides, vt in d. casu tetigi, & tradit Alciat. vbi sup. sub n. 7. circa medium vers. item hoc suadetur, & vult etiam Foller. in d. verbo fiat relatio Nuntii, sub nu. 12. post versicu. tertio casu non creditur ibi, & ideo ad tollendum omnem dubitationem. Ias. in d. §. & si quidem in 6. not. in fine. nu. 10. versicu. quid autem. Angel. de Malef. in verbo. Petro pub. & iurato nuntio nu. 5. in fine, & optime facit Menoch. d. casu 112. num. 8. versi. tertia eorum fuit opinio, vbi tenet arbitrarium es-
5 se Iudici credere, vel non credere huiusmodi executoribus, etiam in mere pertinentibus ad eorum officium, parte negante, & propterea Iudicem oportere considerare qualitatem personarum, & negotii, & vbi nihil contra eos gra-
6 uiter vrgeat præstare illis fidem, alias vero, & ex causa non præstare, vt si de magno agatur præiudicio, vel si persona rei esset valde honesta, & integræ fidei, & non suspecta; persona vero executorum inhonesta, aut alia iusta causa suspecta, vel si contrarium appareat, aut claris probationibus, aut validioribus coniecturis, & præsumptionibus, vt ibi per ipsum Menoch. cęteros referentem, numero 9. 10. 11. & quicquid sit de iure, seruatur contrarium de consuetudine. Nam vt dicit Guid. Pap. dict. decisi. 628. nume. 2. consuetudo Franciæ, & Delphinatus est, quod credatur tali Nuntio, seu seruienti, si referat, se fuisse percussum, vel verberatum, aut iniuriatum per citandum in ipsa executione. Florentiæ etiam creditur dictis
7 nuntiis, seu Berroariis, Et adest bannum editum de anno 1559. 13. Iunii, contra impedimentum dantes Berroarios fori Mercatorum, per quod eos quoquomodo offendentibus, vel auxilium, aut fauorem qualitercunque dantibus his, contra quos executionem realem, vel personalem facere volunt, vel aliter impedimentum illis præstantibus, imponitur pœna duorum ictuum funis, & vlterius pecuniaria, vel carceris stincarum, aut confinii, vel triremium ad arbitrium Iudicis, secundum facti, & personarum qualitatem, cum expressa declaratione, quod de prædictis omnibus stari debeat dicto ipsorum Berroariorum cum iuramento, & illud habeatur pro plena probatione absque depositione aliorum testium, & li-
8 cet dictum bannum loquatur tantummodo in Berroariis curiæ Mercatorum, tamen obseruatur in omnibus executoribus, & ministris iustitiæ omnium aliorum Tribunalium, tam Ciuitatis, quam locorum subiectorum, qua ratione cum alias reformarentur statuta militiæ Equitum D. Stephani ex ordine Serenis. & potentissimi Principis D. Ferdinandi Medices tertii magni Ducis Etruriæ, & præfatæ religionis magni Magistri, in qua reformatione interueniens tanquam dicti magni Ducis in negotiis dictæ religionis Auditor, & Præses, vna cum quatuor Illustribus Equitibus, & Domino Stephano Brerio Lateranense Vince cancellario probatæ vitæ, & bonarum litterarum Viro, statuta fuit grauis pœna contra Equites
9 offendentes Nuntios, & ministros Curiæ, vel eos impedientes in executionibus, & dictum, quod super dictis offensionibus, & impedimento credatur dicto ipsorum ministrorum iurato; vbi non adsit legitima probatio in contrarium, vt patet in capitu. 21. delle pene de malefizi ordinarii tit. finali delle proibitioni, & pene. Et seruatur tale statutum in casibus occurrentibus, prout, & dictum bannum, & deuenitur ad condemnationem contra reos ex relatione sola plurium executorum, quando nihil probatur in contrarium, quod releuet, licet si aliquid probetur, quod valde dubiam reddat relationem, & Iudex suspicetur, eam non esse veram, quamuis non sit probatio concludens innocentiam ipsorum reorum, non deueniatur ad condemnationem, sed ad torturam solummodo pro eruenda veritate, & postea perueniatur ad condemnationem, vel absolutionem, prout examen cum tortura suadebit, & cum dicta statuta, & bannum loquan-
10 tur de fide prestanda Berroariis in numero plurali, non procedunt in vno tantum Berroario, quia numerus pluralis de duobus ad minus intelligitur. l. vbi numerus, ff. de test. l. inter illam 217. §. fin. cum ibi notat. ff. de verb. signifi.
11 & nimis periculosum esset stare dicto vnius tã tum personæ vilis, & suspectę, nisi tot concurrerent adminicula, vt Iudex induceretur ad credendum eius relationi, quibus cessantibus ad summũ ex tali dicto, vbi sit verisimile, nisi ad
12 torturã deueniri, facilius enim peccat vnus q̃ plures, & vbi est pſonarum pluralitas, ibi adest opinionũ, & cõscientiarum diuersitas, vnde in

pluribus idem deponentib. veritas magis præ-
13 sumitur, quam in vno, qui etiam commodius corrumpitur, quam plures, vt de se patet, & ita colligitur ex Barto. in extrauaganti ad reprimendum in verbo per Nuntium in fine, numero decimo, vbi vnico executori credendum dicir in spectantibus ad eius officium, quando in numero singulari lex loquitur, & non alias. & hinc sumpta est cautela, quod ad exequendum
14 non vnus tantum sed plures mittantur, vt maior inde præstetur fides, vt diximus ex Alcia. Fo lierio. Iason. & Angelo.
15 Infertur secundo, quod multo minus credi tur dictis exequutoribus iustitiæ referétibus, se non ab eo, contra quem executiuum mandatum habebant, sed ab aliis impeditos fuisse, ne tale superiorum mandatum exequerentur, puta cum Iudex executoribus mandat, vt aliquem capiant, & in carcerem ducant, & ipsi di cant, quod nô cæperunt, quia fuerunt impediti a nonnullis, vel quod illum apprehenderât, sed postea fuit per vim de eorum manibus ereptus per aliquos, quia hæc non sunt de connexis eorum officio, & agitur de iniuria talibus ministris illata, vnde eorum restimonium non recipitur tanquam suspectum. Et tanto magis, quando aliquod lucrum dictis executorib. ex hoc veniret acquirêdum, quia tunc ad eorum fidem rollendam concurreret, & hæc vtilitaris causa, ita concludit Alciat. d. præsumpt. 14. numero septimo, versicu. sed pone Iudex committit, & subiungit, quod iste casus differt, & bene, a præcedenti, quia ille respicit personam contra quam erat facienda executio; hic vero respicit personam tertii, respectu cuius nihil fuerat executoribus mandatum per Iudicem, vt ideo minus possit esse de connexis eorû officio iste quam ille, quam decisionem simpliciter sequitur Menoc. d. casu 112. numero 15. ver sic. infertur secundo, & post eum Farinac. d. q. 32. numero 80. versic. limita quarto, & potest a fortiori comprobari ex dictis in præcedenti il latione, nam si non creditur executoribus de iniuria illata per eos, contra quos executio erat facienda, minus credi debet de illata per alios, contra quos nihil in mandatis habebât per rationem Alciati supra ponderatam. Verum, & in hoc Iudicis arbitrio standum cêseo,
16 prout, & in casu primæ illationis per ibi adducta, quæ non reperio f ultra, licet in hoc casu iuris dispositione non attenta sciam credi dictis
17 executoribus, vel ex consuetudine, vel ex lege particulari, nisi contrarium probatum fuerit clare, vel taliter, quod Iudex possit dubitare de veritate eorum depositionis, iuxta ea, quæ in dicta illatione notantur.

EPITOME.

An, & quando officialis possit cognoscere de iniuria sibi, vel eius officialibus, aut familiaribus illata, siue prætextu officij, siue ex causa priuata.

SVMMARIA.

Officialis offensus prætextu dignitatis, seu causa officii potest ipsemet cognoscere de offensione, & condemnare, nu. 1.

Et ibidem, quod officialis eo casu non dicitur procedere, vt talis offensus, sed ut alius.

Officialis offensus ex causa priuata, non potest ipse cognoscere, nec iudicare, sed ad superiorem debet recurrere, sicut alius, nu. 2.

Et ibidem, quod in causa propria nemo Iudex esse potest.

Potestates, & Vicarij locorum nequeunt per Militem socium, vt vocant, granari facere eorum priuatum debitorem, nu. 3.

Officiales sibi ius dicentes in propria causa priuata condemnari possunt in libris quingentis ex statuto Florentino, nu. 4.

Militis socii, & eius Vicarii, seu Rectoris est vnum, & idem tribunal, & ideo factum a milite socio censetur factum a suo Vicario, sub cuius nomine fiunt omnia, & a quo dependet miles socius, numero 5.

Iniuria facta filio ipsimet patri facta censetur, numero 6.

Pater Iudex non potest procedere, seu processum informatiuum facere de iniuria facta filio, quia ex priua ta causa videtur offensus. nu. 7.

Officialis non potest procedere pro iniuria sibi, vel eius familiæ facta ex causa priuata, nu. 8.

De iniuria notoria potest cognoscere idemmet Iudex, qui iniuria affectus est etiam ex causa priuata, dum tamen pœna non sit ipsi Iudici arbitraria, numero 9.

Examinatio, & processus informatiuus fieri non debent a Iudice de iniuria sibi illata, nu. 10.

Et ibidem Bald. in l. Senatusconsulto ad finem, ff. de offic. Præsid. qui contrarium tenere videtur, declaratur.

Pater, qui, ut Iudex processit, pro iniuria facta filio dignus excusatione videtur, nu. 11.

Iniuria facta officiali, an sit illata ratione personæ, & dignitatis, an vero ex causa priuata ad conelturas recurrendum est, de quibus remissiue, numero 12.

CASVS CENTESIMVS VIGESIMVS OCTAVVS.



SI Officialis publicus a priuato offenditur, ad cognoscendum, an pro tali iniuria possit ipse procedere, & offendentem punire, an vero ad superiorem debeat recurrere, distinguitur, quod aut officialis est offensus tanquam officialis, idest prætextu dignita-
1 tis, seu causa officii, & potest ipsemet cognoscere,

fcere, & condemnare, quia nõ sibi, sed dignitati dicitur illata iniuria, quam vindicare potest, l. pr. in princ. ff. de postul. & l. si familia circa princip. ff. de iurisd. omn. Iudic. & non vt ipse in suo negotio, sed vt alius dicitur procedere arg. l. si Pater familias §. q. duos, ff. de adopt.
2 Aut offensus est tanquam priuatus, hoc est ex priuata causa, & non potest ipse cognoscere, nec iudicare, quia sibi, & non dignitati dicitur facta offensio, & in propria causa Iudex esse non potest, l. qui iurisdictioni, ff. de iurisdict. omn. Iudic. l. senatus consulto, ff. de offic. Præsid. l. lex Cornelia in princ. ff. de iniur. & l. vnica C. ne quis in sua causa iudic. sed debet recurrere ad superiorem sicut alius, vt in Auth. de defens. Ciuitat. §. si vero egerint aliquid iniuriosum, ita distinguit Oldrad. consi. 7. quem sequuti sunt Paris de Puteo in tract. Syndicat. in verbo. iniuria officialis cap. 3. incipiente, an si officialis processit per totum, vbi late insistit. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. secundo cent. tertia casu. 263. num. 7. Decian. in tractat. crimin. tomo pr. lib. 4. cap. 42. Rub. Iudex in causa propria in princ. num. pr. vbi solum Oldrad. citat, Crauet. consi. 232. sub num. versicu. tertio respondeo. Clar. dicens ita communiter tenere Doctores in pract. criminal. quæst. 35. num. 26. versicu. solet etiam, & plene Roland. a Valle consi 16. & consi. 48. lib. secundo. ex cuius dictis vtrobique clariss. redditur hæc conclusio, quam iuribus, rationibus, & autoritatibus exornat, eandem distinctionem renuerunt Gandin. in tract. de malefic. tit. de pęn. reorum num. 26. versicu. item quid. Bart. in l. si quis forte §. si quos ad finem, versicu. si verò crimen, ff. de pęn. Alex. consi. 35. col. fin. ante num. 7. versicu. Tertio præsupono lib. secundo. Bald. in d. l. vnica C. ne quis in sua caus. iudicet sub num. 2. & ibidem Alber. de Rosat. num. 5. & 6. Salyc. sub num. 5. Castr. sub num. 3. In fine, & Corn. sub num. 1. quinta fall. & habita hac distinctione pro vera, & dicta ratione attenta,
3 quod in propria causa Iudex quis esse non possit, dixi alias in contingentia facti non licuisse cuidam Vicario Scarperiæ agri Muxelani realiter grauari facere per executores eius Curiæ ex ordine sui officialis, quem militem Socium vocant, quendam suum priuatum debitorem, & esse cum dicto eius officiali condemnandum
4 in pœnam librarum quingentarum secundum formam statutorum Florẽtiæ lib. quarto Rub. 79. de pęna exercentis iurisdictionem non cõcessam sibi a com. Florentiæ quia vltra quod dictus debitor tanquam Ciuis Florentinus nõ poterat conueniri in Curia Scarperiæ, sed Florentiæ tantum cõueniendus erat, Vicarius ille hoc modo sibi ipsi ius in ꝓpria causa dixerat, nec ad eius fauorem habita fuit ratio, quod executio fuisset commissa per dictum eius officialem, qui solitus sit in similibus, vbi pars non contradicit, prout non contradixerat in d. casu, procedere ad grauamina, siue participatio-
5 ne Vicarii, quia est vnum, & idem Tribunal, & a gestis per dictum officialem non appellatur ad Vicarium, sed ad eius superiorem, & grauamen fuit per dictum militem socium concessum ad instantiam, & petitionem ipsius Vicarij, a quo etiam idem officialis dependet, cum per ipsum eligatur, & ab ipso etiam ad nutum remoueri possit, vt propterea non potuerit ipse Vicarius coram suo Tribunali contra suũ debitorem executiue per viam reclami agere, & grauamen obtinere, nec dictus eius officialis potuerit ei illud concedere, quia hoc ab ipsomet Vicario factum videtur, cui est prohibitum in propria causa tam iudicare, quam executionem concedere. dict. l. vnica, iuncta glos. in verbo debere, C. ne quis in sua causa iudic., & absurdũ esset, quod Vicarius ageret coram suo officiali, iurisdictionem separatam ab eo non habente, & omnia sub nomine ipsius Vicarii faciente, & ita probatur ex dictis per Roland. a Valle dict. consi. 16. lib. secundo vbi concludit, quod pro offensa facta Domino Castri non potest esse Iudex nec ipse, nec eius of-
5 ficialis, sed superior cognoscit, licet si offensus haberet condominos, possent hi, vel officialis ab omnibus deputatus, iudicare, nec cognitio spectaret ad superiorem, nisi & ipsi ex alijs circunstantiis sint suspecti, & ad hoc quam plura adducit Roland. & considerat etiam vnitatem Tribunalis, facit Crauetta dict. consi. 232. numero 8. & 9. in quarto, & quinto fundamentis. Et ex eadem distinctione similiter videbatur eundem Vicarium male fecisse, dum ob percussiones, vt ferebatur illatas eius filiis per executores fori Mercatorum incarcerari fecit dictos executores, & examini subiecit, & processum informatiuum contra eos fecit, quem tamen postea ad superiores transmisit, nam
6 cum iniuria facta filiis ipsimet Patri facta videretur, vt per Clar. in pract. crimin. quæst. 58. nume. 22. versicu. quæro nunquid Pater, & per Menoch. de arbitr. Iudic. lib. secundo cent. 3. casu. 262. numero primo, & seq. dicebatur,
7 quod non poterat in ea se intromittere, & vt Iudex ex priuata causa offensus procedere vt punctualiter in istis terminis probat tex. in d. l. qui iurisdictioni, & in dict. l. lex Cornelia, & specialius seruit dict. l. senatus consulto, ff. de offic. Præsid. quæ loquitur de actionibus competentibus Præsidi, & eius officialibus, & familiaribus non intentandis contra suppositos iurisdictioni durante officio, per quæ iura dixit in puncto Bart. in dict. l. si quis forte §. si quos
8 post princip. versi. quæro quid si aliquis, quod officialis non potest procedere pro iniuria sibi, vel eius familiæ facta ex causa priuata, idem vult Alberic. in dict. l. vnica, numero 4. & sequent. Clar. d. quæst. 35. nume. 26. d. versicu. solet etiam, & licet quando iniuria est noto-
9 ria, possit Iudex cognoscere de iniuria facta sibi, vel eius familiæ ex causa priuata, vt per Clar. alios referentem, & de communi testantem

tem d. versicu. solet etiam ad finem, & vltra ibi citatos per Alberic. vbi supra, numero quinto, & per Bart. in d. §. si quos, d. versic. quarto quid si aliquis, quem sequuti fuerunt Bald. Salycet. Castr. & Corn. iam citati in d. l. vnica. C. ne quis in sua cau. iudic. & per Gand. d. tit. de poen. reorum, num. 26. versi. item quid, ea ratione, quia tunc est opus inuestigatione, & discussione, sed sola executione, & cessat suspicionis allegatio, vt per dictos Doctores, dummodo tamen non agatur de poena ipsi Iudici arbitraria, cum tunc non sit conueniens, quod is illam arbitretur, vt notat Clar. loco citato, & tradit Menoch. etiam in casu, quo iniuria ex causa officii, & dignitatis esset facta, cum nec tűc, qui passus est iniuriam, debeat illius poenam arbitrari in tract. de arbitr. iudic. libro secundo, centu. tertia, casu 263. numero 9. ver. quod tamen scriptum est. tamen hæc notorietas non videbatur adesse cum multa requirantur, vt crimen notorium dicatur, de quibus habetur per Clar. cæteros adducentem in pract. criminal. quæstio. 9. numero secundo, & tertio. Verum in contrarium considerabatur, quod licuerit præfato Vicario executores illos retinere, & examinare, & processum informatiuum facere, vt postea per superiores ad inquisitionem, & condemnationem perueniri posset, vt videtur tenere Bal. in d. l. Senatuscõsulto ad fi. vers. in glos. super verbo, iuncto, ff. de offic. præsid. vbi dicit, quod quotidie illa lex allegatur ad hoc, quod Potestas non est Iudex competens in causa familiæ suæ nec potest condemnare eum, qui intulit iniuriam familiæ suæ, sed bene potest processus intimari coram eo, vt perpetuetur. Item, & fieri sequestrum, vel recipi satisdatio, idem aperte voluit Salycet. in d. l. vnica. C. ne quis in sua causa iudicet, sub numero quinto, ad finem, inquiens formaliter, quod licet Potestas non possit cognoscere de iniuria sibi illata ratione inimicitiæ personalis, potest tamen sub fida custodia reseruare successori, vel tradere in manibus alterius, qui cognitionem haberet, quod & antea voluit ibidem Alberic. de Rosat. sub numero quinto, circa medium, qui ait, hoc casu non posse Iudicem sibi ius dicere, nisi forte eatenus, vt delinquentem ponat sub fida custodia, & Principi, vel successori reseruet.

10 Mihi videbatur, quod examinatio non debuisset fieri: quia est actus nimis preiudicialis, & in quo executores valde potuerunt lædi, & adducebam Parid. de Puteo in d. verbo iniuria officialis, capit. tertio, an si officialis processit, sub numero tertio, qui vult, quod quando iniuria non cessit in contumeliam officii, sed in ministrum, vt priuatum, non est tali officiali permissa carceratio iniuriantis, quod & expresse ante eum dixit Alberic. in l. vnica. sub numero 6. post versic. ex prædictis, & allegant ambo, l. 3. ff. quod mer. cauf. & licet in contrarium faciant dicta superius ex Baldo, & Salycet. & ipsomet Alberico, tamen nullus eorum loquitur in examinatione delinquentis, nec in confectione processus informatiui, sed in actibus tendentibus solummodo ad assecurationẽ curiæ, ne delinquens possit euadere iudicium, & poenam, vt patet ex eorum dictis. Nihilominus cum in hoc casu videretur, quodammodo tractari de iniuria facta familiæ vicarii prætextu officii, ex quo omne, quod secutum fuit, habuit originem, & dependentiam a captura dicti militis socii ipsius Vicarii, quam facere volebant dicti executores Mercanriæ, fuit dictus Vicarius excusatus a poena præsertim etiam, cum ei tanquam Patri difficillimum fue-

11 rit ex iusto dolore abstinere a carceratione, & examinatione propter iniuriam factam filiis. Quando autem dubium esset, an iniuria fa

12 cta officiali commissa sit respectu, & intuitu officii, & dignitatis, an vero ex cãpriuata, & odio particulari, ad coniecturas recurrendum erit, vt notat Paris de Put. in dicto cap. tertio, sub numero quarto, versicu. tamen volo. folio mihi 275. vbi etiam numeris sequentibus aliquas ponit coniecturas, ex quibus argui possit vno, vel altero respectu factam iniuriam intelligi, & quia late, & eleganter loquitur, satis erit ad illum remittere lectorem.

EPITOME.

An, & quando statuta pænalia in maleficiis ligent forenses, & quomodo puniantur, vel excusentur, qui in alieno delinquunt territorio, & de aliis in hac materia quotidie in facto occurrentibus, præsertim circa extractionem bladorum, & aliorum victualium, ac delationem armorum.

SUMMARIA.

Delinquentes efficiuntur de foro illius loci, in quo delinquunt, ibique debent puniri, nu. 1.

Forenses, in his, quæ sunt delicta de iure communi, puniuntur secundum statuta loci, in quo delinquunt. In his vero, quæ non sunt delicta de iure communi, excusantur, nisi haberent scientiam statuti, & hæc distinctio est communis, & comprobata per authorem, nu. 2.

Statutum imponens contra ius commune pænam mortis pro primo furto comprehendit forensem ignorantem dictum statutum, quia furtum est de iure communi prohibitum. nu. 3.

Statuta loci delicti, etiam quod illa forenses ignorauerint semper attenduntur in factis iure communi prohibitis, non statuta originis, uel domicilii, uel etiam ius commune. nu. 4.

Statutum prohibens sub certa pæna extrahere de Ciuitate, vel territorio blada, olea, bestias, & huiusmodi

huiusmodi non comprehendit forensem huiusce prohibitionis ignarum, qui propterea excusatur a pœna, num. 5.

In forense præsumitur ignorantia statutorum, nisi scientia probetur, nu. 6.

Forensis extrahens res vetitas non solum ea perdit, sed etiam instrumenta super quibus extrahuntur, idque sive sciuerit, sive ignorauerit statutum, quod ipsas res ligat. Contra sentiunt quidam alii, quorum sententiam vti æquiorem sequutus est author, nu. 7.

Instrumenta super quibus res vetitæ extrahuntur secundum quosdam amittuntur, si erant extrahentis, non item si alterius, qui ea illi commodasset, vel locasset, aliis placet, quod indistincte amittantur, & quod Dominus ignorans regressum habeat contra conductores, & extrahentes, numero 8.

Forensis sciens statutum prohibens extrahere tenetur pœna statuti, quia contra faciendo delinquit, & hoc consentiunt omnes, nu. 9.

Et ibidem, quod non requiritur, quod is sciat in specie qualitatem pœnæ a statuto impositæ, vt eam incurrat.

Forensis tenetur ex præsumpta scientia statuti prohibentis extractionem, & ibidem afferuntur coniecturæ aliquot, quibus isthæc præsumpta scientia probatur, num. 10.

Ignorantia crassa, & supina, quoad obligandum scientiæ æquiparatur. 11.

Frumentum extrahi prohibitum est communiter per totam Italiam, adeo quod illud extrahens non excusetur prætextu ignorantiæ secundum communem, quæ, & seruatur, nu. 12.

Statutum respiciens publicam vtilitatem, veluti, vt non vendantur carnes morbosæ, ligat forenses etiam ignorantes. nu. 13.

Factum prohibitum esse a natura, vel a lege communi paria sunt, & ideo statutum puniens factum a Natura damnatum, ligat forenses ignorantes quemadmodum statutum puniens factum lege communi vetitum, nu. 14.

Statutum prohibens deferri archibusios, vel alterius generis arma non ligat forenses, nisi veram, vel præsumptam scientiam prohibitionis habuerint, eaque re copiose disserit Author, numero 15. & 16.

Iulii Clari sententia, quod standum sit arbitrio Iudicis, an forensis puniri debeat pœna statuti prohibentis delationem armorum, an vero excusandus, late confirmatur. 16. & 17.

Quoties dubium est, an Forensis habeat iustam, & probabilem ignorantiam statuti, nec ne, & hinc inde ad sunt coniectura ita vt animus Iudicis non in certo versetur, pœna ordinaria ex Authoris sententia est temperanda num. 17.

In criminalibus cum ex coniecturis, & præsumptionibus indicatur, debet Iudex temperare sententiam, & minorare condemnationem, quæ alias imponeretur, atq; isthæc est regula generalis. numero 18.

Armorum vsus iure communi prohibitus est nu. 19.

Itinerantes possunt portare arma secundum ius commune, num. 20.

Et ibidem, quod non sunt portanda ligata.

Statum prohibens delationem armorum est contra ius commune quoad itinerantes, & ideo non ligat forensem ignorantem. Sed cum hodie adsit huiusmodi statutum communiter per totam Italiam, non possunt forenses respectu ignorantiæ excusari a pœna, quia esset nimium supina ignorantia, Contrarium tamen defendit Author, & negat adesse huiusmodi statutum communiter per totam Italiam num. 21.

CASVS CENTESIMVS VIGESIMVS NONVS.



1 Via forenses delinquendo in alieno territorio, efficiuntur de foro loci, in quo delinquunt, & ibi debent puniri, vbi delictum commiserunt, l. pri. & authent. qua in prouincia, C. vbi de crim. agi oport. l. 3. ad finem, ff. de offic. præsid. l. saccularii, §. sunt quædam, ff. de extraord. crimin. & l. prima. C. vbi se nat. vel Clariss. ciuilit. vel criminalit. conuen. quæri solet, an puniri debeant secundum pœnas a statutis dicti loci commissi delicti impositas, an vero secundum pœnas a statutis loci originis, vel domicilii ipsorum delinquentium ordinatas, vel a iure communi determinatas; cuius quæstionis decisio pendet a resolutione alterius dubitationis super statutis pœnalibus, an scilicet talia statuta ligent forenses; in qua videtur distinguendum, quod aut sumus in his,
2 quæ sunt delicta de iure communi, & tunc puniuntur forenses secundum pœnas statutorum loci delicti, nec aliqua cadit excusatio propter ignorantiam dictorum statutorum, ex quo faciebant actum, etiam cessantibus statutis, prohibitum, & culpa est attentare illicitum: aut sumus in his, quæ de iure communi non sunt delicta, sed solummodo secundum statuta loci commissi maleficii, a quibus sunt prohibita, & tunc non puniuntur secundum dicta statuta, sed ab eorum pœna excusantur, cum nihil eis imputari possit in actu de se licito, nisi illorum haberent scientiam, vel prætenderent supinam, & crassam ignorantiam, ita distinguunt Albert. de Gandin. in tract. de malefic. tit. de pœn. reorum, versic. pone quæstionem, quæ tota die occurrit, numer. 16. & tit. de reb. non exportand. contra decretum, num. 7. versic. præterea circa materiam quæro, Barto. in l. cunctos populos, num. 20. versic. secundo, quæro, C. de summa Trinit. & fide cathol. Alberic. de Rosat. post multa hincinde deducta, de statut. lib. primo, quæst. 15. & latius libro secundo, quæst. pr. & lib. tertio, q. pr. Christoph. Porc. in §. sed & quod Principi, num. 16. versic. quæritur, an statuta. Instit. de iure natural. gent. & ciuil. Boss. in pract. criminal. tit. de penis, num. 18. & sequen. vers. quando quis, Marsil. in l. fin. ff de

ff.de iurisdict.omnium iudicum,num.79.& se-
quent.versic.venio modo ad secundam quæstio
nem,vbi dicit, quod licet aliqui teneant indi-
stincte,quod semper forenses sint puniendi pæ
na statuti loci, in quo delinquunt, prout si de
dicto loco essent,tamen prædicta distinctio est
communior,æquior,&magis ratione munita,
Couar. in cap.Alma mater, de sentent.excom-
municat.in sexto,in §.decimo,sub numero se-
ptimo,& plur.seq.versic. præter hęc,& versi.se
quentibus, vbi latissime omnium insistit, Clar.
in pract.crimin.q.85.nu. 2. versic.secundus est
casus, vbi post relatam opinionem tenentium
simpliciter, quod sit locus pænæ statutariæ lo-
ci commissi per forensem delicti,& recitata di
stinctione prædicta, & adductis pro ea nonnul
lis ex supra citatis Doctoribus, videtur ei ad-
hęrere,Gabr.de Casat.& alij consi.59.num.21.
cum seq.versi.secundo esto,cum versic.seq.to-
mo secundo, consil. crimin. diuersor.collectis,
vlt.loco,& nouissime Vincent.de Franch.deci-
sione Neapolitana 521. in tertia pa:.per to-
tam,vbi dictam distinctionem firmat,& addu-
ctis in contrarium respondet,quam, & ipse vti
verissimam sequor.
3 Vnde ex primo huius distinctionis membro
infertur, quod statutum imponens pęnā mor-
tis pro primo furto contra ius commune, com
prehendit forensem, ignorantem dictum sta-
tutum, ex quo factum est alias iure communi
prohibitum, vt in indiuiduo concludit Vinc.
de Franch.dicta decis.521.inquiens propterea,
quod Sacrum Consilium confirmauit senten-
tiam magnæ Curię Vicariæ, quæ furem exte-
rum pro primo furto vltra certam summā con
demnauerat ad mortem secundum capitula
Regni, quæ decisio vltra allegata per Vincen.
de Franch. confirmatur ex dictis per Gandin.
d.tit.de pęnis reorum,numero 16.versic.pone
quæstionem, quæ tota die occurrit, vbi deci-
dit,quod Placentinus committens in districtu
Cremonæ delictum,pro quo de iure communi
imponitur pęna pecuniaria, ex forma vero sta
tuti Cremonæ imponitur pęna corporalis, de
bet puniri pœna corporali secundum statutū
loci commissi delicti, & non pęna pecuniaria,
etiam si statuti dispositionem ignorabat, cum
4 fecerit actum alias prohibitum ab ipso iure cō
muni, sequitur Alberic. de Rosat. de statut. in
dictis tribus quæstionibus, & idem consuluc-
runt Gabr.Casat.& alii dicto consilio 59.in re-
sponsione ad secundam defensionis speciem,
numero vigesimoprimo, & multis sequen.con
cludentes delinquentem puniendum esse se-
cundum statuta loci patrati delicti, non autē
secundum dispositionem iuris communis,aut
statuta originis,vel domicilii.

Et idem potest decidi in omnibus aliis fa-
ctis iure communi prohibitis,puta adulteriis,
stupris,homicidiis,falsitatibus,& similibus,in
quibus attenduntur statuta loci commissi ma
leficii per forenses, & exteros, etiam, quod de
ipsis statutis ignorantiam haberent,cum vt di
ctum est,sint in culpa attentantes rem alias cir
cumscriptis statutis illicitā per dictam distin-
ctionem in dicto primo membro.

Ex secundo autem dictæ distinctionis mem
5 bro infertur, quod statutum prohibens extra-
here de Ciuitate,vel territorio blada, vina, o-
lea,carnes, bestias, vel alias res, sub certa pę-
na, non comprehendit forensem extrahentem
dictæ statutariæ prohibitionis ignarum, cum
faciat actum iure communi permissum,& a sta
tuto tantum prohibitum,cuius ignorantia ex-
cusat illum a pœna, ita in puncto decidit Al-
bert.de Gandi.in d.tit.de pęn.reorum,sub nu-
mero decimosexto, ante finem, versicu.in aliis
autem,& d.tit.de reb.non portand.contra de-
cretum, sub num.7. circa medium,vers.secun-
do vero casu, sequitur Alberic. de Rosat.de sta
tut.lib.secundo,quæstio.prima,& lib.tertio,q.
6 pr.quo fit,vt cum regulariter ignorantia dicto
rum statutorum in forense præsumatur, pœna
eorundem statutorum locum habere non pos-
sit contra illum,nisi scientia probetur, vt præfa
ti Doctores dicunt;est tamen verum, quod re-
spectu ipsarum rerum extrahi prohibitarum,
& bestiarum, seu instrumentorum,super quib.
extraherētur aliud, aliqui senserunt,nam quo
7 ad res vetitas extrahi de Ciuitate dixit Gan-
din.d.tit.de reb.non portan. contra decretum
num. 7.& post eum Alberic. de Rosat. d.q pri.
lib. secundo, quod cum statutum potuerit im-
ponere legem rebus suorum Ciuium, Forensis
contra ueniens statuto illas perdit indistincte,
siue sciuerit, siue ignorauerit statutum, quod
ipsas res ligat, & quoad instrumenta extractio
ni deseruientia,dixit idem Gandin.eod.tit.nu.
secundo, versic. sed quæro, quid erit de equo,
quem sequitur Alber. d.quæst.prima, libro se-
cundo, quod amittuntur si erant conducentis,
8 seu extrahentis; secus autem si erant alterius,
qui ea illi commodasset, vel locasset, quia tūc
Dominus non debet ea perdere, nisi sciuisset
super eis debere conduci res vetitas, & subdūt
Gandin.& Alberic. quod super hoc,an scilicet
sciuerit, vel ignorauerit,stabitur sacramento,
ipsius Domini, quando contrarium non appa-
reat probatum;in aliis autem pęnis vltra amis-
sionem rerum, & instrumentorum impositis
per statutum;dicunt præfati Doctores, quod
procedit conclusio, vt forensis extrahens non
puniatur tanquam ignarus statuti, & faciens
actum alias licitum, sed certe horum patrum
dicta non modicam patiuntur difficultatem;
videtur enim, quod data ignorantia prohibi-
tionis, nec res amittantur, nec instrumenta
prædicta,vt alii sentiunt,de quibus,& ipsi me-
minerunt, quorum sententia æquior est,& te-
nenda,cum ignorans in nullo delinquat, & v-
bi esset locus ex statuto amissioni rerum;& in-
strumentorum secundum eorum opinionem,
non ita de facili procederet distinctio eorun-
dem super amissione instrumentorum, nam
secundum

secundum alios indistincte ea amittuntur, & illorum Dominus ignorans regressum habet contra conductores, & extrahentes, vt probatur ex dictis per Bonifat. de Vitalin. in tract. de malefic. tit. de ban. dato in fine nu. 79. versi. sed quid si pastores, & per Cacheran. decisi. pedamont. 71. in processu num. 8. versicu. itē pro intentione fisci, de quo tamen alibi forsan dicā; pro nunc autem placet, quod in nullo ignorans teneatur, quod, & procedere videretur, si ex edicto ignorantiæ allegatio sublata esset, quia non de iusta legitima, & probabili, sed de crassa, & supina intelligitur. Grat. resp. 49. proponitur in fine num. 40. versicu. non obstat lib. secundo,

9 Data autem forensis scientia talis statuti, nullus est, qui dubitet eum teneri pœna dicti statuti, quia sciens tale statutum, contrafaciendo delinquit, & ratione delicti efficitur de foro loci dicti statuti, cuius prohibitio facit illud esse delictum, quod alias non erat delictū, vt per Gand. dicto tit. de pœn. reorum sub nu. 16. versicu. in aliis autem licitis, & dicto tit. de reb. non portan. contra decretum sub n. 7. versi. solutio secundum D. Gulielmum, & versicu. pr. casu, & versi. nam ex quo quis facit contra præceptum, & per Alberic. de Rosat. de statut. lib. pr. quæst. 15. & lib. secundo, quæst. pr. & lib. tertio etiam quæst. pr. & volunt omnes initio citati, qui distinctionem supra firmatā tenuerunt. Nec requiritur, quod exterus sciat in specie qualitatem pœnæ a statuto impositæ, vt eam incurrat, sed satis est, quod in genere sciat, adesse statutum prohibitiuum, & sic se attentare actum illicitum, vt diffuse, & eleganter demonstrat Couar. in d. cap. alma mater 9. 10. num. 8. & sequenti versicu. scribit tamen Bern. & versi. sequentibus, folio mihi 389. cum seq. & volunt etiam Gabr. Casat. & alii d. consi. 59. num. 25. & 26. versicu. nam si statutum est fundatum. Et

10 sufficit scientia præsumpta statuti, vnde si forensis tantam moram traxerit, vel talem conuersationem habuerit in loco, vel fuerit de alio loco proximo, & vicino, vel aliud concurreret, vt verisimiliter prohibitionem sciuerit, vel scire debuerit, contra veniendo tenetur de pœna talis statuti, ac si vere constaret, quod illius scientiam habuisset; quia non potest excusari, vel ex eo, quod præsumatur habere scietiam, vel ex eo, quod non licet allegare igno-

11 rantiam, crassam, & supinam, quæ quoad obligandum scientiæ æquiparatur, ita dicunt Gandin. dicto tit. de pœn. reor. sub d. num. 16. ad finem versic. & hæc vera sunt, & dicto tit. de reb. non portan. contra decretum sub d. nu. 7. circa finem, versi. sed quomodo poterit sciri, si sciuerit, vel ignorauerit statutum. Alberic. de Rosat. d. quæst. 15. lib. pr. & d. q. pr. lib. secundo, & remissiue d. q. pr. lib. tertio. Bart. in d. l. cunctos populos, sub d. nu. 20. Marsi. in d. l. fin. sub nu. 79. ff. de iurisdict. omn. iudic. late Gabr. Casat. & alij d. consi. 59. in secunda specie defensionis nu. 30. & pluribus seq. versi. rursus, & secundo, & sentiunt omnes alij præfatam distinctionem sequentes, & idem est, quando factum

12 de quo agitur, communiter est prohibitum in alijs locis, vt est extractio frumenti, in qua proprie infrascripti Doctores exemplum tradunt, cum similis prohibitio vigeat communiter per totam Italiam, nam, & tunc tenetur delinquens pœna statuti prohibentis, nec prætextu ignorantiæ excusari potest, vel ob præsumptam scientiam, vel ob crassam, & supinam ignorantiam, vt notaur Gand. Alberic. Bart. & Marsil. in locis citatis, idem Bar. in l. fin. §. licet quis, in fine ff. de publican. & Vectigal. Boss. d. tit. de pœn. num. 20. versicu. non ommitto. Clar. in Pract. criminal. quæst. 82. in septimo statuto circa blada num. 2. versicu. quero nunquid talia statuta, & d. quæst. 85. num. 2. versi. sed quid si delictum, qui ex mente aliorum inquit, ita communiter tenere Doctores, & in hoc omnes concordare, & sic seruari, & confirmatur ex dictis per Franch. d. decisi. 521. nu. 16. & seq. Facilius autem procedunt prædicta de non excusandis forensibus a pœna prætextu ignorantiæ in factis a iure communi non prohibitis, sed a statutis tantum, quando prohibitio sta-

13 tuti respiceret publicam vtilitatem, vt non vēdere carnes infectas, vel morbosas, aut pisces mortuos, nam tunc absque dubio talia statuta ligant forenses, etiam ignorantes, vt tradit Alberic. de statut. lib. pr. quæst. 15. post princ. allegans l. pr. §. cura carnis ff. de offic. Prefect. Vrb. quod verum est, & videtur etiam factum iure communi illicitum, quo casu pœnam statuti prohibentis, locum habere ex omnium mente visum est, & probatur ex distinctione Christofori Portij in dict. §. sed & quod Principi sub d. num. 16. Instit. de iure nat. gent. & ciuil. vbi æquiparat factum prohibitum a na-

14 tura, vel a lege communi, volens quod statutum puniens factum a natura damnatum, liget forenses ignorantes, quemadmodum factum lege communi vetitum, Vnde dixerunt Gabriel. Casat. & alij d. consi. 59 num. 25. 26. quod quando statutum est fundatum super iure naturali, gentium, vel ciuili, arctat etiam ignorantem, qui scit se delinquere, licet ignorauerit genus pœnæ, quia, quando ius inest facto, sufficit ad omnem pœnam etiam corporalem, non attenta ignorantia, vel scientia circa genus ipsius pœnæ, quod dicunt notandum; natura nanquam videtur ipsa prohibere huiusmodi res humano generi nociuas vendere, vt de se patet.

Ex quibus etiam posset inferri, quod statuta prohibentia deferentes archibusios, seu sclo

15 pos rotatos, vel alia arma sub grauibus penis, non ligent forenses, qui prætextu ignorantiæ poterunt excusari a pena, nisi veram, vel præsumptam scientiam prohibitionis habuerint, vel saltem in crassa, & supina sint ignorantia, per ea, quę dicta sunt circa hoc secundum prin cipalis

cipalis distinctionis capnt, quæ de iuris rigore procedere non negat in hac armorum prohibi
16 tione Clar. d. quæst. 85. sub nu. 3. post versi. sed quid si delictum, qui tamen inquit, quod quicquid sit de iure, diceret in prædictis casibus standum esse Iudicis arbitrio, qui inspecta facti, & personarum qualitate pro sua religione decernet, an forensis plectendus sit pæna statuti, vel in totum excusandus, vel saltem pæna ex aliqua parte tēperanda, & subdit, quod in Ducatu Mediolani sæpissime vidit excusari forenses, qui moram non traxerant in Dominio a pæna imposita, contra deferentes archobusios rotatos, & huiusmodi, & quod consuleret, vbi aliquo modo posset dici ignorantia probabilis, vt Iudices semper in mitiorem partem inclinarent, & hanc Clari sententiam semper iudicando tenendam putaui, & sepissime votaui pro excusatione forensium a totali pęna bannorum, & proclamatum contra deferentes arma, quando eorum ignorantia videbatur iusta, & probabilis, & vbi hoc erat du
17 bium, idest, an esset iusta, & probabilis, vel ne, & hinc inde aderant coniecturæ, ita vt animus Iudicis in certo versaretur, & quid magis esset credendum non deliberaret, fui semper in voto, quod pęna ordinaria esset mitiganda, sicuti quando scientia videbatur non posse negari, & non poterat considerari ignorantia, nisi crassa, & supina nunquam putaui esse locum alicui excusationi, sed pęna per ipsa banna, & proclamata indictæ, quod totum optime colligitur ex dictis per Clar. vbi supra, qui tamen nihil allegat, forte quia de stricto iure non procedit, quod ipse dicit in hoc proposito, vt infra patebit, sed potius ex æquitate, quam, & ego sum sequutus, credens alioquin ex summo iure summam, vt aiunt, iniuriam fieri aduersus forenses, & maxime in pęnis magnis, & pro Claro facere videtur, nam quod data ignorantia statutariæ prohibitionis in his, quę iure cōmuni attento sunt de genere permissorū, quis sit excusandus a pęna, & e contra data scientia plectendus pęna legis prohibentis, manifestissime ex superius dictis constat, & præsertim in versicu. ex secundo autem, & in versicu. data autem forensis sciētia. Quod vero in dubio scientiæ, vel ignorantiæ temperanda sit pęna, videtur probari ex notatis per Bart. in d. l. cunctos populos sub nu. 20. versi. secundo quæro ad fin. vbi inquit, quod in facto iure cōmuni permisso, sed tamen communiter per omnes Ciuitates, & loca prohibito, vt est extractio frumenti de territorio, non licet forensi allegare ignorantiam ad totalem excusationem pondero ego, quod Bart. per dicta verba sentit hoc casu forensem esse excusandum, sed non totaliter, & sic pęnam esse mitigandam, & si hoc fit quādo delinquens est in supina, & crassa ignorantia, vt in eo casu, multo magis fieri debet, quando dubitatur de ea, & miror, quod dictum hoc Bart. nullus, quod viderim, in hac materia consideraucrit, & ad hoc facit regula generalis,
18 quod quando ex coniecturis, & præsumptionibus iudicatur in criminalibus, Iudex debet temperare sententiam, & minorare condemnationem, quæ alias imponeretur. Doctores in l. pr. ff. si cert. petat. vbi præcipuè Ias. num. 21. Dec. in pr. lectura num. 16. & seq. versicu. & cū probatio facta, & latius in secunda lectura nu. 60. & seq. Cepol. consi. crim. 27. nu. 13. Crauet. consi. 2. n. 20. Anchar. Regiensis quæst. 71. in fine nu. 15. lib. pr. Clar. in pract. crimin. q. 55. nu. 16. versicu. forte posset hæc exceptio, & alii per eum allegati, nec in contrarium faciunt dicta superius, quod ad imponendum pœnam statuti prohibentis satis est scientia præsumpta, vel saltem crassa, & supina ignorantia, vt in versicu. & sufficit scientia, quia hic loquor quā do Iudex ex circunstantijs redditur dubius, & non applicat animum magis ad sciētiam, quā ad ignorantiam, in qua incertitudine melius est mitigare pęnam, quod non est faciendum, quando vel præsumitur scientia, vel adest crassa, & supina ignorantia, quia tunc cessat hæc dubietas in Iudice, ex qua pęnæ mitigatio causatur. Scio tamen quandoque contrarium fuisse seruatum, & plurimos prohibitionū huiusmodi plusquam verisimiliter ignorantes fuisse in pęnam bannimentorum damnatos, me etiam reclamante, & nullatenus consentiente, non vt forensibus fauerem, sed vt æquitati locum darem, & conscienrię meæ satisfacerem, pro hac tamen obseruantia potest allegari, quod ignorans tenetur, eum armorum vsus
19 videatur iure communi prohibitus, vt in l. vnica, C. vt armor. vsus. libro vndecimo, & in auth. de armis, §. si autem inter operarios, & ett. a Plaza in epitom. delictor. cap. octauo, in princip. vbi alia iura, & multas authoritates citat, & Decian. infra citandus, columna pr. & secunda, & sic intrat distinctio firmata in primo mēbro, sed potest responderi, quod itinerantes se
20 cundum ius commune possunt impune portare arma, & quod per consequens forenses illa deferentes per aliena territoria non possunt puniri Carerius in pract. crimin. §. in textu ibi itemq; eorum num. 15. & 16. fol. 37. & idem Petrus a Plaza d. cap. 8. num. 13. Sozin. reg. 30. in verbo arma in secunda fall. Afflict. lib. pr. constit. Regni Rub. 9. de illicit. port. armor. in constit. intentionis. sub num. 3. & 4. in 4. & 5. casibus, & latissimè Decian. in tractat. crimin. lib. 7. cap. 3. de prohibito vsu armorum nu. 34. vers. limitatur secundo, tomo secundo vbi etiam bonis rationibus probat hoc casu non esse portanda ligata, post Menoch. de arbitr. Iudic. lib. secundo cent. quarta casu 394. num. 58. & se
21 quenti, & quod propterea talia statuto, quoad itinerantes sunt contra ius commune, & ideo non ligant forenses ignorantes secundū distinctionem firmatam in secundo membro, Reperio tamen Marsil. in pract. crimin. §. pro complemento n. 23. versi. item quæri etiam potest

reft. Afflict. in dicta constit. Intentionis, nu. 13. vers. quinto quæro, & Decian. d. cap. 3. num. 26. versicu. extende etiam, dicentes, quod statuta prohibentia vsum, seu portationem armorum comprehendunt forenses etiam ignorantes, quia, cum talia statuta sint communiter per
22 totam Italiam, non possunt excusari a pœna prætextu ignorantiæ, quæ esset nimium supina, & idem dicit Afflict. quando forenses magnam traxarunt moram in loco, & addit aliam rationem, quod scilicet, cum intrant aliena territoria debent se informare de eorum legibus, & moribus, quam rationem sequitur Decian. d. numero 26. qui & antea, num. 19 uersic. hinc est eandem opinionem tenuit, & adducit Bar. in l. fin. §. licet quis, in fine, ff. de public. & uecti gal. ita tenentem ex eo, quod communiter in tota Italia sunt huiusmodi prohibitiones armorum, quod dictum licet uideatur defendere condemnationes factas de forensibus ignorantibus contra dicta per Clar. & cōtra vota mea, tamen bene consideratum videtur virtualiter illa confirmare, quia in effectu vult forenses ideo teneri, quia ex quo communiter talia banmimenta vigent in omnibus aliis locis, sunt in supina ignorantia, cuius prætextu nō excusantur. Et arguunt præfati Doctores in hac materia armorum eodem modo, quo in materia extractionis bladorum, & præcipuè Barto. in dicto §. licet quis in fine, qui vtrunque casum æquiparat, & prout in re iure tantum municipali prohibita, cum si ageretur vti de re iure communi prohibita, indistinctè tenerentur forenses pœna statuti prohibentis siue sciuerint siue ignorauerint adesse prohibitionem statutariā, & siue communiter in aliis locis extaret, siue non extaret similis prohibitio, cum sufficiat in prohibitis iure communi ad incurrendam pœnam statuti, quod delictum fiat in territorio statuentium, vt dictum fuit supra in princ. & in illationibus secūdi membri distinctionis. Nec est verum, quod communiter per totam Italiā sint similes prohibitiones delationis armorū saltem in geuere. nam in toto Mediolanensi dominio, & in aliis locis cuilibet licet deferre omne genus armorum præter archobusios rotatos, & quædam alia, vnde, si casus iste esset decidendus secundum terminos prohibitionum de iure municipali tantum non posset sequi condemnatio, nisi data scientia saltem præsumpta, vel supina ignorantia.

EPITOME.

De excusatione Notarij a pœna falsi, quia scripserat pecuniam fuisse actualiter numeratam, cum vere non fuisset numerata, sed in sacculo tantum ostensa ob consuetudinem Notariorum loci, qui ita solent scribere, & vti verbo numerauit, licet pecunia non sit præsens.

SVMMARIA.

Notarius scribens in instrumento pecuniam actualiter fuisse exbursatam, & numeratam, quæ tamen vere non fuit exbursata, nec numerata, sed tantum in sacculo ostensa, incidit in falsum, qua de re admonetur Notarius nu. 1.

Ampliatur, vt procedat etiam si pars, cui dicitur numerata pecunia summam in sacculo contentam tantam esse confiteretur nu. 2.

Consuetudo regionis, quod instrumentis apponatur pecuniam exbursatam, & numeratam fuisse, quæ tamen vere numerata non fuit, sed tantummodo in sacculo ostensa, excusat Notarium a pœna falsi, atque ita limitatur doctrina Bart. in l. singularia, ff. si cert. petat. num. 3.

Instrumentum in quo dicitur pecuniam fuisse numeratam, quæ tamen vere numerata non fuit tanquā falsum non probat, & parti non nocet, etiam quod sit iuratum, & in eo ad sit renuntiatio non numeratæ pecuniæ, vel etiam, quod ita sit de stilo Notariorum illius regionis apponendi dicta verba in instrumentis, nume. 4.

CASVS CENTESIMVS TRIGESIMVS.

1 Scripsit notarius in instrumento, de quo fuit rogatus, quod uni ex contrahentibus fuit per alterum soluta, & actualiter, & cum effectu exbursata, & numerata certa quantitas pecuniarum, & cum uere numeratio non interuenerit, sed pecunia in sacculo ostensa tantum fuerit, & hoc totum probaretur, nec negaret Notarius, sed consuetudinem Notariorum loci, ita scribendi allegaret, dubitabatur, nunquid iste Notarius in pœnam falsi incidisset, in eamque condemnandus esset, & quidem, cum scripserit pecuniam actualiter fuisse exbursatam, & numeratam, & uere non fuerit exbursata, & numerata, sed tantum in sacculo ostensa, negari non potest quin incide-rit in falsum, ex quo apposuit in instrumento uerba denotantia ueram exbursationem, & numerationem pecuniæ, quæ non interuenit, cum ex sacculo non fuerit extracta pecunia, nec actualiter numerata, ita in puncto notant Doctores in l. singularia, ff. si certum petatur, ubi præcipue Barto. numero 23. uersi. sed quæro Notarius dixit in instrumento, & expressius Laf. sub nu 46. versi. circa secundam conclusionem, vbi admonet Notarium, quod nunquam dicat in instrumento, pecuniam fuisse numeratam, etiam si ibi sit præsens in bursa, vel sacculo, & partes confiteantur, quod ibi est tota pe-

cunia, nisi fecerit euacuari bursam, vel sacculum, & numerari pecuniam, quia alias puniretur de falso, & dicit Ias. quod ita singulariter tradidit Bald in Rub. C. de fide instr. prout vere tradit num. 25. & seq. versicu. & nota quod dubitauit, & subdit Ias. quod alibi hoc non legit in specie, sed idem voluit idem Bald. in l. si ex cautione nu. 14. 15. 20. & 21. in tertia quinta & 6. quæstione C. de no numer. pecun. sequitur Ioann. Petr. Ancharan. lib. pt. quæstion. iuris fa miliar. quæst. 70. in princ. n. 1. & ante eum Dec. in d. l. singularia sub nu. 33. & melius Pract. Papiens. in forma opponendi contra instrumen. in glos. in verbo, quod negatur, quæ est vlt. gl. nume. 8. versicu. quid autem si instrumentum, quod eo magis videbatur dicendum, cum summa, quæ dicebatur numerata, esset magna, & notabilis, & sacculus adeo paruus, vt illam continere non potuisset in moneta argentea, in qua asserebatur facta numeratio, licet instrumentum diceret, quod pars, cui dicebatur nu-
2 merata, tantam esse confitebatur iuxta modū traditum per Bald. in d. Rub. C. de fide instr. quam conclusionem ample confirmat Claud. Bertaz. his scriptis visus, in additi. ad consil. crimin. Battolom. patris consi. 544. sub littera A. versicu. secus autem esset, & versicu. numeratio autem, qui etiam ponderat verba illa actualiter, & cum effectu, & similia adiuncta exburationi, & numerationi pecuniæ per Notariū, quæ magis eum de falsitate redarguunt, si vere exburatio, & numeratio non interuenit, vt in versicu. adsunt præterea alia verba lib. secundo.

Quia tamē consuetudo regionis erat, quod Notarii omnes solebāt apponere in instrumētis huiusmodi verba, etiam quod actualiter pecunia non numeraretur, sed tantūmodo ostenderetur in sacculo coram ipso Notario, & testibus, putaui excusandum esse Notarium a d. pœna, sine præiudicio iurium partium circa validitatem instrumenti, & robur in eo contentorum, ista enim consuetudo excusat dictū Nota
3 rium a pena falsi, ita in terminis dixit Bald. in d. Rub. C. de fide instr. sub nu. 27. ad fin. versic. quæro ergo, vbi loquens de eo, quod quotidie fit in camera conseruatorum communis Perusii quia Notarii dicunt habuit, & recepit, & ostenditur quædam bursa, tamen nihil numeratur, ait quod consuetudo excusat scribentes a falso, idē ēt voluit Ias. in d. l. singularia sub nu. 46. post medium versicu. istam doctrinam, ff. si cert. petat. inquiens opinionem Bart. ibi, & superius relatam, quam sequitur totus mundus, non procedere, quando consuetudo, & stilus Notariorum loci esset apponere verbum, numerauit, quando partes confitentur, licet pecunia non fuerit numerata, quia propter dictam consuetudinem Notarius excusatur a falso, & subdit, quod ex hoc alias defendit quendā Notarium Placentinum, qui in instrumento appo fuerat verbum numerauit, & tamen non fuerat præsens pecunia, quia fuerunt examinati pluśquā triginta Notarii, qui dicebant, ita esse de stilo, & consuetudine Notariorum Placentiæ, quod apponeretur in instrumentis, verbū numerauit, licet pecunia non esset præsens, quam opinionem ibi, & nu. seq. ex pluribus cō firmat, sequitur Anchar. Regiens. d. q. 70. nu. 2. & 3. vbi alios refert, & idem voluit Dec. in d. l. singularia nu. 33. versicu. & retenta conclusione, & approbat Claud. Bertaz. in d. additione versi. excusaretur tamen Notarius a falso.

An autem instrumentum illud validum remaneat, & probet, vel ne, & parti, cui pecunia dicebatur numerata, noceat, maxime, cum adsit renunciatio non numeratæ pecuniæ, & fuerit interpositum iuramentum, non opus fuit decidere, cum solum ageretur de falsitate contra Notarium, iuribus tamen partium fuit prouisum per reseruationem de prædictis expresse factam, poterit nihilominus videri Anchar. d. q. 70. nu. 4. & seq. qui concludit instru-
4 mentum tanquam falsum non probare, & parti non nocere etiam quod sit iuratum, & cum renunciatione prædicta, præsertim, vbi fit obtenta absolutio a iuramento, vel saltem habilitatio, & respondet Baldo tenenti pro validitate, & probatione talis instrumēti in d. Rub. C. de fide instr. in d. versi. quæro ergo.

EPITOME.

Quod curia, quæ a Reo recipit fideiussorem, de stando iuri, iudicatum soluendo, se præsentando, a carcere, vel alio loco non recedendo, aut de aliquo faciendo, vel non faciendo, non teneatur dictum fideiussorem liberare, & alium æque idoneum a reo oblatum recipere, licet volens possit ex benignitate id facere, & quomodo ea nolente, consuli possit tali fideiussori contra suum principalem pro sua indemnitate.

SVMMARIA.

Reus, qui in ciuili, vel criminali causa fideiussorem dedit de aliquo faciendo, vel non faciendo, non est audiendus, si datum fideiussorem liberari petat, esto, quod alium æquè idoneum offerat. nu. 1. declara, vt infra num. 7.

Creditor non cogitur suam obligationem mutare, & nouum debitorem, seu promissorem suscipere, numero 2.

Fideiussor non potest præcise reum cogere, vt eum eximat a fideiussione, sed sufficit, quod reus præstet idoneam cautionem, ipsum fideiussorem indemnem con seruatum iri. num. 3.

Debitor

Debitor, qui suum fideiussorem ab obligatione eximere promisit sub pœna, si faciat, quod potest, vel soluendo debitum, si est purum, & liquidum, vel offerendo idoneos fideiussores pro indemnitate, si debitum non est purum, nec liquidum, protestando, quod per se non stat, excusatur a pœna numero 4.

Emptor non cogitur liberare fideiussorem quem accepit de euictione, etiam si alius æque idoneus illi offerretur num. 5.

Creditor cogitur interdum ex causa mutare suam obligationem, vt traditur in causa notabili. nu. 6.

Iudex non necessitate coactus, sed volens potest primum fideiussorem a reo datum liberare, & alium æque idoneum accipere, nec propterea dicitur ius fisci lædere, vel deterius facere, aut nolens alium fideiussorem accipere iniustitiam facere, numero 7.

Fideiussor quoties conditionem sui principalis deteriorem effectam videt, petat se eximi a tali obligatione, vel sibi dari fideiussores de indemnitate; nam debitore hoc non faciente, poterit fieri sequestrum, & veniri admissionem in possessionem illius bonorum, numero 8.

CASVS CENTESIMVS TRIGESIMVS PRIMVS.



Væsitum fuit, an reus, qui dederat fideiussorem de stando
iuri, vel de iudicato soluēdo,
vel de se præsentando, vel de
non discedendo de carcere
vel alio loco pro carcere assignato, vel de alia re facienda, vel non facienda, pro vt in criminalibus causis contingit, debeat audiri, si petat datum fideiussorem liberari
1 ti ab obligatione facta, offerens dare curiæ
alium æque idoneum. Vera resolutio est, quod
2 de iuris rigore non est audiendus, quia creditor, siue curia non cogitur suam obligationem
mutare, & nouum debitorem, seu promissorem suscipere, vt est tex. apertus in l. si mandato meo. 44. §. sed si mandato. versicu. item si, ff.
mandati, vbi expresse dicitur, quod si dum negotia mea gereres alicui de creditoribus meis
promiseris anteq; soluas, potes agere contra
me, vt obligationem suscipiam, & si creditor
nolit obligationē mutare, tibi cauere debeo,
te defensum iri a me, per quem tex. not. Bald.
in ea lege in addit. num. 3. versicu. secundo nota, & in lectura antiqua post princip. versic. in
3 textu, ac si nolit, quod fideiussor non potest cogere reum præcise, vt eximat a fideiussoria obligatione, quia non potest hoc facere reus, nisi
creditor consentiat, nam creditor non cogitur debitorē mutare, & sufficit si loco exemptionis præstet idoneam cautionem, quod ipsum fideiussorem conseruabit indemnē, & defendet a creditore, cum aliud facere non possit, & per dictā cautionē desinat interesse fideiussoris, & exemplificat in fideiussore tutoris,
idem notauit in l. labeo ait 30. §. sed si per fideiussores in pr. lect. sub num. 2. post versicu. in
gl. ff. de arbitr. vbi dicit, quod hæc quæstio fuit
de facto Perusij, quia fideiussor tutoris durante tutela petebat se liberari ab obligatione, &
quod ita fuit pronunciatum, & in l. secunda
num. 7. versicu. modo ego quæro C. de sentent.
quæ sine certa quantita. profer. inquiēs, quod
hoc accidit tota die, quia tutores promittunt
fideiussoribus suis eximere eos ab obligatione, eandem opinionem tenuit ipse Bald. in l.
qui autem §. sed siquis in lectura antiqua, ff.
de constit. pecun. vbi generaliter tradit, quod
dato fideiussore, creditor non cogitur eum liberare, & alium æque idoneum accipere, &
4 quod ideo debitor principalis, qui promisit
dictum fideiussorem eximere ab obligatione
sub pęna, faciens quicquid potest soluendo debitum si est purum, & liquidum, vel offerendo
idoneos fideiussores pro indemnitate, si debitum non est purum, & liquidum, & protestando per se non stare, excusatur a pæna, quia
ad impossibile non potest obligari, quam decisionem sequitur Alex. in l. si Pater. sub nume.
2. ad fin. C. de collationib. & post eum Corneus
ibidem, & latius num. 3. ibi quod procedere
potest, & eandem conclusionem longiori sermone posuit idem Bald. in dict. l. si Pater C. de
collat. vbi ponit hanc quæstionem, Vendidi
Titio fundum, & promisi de euictione, & pro
5 ea dedi fideiussorem Martinum, quem promisi a dicta obligatione eximere, & liberare ad
requisitionem, & voluntatem suam sub certa
pæna; modo Martinus petit se liberari, ego offero Titio æque bonum fideiussorem, vt liberet Martinum, & ipse non vult hoc facere, quæritur quid iuris? & post argumenta in vtranque partem concludit, quod creditor non cogitur nouare suam obligationem, & suscipere nouum debitorum, seu promissorem, sed
quod tamen ad euitandam pęnam potest offerre idoneam cautionem fideiussori de conseruando eum indemnem, & defendendo a
dicto creditore, vt sit consultum fideiussori eo modo, quo fieri potest, & per æquipollens, postquam in forma specifica non potest ei esse consultum ex facto creditoris nolentis mutare debitorem, & Bald. ibi sequuti
sunt Salyc. Roman. Fulgol. Castr. Alex. Ias.
Corn. & Rimin. & Hipol. de Marsil. in Rub. ff.
de fideiuss. quæstion. 30. numero 250. & plur.
seq. qui re ad partes discussa transit cum dicta
opinione Baldi vt in versicu. sed contrarium.
Et propositam a nobis quæstionem decidit
in puncto Vincent. de Franch. decisi. Neapol.
202. in locationibus per totam in prima parte, vbi conductor vectigaliū, qui dederat fideiussores, & promiserat vnum ex eis liberare
facere, petiit a Ciuitate, quòd illum liberaret, offerens dare alium æque idoneum, & Ciuitas recusauit, & causa cognita, & relata
in Regio collaterali consilio fuit admissa di-

cta recusatio per tex.in d. l. si mandatu meo. §. pt.d.versi. item si dum negotia, ff. mandati, & per dictam decisionem Bald. per eundem tex. in d.l. si Pater, sequutã ibi per alios Doctores.
6 subdit tamen Franch.ad finem, quod ex causa Iudex potest cogere creditorem mutare suam obligationem secundum opinionem Dec.in d. l.si Pater, circa finem.& inquit,quod ita ipse fa cere consueuit in casibus,qui continue occurrunt in decoctionibus debitorum, quia in con cursu creditorum decernit pecuniam sub fideiussore liberari,& adsunt creditores aliqui,qui non reperiunt fideiussores, & vt ipsos habeant conueniunt, vt fideiussores retineant pecuniã loco indemnitatis, nã si postea creditores offerunt fideiussorem æque idoneum, & petant liberationem primorum, etiã recusantibus ijs, apud quos fideiussio præstita est, ne creditores ex eorum paupertate priuentur commodo pro priæ substãtiæ,decernit, fideiussorem primum liberari,& alium recipi, & pecuniam creditori restitui, quod valde æquum videtur, & ego etiam, in huiusmodi casibus obseruaui. Vidi etiam quandoque audiri reos volentes libera re vnum,aut plures fideiussores,ponendo in eorum locum alium seu alios æque idoneos, vt res grata fieret petentibus. hoc enim fieri posse non ambigitur vt specialiter dixit Bald.in d. l.labeo ait d. §. sed si per fideiussores in pr. lectura nu.2.versicu.in glos.ff.de arbitr.& in d. l. secunda nu.7.versi.modo ego quæro C. de sentent. quæ sine certa quant. profer. & sentiunt omnes alii citati Doctores, sed satis est quod
7 non debet Iudex hoc facere de necessitate, & quod nolens facere, nemini faciat iniustitiam, licet si faceret, ius fisci nõ læderet,nec deterius efficeret,recipiẽdo æque idoneam cautionem. Sane vbi Reus mutasset condicionem in dete-
8 rius, posset eius fideiussor petere, quod vel ei eximatur a tali obligatione; quod tamen, vt dictum est, inuito creditore fieri non potest, vel quod sibi dentur fideiussores de indemnitate, & creditore hoc non faciente, poterit fieri sequestrum, & veniri ad missionem in possessionem illius bonorum, ita punctualiter determi nat Bald.consi.315.ista de iure lib.quarto,& di cit Rouescal.in addit.ad d.consi.sub nu.tamen in suo libro 308.fol.mihi 17. quod ita alias respondit pro quodam amico suo, qui petebat eximi a fideiussione per eum præstita stante deterioratione conditionis principalis post factam fideiussionem, & quod eius voto se subscripsit Io.Thomas Gualla eius conciuis, & ex primariis Italiæ interpretibus, & præceptor meus colendissimus in Ticinensi Gimnasio pro qua conclusione alias adducit ipse Rouescal. authoritates apud ipsum videndas,quibus addenda erunt dicta in principio præsentis hæsitationis,quæ tamen reo,conditionem non deteriorante,non procederent l.si pro ea C.mandati.l.lucius Titius,ff.eod.tit. & vtrobiq; glos. & Doctores notant.

EPITOME.

An,& quando liceat Berroariis,seu ministris Curiæ offendere eum,quem ca pere volunt,capturæ resistentem, & se defendentem,& an idem facere liceat contra fugientem,& quid quando captura erat iniusta, & an tunc capiendus licite possit resistere familiæ eum capere volenti.

SVMMARIA.

Delinquens familiæ resistens, nec se capi permittens potest impune offendi, vulnerari, ac etiam occidi, id, quod plurimis cumulatis autoritatibus demonstratur, nu.1.

Ampliatur, vt procedat etiam in priuato, cui per Iudicem concessa sit facultas aliquem capiendi, numero 2.

Item in eo, quem familia vocauit in suum auxilium, nu mero 3.

Familia offendens capiendum se defendentem, & resistentem punitur, nisi hoc faciat cum moderamine in telæ secundum veriorem opinionem, quam Author late comprobat, nu.4.

Fugientem non posse vulnerari a familia illum insequente, nisi quibusdam in casibus eleganter ostenditur, nu.5.

Familia tunc potest resistentem offendere, quando captura est iusta, secus quando est iniusta, & familia exequitur de facto. nu.6.

Alijs quibusdam placet, quod mandato Iudicis familia indistincte excusetur, nu.7.

Familiæ volenti capere aliquem sine mandato, vel excedenti modum in exequendo, potest impune resisti, caueant tamen capiendi, nu.8.

Iudici, seu officiali procedenti iniuste, & de facto impune resisti potest. nu.9.

Iudex dicitur iniuste, & de facto procedere, quando nõ seruat ordinem iuris. nu.10.

Indice, aut officiali procedenti tanquam Iudici, aut officiali, nunquam licet impune resistere, nisi vellet inferre grauamen irreparabile, vel procederet vt priuatus, nu. 11.

Grauatus a familia in captura, vel alia executionè debet ad superiores recurrere, non de facto illi resistere. nu.12.

Resistentia contra Iudicem, vel officialem ob iniustam executionem permisse est in subsidium tantum, numero 13.

Officialis curare debet, ne vulnerentur capiendi, numero 14.

CASVS CENTESIMVS TRIGESIMVS. SECVNDVS.



1 Q Værit Doctores, an liceat ministris, seu famulis Curiæ volentibus capere delinquentē, illum offendere, & vulnerare, ac etiā occidere, si is se defendat, & resistat, ne se capi permittat, & quod illis ita facere sit cōcessum impune, videtur tex. in l. si seruus C. de his, qui ad Ecclesi. confug. vbi habetur, quod si seruus alicuius confugiat ad Ecclesiam, potest inde extrahi per Dominum, & si de facto resistat, & se defendat, potest licitè occidi, per quem tex. ita in terminis nostris tenuerunt Bart. ibi in princip. & Salyc. num. 2. Bal. in l. fin. ad fin. num. 5. C. de exhibend. reis, inquiens, quod vidit de facto in Ciuitate Perusii Io. de Imol. in l. ex con sensu §. fin. col. antepenult. sub nume. 39. post versicu. vlt. adde, ff. de appellat. Florian. in l. si seruus, tertia, in vltimo notab. num. 7. & in l. quemadmodum §. magistratus, nume. quarto versicu. item nota, ff. ad legem Aquil. Iaſ. in l. iu ste nu. 21. versicu. facit quod notat. ff. de acquiren. possess. Cataldin. de Boncōpagn. in tracta. de Syndic. sub num. 172. quæst. 161. Amade. Iustin. in eod. tract. de Syndaca. in verbo, item in eo, quod dicti Socij milites fuerunt negligentes in perquirendo pro armis, numero 100. & 101. versicu. sed pone miles socius faciebat exe cutionem, vbi ait, quod istam quæstionem vidit pluries, & habuit de facto in Ciuitate Lucana, & pluries fuit consultum, & iudicatum, quod familia offendens vulnerans, vel occidēs nō teneatur aliqua pœna. Ludouic. Bolognin. consi. 93. num. 4. versicu. & hoc etiam, & num. 6. versicu. sed vltra. Castr. consi. 255. viso suprascripto puncto sub num. 3. versicu. hoc etiam li. pr. Marcabrun. ab Anguil. ferrariensis consil. 53. posito quod Dominus Albertus per totum, vbi consuluit super hoc puncto pro omnimoda absolutione familiæ a pæna non solum ordinaria, sed etiā extraordinaria, Boss. in pract. crimin. tit. de captura, numero 12. & 13. versic. & quando, aiens hanc esse veritatem, & multū credere Amadeo supra relato, quia dum viueret in Magistratibus optime exercendis omnes alios longe superauit, Marsi. in l. pr. in prin cip. num. 78. versicu. decimo quarto limita, ff. de sycar. & in pract. crimin. §. diligenter nume. 55. versicu. & hac ratione motus, & §. vlterius num 7. versicu. secundo teneas menti, & in §. aggredior num. 76. 77. & 78. versicu. & subdit Pāulus. Gomez. tomo tertio variar. resolut. cap. 9. de captura reorum num. 6. versicu. item adde. Angel. de malefic. in verbo, quod fama publica num. 54. versicu. verum quia præcedentibus in diciis, & clarius Augustin. de Arimin. in additt. Paris de Puteo in tractat. Syndic. in verbo resistentia cap. pr. incipiente, an si Iudex, vel eius Nuntius sub num. 3. versicu. tamen quilibet & num. 4. versicu. & adde prædictis, & sub num. 5. versicu. adde quod si familia potestatis, & in verbo familiaris, siue familia Potestatis cap. pr. incipiente, an familia in princ. num. 1. & num. 4. versic. & facit quia, Boer. decisi. 170. num. 6. & 7. Iodocus in prax. crimin. cap. 15. de citat. reali. idest captura, numero 28. versicu. ve rum enimuero. Lancellott. Conrad. in pract. crim. tit. de captura, numero quinto ante medium folio mihi 267. col. secunda in princip. & tit. de homicid. num. 13. in fine versicu. decimo sexto limita fol. 320. col. prima ante fin. Petr. Foller. in pract. crimin. in pr. parte secundæ par tis principalis in verbo notatos capiat de persona, numero 7. versicu. quid si fiat resistētia, Gramatic. decisi. 41. duo seu tres per totam Clar. in practic. crimin. quæst. 29. in princip. nume. 1. & nouissime Farinac. lib. pr. quæst. crimin. tit. de carcerib. & carceratis quæst. 32. num. 39. versi. amplia quinto, qui etiam quosdam alios eandem sententiam tenentes refert, quam procedere voluit Salyc. in d. l. fin. C. de exibend. reis.
2 num. 3. versicu. nota tamen etiam in priuato, cui per Iudicem concessa sit facultas aliquē capiēdi, nam si resistat, & se defendat, poterit qui pro capiendo eo iuerat, illum offendere, vulnerare, & etiam occidere impune, quam decisionem referunt, & sequuntur Iaſ. in dicta l. iuste numero 20. versic. adde vltra, ff. de acquir. possess. Angel. de Malefic. in loco citato post dictū versic. verum, quia præcedentibus indiciis, circa medium, & Paris de Puteo in d. verbo resistentia cap. pr. sub. nume. 5. post versicu. adde, quod si familia potestatis, & ante Salyc. reperio idem tenuisse Bald. in l. si vt allegas in fine sub nume. 3. C. ad Legem Cornel. de sycariis, quem ibidem sequitur ipse Salyc. in fine. Imo procedit, & in eo, quem familia habens man-
3 datum de capiendo vocauit in auxilium non sufficiens de perse ad executionem faciendā; nam, & is in auxilium vocatus pōt capiendum resistentem, & se defendentem offendere, vulnerare, & etiam occidere, vt diffuse ostēdit Paris de Puteo dicto verbo familiaris, seu familia Potestatis d. cap. pr. nume. pr. & sequenti, & quasi per totum. Et hoc adeo verum est, vt non sit habenda aliqua ratio moderaminis inculpatæ tutelæ, nec pro excessu puniantur famuli Curiæ, vel alii de quibus supra, si in repellendo vim, & resistentiam capiendi non fuerint vsi moderamine inculpatæ tutelæ, secundum Amadeum in loco citato, quem sequutus fuit Boss. dicto tit. de captura num. 12. & 13. & Gramatic. d. decisi. 41. num. 1. quos refert Farinac. d. quæst. 32. num. 40. versi. amplia primo, & tradit etiam Marcabrun. ab Anguill. d. consi. 53. nu. 7. 8. 29. & seq. qui late insistit, in quo tamen
4 contrarium tenet Imol. in loco allegato sub d. num. 39. inquiens, quod ita demum non punitur familia offendens capiendum se defendentem, & resistentem, si hoc faciat cum modera-

mine inculpatæ tutelæ, & quod ideo si potuisset eum capere, absque eo, quod offenderet, vel vulneraret, aut occideret, deberet familia offendens, vulnerans, vel occidens puniri, & subdit, quod si ille capiendus non defendit se cum armis, non debet familia eum offendere cum armis, nisi esset homo tantum robustus, quod plus valeret eius pugnus, quam armorum percussio, idem voluit Gramatic. d. decisi. 41. vbi in fine dicit fuisse condemnatum ad remigãdum in Regiis triremibus per quinquennium vnum Berroarium, qui insequebatur cum aliis quendam inquisitum capiendum ac fugientem, ex eo, quia, cum iam ab eo, & aliis fuisset dum fugeret vulneratus, & cecidisset in terram, dictus Berroarius eũdem sic postratum in terra iterũ vulnerauit, cessabat.n. causa, propter quam licita est offensio, & cum delinquens esset prostratus in terra, eum salua manu capere poterat, cum duos haberet socios, & illum vulnerando nõ fuit penitus sine dolo, & dicit, quod alii duo Berroarii fuerunt absoluti, quam decisionem sequitur Clar. d. quæst. 29. sub nu. pt. ad finem versic. debent etiam, & apertius Mascabrun. d. consi. 53. num. 23. 24. & 25. & hanc intelligentiam Imolæ approbant Alex. in addit. ad Bald. in dict. l. fin. C. de exhib. reis. Boeri. d. decisi. 170. in finalibus verbis, & latius Farinac. d. quæst. 32. num. 41. & 42. versicu. contrarium tenuit, vbi referendo omnia verba Imolæ, & Doctores supra citatos eum sequentes concludit, hanc sibi videri veriorem opinionem, & quod propterea si capiendus resistit pugnis, Berroarij pariter resistentiam debent repellere pugnis, alias, si vulnerando, & occidendo excedunt modum, puniendi sunt pro qualitate, & quantitate excessus, quod sensisse videtur Iodoc. d. cap. 15. sub num. 28. versicu. verum enimuero, quem Farinac. adducit. Addo ego pro eadem opinione Paridem de Puteo in d. verbo resistentia cap. pt. sub num. 5. versicu. adde, quod si familia Potestatis, vbi ait, quod si familia Potestatis potest capere reum fugientem, vel resistentem sine vulnere, & commode, & sine offensa, non debet ipsum offendere, & si offendat, tenetur, secus vbi commode, & sine offensa capere non poterat, quia non tenetur, quod dictum sequitur, & confirmat idem Farinac. d. quæst. 32. num. 48. versicu. limita secundo, & num. 51. versic. contrarium, quod imo, & secundum hanc sententiam ego alias votaui, quia nimis periculosum esset permittere huiusmodi vilibus, & pessimis viris tantam audaciam, vt sine moderamine inculpatæ tutelæ possent in capiendos sæuire, vnde ab hac opinione iudicando non recedas, quicquid cõsulendo dixerit Mascabrun. d. consi. 53. qui recitatis præallegatis dictis Parid. de Puteo nu. 31. & Imol. nu. 26. & seq. respondet num. 29. & 30. quod si vera esset eorum restrictio, nunquã haberet locum conclusio Doctorum, loquens de familia offendente resistentem, vel fugientem, vt sic non possit considerari moderamen, & quod propterea, vt subdit nu. 31. & seq. nullum debeat considerari moderamen, nec familia in aliquo teneatur, nisi quando potuisset commode, & sine aliqua offensa capere, quia tunc offendẽs puniretur: alias uero secus, quia ubi commode, & sine periculo non potest capere, potest sine moderamine offendere impune, ut ibi per ipsum; ad hæc enim unico uerbo respondetur; quod sunt fundata in eo, quod conclusio firmata in resistente, locum habeat etiã in fugiente; quod cum uerum non uideatur, ut statim subiiciam, merito totum superædificatum corruit, & firmum manet dictum Imolæ, ac Paridis, ac aliorum eos sequentium. ex hac autem intelligentia, si eam teneamus, dubia redditur opinio Baldi in d. l. fin. C. de exhib. reis sub nu. 5. ubi ait audiuisse Pisis fuisse hanc quæstionem. Quidam malefactor fugiebat ante familiam, & familia currebat post eum, & eum non poterat iungere, & quidam Berroarius eum percussit, querebatur, an esset puniẽdus, & dicit se credere, quod non debeat puniri, & quod est menti tenendum, quam opinionem amplectuntur Amade. sub dicto num. 100. ad fin. Boeri. d. decisi. 170. sub num. 7. Grammat. d. decisi. 41. sub n. pt. August. de Arimin. in addit. ad Angel. de Malefic. in dict. uerbo, quod fama publica in addit. ad uersic. uerum quia præcedentibus indiciis sub num. 54. Gome. d. c. 9. de captura reorum sub n. 6. & alii relati per Farinac. d. q. 32. nu. 43. uersi. amplia secundo, quibus addo Paridem de Puteo d. uerbo resistentia d. c. pr. sub nu. 5. uersic. adde, quod si familia Potestatis, Mascabrun. d. consi. 54. nu. 3. & seq. & iterum nu. 29. & seq. Clar. d. q. 29. in princip. sub num. pr. & Petrum Gartiam a Toleto decisi. extrauaganti 30. qui inquit formaliter fuisse dubitatum, si reus fugiens uulneratur a familia curiæ, an uulnerans debeat puniri, & iudicatum fuisse, quod non, & allegat Bald. in d. l. fin. Amade. & Puteum loquentes proprie in fugiente. & Imol. Marsil. & Boss. supracitatos loquentes in resistente, cum quibus conuenire uidetur etiam Gramatic. d. decisi. 41. in qua præsuponit, ut bene aduertit Marcabrun. dict. consi. 53. numero 23. & seq. quod tres Berroarii insequentes capiendum vulnerauerunt illum fugientem, & quod postea vnus ex eis eũdem prostratum in terra iterum vulnerauit, & quod ille tantum fuit punitus, quia positum in terra percusserat, alii autem duo absoluti quia fugientem percusserãt; si enim volumus, quod non liceat familiæ curiæ capiendum vulnerare, & occidere, nisi cũ moderamine inculpatæ tutelæ, & nisi is resistẽdo se telo defendat, vtique sequitur, quod nec
5 illi licet vulnerare, & occidere fugientem, qui non dicitur resistere, vt bene considerat Farinac. d. q. 32. nu. 44. & 45. versicu. contrarium credo, vbi dicit hoc esse verius, & quod alias multum adderetur audatiæ, & temeritati istorum arrogantium

arrogantium & vilissimorum, & plura ad hoc adducit, quæ videri possunt, & hanc opinionẽ ego semper iudicando sequerer, nisi vt dicit ibi Farinac.& latius prosequitur, num. seq. capiendus esset talis, qui alias impune a quocun que etiam priuato posset offendi. Florian. in d. l. si seruus, 3. in vlt. no. nu. 7. Angel. de Malefi. in d. versic. verum, quia præcedentibus indicijs, vel nisi Iudex mandasset familiæ, vt capiendũ duceret, aut adeo vt viuum, aut mortuum. Iodoc. d. ca. 15. num. 28. versi. verum enimuero. Ang. de Malefic. in loco statim citato, & cum pars ista satis videatur iustificari ex dictis supra in ver. & hoc adeo verum est, pro eius confirmatione solum addam Baldum ita in puncto tenentem in auth. sed omnino, sub nu. 37. vers. sed quæritur si iste, C. ne vxor pro marito.

Procedunt autem prædicta de licita offensione capiendi absque incursu pœnæ familiæ of-
6 fendentis, quando executio, seu captura est iusta; secus autem si esset iniusta, quia tunc, cum liceat capiendo resistere familiæ iniuste, & de facto exequenti, iuxta l. prohibitum. C. de iure fisci, lib. 10. & l. deuotum. C. de metatis, & epidemetic. l. 12. familia offendens punitur de offensione, ita tenet Amadeus de syndic. sub d. nume. 100. & 101. dicens quod ita pluries fuit iudicatum, & quod est tenendum menti perpetuo, idem volunt Marsil. in d. l. pr. in princi. sub num. 18. & seq. vers. istud tamen, ff. de sycariis, & in pract. crimin. §. diligenter, sub num. 55. & seq. versic. tamen prædicta. Foller. in pract. crimin. in d. verbo, notatos capiat de persona, nu. 7. in fine, Lancellot. Conrad. in pract. crimin. d. tit. de homicid. num. 13. in fine, versic. decimosexto limita. Grammatic. d. decis. 41. num. 2. Farinac. d. q. 32. num. 46. versic. limita pri. & sentiunt Bart. in d. l. si seruus, in princip. C. de his, qui ad Eccles. confug. Bal. in d. l. fi. num. 5. C. de exhib. reis. Cataldin. de Boncompagn. in tract. de syndica. sub numero 172. d. quæst. 261. Ang. de Malefic. d. versicu. verum, quia præcedentibus indiciis, sub num. 54. circa medium, & ibidem August. in addit. circa princip. & Gomez. d. c. 9. num. 6. vers. item adde, dum in conclusione per eos firmata de capiendo impune offendendo per familiam præsupponũt expresse capturam esse licitam, sed hæc distinctio nõ pla-
7 cet Claro, qui d. q. 29. in principio, sub num. pr. inquit, quod indistincte putat familiam exequentem commissionem Iudicis esse a pœna excusandam, quia ad eam non pertinet cognoscere, an dicta commissio sit iusta, vel iniusta, sed solummodo illam exequi, vt idem Clar. tenuit in fortioribus terminis de milite, vel collaterali Prætoris, qui de eius mandato aliquẽ decapitari fecerint iniuste, vt excusentur, quæstio. 60. sub num. 15. versic. solet dubitari circa medium, ver. ex hoc etiam infertur, & ita alias iudicatum fuisse in contingentia facti refert Cataldin. de Boncompagn. in tractat. de syndica. sub num. 67. quæst. 120. & confirmari potest ex traditis per Paridem de Puteo in tracta. de syndic. d. verbo, familiaris, seu familia Potestatis, cap. pr. sub num. 3. versic. familia Potestatis, & per eundem Cataldin. vbi supra, num. 32. q. 54. qui pariter notant excusari executores iniqui mandati superioris, & non illos, sed eum pro illo teneri. Et hanc Clari opinionem sequitur Farinac. d. quæst. 32. num. 47. versic. sublimita hanc primam limitationem, inquiens, quod cum debeant executores omnino exequi mandatum superioris in capiendo reum excusantur, si illum offendant resistentem, quia etiam quod ipsis sic exequentibus iniustum mandatum superioris resisti posset, non propterea illis denegatur potestas repellendi resistentiã rei, & illum omnino capiendi, cum ipsi non habeant iudicare de iustitia, vel iniustitia mandati, sed illud esse iustum credere debeant, vnde restringit dictum illud Doctorum de iniustitia capturæ, vt procedat quando ipsa iniustitia capturæ oritur ex facto, & culpa ipsorum Berroariorum, quia forte capiat aliquem sine mandato in casibus a iure non permissis, vel
8 excedant modum in exequendo, quia tunc, cũ faciant quod non debent, & resistentia rei procedat eorum culpa, & facto, non possunt sic licite resistentem, & se defendentem offendere, quæ quidem restrictio, & si de iure potest admitti, tamen valde periculosa est, nec in ea se debent confidere capiendi volentes resistere familiæ tanquam iniuste exequenti sub prætextu, quod hoc licite possint facere, quia & si verum est, quod Iudici, seu officiali iniuste, &
9 de facto procedenti licite, & impune de facto resisti potest, vt per Marsil. in d. l. pr. in princip. numero 79 & sequ. ff. de sycariis, & in l. pri. etiam in princip. num. 15. cum seq. versic. aliud etiam sequeretur, ff. de quæstionib. & pract. criminal. §. diligenter, num. 56. & seq. & per Farinac. alios adducentem, d. q. 32. nu. 29. versic. limito primo hanc tertiam principalem ampliationem, & nu. 88. vers. limita primo, & principaliter hanc secundam regulam, & tunc secun
10 dum aliquos dicatur Iudex, vel officialis iniuste, & de facto facere, quando non seruat ordinem iuris Marsil. in d. l. pr. in princ. nu. 86 vers. quando autem, ff. de sycariis, & in d. l. pr. etiam in princ. nu. 18. ver. quando autem Iudex, ff. de quæstion. tamen nunquam potest impune resi-
11 sti, quando Iudex, aut officialis procedit tanquam Iudex, aut officialis, nisi vellet inferre aliquod præiudicium irreparabile, sed solũmodo licet impune resisti, quãdo aliquid facit eo modo, quo solent facere priuati, & procedit, vt priuatus secundum opinionem communiter approbatam, & in qua omnes concordant, vt attestatur Clar. d. q. 29. nu. 2. vers. sed hic incidenter quæro, & refert Farinac. q. 32. sub nume. 91. ver. contrarium quod imo resistere non liceat ad finem. Et si aliter seruaretur, mille inconuenientia orirentur, & daretur continua occasio reis resistendi executorib. sub prætextu

tu iniustæ executionis, & non seruatis de iure seruandis cōcessæ, nec deficerent rationes pro excusandis resistentibus ad impugnandam cō cessam executionem, & obuiandum est semper reorum malitijs, & subterfugiis, vltra quod cū executores habeant superiores, ad quos recurri potest, vt illos de malefactis puniant, non debent, qui ab illis se grauatos sentiunt, proptia authoritate, & de facto ius sibi dicere, l. penul. ff. ad leg. Iul. de vi priu. & l. extat, ff. quod met. caus. nam vt dicit Boer. d. decis. 170. nume. secundo, qui se grauari ab executoribus prętendunt,
12 debent eis ciuiliter se opponere, & ad superiores recurrere, & non armis resistere, si nō more priuatorum, sed in figura iudicii procedant in exequendo. Imo dicit generalius Farinac. d. q. 32. in fine, num. 121. vers. sublimita secundo, quod resistentia contra Iudicem, vel
13 officialem ob iniustam executionem permissa intelligitur in subsidium tantum, & quando ipsi iniustæ executioni alio modo occurri non potest ciuiliter per appellationem, aut recursum, aut aliter, vt ibi late per ipsum, cuius dictis addo Ioan. de Lignano in tracta. de bello, cap. 102. & Franc. Arias. in eodem tract. de bello, & iustitia eius, num. 44. versic. eodem modo, dicentes, quod Iudici iniuste procedenri non est de facto resistendum, sed ad superiores recurrendum, nisi factum sit præiudicii irreparabilis, seu irrecuperabilis.

Cauere tamen debent Berroarii, quantum fieri potest ab huiusmodi offensionibus capiēdorum, vt dicit Amadeus, sub d. nu. 121. in fine. versic. admonendi autem, vbi refert vidisse in Ciuitate Perusii populum insurgentem contra Potestatem, & familiam, quia vulnerauerant quendam captum resistentem familiæ, & subdit quod diligens officialis curabit, ne incurrat hos casus vulnerationis, vel occasionis captiuorum, quod dictum referunt, & sequuntur Grammatic. d. decis. 41. num. 3. & Clar. d. q. 29. sub num. pr. in fine, ver. admonet tamen, & latius Farinac. d. q. 32. nu. 57. versi. limita quinto, vbi meminit de alio longe maiori tumultu in Vrbe sequuto ob insolentiam cuiusdam arrogantissimi Bariselli cum plurimorum tum nobilium, rum satellitum occisione.

EPITOME.

Quod annotatio, & descriptio facta in calce processus, & in Diario super rebus officij confecto de absolutione, vel condemnatione inquisiti manu Iudicis, non habetur pro sententia, quæ si non reperiatur lata in forma consueta, processus est expediendus per solemnem sententiam pro iustitia, & si postea ea lata reperiatur illa prima sententia annotata, & descripta vt supra in processu, & diario, & ipsa attendenda est, & non secunda.

SVMMARIA.

Poenæ executio ante sententiam condemnatoriam fieri non potest. nu. 1.

In pœnis ipso iure impositis ante declaratoriam executio attentari non potest. nu. 2.

Annotatio Iudicis in calce processus, & in diario, quod processus fuit expeditus, & reus condemnatus in certam pecuniarum quantitatem, non satis est fisco ad pœnam exigendam. nu. 3.

Item dicta annotatio non habetur pro sententia, numero 4.

Sententia redigi debet in scriptis, & publicari per Iudicem, vel eius Notarium de ipsius Iudicis mandato, num. 5.

Iudicis annotationibus super processibus, quod reus sit condemnandus, uel liberandus standum non est, nisi sint in forma solita sententiæ, num. 6.

Sententiis duabus contrariis super eodem processu prolatis eo prætextu, quod super dicto processu non constaret pronunciatum, si deinde reperiatur prima sententia ipsa valebit tanquam in rem indicatam transacta, & non secunda, nu. 7.

Quod non obtinet si ante secundam sententiam a Iudice pronunciatum sit non fuisse iudicatum, quia eo casu rescinditur prima sententia, & valet secunda, num. 8.

Iudice asserente sententiam a se latam, ex errore fuisse latam, vel imprudenter fuisse aliter scriptum, quam conclusum valet nihilominus sententia, nec ab eodem Iudice corrigi potest. nu. 9.

Iudicis cuiusdam factum refertur, qui cum errasset in dictanda sententia comparuit coram superiore, & exposuit errorem pro exoneratione sua conscientię. nu. 10.

Superior audita Iudicis attestatione super errore sententię suspendat executionem, & sententiam iubeat reuideri, numero 11.

CASVS CENTESIMVS TRIGESIMVS. TERTIVS.

QVoniam pœnæ executio ante sententiam cōdemnatoriam
1 contra criminosum fieri non potest. l. prima. C. de execut. rei iudicat. etiam si crimen sit tale, pro quo pœna ipso iure sit imposita, nam, & tunc cum declaratoria
2 requiratur, ante ipsam declaratoriam executio attentari non potest, cap. cum secundum §. fi. de hæretic. in 6. Alex. consi. 103. colum. fina. nu. 17. versi. & regulariter, & consi. 124. col. prima, nu. 2. versi. plus dicit lib. pr. Vant. in tracta. de nullitatib. ritu. de nullitate ex defectu processus, num. 94. post vers. item sufficeret. Quæsitum fuit, an sufficiat fisco, quod in calce cuiusdam

ſdam proceſſus appareat ſcriptum, ſeu nota-
tum manu Iudicis, quod proceſſus fuit expe-
ditus, & reus condemnatus in certa pecunia-
rum quantitate, & quod idem pariter ſcriptū,
& notatum appareat in quodam liberculo ſu-
per rebus officii conſcripto, quem diarium vo
cant, etiam ſi ſententia, vt moris eſt proferri in
ſimilibus, pronuntiata non reperiatur, & bre-
uiter videtur, quod iſta annotatio nō ſufficiat
fiſco ad pęnam exigendam, quia vt dictum eſt
executio non fit ſine ſententia, quæ non extat,
nec dicta annotatio, & deſcriprio habetur pro
ſenrentia, quæ redigi debet in ſcriptis Pract.
Papienſ. in forma ſentent. diffinit in gloſ. pr.
num. 39. Maranr. de ordin. iudicior. in 6. parte
princ. tit. de ſentenr. nume. 16. verſicu. octauo
differt, & diffuſe Vant. d. tit. de nullit. ex de-
fect. proceſſ. nume. 69. & plurib. ſeq. verſicu. di-
co igitur, & poſtea legi, & publicari per ipſum
Iudicem Pract. papienſ. in d. gloſ. pr. num. 44.
Marant. d. tit. de ſentent. num. 49. Vant. tit. alle
gato. nnm. 85. verſicu. oportet etiam, vel per
eius Notarium de ipſius mandato vt ibi dicit
Pract. papienſ. & latius Vant. ſub d. nu. 85. ſal-
tē ex conſuetudine totius Italiæ, vt dicit Clar.
in pract. crim. q. 93. in princip. num. pr. & patet
ex dictis per Vant. in d. verſicu. oportet etiam,
& demum ex loci obſeruantia antiquiſſima re
giſtrari in libro magno, cum enim careat dicta
deſcriptio præfatis ſolemnitatibus, nec in ea
ſeruata ſit forma in ſententijs ſeruari ſolita,
ſequitur quod ſententia non dicatur & ſi talis
dici poſſet, quod nulla, & inualida eſſet l. cum
hi §. ſi Prætor, ff. de tranſact. & cap. cum dilecta
extra de reſcript. cum vtrobiq; notaris per Do
ctores, & hæc opinio comprobari videtur ex
traditis per Vincent. de Franchis. deciſi. Nea-
pol. 158. exiſtente quodam in prima parte, vbi
cum reperiretur manu Iudicis ſcriptum ſupra
proceſſum inquiſitum eſſe liberandum præſti-
ta cautione, & idem poſtea notatum in libro
vbi deſcribebantur decreta, & quæreretur, an
inquiſitus eſſet liberandus iuxta dictam deſcri
ptionem, & notationem, dicit, quod ſacrum
conſilium pronunciauit non eſſe ſtandum ta-
li norationi, quæ non erat in forma ſolita ſen-
tentiæ, etiam quod concurreret declaratio Iu-
dicis, qui vt ſupra ſcripſerat. quia cum ampli-
us non eſſet in officio, non potuit facere decla-
rationem inducentem nouum actum in præ-
iudicium fiſci, prout induxiſſet eius fides, ex
qua oriretur ſententia in fauorem inquiſiti, cū
illa deſcriptio ſic informiter ſcripta, nō ſit ſen
tentia, vltra quod ex eadem fide videretur con
firmari actus nullus, qui cū ſoleat attribui con
firmanti, & non primo facienti l. lege obue-
nire, ff. de uerb. ſignific. diceretur factus ab ip-
ſo quondam Iudice, qui iam finito officio, vt
perſona priuata iudicaret, quod eſſet valde ab
ſurdum, & vt latius in d. deciſi. quæ a fortiori
decidit caſum noſtrum, cum ibi concurreret
fides Iudicis, quæ in caſu noſtro deeſt, & age-
retur de abſolutione inquiſiti, quæ fauorabi-
lior eſt condemnatione, de qua hic tractatur.
Cum igitur non adſit ſentētia debet fiſcus pro
curare, vt ea feratur, & proceſſus pro iuſtitia
expediatur: ſed pulchrum eſſet dubium, ſi ſu-
7 per dicto proceſſu daretur ſententia abſoluto-
ria dicti inquiſiti, & poſtea reperiretur, quod
in veritate fuiſſet lata ſententia illa condem-
natoria, de qua notatio fuerat facta in proceſ-
ſu, & in Diario, an eſſet attendenda hæc vltima
abſolutoria, an vero illa prior condemnato-
ria, quæ poſtea fuit inuenta? & credo, quod pri
ma veniat attendenda, & non ſecunda, data
ſub prætextu, quod antea non fuiſſet pronun-
ciatum, quia cum prima tranſiuerit in iudica-
tum, ſecunda tanquam contra rem iudicatam
lata, non valet, & eſt ipſo iure nulla l. pr. C.
quand. prouoc. non eſt neceſſe, & præſertim ſi
per eundem Iudicem proferretur, quia poſt
quam Iudex diffinitiue ſententiauit abſoluen
do, vel condemnando, functus eſt officio ſuo,
ſiue bene, ſiue male iudicauerit, nec amplius
iudicare poterat l. iudex poſteaq̄ ff. de re iudi.
per quæ iura in puncto decidit Vincent. de
Franch. deciſi. Neapol. 398. reperitur ſcriptum
num. 1. & 2. in ſecunda pa. quod cum in quadā
cauſa criminali reperirentur duo decreta ma-
gnæ curiæ, vnum liberatorium inquiſiti, cum
ſatiſdatione de ſe repræſentando, & alterum
condemnatorium ad Regias triremes per de-
cennium, Sacrum Conſilium declarauit decre-
tum ſecundo loco latum, eſſe nullum, & primū
liberatorium eſſe executioni mandādum. Nec
videtur obſtare tex. in l. pr. in princ ff. quæ ſent.
ſine appell. reſcind. vbi ſi quis prætendat eſ-
ſe ſuper aliqua cauſa iudicatū, & aduerſarius
8 dicat non eſſe iudicatum, & Iudex pronunciet
non fuiſſe iudicatum, quamuis vere fuerit iu-
dicatum, reſcinditur prima ſententia, & pro-
inde alia valebit, quæ poſtea proferetur, quia
ibi erat dubium, an eſſet iudicatum, vel non
iudicatum, & Iudex ſuper hoc dubio iudiciali-
ter procedendo declarauerat non fuiſſe iudi-
catum; vnde non mirum ſi ſententia illa, quæ
in veritate erat lata, reſcindebatur; quod in
caſu propoſito non interuenit, cum nulla Iu-
dicis præceſſerit pronunciatio ſuper non exi-
ſtentia prioris ſententiæ, ſine qua declaratio-
ne non tollitur per ſecundam ſententiam pri-
ma, quæ tunc non apparebat, vt colligitur ex
dictis per Vincent. de Franch. d. deciſ. 398. ſub
num. 3. 5. & 6. qui ſubdit hoc procedere etiam
ſi Iudices dicant primam ſententiam abſolu-
9 toriam, eſſe latam ex errore, & aliter fuiſſe in-
aduertenter ſcriptum, quam concluſum; quia
adhuc prima ſententia mero iure tenet, & cor-
rigi, & emendari non poteſt per eoſdem Iudi-
ces, qui functi ſunt ſuo officio, poſtquam iudi-
cauerunt, qualitercunque iudicauerint; con-
cludit tamen ſub d. num. 6. & 7. quod hoc caſu
ad ſuperiores recurrendum eſt, qui Iudicum
atteſtatione audita ſuper eorum errore de op
portuno

portuno remedio prouidebunt, & refert quod
10 alias vnus ex Iudicibus magnæ curiæ Vicariæ
comparuit in sacro Regio consilio, & exposuit, quod in quadam causa reuisionis sententiæ sibi commissa fuerat voti, quod sententia
retractaretur, & cum voluisset dicere Magistro actorum, quod scriberet male iudicarum,
& bene reclamatum, dixit quod scriberet bene iudicatum, & sic fuit scripta relatio, & publicata, & quia id processerat ex errore, & ex
actis sententia debebat retractari, petijt pro
exoneratione eius conscientiæ, & pro indemnitare honoris sui opportune prouideri, quo
audito Sacrum Consilium, quamuis essent duę
relationes conformes, quę habebant executio
11 nem pararam, iussit eas reuideri, suspensa executione, quod tanquam notandum, & aliquando contingens in facto volui hic inserere.

EPITOME.

An minor xxv. annis pubes tamen, & doli capax in delictis mitius debeat puniri, quam maior, & quid quando ex statutis habetur pro maiore ante vigesimum quintum annum.

SVMMARIA.

Minor 25 annis, cum ita delinquit, vt iure communi, vel municipali mortis pœna puniri deberet, pœna ordinaria temperanda est, & alia Iudicis a bitrio citra mortem imponenda secundum magis communem opinionem, numero 1. & numero 8.

Furi famoso ratione minoris ætatis pœna mitiga ur, & alia citra mortem imponitur, nu. 2.

Falsæ monetæ reus, qui vel cremandus erat, propter minorem ætatem damnatus fuit in pœnam pecuniariã, numero 3.

Mulier minor. quæ prænijs potionibus ter abortum fecerat citra mortem Iudicis arbitrio punita est. numero 4.

Stuprum violentum
Furtum rei sacræ
Homicidium ipsum } *per minores admissa citra mortem punita sunt nu. 5. 6. & 7.*

Iudex habens arbitrium minuendi pœnam, non arctatur illam minuere, sed considerata delicti atrocitate, personæ qualitate, delictorum reiteratione, cæterisque circunstantijs pro suo arbitrio potest imponere pœnam ordinariam, vel aliam mitiorem numero 8.

Minori 25. annis non minuitur pœna in Parricidio, & in crimine lesæ Maiestatis, nu. 9.

Item quando in regione est frequentia delictorum similium, num. 10.

Aetas decem, & octo annorum est legitima ætas Neapoli, Ferrariæ, Lucæ, Florentiæ, & proinde uti maiorib. 25. annis non est minuenda pœna ordinaria in dictis Ciuitatibus. num. 11.

Homicidis in statu Ecclesiastico nõ prodest minor ætas annorum 20. dum tamen maiores 14. annis existant numero 12.

CASVS CENTESIMVS TRIGESIMVS QVARTVS.



Ommisso delicto per minorem vigintiquinq; anuis, puberem tamen, & doli capacem, pro quo de iure communi, vel municipali imposita
est pœna mortis, vidi pluries
dubitari, an is debeat in eam pęnam condemnari, an vero ab ea excusari, & alia mitiori citra mortem puniri. In qua re omissa longa di-
1 sputatione, quæ fieri posset, & decisiue, vt instituti mei est, procedendo videtur, quod magis communis opinio Doctorum sit quod tali minori delinquenti pœna ordinaria minoretur, & alia citra mortem imponatur arbitrio Iudicis, ita late consulendo tenet Io. Baptist. Caccialup. inter consi. criminal. diuersorum vlt. loco collecta per Ziletrum in magna
forma. consilio 92. per totum, tomo primo, vbi
2 concludit quod furi famoso ætatis annorum
xvi. sit miriganda pœna legalis, & staturaria, & suspenda non debeat, sed alia pœna citra mortem puniri, vel mutilationis mẽbri, vel aliter afflictiua corporis, vel exilij, vel carceris, vel pecuniaria arbitrio Iudicis secundum circunstantias aggrauantes, vel minorantes delictum, & testatur ita vidisse responsum Senis apud Sanctum Genesium, & apud Rachana-
3 tum, & idem seruatum Ferrariæ in minore reo
falsæ monetæ alias damnando in pęnam ignis, cui miseratione ætatis fuit mitigata pęna in pecuniatiam, & idem etiam obseruatum Perusij, nec non, & Paduæ in reis multorum furtorum, & ab hac opinione nullo modo iudicando recedendum ostendit, eandem sententiam etiam consulendo tenuerunt Ant. Galeat. Malua, eodem modo, consil. criminal. diuersorum in causa homicidii consilio 11. numero vigesimoquinto, versic. Tertio, & vltimo, Hippolit. Riminald. pariter eodem tomo, consil. criminal. diuersor. similiter in causa homicidij commissi per eum, qui erat ætatis annorum xix. cõsil. 135. in toto, qui attestatur hanc opinionem pęnes omnes esse passim receptam, nec aliquẽ contrariari, sed potius conuenire. Dec. consilio 535. columna fina. versic. accedit etiam, qui
4 loquitur in muliere puberę, quæ ter abortum
fecerat præuiis potionibus, quem secutus est Cacheran. decis. Pedemont. 6ç. numero 8. versi. quapropter senatus. Fulgos. consi. 157. & ibidem Cuman. subscribens loquentes in furibus
5 famosis, & latronibus, idem Cuman. in stupro
violento commisso per puberem ætatis annorum 20. vel ad plus 22. consi. 96. Boeri. decisi. 254. numero 20. in duobus iuuenibus, qui die
6 Iouis Sancti vnam patenam, & calicem, in

que

quo fuerat adorandum Sacrosanctum Christi Saluatoris nostri corpus de more, & ritu Ecclesiæ repositum super altare dimissum cœperunt, exportauerunt, & fregerunt Grãmatie. loquens in pubere annorum XVII. qui homicidium commiserat decisi 23.nu.11.& seq.versic. accedit denique miseratio ætatis, vbi late insistit, idem sentit voto 14.num.1. & 2. licet in eo casu, in quo agebatur de furtis, homicidio, & aliis delictis delinquens, qui dicebatur esse ętatis annorum XVI. fuerit vltimo supplicio damnatus, & condemnatio exequuta, vt in fine dicti voti quia id factum fuit, quia maior ætas non erat legitime probata, & constabat contrarium ex aspectu, & ex coniecturis, vt in discursu dicti voti apparet, cum quibus etiam conuenit in decision.48.n.12.cum seq. versicu. nec habet in aliquo obstare, Ancharan. Regiẽsis lib. secundo quæstion. iur. familiar. quæst. 58. ex facto per totam loquens in maioris annis.XIIII. qui homicidium commiserat, pro quo pœna mortis ex statuto imponebatur, etiam quod ex alio statuto prohibitio impositionis corporalium pœnarum vsque ad illã tantum ætatem annorum XIIII. restricta videretur, Vincent. de Franch. generaliter in delictis atrocioribus decis.230.in princ. inquiens alias ex ordine Viceregis fuisse vnita omnia tribunalia in collaterali consilio, & facta exquisitissima discussione maximam partem votorum adhæsisse huic opinioni, quod Iudex teneatur minorare pœnam ex causa minoris ætatis, & subdit, quod postea fuit edita Regia Pragmatica statuens arbitrium hoc minorandi pœnã non subiacere necessitati, sed potestati Iudicis, in cuius arbitrio sit imponere pœnam ordinariam, vel aliam mitiorem considerata delicti atrocitate, personæ qualitate, delictorũ reiteratione cœterisque considerandis recte pensatis idem generaliter tradunt Marsil.consi.24. nume.37.consi.30.nume.20.consi.39.num.59. & in pract.criminal.§.quoniam nume.96. Ant. Gomez.tomo.3.variar.resolut.de delictis.cap. pr.nume.62.& 63.versicu. item adde principaliter, & versicu.pulchrum tamen, & necessariũ dubium est, Boss.in pract.criminal. tit. de confess.sub numero 69.versicu. aduerte tamẽ, Don Ludouic. de Peguera in suis decisionibus, seu quæstionibus criminal.cap.24.sub nu.21. versi. quarto consideranda est quoque ætas, Clar. in pract.crim.q 60.sub num. 3.ad fin. versicu. aut vero est maior XIIII.annis, Foller.in pract.criminal.in quarta parte principalis in verbo pœnis debitis ferantur nu.17.versicu.aduertas in super, Menoch. de arbitr. Iudic. lib. secundo cent.quarta cas.329.num. secundo cũ plurimis sequentibus, Farinac. lib. pr. quæst. criminal. tit.de accusat.quæst.15.num.49.post versi. limita secundo, & num.52.post versi. limita tertio, Bonacoss.in prima parte commun.opinion. criminal.in verbo, minor nõ debet puniri, Albert. de Gand.in tract. de malefic. tit. de pœn. reor. numero 30.versicu. cum aliquis minor. Angel. Aretin.in eodem tract.in verbo scienter, & dolose num.12. versicu. & licet minor, & ibi August.in addit.& late Tiraq.in tract.de pœn. tẽp. aut remit.causa.7. per totam, Ludouic. Bolognin.consi.37.num.15.versicu.præterea si prędicta cessarent, & nouissime Antoni. Thesau. decisi.pedem. 151. vbi latissime hanc materiã tractat, & post relatas Doctorum varias opiniones, & obseruantiam senatus Pedemontani in pluribus causis non excusandi minorem XXV. annis puberem in delictis a pœna ordinaria etiam mortis sed puniendi illum, non secus, ac si maior esset, & præsertim in delictis atrocioribus, dicit, quod ipse nunquam potuit probare talem obseruantiam tanquam nimis rigorosam, & humano Iudice indignam, & quod contraria opinio magis communis est, & tenenda, & subdit propterea, quod tali minori pęna mortis non sit inferenda, sed alia mitior citra mortem, ad quod probandum iura, rationes, & authoritates adducit, ad cuius dicta satis est lectorem remittere.

Posset tamen casus esse tam atrox, & tot habere circunstantias aggrauantes, quod Iudicis seueritas non esset damnanda, si puberem minorem XXV. annis pœna mortis arbitraretur damnandum, cum & impuberem aliquando plecti pęna capitali scriptum inuenisse dicat Bald.in l.& si seuerior nu 10. versi. ex prędictis in fine C.ex quib.caus. infam. irrog. allegando ad hoc l.excipiuntur ff.ad senatusconf.Syllan. & l.si arrogati in princ. & in versicu. item si in seruitutem cum glos.in verbo redigatur, ff. de tutel., quæ pęna capitalis dicitur mortis, metalli, & deportationis, idem Bald. in l. quid ergo §.pęna grauior in pr.lectura nume. 13.versicu. item scias ff.de his, qui notant.infam. & ita in terminis nostris formaliter dicit Cacciapul d. consi. 92. ante finem. versicu. hanc puto fuisse mentem, & ideo referr Vincent. de Franch. d. decisi 230.nume.4.& seq.versic.hinc est, quod quidam iuuenis, qui parricidium cum veneno
9 in Patrem commiserat fuit decapitatus, licet nondum compleuisset XVIII. annum, quam opinionem sequitur Thesaur.d.decisi.161. sub nu.5.versic.item non habebit locum, qui antea sub eodem nu.5.versic.sed quicquid in aliis sit, eadem ratione inquit, quod conclusio predicta non procedit in crimine lesæ maiestatis, in quo etiam maioris personam, minor repræsentas, & ideo maiori pœna affici debet, pro qua opinione optime facit Ioseph. de Ludouic.decisi.Lucen.17.nu.72.& seq.versi. quintus casus, & vltimus est, vbi quod in minore XXV. annis maiore XIIII. qui sit doli capax, & in quo malitia suppleat ætatem, Iudex potest extendere arbitrium vsque ad mortem inclusiue, & ab ea illum non excusare, dixit etiam Additionar. ad Dec. d. consi. 535. in verbo mitigari, quod non est locus mitigationi pœnę mor-
10 tis ob minorem ætatem, quando in regione

esset

esset frequentia delictorum similium quod est summe notandum.

Non procederet etiam præmissa conclusio Neapolit. in minore xxv. annis, maiore tamen
11 xviii. quia cum talis ætas in eo regno sit maior, non deberet eam habenti mitigari pœna, tanquam minori, vt dicit Vincent. de Franch. d.decisi.230.nu.4.& tradit etiam Afflict.lib.secundo constit. Regni Rub.38.de restit. minor. in constitutione minorum iura num. 14. versi. octauo, & vlt nor. & idem esset Ferrariæ, cum ex literis Ducalibus maior annis xviii. homicida puniri debeat pœna statutorum, pro vt maior xxv. vt ait Riminald d. consi. 135. nu. 9. versi.vltimo difficultatē. Florētiæ paritee extat statutum, quo ætas decem, & octo annorum dicitur legitima, & habetur, ac si esset xxv. in delictis, vt in Rubr. xxiii. qualiter minor xviii. annis delinquens puniatur in criminalibus, quod statutum ita semper fuit interpretatum, & hanc recepit intelligentiam ex vsu, licet verbis expræssis ita non dicat, & est in viridi obseruantia, & quotidie practicatur, cum enim tractet de mitigandis pœnis ratione minoris ætatis vsque ad annos xviii. dicitur considerasse ipsam minorem ętatem, vsq; ad illud tempus tantum, & non vltra, & proinde vel e excedentem illam ætatem, vti maiorem esse condemnandum, vt in statuto Lucano simili considerat Socin. consi.157.sub num. 12. versic. nec aliquid operatur lib. secundo, & post eum Boss. in pract. crimin. tit. de confess. in num. 69. versi. aduerte tamē, qui loquitur in statuto Mediolani, licet postea non videatur tali considerationi penitus aquiescere, pro vt post eum non aquiescit Ancharan. d.quæst.58. num. 5. & seq. Et in Hispania, si delinquēs est minor xvii. annis minoranda est illi pœna ex necessitate, si vero sit maior, si Iudici videbitur, attenta qualitate delictu, personæ, & aliorum in similibus considerandorum Gomez. tomo. 3. variar. resolut. de delict. cap. pr. num. 63. versi. sed hodie. In statu autem Ecclesiastico prouisum
12 est ex motu proprio Pij quarti die 26. Maij. 1565. tit. de non admittendis appellationibus, quod homicidis non prosit minor ætas annorum xx. dum tamen maiores xiiii. annis extiterint, quæ omnia summa cum ratione sancita fuerunt, cum hodiernorum temporum qualitas amplius non patiatur, vt iuuenibus in delictis parcendum sit, dum ad eam peruenerint ætatem, in qua boni, & mali perfectam cognitionem habeant, malitia præsertim ætatem supplente.

EPITOME.

De inobseruantia ex stillo, & consuetudine curiarum criminalium traditionis a Doctoribus receptæ, quod vbi delinquenti ex aliqua causa minoranda est pœna mortis ordinaria, non possit mitior imponi, quæ corporis sit afflictiua, sed pecuniaria tantum, vel exilii, vel relegationis, vel carceris, aut similis.

SVMMARIA.

Mortis pœna cum ex aliqua causa temperanda est, reus puniri non debeat pœna corporis afflictiua, sed alia mitiori puta pecuniaria, exilij, relegationis, carceris, aut simili. numero 1.

Isthæc communis conclusio non seruatur de consuetudine Mediolani, Neapoli, In statu Ecclesiastico, & neque Florentiæ, nu. 2.

Minor xxv. annis, cui miseratione ætatis mitigata sit pœna mortis, arbitrio Iudicis punitur etiam pœna corporali iuxta facti, & personarum qualitatem, numero 3.

CASVS CENTESIMVS TRIGESIMVS QVINTVS.

1 Dicunt passim scribentes, quod vbi ex aliqua causa delinquēti pęna mortis, inquam alias condemnandus veniret, minoranda est, is pœna corporali, vel corporis afflictiua puniri non debet, sed alia mitiori, pecuniaria, vel exilij, aut relegationis, aut carceris, aut simili, Marsil. in l. pr. §. Diuus Adrianus, num. 40. versic tene menti, ff. ad legem Corn. de sicarijs, in l. Diuus Adrianus, numero 11. versi. vlterius noto, ff. ad leg. Pomp. de parricid. in pract. crimin. §. quoniam, numero 95. & sequen. consi. 24. numero 36. & seq. & consi. 30. numero 19. & sequ. consi. 39. nu. 58. & sequen. Grammat. consi. crimin. 36. in fine, nu. 23. & consi. 39. etiam in fine, num. 12. voto 5. num. 3. uoto 23. num. 20. & decis. 8. ante finem, num. 10. & decis. 23. nu. 14. & decis. 96. nu. 7. versic. pro corroboratione, Ancharan. Regiensis, lib. secundo, quęst. iure familiar. quæst. 58. ex facto, nu. 4. Hippolit. Riminal. inter consi. criminal. diuers. vlt. loco impressa in magna forma cons. 135. nu. 22. uers. & cum ex causis tomo pr. & alii plures, quos refert, & sequitur Farinac. lib. pr. quæstion. criminal. titu. de delict. & pœn. quæst. 17. num. 72. uers. limita septimo, & est uerissima conclusio, & a Doctoribus communiter recepta. Sed certe quicquid
a sit de iure, non seruatur de consuetudine curiarum, ut dicit Clar. in pract. criminal. quæst. 85. sub num. 10. post uers. ulterius quæro, circa finem, ibi item scias, ubi inquit, quod ita testatur Nunius de los corregidores Folio 105. colum. 4. in prin. & quod ideo plerunque senatus Mediolani minuendo pœnam ordinariā transmittit delinquentes ad triremes ad tempus,

& isti-

& quandoq; etiam in perpetuum, prout etiam subdit seruare Cōsilium Neapolitanum, vt per Grammar. d. decis. 8. in fine, & alibi pluribus in locis, & bene, vt patet in d. decis. 23. in fine, & in dicta decis. 96. etiam in fine, & in d. cons. 39. in fine, & in d. voto. 5. pariter in fine, idem sequendo Clar. tenet Farinac. d. quæst. 17. numero 73. vers. sublimita hanc septimam limitationem, qui similiter testatur de inobseruantia prædictæ conclusionis in statu Ecclesiastico, in quo ait pluries vidisse damnari ad triremes ad tempus, & in perpetuum delinquentes, quibus ex aliqua causa pęna mortis mitigabatur, & refert etiam Petrum de Sonceno inter cons. criminal. diuers. cons. 98. numero 15. in impræssis primo loco, in parua forma, vol. pr. dicentem, quod Iudex ex causa recedens a pœna ordinaria mortis, si reus sit uilis, & pauper, potest eum in pœnam fustigationis condemnare, quam corporalem esse negari non potest, prout & triremium pænam inter corporales connumerari certum esse dicit Farinac. & cum opinione Petri de Sonceno reperio tenuisse Cacheran. decis. pedem. 60. in fine, vbi senatus minorando pænam mortis cuidam mulieri iussit eam publice fustigari, & perpetuo exilio damnari, vnde Farinac. iure optimo vbi supra, credit, hoc totum Iudicis arbitrio remissum censeri, qui cum minuendo pęnam mortis ordinariam ex causa possit delinquentes vario modo punire, & multare, vel pæna exilii, vel relegationis, vel pecuniaria, vel triremium ad tempus, vel in perpetuum, vt fieri ait vidisse, iuxta facti, & personarum qualitatem modo vnam, modo aliam arbitrabitur pænam. Addo, quod melius hanc opinionem probat Ioan. Bapt. Caccialup. inter cons. criminal. diuers. vlt. loco impræssa in magna forma tomo primo, cons. 92. numero 20. versicu. istis sic præmissis, vbi tradit, quod Iudex mitigans pænam ordinariam mortis minori xxv. annis puberi miseratione ætatis, debet aliam mitiorem citra vltimum suplitium imponere, vel mēbri mutilationis, vel corporis afflictiuam, vel exilij, vel relegationis, vel carceris, vel pecuniarum, secundum quod ei videbitur ex circunstantiis aggrauantibus, vel minuentibus delictum, & cum hac opinione ego quoque trāseo, & ita in magno Ducatu Hetruriæ seruari testor, in quo dicta conclusio non admittitur, sed delinquentes, quibus ex causa pæna mortis remittitur, puniuntur non solum pænis pæcuniariis, exilij, relegationis, & carceris, sed etiam corporalibus, & potissimum fustigationis, & triremium ad tempus, vel ad beneplacitum, vel in perpetuum, prout religioni iudicantium videtur conuenire, consideratis factorum, & personarum qualitatibus, Dicit tamen Farinac. d. q. 19. in fine nume. 74. vers. hoc tamen, quod in locis, in quibus non vigeret consuetudo prædicta condemnandi reos, a pæna ordinaria mortis ex causa excusatos, in pænas corporales citra vltimum supplicium, non esset recedendum a iure communi, & a conclusione secundum illud, vt supra firmata.

EPITOME.

An furtum committatur per Capserios bancheriorum, seu numulariorum, quibus commissa est custodia pecuniarum mensę, si de pecunijs illis accipiunt, & in proprios vsus expendunt, inscijs bancherijs, & facultatem restituendi non habent.

SVMMARIA.

CAPSERII qui pecunias mensæ illis creditas in proprios usus consumunt inscijs bancherijs furtum committunt. nu. 1.

Furtum committit socius, qui pecunias societatis in usus proprios conuertit, nu. 2.

Socius, qui utitur re communi ad alium usum, quam ad usum destinatum, ita quod auferatur socio commoditas partis suæ, dicitur furtum committere, numero 3.

Commodatarius tenetur furti, quoties re commodata utitur ad alium usum, quam cuius gratia commodata est, nu. 4.

Equum, qui aliorsum duxerit, atque acceperit, uel longius produxerit, quam petierit, furtum facit, numero 5.

Commodato utens ad alium usum, quam conuentum, excusatur a furto, si probabiliter credere potuit commodantem fuisse concessurum, nu. 6.

Iudex æstimare debet ex qualitate personarum rei, & usus, an commodatarius iuste potuerit credere dominum permissurum, quod re commodata utatur ad alium usum. num. 7.

Furtum, ut uere dici possit, non est necessaria ammotio, aut acceptio, tum etiam si res aliena nō tollatur, nec surripiatur furtum fiat, ut in commodato, & deposito, num. 8.

Furti actio non habet locum, quoties re commodata, deposita, uel pignorata utitur quis ad eum usum, cui proprie res ipsa destinata est, & ad quem Dominus ipse uti solebat, idque ex præsumpta Domini uoluntate. nu. 9.

Furtum quod fit in re commodata, deposita, et pignorata, non est omnino inhonestum, et ideo pœnæ seueritatem Iudex benigne temperare debet, num. 10.

Dicenti, quod Dominus permisisset, se uti re ad alium usum, quam fuerit concessa, incumbit onus probandi coniecturas, præsumptiones, et indicia, ex quibus iste uerisimilis consensus Domini colligatur. num. 11.

Consensus Domini in alium usum suæ rei, quam iam cōcessum facilius præsumitur, cū initio eam quis habuit de uoluntate ipsius Domini, quam si primum eo

inscio acceperit. num. 12.

Furtum non committitur ab eo, qui rem alienam sine uoluntate Domini accepit, quoties uerisimiliter ex coniunctione, uel amicitia, solito, qualitate rei, uel alia de causa eredit Dominum permissurum. numero 13.

A furto quis non excusatur, etiam si Dominus protestetur, quod de ipsius consensu res fuerit subtracta, nisi exient uerisimiles coniecturæ id arguentes. nume. nu. 14.

Coniecturæ aliquot ibidem recensentur, & res tota Iudicis arbitrio relinquitur. num. 15.

Depositarius, & creditor, qui re deposita, & pignore utitur furti tenetur. nu. 15.

Gestores alienorum negociorum furtum committunt, si quid furandi animo amouerint. nu. 16.

Colonus, qui res Domini in prædio consistentes celat animo sibi appropriandi furtum, facit nu. 17.

Furtum committit, qui scienter rem alienam inuito Domino retinet, etiam si ab initio bona fide ad eum peruenerit nu. 18.

Fallit, quando retinens te netur de ea reddere rationē ei a quo habuit, uel eius hæredibus. nu. 19.

Pecuniam alienam, qui accipit, ut alteri soluat, furtum facit, si eam in proprios usus conuertat. numero 20.

Quod non obtinet si pecunia sit tradita diuiti, quia tunc tradens non uidetur curare an illam soluat in genere, uel in specie, ex quo habet in bonis. numero 21.

Furti diffinitio traditur, nu. 22.

Largiri alienum sine Domini uoluntate species est furti. num. 23.

Capserij scientes, se non esse soluendo, et nihilominus pecuniam mensæ consumentes dicuntur bancherios decipere. nu. 24.

Et ibidem, quod extra ordinem Iudicis arbitrio puniri debent.

Diuitem qui se facit, et plura contrahit debita, cū sciat se non esse soluendo extraordinarie Iudicis arbitrio punitur, num. 25.

CASVS CENTESIMVS TRIGESIMVS SEXTVS.



REVOCATVR in dubium, an Capserii bancheriorum, seu nummulariorum, quibus commissa est cura custodiendi, recipiēdi, & soluēdi iuxta mandata bancheriorum pecunias bancorum seu mensarum nummulariarum, possint de iure communi criminaliter molestari, & de furto puniri, si pœcunias sibi, vt supra, creditas, insciis bancheriis, & clanculum accipiunt, & in proprios vsus conuertunt, & consumunt, & non habentes facultatem eas restituendi tempore reuisionis capsę, ne res ista detegatur, ab amicis, & coiunctis pecunias capiunt in ea quantitate, quæ fuit consumpta, & eas ostendunt bancheriis, & in capsa reponūt tanquam pæcunias mensæ, & illas postea extrahunt, & illis restituunt a quibus habuerunt, sic decipientes bancherios, & eos defraudantes. In qua quæstione homines vulgares, & idiotæ tenent tales ministros non teneri furti, nec criminaliter posse puniri, quia, vt inquiūt, in rebus creditis, & vt vulgariter dicitur, fidatis, non committitur furtum, quam opinionem adeo firmam habent, vt nullus iuris peritissimus posset contrarium illis suadere, quia tamen in magno sunt errore, operepretium esse duxi afferre in medium iura, rationes, & authoritates, ex quibus dictum errorem agnoscant, & ab eo discedentes iustitiæ locum dare possint contra tales capsetios iudicio criminali conuentos, & de iure puniendos, vt quandoque votaui, & semel etiam iudicaui contra vnū capserum, qui acceperat vltra mille aureos et restituere non poterat.

Primo igitur, quod tales ministri teneantur
1 criminaliter, et de furto cum pecuniam mensæ bancariæ ad vsum societatis, et illius seruitia destinatam clā accipiunt, in propriōs vsus conuertunt, et absque bancheriorum consensu cō sumunt, facit, quia furtum committit socius,
2 qui pecunias societatis in vsus proprios conuertit. l. rei communis. l. merito. ff. pro socio l. si socius ff. de furt. Aret. in §. furtum est, num. 5. In stit. de obligat. quæ ex delic. nasc. Crauet. consi. 286. col. secunda, vers. Tertio nisi dicamus. Menoch. de Arbitr. Iudic. libro secundo, cent. tertia cas. 220. num. 11. & pulchre tradit Bal. consi. 410. in causa, et quæstione Antonij. col. secūda, sub num. 4. vers. et ad euidentiam, lib. secundo, licet in casu suo a furto excuset socium, qui non celandi animo, sed pro cautela, et securitate sua res communes etiam fracto muro asportauerat ex vno loco ad alium; cum enim
3 socius vtitur re communi ad alium vsum, quā ad eum, in quem est destinata, ita quod auferatur socio commoditas partis suæ, dicitur furtum committere, vt declarat Bart. in d. l. si socius, et sequitur Aret. supra citatus, et tamen constat quid maius habere socium in re communi, quam hos in pecunia aliena per ipsos in custodiam retenta.
4 Secundo facit, quia, et commodatarius tenetur furti, si re commodata vtatur ad vsum non destinatū l. si vt certo. §. plane in fin. et §. idemque ait ff. commod. leg. qui furtum. ff. de condict. furt. et §. furtum autem fit, Instit. de oblig. quæ ex delict. nascunt. et vbique glos. et Doctores Marsi. in l. quæstionis modum num. 54. vers. item adde. ff. de quæstion. Menoch. de arbitr. lib. secundo cent. 3. casu 298. in prin. vbi ideo infert furti damnandum esse, qui iumen-
5 tum aliorsum ducat, quam quo vtendum accepit, vel qui longius produxit, quam quem in locum petiit, de quo est text. ad literam in d. §. furtum autem fit, et ibi hoc notat Aret. in princip. et in tract. de malefic. in verbo etiam vestem cælestem, nu. 32. versic. quid si commo-
6 do tibi, nisi sic vtendo ad alium vsum probabiliter,

biliter, & verisimiliter credere potuerit commodantem fuisse concessurum, nam tunc excusatur a furto glos. in d. §. idemque ait in verbo furti tenetur Aret. in d. §. furtum autem fit ante finem, August. de Arimin. in addit. ad eundē Aretin. de malefic. in loco citato Marsil. & Menoch. supra citati, & est tex. expressus in §. placuit tamen Instit. de obligar. quæ ex delic. nascunt. & ibi notat glos. & probatur etiam in l. inter omnes. §. recte, & ibi Bar. numero 3. versi. quæro circa voluntatem. ff. de furt. super quo standum erit Iudicis arbitrio, qui personarum, rei, & vsus qualitate inspecta æstimabit, num iuste commodatarius credere potuerit, Dominum permissurum fuisse, si sciuisset, vel ne, & consequenter an ipse commodatarius excusatione, vel condemnatione dignus sit, vt concludunt Aretin. August. de Arimin. Marsil. & Menoch. in dictis locis, quibus addo Didac. Conar. in repet. cap. peccatum de reg. iur. in 6. in secunda parte relectionis. §. primo in prin. folio mihi 505. qui probat, quod ad hoc, vt furtum vere dici possit satis est, quod contrectatio sit facta dolo, & fraude, & expresse vel tacite, Domino inuito, nec necessariam esse ammonitionem, aut acceptionem, cum & si res aliena non tollatur, nec surripiatur, furtum fiat, & exemplificat in commodatario, & depositario & subdit generaliter, quod cum quis rem alienam fraude, vel dolo contrectat intelligere debet se id inuito domino facere, fatetur tamen, quod si rem alienam contrectans iuste possit existimare, & absque fraude existimet dominum consentire, nec inuitum esse, furtum ab eo minime committitur, ad quæ probanda, & iura iam citata, & rationes adducit, & itidem etiam in effectu tenet idem Couar. libro tertio variar. resolutio. cap. 15. ad fin numero octauo, vers. adeo quidem vbi postquam recitauit iura quibus cautum est commodatarium furtum committere, si re commodata vtatur ad alium vsum, quam ad sibi cōcessum, vel si certi, ac præscripti vsus limites excedat, & ibidem depositarium, & creditorem, furtum facere si re deposita, & pignori data absque Domini voluntate vtantur meminit de opinione Ioan. Fabr. in l. prima, C. de pignora. action. tenentis contra prædictos actioni furti locum non esse, si re commodata, deposita, vel pignore vtantur, eo vsu, cui proprie res ipsa destinata est, & ad quem Dominus ipse vti solebat, & dicit eam deduci a præsumpta voluntate Domini, & eo solum casu procedere, quo Domini cōsensus præsumi possit verisimiliter, quia tunc si ex dicto vsu res deterior est facta, Domino erit consultum actione ex contractu, non ex delicto, secus vero si ex vsu ipsius rei, & attentis aliis circunstantiis colligatur commodatarium, depositarium, & creditorem vsos fuisse re commodata, deposita, & pignore inuito Domino, scilicet, eo non permissuro, quia tunc est locus actioni furti iuxta iurisconsultorum decisiones. subdit tamen; quod hoc casu Index debebit seueritatem arbitrio suo temperare, & criminis furti pœnam benigne mitigare, absque tamen læsione, & damno Domini, quia; & si furtum commissum est, id tamen non omnino inhonestum est, nec connumerandum in-
10 ter ea furta, quæ legibus, & Reipublicæ institutis praua, & perniciosa censentur, & licet punitione sit dignum, non tamen tam rigorosa, vt aliud inhonestius furtum, sub quo quidem credulitatis colore non possunt hi capserii excusari, cum si bancheri sciuissent, quod pecunias eorum sic acciperent, & in proprios vsus conuerterent, & consumerent, non solum non permisissent, sed expresse prohibuissent, & cōmodatario, vel alii dicenti, quod Dominus
11 consensisset, se vti re aliter, quam fuerit concessa, incumbit onus probandi coniecturas, & præsumptiones ac indicia, ex quibus iste verisimilis consensus colligatur, alias non euitat pœnam furti, ita dicit Bart. in d. §. recte sub numero tertio, post versicu. quæro circa voluntatem, sequitur Aret. in d. §. furtum autem fit ad finem, & voluit glos. in d. §. placuit tamen, & ibi Siluestr. Aldobran. qui dicit, quod ita consuluit. & obtinuit, nec dissentit Menoch. d. casu 298. numero 5. licet dicat, quod hoc casu facilius admittatur hæc allegatio credulitatis, quam in eo, qui ab initio non habuit voluntatem Domini rei, sed eam eo inscio accepit, & postea ad pœnam effugiendam de ipsius Do-
12 mini voluntate accepisse dicit quasi quod primo casu facilius credere potuerit Dominū cōcessurum alium vsum, quam iam permissum secundo vero secus, quod imo Dominus non consensisset si sciuisset, cum nemo præsumatur iactare suum, quod antea voluerunt Bart. in d. §. recte sub d. numero 3. & Aret. in d. §. furtum autem fit ante finem, non enim negatur quin facilius hunc consensum Domini probare possit primo, quam secundo casu, sed dicitur quod in vtroque debet illum probare, alias a furto, & eius pœna non potest excusari, nec hoc negant ipsi Bar. Aret. & Menoch. & ita etiam videtur sentire August. de Arimin. si bene eius verba considerentur in loco citato, & est ipsa veritas. nam & si ab initio rem alienam sine vo-
13 lūtate Domini accipiēs, & verisimiliter ac probabiliter, ex cōiunctione, amicitia, solito, qualitate rei, vel alia de causa credens, quod Dominus sciens permissurus fuisset nō committat furtum, & ab eo excusetur Marsil. cons. 26. numero 2. & 3. Menoch. d. casu 298. numero 4. & ante eos Bar. in d. §. recte sub numero 3. versic. quæro circa voluntatem, & Are. in d. §. furtum autem fit circa finem, & Augustin. de Arimin. in allegata additione, & voluit etiam Aldobrand. in d. §. placuit tamen, debet nihilominus docere qualiter iure ita credidit, alias furti tenetur, vt ipsi dicunt. imo & si Dominus
14 rei subtractæ compareat, & dicat, ac protestetur de eius consensu rem fuisse subtractam

ab inculpato, vt eum a pœna furti liberet, non statur tali assertioni, nisi extent coniecturæ verisimiles ita arguentes, vt quia esset consan-
15 guineus, vel amicus, vel solitus talia cócedere, uel quia res esset modici valoris, vel huiusmodi secundum Bart. in d. §. recte num. 2. vers. iuxta hoc quæro, cuius dictum communiter approbari testatur Clarus in §. furtum. numero 21. vers. item accusatur, & tradit Marsil. sing. 22. confessio offensi in princ. quod totum Iudicis arbitrio relinquitur, vt subdit Clar. & bene, quod & supra diximus in non absimili proposito.

Tertio quia, & depositarius, & creditor, qui re deposita, & pignore vtitur furti tenetur d. §. furtum autẽ fit. Instit. de oblig. quæ ex delict. nasc. & ibi omnes scribentes notant, Bal. cons. 410. supra allegato col. fin. sub nu. 8. vers. item fundata est intentio lib. 2. & Couar. in d. c. peccatum in d. 2. par. §. 1. in princ. & lib. tertio uariar. resolut. d. cap. 15. ad finem, numero 8. vers. adeo quidem.

Quarto quia tutores, curatores, & quicunq; alienorum negotiorum gestores furtum com-
16 mittunt, si quid furandi animo ammouerint, nam habent quidem administrationem sed nõ intercipiendi potestatem, l. tutor. 33. ff. de furt. & d. l. idem est. 46. ff. pro socio.

Quinto quia colonus, qui res Domini in præ
17 dio consistentes celat, vel aliter animo furandi, & sibi appropriandi suscipit, furtum facit d. l. idem est, & ibi glos. & Doctores, ff. pro socio.

18 Sexto quia ita furtum committit, qui scientet, inuito domino retinet, & contrectat apud se rem alienam, quæ ab initio bona fide ad eũ peruenit, quemadmodum qui a principio sciẽter sine Domini voluntate accepit, vt late probat Lucas de Penna in l. prima, post prin. in ver bo inuadat. C. de his, quæ ex publ. collation. illata sunt. non vsurpand. libro decimo, & licet Crauet. cons. 144. in causa inquisitionis col. fin. versicu. quinimo fortius dico, videatur tenere, quod propter superuenientem scientiam rei alienæ in eo, qui eam licite, & sine vitio tenebat, non committatur furtum, si postmodum inuito Domino retineatur, quia sit consideran dum initium receptionis, quod fuit licitum, & honestum tamen eius dictum procedit solum, quando retinens tenetur de ea reddere ratio-
19 nem ei, a quo habuit, vel eius hæredibus, quia talis obligatio eum excusat a pœna furti, & ita est intelligendus Bald. per eum allegatus cons. 410. in causa, & quęstione Antonii col. pen. sub numero quinto, ver. tursus isti Antonio & col. fin. numero decimo, versicu. ex quo deposito, li bto secundo, secus autem, quando pro ea non tenetur erga aliquem sed libere eam potest ve ro Domino restituere quia tunc non obstante iusto initio, si post habitam scientiam rei alienæ retinear inuito Domino, facit furtum, vt ipsemet Crauet. subiungit in ver. bene fateor,

vltra quod, quicquid sit in dicto casu, non potest seruire capseriis, qui accipiẽtes pecuniam capsæ pro vsu proprio nullum habent iustum initium in tali acceptione pecuniæ, quæ eis est assignata pro vsu tãtum societatis, adeo quod qualitercunque accipiant ad alium vsum illici te vsque ab initio accipiunt.

20 Septimo quia si quis dat pecuniam famulo vel alteri, vt eam soluat, vel consignet alicui, & is eam in proprios vsus conuertit, furtum com mittit, vt voluit Ias. in l. eius qui in prouincia, §. quas vero, num. 7. ff. si cert peta. vbi ideo tradit quod Florentiæ fuit suspensus laqueo quidam Iuuenis, per quem quidam Mercator exer cebat mẽsam, & bancham, & ei dederat Semel centum ducatos, vt eos daret Sempronio, & ille non dedit, sed pro se retinuit, & in vsus suos conuertit, quia dicitur commisisse furtum pro pter illam contrectationem pecuniæ per text. apertum, in l. si quis vxori. 53. §. Iulianus. ff. de furt. & in lege, si is cui. 7. C. eod. tit. & subdit Ias. quod illum defendere non potuerunt Florian. & Imola, quod dictum referunt, & sequun tur Clar. in d. §. furtum numero 22. versi. posset etiam allegare, & Petr. Foller. in practic. crimi. in fragmentis tit. de furtis. numero 127. versi. nunquid hæc pæna, & licet non desint, qui dictam sententiam iniustam fuisse dicant, tamen illam amplectitur Cranet. d. consi. 244. in causa inquisitionis. colum. fin. versic. postremo con sidero, nisi pecunia sit tradita nuntio diuiti,
21 quia tunc tradens nõ videtur curare, an illam tradat in genere, vel in specie, ex quo habet in bonis, dummodo & huic non sit facta commissio per verba denorantia, quod eandem pecuniam in specie solueret, quia tunc, & iste furtum committeret eam non soluendo, sed in proprios vsus expendendo, vt per ipsum Cranet. ibi.

Octauo quia conuenit diffinitio furti, quod est contrectatio rei alienæ fraudulosa lucri faciendi gratia, vel ipsius rei, vel etiam vsus eius, vel possessionis, vt in l. 1. §. fi. ff. de fur. & in §. fur tum est Institut. de obligat. quæ ex delic. nascunt. maxime attentis circa huius diffinitionis declarationem dictis per Couar. in d. §. 1. in prin. qui docet, non esse necessariam ammotionem, sed sufficere occultã, & fraudulosam acceptionem alienæ rei.

Nono, quia generaliter species est furti quo modocunque largiri vel disponere de re aliena sine Domini volutate secundum gl. in §. placuit tamen in verbo produxisset. Inst. de oblig. quæ ex delict. nascunt.

Quæ omnia facilius sunt admittenda, cum dicti capserii pecuniam consumpserunt alienam, scientes, se non esse soluendo, & facultates suas non esse sufficientes ad satisfactionem & restitutionem, ex hoc enim dicuntur bancherios decepisse per text. in l. penult. in fine ff. de iure dot. vbi dicitur, quod si socer spe futurę dotis induxerit generum, & cum sciret se dotem

se dotem præstare non posse, id egerit dicitur genero insidiari, propter quod solum puniendi viderentur extraordinarie arbitrio Iudicis,
25 pro. vt sic puniendum esse illum, qui sciens se non esse soluendo, facit se diuitem, & plura cótrahit debita, tradunt Plot. de in litem iurand. seu in repet. l. si quando C. vnde vi. §. 4. num. 62. vers. sic & contrahens Menoch. de arbitr. Iudic. lib. secundo, cent. quarta casu 381. num. 25. vers. sic. hoc crimine notari, & Farinac. lib. 1. quęst. crimin. quæst. 26. num. 28. vers. sicut pariter, vbi alios allegat, & adhuc fortius, cum ad decipiẽdos bancherios, & ne cósumptionem pęcuniæ viderent, aliorum Pecuniam ostenderent, & in capsa, tanque pecuniam mensæ tempore reuisionis rationum banchæ reponerent, & exinde extraherent, & amicis, a quibus habuerant, restituerent, hæc enim est manifesta, & aperta fraus, quæ aliquo velamine celari non potest, vt per Dec. Cagnol. & alios in l. generaliter cum de fraude, & in l. fraudis interpretatio ff. de reg. iur.

EPITOME.

Explicatur latissimè, & distinctè materia de bonis eorum, qui de aliquo crimine accusati, vel inquisiti, aut in eo deprehensi, ante sententiam mortem sibi ipsis inferunt, & aut, & quãdo ad fiscum pertineant, & num hæredes, vel venientes ab intestato, & alij, quorum interest sint vocandi, & quid probare habeant ad fiscum repellendum.

SVMMARIA.

MORTEM sibi inferens conscientia patrati criminis bonis priuatur, nu. 1

Declaratur obtinere quando delictum est eiusmodi, pro quo bona essent cõfiscanda, si reus fuisset Confessus, vel conuictus. nu. 2. & 19.

Occidens se ipsum metu criminis, videtur illud fateri, & sententiam ferre de se nu. 3.

Mortem sibi inferre dicitur quis conscientia criminis, vel metu pœna, quoties in crimine deprehensus est, vel de eo accusatus, aut inquisitus. nu. 4.

Interficientis se ipsum bona confiscantur non ex occisione sui ipsius, sed ex crimine priori, pro quo se ipsum interemit. 6. 24.

Mors delinquentis extinguit delictum, & eius pœnam tam criminalem, quam ciuilem, & impedit accusationem, & inquisitionem. 5.

Et ibidem, quod statutum puniens homicidam habet locum in interficiente alterum non se ipsum.

Fiscus dicitur habere intentionem fundatam in confiscatione, ex eo, quòd delinquens se ipsum occidit conscientia criminis, vel metu pœna illius nu. 7.

Videtur tamen secundum aliquos, quod aliud debeat concurrere, antequam occidens se ipsum habeatur pro confesso, cum experientia compertum sit multos innocentes carceratos se occidisse. numero 8. Sed contrarium defendit, & demonstrat D. Author ibidem.

Innocentia Rei, qui se ipsum interfecit, probari potest ab ijs, quorum interest contra fiscum prætendentem bonorum confiscationẽ eo prætextu, quod Reus conscientia criminis, vel metu pœna mortem sibi cõsciuerit. nu. 9.

Et ibidem quòd hæredes, & propinqui, seu alij prætendentes interesse citari debeant pro defuncti, & bonorum defensione etiam in crimine læsæ maiestatis.

Item in crimine hæresis. nu. 10.

Innocentia Rei se ipsum interficientis, quomodo probetur nu. 11.

Item debet probari liquido, & concludenter. nu. 12.

Et quod hoc casu iuris præsumptio dicitur liquidissima probatio. nu. 13.

Item quod quando poterat subesse alia causa, ex qua Reus se interfecit, potius præsumitur, quòd fecerit ex illa causa quàm metu criminis. nu. 14.

Item quòd concurrentibus contrarijs probationibus fit interpretatio, vt Reus ex alia causa mortem sibi consciuerit, & non ex conscientia criminis. numero 15.

Factum refertur de quodam, qui imputabatur venenum vxori dedisse, & qui se ipsum interemit in carcere. nu. 16.

Praxis in confiscatione bonorum illius, qui se ipsum interfecit. nu. 17.

Confiscatio bonorum hodie non habet locum nisi in crimine lęsæ maiestatis diuinæ, vel humanæ numero. 18.

Titulus de bonis eorum, qui mortem sibi consciuerunt, est hodie correctus per auth. bona damnatorum C. de bonis proscript. secundum communem. numero 19.

Confiscatio bonorum in pœnam delictorum imponi potest a statuto. nu. 20.

Et ibidem, quòd auth. bona damnatorum non habet locum quando exstant statuta, vel consuetudines.

Auth. bona damnatorum secundum communem corrigit duntaxat iura antiqua in illis casibus, in quibus pœna confiscationis bonorum imponebatur tacite, & in consequentiam pęnæ mortis naturalis, vel deportationis. nu. 21.

Bona hodie non publicantur aliquo casu, nisi in crimine læsæ maiestatis diuinæ, vel humanæ, vel nisi statuto, aut consuetudine aliter disponatur numero 22.

Fiscus repellitur a confiscatione bonorum illius, qui se occidit mętu criminis, quando, pro eo crimine non poterant bona confiscari. nu. 23.

Item repellitur, quando prætendit confiscationem ex eo solo, quod quis se ipsum interemerit. nu. 24.

Fiscus prætendens bonorum confiscationem illius, qui non deprehensus in delicto, nec de eo accusatus

aut inquisitus se ipsũ interfecit probare debet quod is delictum admiserit, cuius metu se ipsum occiderit, num, 15.

Occidisse se ipsum ex uarijs causis potest contingere, et ideo non est præsumendum, quod fecerit ob delictũ, sed fiscus id probabit. num. 26.

Declaratoria, quando requiratur, quod metu criminis se ipsum quis occiderit, traditur late numero, 27.

Mortuus repertus præsumitur ex aliorum facto, uel casu, aut morbo mortuus, & non quod se ipsum interfecerit, & ideo hoc fisco probandum erit, si uoluerit admitti ad confiscationem bonorum. 28.

Et ibidem quod probationes fisci debent esse admodum claræ, cum in contrarium sit præsumptio natura.

CASVS CENTESIMVS TRIGESIMVS SEPTIMVS.

1 QVI conscientia perpetrati sceleris deprehensus in crimine, vel de eo accusatus, aut inquisitus mortem sibi infert bonis priuatur, l. tertia in princ. & in §. pr. vers. ergo, aut postulati, ff. de bon. eor. qui mort. sibi consciuer. l. prima & secunda, C. eod. tit. & l. in fraudem. §. eius bona il secundo, ff. de iure fisci. facit, l. si quis filio. §. eius qui. ff. de iniust. rupt. & irr. fact. testam. & l. secunda. C. qui testam. facere poss. cum vtrobique notatis Dec. cons. 438. sub numero 1. Clar. in pract. crimin. q. 68. sub num. 37. vers. se ipsum occidere volens circa medium, Petr. Ioan. Ancheran. lib. secundo, quæst. iur. famil. quæst. 22. in princ. quod quidem procedere
2 intelligitur, quando delictum, pro quo se occidit, erat tale, propter quod bona ipsius fuissent confiscanda, si de eo confessus, vel conuictus fuisset, & non alias, vt expresse subijcit text. in d. l. tertia. d. §. pr. versic. vt autem, & §. idem rescripsit, vers. ergo ita demum. ff. de bon. eor. qui sibi mort. consciuer. & tradunt in d. l. secunda, C. qui testam. facere poss. Bald. Salyc. Roman. Castr. Alex. Iason. Corn. & Dec. Salyc. in d. l. pr. num. 1. & 2. C. de bon. eor. qui mort. sibi consciuer. Alberic. de Rosat. de statutis lib. tertio, quæst. 18. nume. 3. vers. item quæro specialiter, & quæst. 20. ad finem, & quæst. 21. in prin. Cor. cons. 195. num. 4. & numero 11. vers. & si fuisset accusatus lib. secundo, Foller. in pract. crimina. in quarta parte tertiæ partis principalis in uerbo, & si confitebuntur nume. 73. vers. istis concurrentibus, Menoch. in tract. de arbitr. Iudic. libro secundo cent. tertia casu 284. nume. 14. versic. primus est, & num. 20. vers. hinc sumitur, Anchar. d. quæst. 22. num. 9. & seq. vers. si vero illud crimen, & in fine sub num. 22. Decian. in tract. crim. lib. 9. capit. 3. num. 6. & 7. vers. secunda sit conclusio. & versi. sed dubitari potest, & cap. quarto, in princ. nu. 1. tomo secundo Vulpellus respon. crimin. pr. num. 9. & 10. Petr. Ant. Maureus decis. Lituan. pr. num. 21. & seq. versi. multa sunt, Peregr. in tracta. de iure fisci lib. 4. tit. quarto de bon. eor. qui mort. sibi consciuer. in princ. num. 1. & num. 3. vers. intellige, vbi ita communiter teneri dicit, Couar. lib. secundo, variar. resol. cap. primo, ante fin. sub nume. 11. vers. legibus sane Romanorum, Didac. Cãterã in suis quæstionib. crimin. de quæstionibus tãgentibus punitionem delicti cap. 6. de homicidio nume. 53. in vers. aut sumus in casibus. fol. 555. colum. 1. & secunda, Hyeronim. de Laurẽt. decision. Rotæ Auenionen. 123. incipiente hodie num. 11. vers. imo etiam, & uers. vnde cum;
3 ex eo enim, quod quis se ipsum occidit metu criminis, videtur crimen illud fateri, & ideo locus est pœnæ, quæ pro dicto crimine imposita est a lege, & per consequens publicationi bonorum, si pro illo delicto confiscatio bonorum; imponebatur, & non alias, vt hanc rationem expresse ponit tex. in d. l. 3. d. §. pr. in illis verbis conscientiæ metum in reo, veluti confesso teneri placuit, & rursus in §. sic autem in illis uerbis, quasi de se sententiam tulisset ff. de bon. eo. qui mort. sibi consciuer, & notant Bar. in eadẽ. l. §. de illo in princ. Foller. in d. verbo, & si confitebuntur num. 70. versicu. viso de confessione Corn. d. cons. 195. sub num. 11. ad fin. versicu. & si fuisset accusatus, DD. in d. l. secunda, C. qui testam. facere poss. vbi præcipue Bald. num. 1. Salyc. num 3. Ludouic. Roman. nu. secundo, Cast. nu. 2. & 3. Alex. Ias. & Dec. omnes, num. 2. Corn. nu. 6. Salyc. in d. l. 1. num. 2. circa finem. Alberic. de Rosat. d. q. 18. nu. 4. Anchar. d. q. 22. ante. nu. 8. & 12. Decian. d. c. 3. num 6. d. vers. secunda sit conclusio, & latius num. 8. vers. succedit autem, Vulpel. d. resp. 1. num. 19. Peregr. d. tit. 4. ad fin. sub nu. 12. Perr. Ruitz. d. decis. Lituan. 1. nume. 22. Couar. lib. 2. variar. resol. d. capit. 1. ante finem sub nu. 11. ver. legibus sane Romanorum, & late Didac. Canter. d. titu. de homicidio sub num. 54. ver. primo, casu, & ver. tertio casu fol.
4 556. colum. 2. Et dicitur tunc conscientia criminis, & metu pœnæ illius quis se occidisse. & per consequens pro confesso haberi, quando in crimine deprehensus, vel de eo accusatus, vel inquisitus fuerat, vt in princ & in §. primo, & tradunt Bart. in d. §. de illo in princ. Doctores omnes in d. l. secunda, C. qui testam. facere poss. Hieron. Laurent. d. decis. 123. numero 10. vers. generaliter autem. Peregr. d. titu. quarto, numero secundo, vers. tu uero adde Decian. d. cap. 3. num. 6. & 12. vers. tertius est. Anchar. d. q. 22. num. 12. Didac. Canter. d. tit. de homicid. sub num. 54. ver. tertio casu. Foller. in d. verbo, & si confitebuntur num. 70. vers. viso de confessione Corn. d. cons. 195. nu. 5. & 11. in fine glos. & Doctores in d. l. 1. & secunda, C. de bon. eor. qui mort. sibi consciuer.

Vnde merito infertur, quod contra interficientem se ipsum non potest procedi de occiso ea lege Cornelia de Sicariis, nec consequẽter

ter ex eo occiſionis ſui ipſius crimine ad bono
rum confiſcationem, quia mors delinquentis
extinguit delictum, & eius pœnam tam crimi-
nalem, quam ciuilem, & impedit accuſatio-
nem, & inquiſitionem, vt latiſſime conſuluit
Corn.d.conſ. 195. lib.ſecundo quem ſequutus
eſt Dec. in d.l.2.num.13.& ſeq. verſic.ex predi-
ctis,& d. conſ. 438 & in eodem caſu Curt. Iu-
nior conſ.182.Socin.iunior.conſ.51.lib.primo,
Pariſ.conſ. 155.lib.quarto,& Ferret.conſ.89.ſe
quitur Peregrin.d tit.quarto num.8.& 9.verſ.
attamen.Vulpel.d.reſp.1.num.8.& ſeq.verſ. &
i,& nume. 18.verſ.quod ſi, volentes hoc proce
dere etiam ſtante ſtatuto, quod homicida deca
pitaretur,& bona eius publicétur, quaſi quod
tale ſtatutum non habeat locum in eo, qui ſe
ipſum interficit, ſed intelligatur in interfecto-
re alterius, ita quod, qui homicidium cõmiſit,
viuus remaneat,& puniri poſſit, & bonis pri-
uari, quod non poſſet fieri in eo, qui ſe ipſum
occidit, qui cum mortuus ſit, capite puniri nõ
poteſt, nec eius bona poſſunt confiſcari, quia
per mortem deſierunt eſſe ſua, ut præfati Do-
ctores conſiderant, & præſertim Corn. & Dec.
in dictis locis, qui etiam alias rationes addu-
cunt,& dictos conſulentes ſequuntur Menoch.
d.caſu 284.numero 26.& ſeq.ver.ex relatis in-
fertur, & quod in illis terminis non conſidere
tur illatio mortis, quam ſibi quis dedit, ſed tã
tum delictum ſibi aſcriptum dicit formaliter
Salyc.in dicta l.prima, nume.2 verſ. ſecundo ca
ſu C.de bon.eor.qui mort. ſibi conſciuer. & in
d.l.ſecunda num.3. verſ. ſecundo, caſu illatio
mortis. Decian.in d.cap.3.ſub nu.6.verſ.ſecun
da fit concluſio,& nu.15.ver. & hoc etiam, &
d.c.4.num.3.ver.ſecundo dubitatur in fine, ſed
tantum contra talem interficientem ſe ipſum
procedi poteſt ex crimine priori, pro quo ante
ſententiam ſe ipſum interemit, et propter illud
ad confiſcationem bonorum deueniri, ſi erat
tale, ex quo bona erant confiſcanda, cum ex
dicta occiſione ſui ipſius cenſeatur confiteri
crimen illud, et illius pœnis ſubijciatur, vt præ
fati Doctores dicunt, et ſupra etiam proba-
uimus ex aliorum authoritatibus, et hoc ſiue
delictum ipſum probatum eſſet, ſiue non pro-
batum, ſi enim erat probatum, ſufficit ad bo-
norum publicationem illa probatio de per ſe
abſque aliqua conſideratione, quod delin-
quens ſe ipſum occiderit, ſi vero non erat pro-
batum adhuc locus eſt confiſcationi, quæ pro-
pter illud delictum imponitur quia Fiſcus ha
bet ſuam intentionem fundatam, ex eo quod
delinquens ſe ipſum occidit conſcientia crimi
nis,& mætu pœnæ eius, cum vt dictum fuit ſu-
perius & dicatur etiam inferius, pro confeſſo
habeatur, ita tradit Didac.Canter.d.tit. de ho
micidio ſub nu.54.verſ.primo, caſu, & ver.ter-
tio caſu, vbi tamen ait quod licet alij tenere vi
deantur, quod ſufficiat ad condemnationem
occiſio ſui ipſius poſt deprehenſionem in de-
licto, vel accuſationem, aut inquiſitionem,
etiam ſi nulla contra eum talis delicti extet
probatio, ex quo per illam ſolam occiſionem
habetur pro confeſſo, tamen ipſe credit, quod
8 ſaltem cum dicta occiſione debeat concurre-
re ſemiplena probatio, vel ad minus conſtare,
ſi in carcere ſe occiderit, recte eſſe captum, vel
detentum, durumque exiſtimat, quod ſolum
ex eo, quod quis ſe occidit poſt capturam, &
accuſationem, vel inquiſitionem de delicto ha
beatur pro confeſſo, & probetur plene deli-
ctum ſaltem ad effectum pœnæ ordinariæ irro-
gandæ, vt ibi late per eum, pro quo facit De-
cian.d.cap.3.num.14.verſ.aduertant tamen iu
dices, vbi ait, quod & ſi poſt deprehenſionem,
vel accuſationem, vel inquiſitionem ſe occi-
dens de iure habeatur pro confeſſo nulla alia
probatione facta, tamen cum experientia do-
ceat multos innocentes depræhenſos, vel po-
ſtulatos maxime carceratos ſe occidere, Iudex
debet conſiderare omnes circumſtantias ante
quam eos habeat pro confeſſis, & ex hoc ſolo
non debet eos, uti vere cõfeſſus punire, ut ibi,
cum quibus non ſentio, quia, qui conſcientia
perpetrati ſceleris, in quo fuerat deprehenſus,
vel de eo accuſatus, vel inquiſitus ſe ipſum oc-
cidit, de illo dicitur confeſſus, vigore cuius
confeſſionis condemnatio ſequi poteſt, vt ſu-
pra diximus per iura aperta, & per claras Do-
ctorum authoritates, eſtque intentio fiſci ex
eo ſolo fundata, niſi hæredes, ſeu venientes ab
inteſtato, & propinqui contrarium probent,
oſtendendo defuncti innocentiam, vel impuni
tatem delicti, de quo imputatus fuerat, vt di-
ctum eſt, & notant præciſe infraſcripti Docto-
res,& iidemet Didac.Cant.& Decian.nam & ſi
in crimine depræhenſus, vel de eo accuſatus
vel inquiſitus ſe ipſum occidens, conſcientia
criminis, & mætu pœnæ ſe occidiſſe videatur,
& pro confeſſo habeatur, tamen admittitur
probatio in contrarium, & contra talem fi-
ctam & præſumptam confeſſionem defuncti
poſſunt eius hæredes, & propinqui, & alij,
9 quorum intereſt, oſtendere illius innocẽtiam,
qui propterea vocandi ſunt, & audiendi Fi-
ſco prætendente bonorum confiſcationem ſub
dicto prætextu, quod conſciẽtia ſceleris,& mæ
tu imminentis pœnæ defunctus ſibi mortem cõ
ſciuerit, vt ad ipſum Fiſcum repellẽdum,& pro
bonorum defenſione dictam innocentiam de-
functi probare poſſint, vt eſt text. ad literam
in d.l.3.d.§.de illo.ff.de bon.eor.qui ſibi mort.
conſciuer. & in d. l. ſecunda.C. qui teſtamen.
facer.poſſ. & tradunt Bart. in dict. §. de illo in
princ. & infra pluries in diſcurſu, omnes ſcri-
bentes in d.l.ſecunda, vbi præcipue Bald. num.
1.Salyc.nume.3.Caſtr.num.1.4.& 7.Alex.num.
4.& 6.Iaſ.num.5.& ſeq.Corn.num.7.& ſequen.
Dec.nu.16.& ſeq.Hieronym.de Laurent.d. de-
ciſ.Auenion.123.ſub num. 10. poſt uerſ.gene-
raliter antem, ibi,& econtra ſi depræhendere-
tur, Salyc.in d.l.1.numero 2. C.de bon.eor.qui
mort.ſibi conſciuer.Alberic.de Roſat. d. q.18.
ſub

sub num. 3.& d.q.20.in fine. Ancharan.d.q.22.
num.18.vers.præterea illa præsumptio. Didac.
Canter.d.tit.de homicid.sub num.53. post me-
dium ibi & si hæres, vel cuius interest,& sub nu
me.54.versic.Tertio casu Peregr.d.titu.quarto
sub num 2. vers. Tu vero adde ad finem, & sub
num.12.post ver.superest,vt videamus, Decian.
d.c.3.num.8.vers.succedit autem, vbi late insi-
stit,ostendens sufficere fisco ad bonorum con-
fiscationem hanc præsumptam confessionem
sine alia probatione hæredibus nil releuans in
contrarium probantibus, dũmodo tamen con
stet de de licto,& patet ex Vulpel.d.resp. pr. in
princ. quod procedere etiam fisco bonorum
confiscationem prætendente ex crimine lesæ
maiestatis per defunctum commisso, vt & tunc
hæredes,seu propinqui, quorum interest, ci-
tari debeant pro ipsius defuncti, & bonorum
defensione, voluit Bald. cons. 63. si quis com-
misit lib.quarto quem sequuti sunt Are. in tra
ctat.malefic. in verbo, & hai tradito la tua Pa-
tria,num.17.versi.& bene aduertas, & ibidem
August.de Arimin.in addit.& Foller. in practi.
criminal.in sexta parte principali in forma ca-
pitulorum quando damnat. mem. ob crimin.
lesæ maiestat.nume.11. Vnde dixit Alberic.de
Rosat.d.q.20.in fine,quod inculpato de hęresi
se ipsum interficiente pendente accusatione,
10 vocandi sunt per fiscum hæredes,vel venientes
ab intestato, seu propinqui, qui nisi probent,
quod fuerit Catholicus,bona publicãtur,quia
præsumitur quod cõscientia criminis se ipsum
occiderit. Probatur autem ista innocentia, se
11 ipsum interficientis aduersus Fiscum secun-
dum Bart.in d.§ de illo nume.secundo.versicu.
quæro quando hæredi, vel directo probando,
quod vere defunctus non commisit delictum il
lud, de quo fuerat inculpatus, vel præsumpti-
ue ostendendo, quod defunctus habebat ali-
quam causam vehementissimam doloris ani-
mi,vel corporis,propter quam potius videatur
se interfecisse, quam propter delictum,& Bart.
sequuntur Peregr.d.tit.quarto nume.secundo,
& 3.in vers.tu vero adde,& Foller.in d. verbo,
& si confitebuntur,num.78.vers.secundo quæ-
ro,& Doctores in d.l.secunda.C.qui testam. fa
cer.poss. ubi dicunt Bald.sub nume. 1. & latius
Salyc.nume.4. uers.& aduerte,quod hæc inno-
centia probatur,vel probando quod defunctus
non commisit illud delictum, vel quod dato,
quod commiserit, non erat puniendus, quia
ad sui defensionem fecerat,vel sibi iure licebat
vel obstabat præscriptio de iure communi, vel
Municipali,quod,& tenet ibidem licet nõ tam
late Castr.sub num. 1.& 4.& clarius Corn. nu-
mero 7.& 8.vers.sin autẽ fuerit depræhensus,&
sub num.11.ad finem.versic. aut constat, quod
non intulit,& sub num.15.ad fin.uersic.in casu
12 autem nostro,& debet esse probatio multum
concludens,vt videtur tenere Salyc. in d.l.2. in
princ.num.2.dicens,quod isto casu, quando sci
licet depræhensus in crimine, vel de eo accusa
tus,vel inquisitus,sibi infert mortem, eius inno
centia debet probari liquidis probationibus,
quod etiam ibidem videtur velle Castr. sub nu
mero primo, in fine,& fuit opinio glos. ibi per
illum tex.& comprobari potest quia probatio
debet esse fortior, quãdo præsumptio iuris est
in contrarium capit. quia verisimile. de præ-
sumpt.cap.super hoc de renuntiat.l.fin.in prin.
ff.quod met.caus.Alex.cons.99.in fine sub num.
13.libro 3. Marsil. singulari 451. decreui post
princ.vbi late insistit plura adducens iura,& au
13 thoritates, habebitur tamen pro liquida pro-
batione præsumptio iuris, per quam arguatur
ex alia causa, quam propter pendentiam pro-
cessus criminalis, quem sibi mortem intulisse,
quia dicitur liquidissima probatio, vt late tra-
dit Alciat.in tractat.de præsumptio. in 3. parte
numero 3.vers.sed tu aduerte per l. licet Impe-
ratores.ff.de leg.pr.& alia iura,quæ allegat, &
ita uidetur tenere Bart. in d.§. de illo numero
secundo,vers. quæro quando hæredi, dum lo-
quitur de probationæ innocentiæ præsumpti-
ue, vt supra retuli, idem tenent consequenter,
qui eum, vt supra simpliciter referunt, & ex-
præsse Petr.Foller. in loco citato nume.71.vers.
secundo requiritur, volens, quod sufficiat ad
14 exclusionem fisci posse præsumi aliam iustam
causam, propter quam potuerit moueri ad se
interimendum, quam metum supplicij ex ad-
misso crimine per text.in d.l.3.§. si quis autem
vitæ tedio.ff.de bon. eor. qui mort.sibi consci-
uer.vbi dicitur quod si Pater, qui filium occi-
disse dicebatur se ipsum quoque occidat, vide
tur potius hoc fecisse propter dolorem mortis
filii, quam metu pænæ, & proinde eius bona
non cõfiscantur,quod & sensisse videtur Castr.
in d.l.2.colum.fin.sub num. 7.uers.aut erat du
bium,inquiens quod vbi potest probari, quod
15 alia causa poterat subesse, ex qua se interfece-
rit,ut impacientia doloris,potius præsumitur,
quod fecerit ex illa causa, quam metu crimi-
nis,quia est benignior interpætatio, & aper-
tius tradit ibidem Corn.sub nume. 8.ad finem
uersic. sed licet,ubi vult, quod etiam quando
quis se occidit, post quam est depræhensus in
delicto,vel de eo accusatus,vel inquisitus,si hæ
redes probant,quod tunc imminebat alia cau
sa,puta quia præmebatur magno dolore, præ-
sumitur potius se interfecisse ob dolorem in
mitiorem partem, & idem repetit postea sub
nume. 11. in fine, ibi vel probando quod tem-
pore mortis suberat alia causa, idem sentit Sa
lyc.in d.l.pr.C.de bon.eor.qui mort. sibi con-
sciuer. sub num.2.ad finem aiens, quod in hoc
casu,vbi hinc inde est præsumptio magis attẽ-
ditur præsumptio vehementis doloris, & ita
etiam aperte vult Alberic. de Rosat.d.q.18.sub
nume. 3.inquiens quod concurrentibus præ-
sumptionibus contrariis fit interpætatio in
mitiorem partem, quod ex aliis causis, & non
conscientia sceleris mortẽsibi dederit, qui in
crimine depræhensus erat,vel de eo accusatus,
vel

vel inquisitus, & Castr. supra citatum refert,
& sequitur Anchar. d.q.22.num.19.& 20.& sa-
tis colligitur ex Vulpello d.resp.1.nume.21.&
seq. Infert autem Anchar. in casu suo, quod is,
16 qui se ipsum occiderat in carcere ob accusa-
tioně, quod vxori venenum dedisset, diceba-
tur potius se ipsum interfecisse impatientia,
& tedio vitæ, quam metu futuræ pœnæ, cum
ob diuti num carcerem, & torturam terre-
ceptam sæpius esset protestatus, se disperatio-
ne obiturum, nisi excarceraretur, vt ibi nu. 18.
& cum per torturam sibi illatam inditia pur-
gasset, & ob id condemnari non posset, & pro-
inde metus futuræ pœnæ cessaret, vt ibi nu. 16.
& seq. & fortius cum ex illo delicto, vbi esset
probatum non secuta morte ex statuto pœna
pecuniaria imponeretur, vt non sit verisimile,
quod propter illud se interfecerit, & hoc solū
erat satis ad euitandum confiscationem bono-
rum, vt ibi per eum cōcludentem non esse etiā
locum pœnæ statuti, quia delictum non est pro-
batum, & inditia sunt purgata nu. 21. & 22. idē
inueni tenere Decian. d.c.3.nu.13.ver. quartus
casus est, vbi excludit præsumptionem metu
pœnæ ex causa morbi, vel doloris animi tem-
pore occisionis sui.

Iure igitur ex prædictis concludi pote,
quod se ipsum interimens, postquam depr-
hensus est in crimine, vel de eo accusatus, a
inquisitus fuit, & sic conscientia sceleris,
metu pœnę imminentis non priuatur bonis o
delictum illud occisionis sui ipsius, nec ex o
aliquo modo molestari potest extinctis p
mortem delicto, pœna, accusatione, & inqu
sitione, etiam statuto homicidam puniri ma
dante in pœnam capitis, & bonorum con
scationis, sed quod solūmodo inquietari p
test pro priori delicto, propter quod se inte
fecit, adeo quod si delictum illud erat tal
quod pro eo imponeretur publicatio bonor
bona spectabunt ad fiscum, si vero ex illo no
venirent bona confiscanda non erit locus eo
rum publicationi, secundum quam distinctio
nem sępius practicaui, & iudicaui, & per alio
iudicatum vidi, & refert Peregr. d. tit. 4. in fi
ne nu. 12. quod ista materia fuit practicata Pa
duæ in quodam retento pro crimine hæresis
qui se ipsum laqueo suspendit, & eius bona n
fuerunt confiscata, sed dimissa venientibus a
intestato, cum ex legibus Dominij Veneti hæ
reticorum bona non publicentur, & ita iudi
catum fuisse testatur, Refert pariter Hieron
de Laurent. d. decis. Aueniononensi 123. nu. 9. &
17 seq. vers. postremo petebat fiscus, quod cum
quidam timens accusari ob male consumpto
Principis numos, se ipsum occidisset, & fiscu
omnium eius bonorum confiscationem præ-
tenderet, omnes de Rota tenuerunt non esse
locum dictæ confiscationi, quia delictum pro-
pter quod mortem sibi dederat non erat de il-
lis, in quibus de iure cadit bonorum confi-
scatio.

Et quāquam hodie per auth. bona damna-
18 torum. C. de bonis proscript. sublata sit confi-
scatio bonorum, præterquam in crimine lesæ
maiestatis diuinæ, vel humanæ, & propterea
non possit fiscus prætendere confiscationem
bonorum in his, qui mortem sibi consciuerint
conscientia criminis, & metu pœnę illius, dum
modo non esset crimen lesæ maiestatis, in quo
firma manet publicatio bonorum, vt conclu-
dit Hieron. de Laurent. d. decis. 123. nu. 11. ver.
imo etiam si accusaretur, & versicu. vnde cum,
vbi inquit, ita omnes auditores Rotæ Aucnio-
nensis tenuisse sequuti communem opinionem
Doctorum in d. l. 2. C. qui testam. fac. poss. &
tradit Bart. in d. l. 3. in d. § de illo in fine. nume.
4. versic. vltimo quæro, vbi quærit, an ille titu-
19 lus de bonis eorum, qui mortem sibi consci-
uerunt sit correctus per d. Auth. bona damna-
torum, & dicit, quod licet quidam teneant
quod non, tamen Doctores volunt contrariū,
quia cum per illam l. 3. in §. pr. bona publicen-
tur eo casu solo, quo fuissent publicanda, si de-
pręhensus in crimine, vel de eo accusatus, vel
inquisitus sententiā pateretur, sequitur, quod
in casibus, in quibus non fuissent publicata vi-
gore d. Authent. si sententiam fuisset passus,
in illis non publicabuntur, si se ipsum occidat
ante sententiam, idem tenuerunt Salyc. in d.
l. pr. C. de bon. eor. qui mort. sibi consciuer.
ante finem vers. quæro modo Petr. & alij anti-
qui relati per Alberic. de Rosat. de statut. lib.
3. q. 18. nu. 6. vers. an autem prædicta iura, &
hanc esse communem sententiam testatur Ias.
in d. l. 2. ad finem, nu. 11. versicu. extra glos. & ra
tio est secundum eum, quia talis se interficiens
ex hoc habetur pro confesso de delicto eo,
cuius metu, se occidit, vnde merito non de-
bet in plus teneri ex ista ficta confessione de-
licti, quam ex vera, & ideo non debet ammit-
tere bona, nisi quando ex delicto, de quo fuit
habitus pro confesso debuisset ea perdere, alio
quin plus operaretur ficta, quam vera confes-
sio, quod esse non debet, vt per ipsum Ias. ibi.
quā rationem, & nos supra late probauimus,
Et fuit consideratio Baldi in d. l. 2 nu. 5. versic.
& an Authen. quam vna cum dicto tanquam
communi sequitur etiam ibidem Corn. nu. 20.
vers. habes etiam, eandem opinionem sentit
Dec. d. cons. 438. sub nu. 2. vers. & huic conclu-
sioni, & in d. l. 2. sub nu. 13. vers. ex supradictis,
& nu. 14. vers. & posito, & expresse tenent Fol-
ler. in d. verbo, & si confitebuntur nu. 73. vers.
istis concurrentibus, Peregr. d. tit. 4. nu. 11. ver.
adde, quod prouisio noua, & nouissime De-
cian. d. c. 4. de pœnis sibi manus inferentis, nu.
3. vers. sed dubitatur, vbi dicit esse veram, &
communem sententiam, & probari eam di-
cta efficacissima ratione, quod si inferentis si
bi mortem bona nō alias publicabantur de iu
re digestorū, nisi crimen ob quod se occid-
foret tale, pro quo bona forent proscribeit
da, cum hodie nullo ex crimine bona publicen-
turn

tur excepto crimine lesæ maiestatis per d. Au-
then. sequitur necessario, quod mortem sibi in
ferens nullo casu ammittat bona, nisi in crimi-
ne lesæ maiestatis, vt ibi per eum, qui etiã respõ
det tenentibus contrarium.

Non tamen inutilis erit præcedẽs discussio,
& resolutio, quia potest seruire non solum in
casu lesæ maiestatis, in quo sublata non est con
fiscatio bonorum, vt diximus, sed etiam in
omnibus alijs casibus, in quibus ex statuto,
vel consuetudine imponitur pena confiscatio-
20 nis bonorum, pro vt imponi posse ex multo-
rum authoritate probat, & communiter te-
neri dicit Farinac. lib. pr. quæst. crimin. titu. de
delict. & penis quæst. 25. nume. 18. vers. limita
quarto propositam primam regulam, nihil
enim operatur d. Auth. bona damnatorũ, quan
do extant statuta, vel consuetudines locorum,
quibus non derogat vt in d. l. 2. sentiunt Bald.
in fine. Salyc. etiam in fine. Roman. pariter in
fine Castr. nu. 6. Alex. nu. 8. Ias. nu. 10. Corn. nu.
4. & 5. & apertius Dec. nu. 13. vers. ex supradi-
ctis infertur, vltra quod magna est controuer-
sia inter Doctores nume. d. Auth. bona damna-
torum corrigat indistincte omnia iura com-
munia antiqua bonorum publicationem im-
21 ponentia, & communis opinio videtur, quod
solũmodo corrigat dicta iura in illis casibus,
in quibus dicta pœna confiscationis bonorum
imponebatur tacite, & in consequentiam pę-
næ mortis naturalis, vel deportationis, in alijs
autem casibus, in quibus a lege antiqua spe-
cialiter, & expresse erat imposita bonorum
publicatio, remaneant ipsa iura antiqua in-
correcta, & non sublata per d. Authen. vt post
infinitos, quos adducunt tradunt Alberic. de
Rosat. de statut. lib. 3. quæst. 18. in princ. Clar.
in pract. crimin. q. 78. sub nume. 1. Farinac. d. q.
25. nu. 7. & 8. vers. limitando primo propositam
regulam, Carpan. in §. omnium in constitu-
tion. dominij Mediolan. titu. de iure, & priui-
leg. fisci. nume. 10. vers. inter ceteras, vbi late in
sistit, & plures de communi testantes refert,
licet quicquid sit de iure, totus mundus obser
22 uet, quod bona non publicentur aliquo casu,
nisi in crimine lesæ maiestatis Diuinæ, vel hu-
manæ, vel nisi statuto, vel consuetudine aliter
disponatur, vt per Alberic. de Rosat. d. q. 18.
nu. 13. vers. quicquid tamen sit, per Cępol. cõs.
crimin. 17. nu. 35. vers. nam dicit, per Clar. dict.
q. 78. sub n. 1. ver. sed certe, per Nouel. in pract.
crimin. super inquisit. contra rebelles nu. 6. per
Dec. cons. 442. nu. 6. per Bocri. decis. 264. num.
15. vers. & ideo per Vulpel. resp. crimin. 42.
nu. 1. & resp. 57. nu. 7. per Crauet. cons. 128. nu.
6. in fine vers. quinto dico, & per Carpan. vbi
supra nu. 13. & seq. vers. tamen quicquid sit de
iure communi, & per Farinac. d. quęst. 25. nu. 9.
& 10. ver. sublimitatur præcedens prima limita
tio, qui ceteros idem tenentes allegant, &
proderit etiam ad repellendum fiscum a peti-
23 tione confiscationis bonorum eorum, qui se
occidunt conscientia admissi criminis, & me-
tu futuræ sententię, vbi dictum crimen per eos
commissum erat tale, pro quo nec iure com-
muni, nec municipali, nec consuetudinario
bona poterant confiscari, si viuentes pro illo
condemnati fuissent, scio enim non semel in
similibus casibus fisci agentes prætendisse bo-
24 norum incorporationem, imo, & ex eo solum,
quod quis se ipsum interemisset absque eo quod
appareret de aliquo delicto per illum commis-
so, quasi quod ex ipsa sui occisione bona veni-
rent confiscanda, quod quantum a vero iuris
tramite alienum sit, prędicta ostendunt. Non
nego tamen, quin fiscus posset iuste præten-
dere publicationem bonorum etiam quando
quis mortem sibi consciuit non deprehensus
in aliquo delicto, nec de eo accusatus, aut in-
25 quisitus, sed dico, quod isto casu debet ipse
probare, quod defunctus commiserit delictum
& sic quod eius metu se ipsum occiderit ita
tradit Bart. in d. l. 3. dicto. § de illo in princ. sub
n. pr. per illum tex. tradunt Doctores omnes
in l. 2. C. qui testam. facer. poss. vbi præsertim
Bald. nu. pr. Salyc. nu. 3. Castr. nu. 1. 4. & 7. Alex.
n. 4. & 6. Ias. nu. 5. Corn. nu. 6. & Dec. nu. 16. Sa
lic. in d. l. pr. num. 2. C. de bon. eor. qui mort. si
bi consciu. Alberic. de Rosat. d. q. 18. sub nume.
Dec. Curt. Iunior. Socyn. Iuni. Parisi. & Fe-
rretus in consilijs præcitatis. Foller. in dicto ver
bo. & si confitebuntur sub nu. 70. post vers. Vi-
so de confessione. Hieron. de Laurent. dicta, de-
cis. 123. sub nu. 10. post vers. generaliter autem.
Mancharan. d. q. 22. num. 10. Peregr. d. titu. quar-
to nu. 2. vers. tu vero adde, vbi dicit esse com-
munem opinionem, & Didac. Canter. dicto. tit.
de homicid. num. 54. in princ. vers. sed dubium
est, & in fin. vers. aut se occidit antequam ca-
peretur, vbi etiam dicit, quod debet esse proba
26 tio plena, cum enim ex varijs causis posset
quis se interficere, & si tedio vitę, impatien-
tia doloris, pudore æris alieni, furore, insa-
nia, iactatione, magnitudine animi, vel alia
causa, quam sceleris conscientia, & pęnæ me-
tu, se interficiat, bona non sint publicanda
etiam de iure antiquo, vt in d. l. 3. in tota ff.
de bon. eor. qui mort. sibi consciuer. in d. l. pr.
& 2. C. eod. titu. in d. l. secunda. C. qui testam.
face poss. in dicta l. si quis filio. §. eius qui. ff. de
iniust. rupt. & irrit. fact. testam. & in dicta l. in
fraudem. §. eius bona el secondo. ff. de iure fi-
sci. Decian. dicto. c. 3. nu. 2. in pr. casu. Menoc. d.
casu 284. nu. 16. & 17. vers. secundus est casus,
& nume. 18. & seq. vers. tertius est casus, & ante
eum Doctores in d. l. secunda non debet præ-
sumi, quod ob delictum fecerit, sed a fisco pro-
bandum est, vt prędicti Doctores dicunt, &
multum clare Decius in d. l. 2. nu. 14. & melius
dicto, cõs. 438. nu. 1. & 2. Clar. d. q. 68. sub nu. 37.
& pulchre ostendit Decian. d. cap. 3. nu. 11. ver.
secundus casus est, apud quem eod. lib. ca. 2. la
tissime habentur omnes causæ, ex quibus quis
se ipsum potest occidere, & exempla ad sin-
gulas

gulas causas spectãtia, de qua relatius tractat
Petr.Ruir.dicta decis. Lituan.pr. post princ.ad
quos satis erit curiosos Lectores remittere. Et
debet esse tale delictum pro quo bona sint con
fiscanda vel iure communi nouissimo authen-
ticorum, vel statutario, vel consuetudinario,
vt dictum est, nec repeto, alias non obtinet fi-
scus; quod est notandum, quia vidi quosdam
errare, & isto casu quia delictum non erat de
ductum in iudicio, necessaria est accusatio, vel
27 inquisitio, & sententia declaratoria, quod me-
tu criminis se occiderit, vt punctualiter deci-
dit Salyc.in d.l.2. sub nu. 3. vers.1.casu, & ibi-
dem Corn.sub nu.9. post vers.ex quibus omni-
bus, Peregr.d. tit.4.ad fin. nu.12.vers.superest,
& antea Bar. in d.l.3.d.§. de illo, nume.3.vers.
quæro vtrum ad finem, licet quando quis se oc
cidit, postquam est deptæhensus in delicto, vel
de eo accusatus, vel inquisitus, non requiratur
aliqua sententia, vt per Alex.in ead.l.2. sub nu.
5.post versicu. & secundum hoc, & ibidem per
Corn.sub nume.9. post vers. ex quibus omni-
bus, & peregr.d.titu.in fine sub d.nu.12.post d.
vers.superest, & fuit opinio Bar.in d.l.3.d.§.de
illo nu.3.vers.quæro vtrum in princ.& Salyc.in
d.l.1.C. de bon. eorum, qui mort. sibi consciu.
sub num.3.vers.sed tunc quæro, quos sequitur
ad eos se remittens Foller.in d.verbo & si con-
fitebuntur, num.77.vers.sed quæro Anchar.d.
q.22.nu.13.In quo tamen contrarium tenet Di
dac.Canter.d tit.de homicid.sub num.53.ver.
aut locuimur in delictis, vbi dicit credere ve-
rius esse quod, & hoc casu absque sententia cõ
demnatoria fiscus non apprehendat bona siue
ex delicto, pro quo quis se interfecit simplici-
ter, siue ipso iure bona confiscentur, cum quo
conuenit Decian. d.lib.9.c.4.de pœn.sibi man.
inferrendis in ptin. sub nu.1.ad finem.ver.quin
to vt fiat, de quorum tamen opinione non est
curandum, cum habeamus communem in con-
trarium. Est tamen verum, quod si hæredes seu
venientes ab intestãto, vel propinqui, aut alij,
quorum interest, contradicant, & contendant
cum fisco, necessarium est, quod Iudex expresse
vel tacite super hoc pronuntiet, & non proba-
ta innocentia vel impunitate defuncti dicat nõ
obstantibus oppositis bona esse in fiscum incor
poranda secundum Salyc.in d.l.1.sub nu.3 post
princ. quem sequitur Peregr.d. tit. quarto ad
fin.sub d.nu.12.post.ver.super est, & sentit An-
car.d.q.22.sub.nu.13.

Durior autem esset conditio fisci quando
quis reperiretur mortuus, & nesciretur, an vo-
luntarie, & facto suo fuerit mortuus, quia sci-
licet sibi ipsi mortem consciuerit, an vero vio-
lenter ex facto aliorum, vel casu, vel ex aliquo
morbo superueniente, vt puta si reperiatur in
terra præcipitatus ab alto, vel in puteum deie-
ctus, vel in flumine submersus. nam his casi-
28 bus, & similibus creditur potius aliorum fa-
cto, vel casu, vel ex superueniente subito mor
bo eum mortuum fuisse, quam voluntarie mor
tem sibi intulisse, cum nemo præsumatur habe
re odio carnem suam, imo potius vehementer
amare, & quoquomodo sanguinem suum redi
mere, & cum rursus nemo præsumatur imme-
mor salutis æternæ, et propriæ animæ cunctis,
rebus mundanis anteponendæ, vnde fisco in-
cumberet onus probandi, quod se ipsum ille
sic repertus mortuus occidisset, alias non pos-
set bonorum confiscationem consequi, vt in
terminis de eo, qui fuit repertus præcipitatus
in puteum, consulendo tenuerunt Deci. Curt.
Iuni.Socin.Iuni.Patis, et Feret.supra citati, et
tradit Decian.d.c.3.nu.10.vers.primus est, qui
citat solumodo Deci. et Socin. et idem tenuit
ipse Dec.in d.l.2.C.qui testam.fac.poss.nu. 13.
et seq.vers.ex supradictis, idem etiam consulit
Vulpel. in eo, qui in fonte publico repertus
fuit mortuus.d.resp.1.vbi nu.21.et seq.ver.prę
terea ex quo, ad hoc adducit Dec. et Ferett. Et
deberent dictæ probationes fisci esse multum
claræ, & non dubiæ, cum in contrarium sit præ
sumptio naturę, vt præfati Doctores testantur,
& loquitur Vulpellus resp. 1.etiam eo casu,
quo sic repertus mortuus erat iam imputatus
de delicto, quia & tunc constare debet, quod a
semetipso mortem sibi dederit, & ita etiam vi
detur, cum hac sui ipsius occisione dicatur fa-
teri delictum, de quo imputabatur, & non suf-
ciat ad hoc, quod mortuus sit repertus, sed ap-
parere debeat, quod se occiderit, nec alias de
hoc delicto vlt. per quod primum videtur con
fessum dici possit constare, vt colligitur ex De-
cio in dictis locis, & ex alijs cum eo in eodem
casu consulentibus.

EPITOME.

An, & quando confiscatio bonorum de linquentis trahatur ad bona extra territorium confiscantis posita, & vbi ad ea trahitur, an spectent ad Dominum confiscantem, an vero ad Dominum Territorij, in quo sita sunt, & de alijs in hac materia admodum vtilibus, & necessarijs.

SVMMARIA.

CONFISCATIO bonorum non extenditur ad bona posita in alio territorio, quam Iudicis confiscantis iuxta magis communem opinionem, nume.1.

Ampliatur etiam si vtrunq; territorium subsit eidem Domino, dummodo iurisdictiones sint distinctę, & separatę nu.2.

Item procedit dicta conclusio, etiamsi in dicto alio territorio adesset simile statutum, seu ius speciale imponens pro eodem delicto publicationem

bonorum

bonorum secundum Communem, nu. 3.

Confiscatio facta in vno territorio, tunc trahitur ad bona posita in alio territorio quando vtriusque territorij vnus est Dominus, & ide fiscus, & viget eadem constitutio in vtroque territorio, idq; ab omnibus receptum esse ostenduur nu. 4.

Et ibidem, quod executio confiscationis fit per procuratorem fisci illius loci in quo sunt bona.

Confiscatio bonorum facta vigore iuris communis trahitur ad bona sita in alio territorio, quam confiscantis, nu. 5.

Et eo casu quilibet fiscus occupat bona sui territorij, & ita seruatum fuisse testatur Author in crimine haeresis, & lesa Maiestatis iuxta Auth. bona damnatorum, nu. 6.

Confiscationis sententia cum simpliciter confiscantur bona delinquentis, ita vt non censeantur publicata bona alterius territorij, si delinquens sit quoquomodo subiectus dicto alteri territorio potest ibi fieri nouus processus, & noua condemnatio, & eius virtute bona ibidem sita confiscari, nu. 7.

Confiscatio bonorum facta in territorio delicti non trahitur ad aliud territorium, nisi Reus condemnatus sit illi suppositus ratione originis, vel domicilij. 8.

Iudex admonetur, vt in sententia confiscationis. bonorum vtatur verbis generalibus confiscando omnia bona vbicunque existentia. nu. 9.

Sententia vel statutum simpliciter confiscans bona delinquentis de bonis in eius territorio positis duntaxat intelligitur, nu. 10.

CASVS CENTESIMVS TRIGESIMVS OCTAVVS.

1 CONFISCATIO bonorum delinquentis facta per sententiam Iudicis ex aliquo delicto non extenditur ad bona posita in alio territorio, quam confiscantis quando iurisdictiones sunt distinctae & separatae, & bursae fiscales sunt pariter distinctae, & separatae & confiscatio fit non de iure communi, sed de iure speciali, seu proprio loci Iudicis confiscantis, vt quia vigore statuti bona veniant publicanda ex aliquo delicto, pro quo alias de iure communi non veniebant confiscanda, ita concludit Bart. in l. cunctos populos ad fin. sub nume. 51. ver. hoc praemisso C. de summa Trinit. & fid. Cathol. quem sequuti fuerunt Nellus in tract. de bannitis in pr. parte secundi tempor. quaest. 17. Angel. in tract. de malefi. in verbo, & eius bona publicamus, nu. 5. ver. quaero bona, & ibi etiã August. de Arimin. in additionibus sub eodem num. 5. & seq. Boss. in pract. crimin. titu. de bonor. publicat, nume. 62. vers. quaero quando, vbi dicit esse communem opinionem Clar. dicens pariter esse communem in pract. crimin. quaest. 78. sub nume. 27. vers. sed hic quaero nunquid sententia publicationis bonorum Farinac. lib. pr. quaest. criminal. tit. de delict. & poen. quaest. 25. nu. 99. ver. quarta fit conclusio, vbi refert quosdam alios idem tenentes, & testatur non solum esse communem sententiam, sed etiam nullam habere difficultatem. Addo ego, quod eandem opinionem firmant Alberic. de Rosat. de statut. lib. 3. quaest. 2. Castr. cons. 320. primum quaesitum habet duo dubia in primo dubio col. 2. sub nume. 2. & 3. vers. breuiter licet ista lib. primo inquiens, quod ita stat determinatio Doctorum, cui contradicere temerarium videtur Ludouic. Bolognin. co ns. 5. in pr. dubio, nume. 5. & seq. vers. nihilominus praedictis non obstantibus, aiens, quod Doctores in hoc magis communiter sunt concordes, & quod ista est veritas, Alex. cons. 31. sub nume. 3. vers. & ideo dicunt lib. primo. Vulpel. respons. crimin. 54. nu. 6. respons. 57. nu. 7. respons. 73. nume. 1. & respons. 142. nu. 4. asserens vbique esse receptam a Doctoribus opinionem, & Hort. Carpan. in coment. ad §. omnium in constitutionibus. Dominij Mediolan. tit. de iure, & priuileg. fisci. in verbo vbique sita sub nu. 464. vbi pariter dicit de communi, & plures eam tenentes allegat.

2 Quinimo & si bursa fiscalis esset vna, & eadẽ in effectu, & vnus, & idem Dominus, si tamen territoria sunt diuersa, & Iurisdictiones distinctae, & separatae, & confiscatio fiat nonde iure communi, sed speciali vt supra, ad huc procedit praedicta, conclusio quod nec tũc porrigitur confiscatio ad bona sita extra territorium iudicantis, vt tradit Bart. in d. l. cunctos populos, sub eodem vers. hoc praemisso, vbi hoc exemplificat in eo, qui vigore constitutionum Marchię esset condemnatus in poenam confiscationis bonorum, & haberet bona in d. Marchia, & in Ducatu, in quo non vigeret dicta constitutio, nam hoc casu confiscatio non trahitur ad bona existentia in Ducatu, nec extenditur extra territorium, ad quod se protendit constitutio, quę localis est, & Iudex, qui in confiscatione bonorum fundat se in constitutione particulari suae iurisdictionis non intendit vlterius progredi, quam ipsa constitutio extendatur, licet vtrunq; territorium sit sub eodem Domino, & subiectum Romanae Ecclesiae in temporalibus, & Bartolum sequuti fuerunt Nellus, Angel. de malefic. August. de Arimin. Boss. & Clar. in locis citatis, quos sequitur Farinac. d. q. 25. nu. 96. ver. secunda fit conclusio, vbi ait, quod ista opinio adeo est communis, quod nullus ab ea dissentit Carpan. vbi supra nu. 463. vers. quod aut iurisdictiones, & dicit Boss. vnum, quod ab alijs non legi consideratum, quod scilicet hoc procedit etiam quod in eo alio loco puta. (retinendo exemplum Bartoli pro faciliore in-
3 telligentia) in Ducatu ad sit simile statutum, seu ius speciale pro eodem delicto imponens publicationem bonorum, quia nec isto casu publicatio Iudicis Marchię porrigitur ad bona Ducatus, ex quo facta est vigore constitutionis

tionis Marchiæ, quæ localis est, & non potest extendi extra suam iurisdictionem, & idem ius, quod viget in Ducatu, non sumit authoritatem a dicta constitutione, cuius virtute processit confiscatio, sed robur habet proprio iure ipsius Ducatus, cuius vigore non agitur. Est verum quod Clar. hoc casu credit indistincte omnia bona applicari fisco, si dicta territoria quantumuis separata, essent sub eodem Præside Prouinciæ, cum idem sit Dominus vtriusque territorii, & sic idem fiscus, & ita plerunque in Ducatu Mediolani obseruari vidisse testatur, & illum refert Farinac. d. quæst. 25. num. 97. in fine secundæ conclusionis. versicu. vide tamen, quæ obseruantia, vt vides iure sustineri nō potest per dictum illud Bossij, quod videtur sumptum ex Bart. in d. l. cunctos populos, si bene eius verba considerentur, & militant eędem rationes, quæ procedunt, quando in alio territorio non adest idem ius, cum, & hoc casu prouisio, per quam Iudex confiscat bona, sit particularis illius loci, & non possit porrigi extra territorium suæ iurisdictionis, nec moueatur ex eadem lege in d. alio territorio vigente, ad confiscationem faciendam, Carpa. tamen in loco citato nume. 465. versicu. dempto vno capite, videtur sequi Clarum, licet non negent Bart. opinionem a Bossio sequutam communem esse, imo, & refert Cephal. idem cum Bossio tenentem.

Subdit tamen Bart. vbi supra, quod in dicto
4 casu, quando scilicet bursa fiscalis est vna, & eadem, & vnus, & idem Dominus, territoria autem diuersa, si in vtroque territorio vigeret eadem constitutio, seu eadem lex, aut idem Decretum, vel proclama, & cōmune esset vtrique territorio eiusdem Domini, qui legem vniuersalem in toto suo Dominio facere voluisset, confiscatio facta per Iudicem vnius territorii vigore talis prouisionis generalis trahitur ad bona posita in alio territorio, in quibus fit executio per officialem, seu procuratorem fisci loci, in quo illa sunt, & dat exemplum in pluribus Iudicibus deputatis ab vno Rege per diuersa territoria Regni, quia si vnus publicat bona delinquentis secundum constitutionem Regalem vigentem in toto regno, omnia bona, quæ sunt in Regno dicuntur publicata, quam opinionem sequuntur Nellus, Angel. de Malefic. August. de Arimin. & Boss. in locis relatis Carpan. d. nume. 463. versicu. quod aut iurisdictiones, & Farinac. d. quæst. 25. numero 98. versicu. tertia sit conclusio, vbi ait communiter esse receptam ab omnibus, quia cessant rationes alias prohibitiuę huiusmodi extensionis ad bona extra territorium iudicantis: quod est notandum, quia sæpe potest contingere de facto, quando vnus, & idem Dominus habet sub se diuersas prouincias, & plura territoria separata, ac multas iurisdictiones distinctas, & maxime quando domiuia sunt contigua, vel vicina, & homines unius territorii solent habere stabilia in alio.

5 Confiscatio autem bonorum delinquentis facta per sententiam Iudicis ex aliquo delicto non de iure speciali, seu proprio loci, sed de iure communi trahitur ad bona sita in alio territorio quam confiscantis, etiam si territorium, & iurisdictiones sint separatæ, & distinctæ, & bursæ etiam fiscales sint separatæ, & distinctæ; quia non vnus, & idem sit Dominus vtriusque territorii, sed diuersi, vnus vnius, & alter alterius secundum Bar. in d. l. cunctos populos, sub d. versic. hoc præmisso, quem sequuntur Nellus, Angelus de malefic. August. de Arimin. Boss. & Clarus supra relati, Carpan. in d. verbo vbique sita nu. 464. versicu. si autem iurisdictiones, & Farinac. d. quæst. 25. nu. 100. versicu. quinta sit cōclusio, vbi etiam adducit Cepol. consi. crim. 17. num. 37. & seq. versic. item aliud dubium, & alios de communi testantes, quibus addo Nouellum in pract. crimin. super inquisit. contra rebelles nu. 7. folio mihi 205. Bertazzol. consil. crimin 82. num. 6. vers. hoc præsupposito lib. pr. dicentem esse receptissimam Doctorum sententiam, Roland. a valle consi. 78. nume. 14. & seq. lib. secundo, consi. 21. num. 17. cōsi. 37. num. 16. consi. 80. nu. 39. lib. quarto. Decian. in tract. crimin. lib. quarto cap. 29. nu. 18. versi. sed an, tomo pr. & ante istos Bald. cōsi. 39. in princ. quod est repetitum consi. 341. lib. quarto, & Alberic. de Rosat. de statut. lib. 3. quæst. 2. supra allegara, spectantque hoc casu bona extra territoriū Iudicis confiscantis posita non ad dominum confiscantem, sed ad dominum, seu fiscum loci, in quo sita sunt, quia vnusquisque fiscus oc-
6 cupat bona sui territorii, vt concludit Bart. in sæpe allegata l. cunctos populos ad finem, quē approbant Angel. de Malefic. & Boss. prædicti, Alex. consi. 31. nu. 1. lib. pr. & plures alii relati per Nellum, & per Augustin. de Arimini supra citatos, qui tamen aliter videntur sentire, & non bene, vt aduertit Farinac. d. quæst. 25. n. 101. versicu. sexta sit conclusio, qui plures cum Bartolo tenentes adducit, & ab eius opinione veluti communi non esse recedendum dicit, cum qua concordare etiam inuenio Alberic. de Rosat. de statut. lib. tertio d. q. 2. qui pulchre loquitur, & Guid. Pap. decisi. 76. si in terra alicuius col. secūda versi. alia vero extra Delphinatum, & ita etiam videntur intelligendi Castr. d. consi. 320. col. 2 versicu. si vero expresse disponit, & Bolognin. d. consi. 35. sub num. 6. versic. si vero expresse, & Crauet. consi. 128. in prin. nu. 1. & tradit Bertazzol. d. consi. crimin. 82. n. 6. versi. hoc præsupposito lib. pr. inquiens esse receptissimam Doctorum sententiam, & voluerunt Bald. d. consi. 39. repetito dict. consi. 341. nu. 2. lib. quarto Roland. a Vall. in allegatis quatuor consiliis, Carpan. d. n. 464. Decian. d. cap. 29. nu. 18. & plures alii, qui consulto ommittuntur. Et ita vidi obseruari Florentiæ in crimine hæresis, quia fiscus habuit bona ibi existentia, quæ fuerunt cuiusdam cōdemnati Ro-

mæ de hæresi, & idem seruatum scio in Luni-
giana in crimine læsæ maiestatis commisso cō-
tra Marchiones Malaspinas de Muiaccio, quia
bona rebellium alterius territorii, quam dicto
rum Marchionum peruenerunt ad Dominum
territorij, in quo sita erant, & ad istos duos ca-
sus tantum applicari potest ista conclusio, cum
hodie iure nouissimo non publicentur bona
condemnatorum ex dispositione authen. bona
damnatorum, C. de bonis proscript. nisi pro
crimine hæresis, & læsæ maiestatis, vt ibi no-
tant Doctores, & dixi in præcedenti casu 137.
post versic. non tamen inutilis, & notant Clar.
d. quæst. 78. in princip. sub num. 1. Farinac. d. q.
25. num. 10, 11. & 12. & in proposito nostro, nu.
95. in prima conclusione, & Crauet. consi. 128.
sub nu. 6. in fine.

Quæ conclusio magis de plano procedit si
territoria diuersa sint, sed bursa fiscalis sit in
effectu vna, & eadem, quia idem sit Dominus
vtriusque territorii, quia tunc facilius confisca
tio facta per sententiam Iudicis vnius territo-
rij non iure speciali, sed communi trahitur ad
bona alterius territorij, vt post Bart. in d. l. cun
ctos populos, volunt Nellus, Angel. de Malefic.
August. de Arimin. & Boss. in locis præallega-
tis Carpan. vbi supra, num. 463. versi. quod aut
iurisdictiones, & Farinac. d. quæst. 25. numero
95. versic. prima sit conclusio, qui nonnullos a-
lios refert, & asserit non solum esse communē,
sed nec habere cōtradictorem, & subdit, quod
hoc casu fiet executio per officiales illius loci,
vbi bona sita sunt, quod etiam voluerunt Bart.
Nellus, Angel. de Malefic. Augustin. de Atim. &
Boss. multoties allegati, & hoc nullam patitur
difficultatem, & quando in his casibus, in qui-
bus locus est publicationi bonorum in terri-
torio alieno sitorum, si uerba sententiæ confis-
cationis non essent talia, vt vigore eorum cen
serentur publicata bona alterius territorij,
quam Iudicis confiscantis, sed potius videren-
tur complecti tantummodo posita in ipso iudi
7 cantis territorio, quia simpliciter confiscaren-
tur bona deliquentis, vt infra dicetur, si delin-
quens esset quoquomodo subiectus dicto alte
ri territorio, puta ratione originis, vel domici
lij, poterit ibi fieri nouus processus, & noua cō
demnatio, & eius virtute bona ibidem sita con
fiscari, ita in indiuiduo tenet Boss. d. tit. de bo-
nor. publicat. numero 65. vers. & aduerte, quan
do publicatio, & ante eum idem voluit Nel-
lus in adducta, quæst. 17. in fine, versic. si vero in
Ciuitate in qua fuit bannitus, & Boss. sequitur
Carpan. loco citato, numero 466. versicu. qui-
bus distinctionibus, & ita etiam post Nellum,
& ipsum Boss. tenuit Prosp. Farinac. d. quæstio.
25. sub num. 101. versic. sexta sit conclusio in fi-
ne, qui tamen non perfecte recenset dicta Nel
li. Nam verum est, quod supra dictū est autho-
ritate ipsius Nelli, & Bossij, sed procedit solum
8 modo, quando fuit factus processus, & sequu-
ta condemnatio in loco commissi maleficii, in
quo Reus alia ratione non sortiebatur forum,
nam si fuisset subiectus loco confiscanti, & cō-
missi delicti etiam ratione originis, vel domici
lii non posset tunc alia Ciuitas habens bona in
suo territorio ea auferre aliquo iure, cum sen-
tentia ea illi non tribuat, nec ex nouo proces-
su possit eadem consequi, non valens agere cō
tra sibi non suppositum, vt dicit Nellus d. quæ-
stio. 17. ad finem, versic. si vero loquimur in ban
nito, quod ultimum dictū ampliat additio ad
Alberic. de Rosate, d. q. 2. procedere etiā quod
delictum commissum sit contra personam dicti
Territorii, in quo sita sunt bona, nā adhuc non
posset Iudex, seu fiscus talis territorii confisca
re bona delinquentis alibi, & sibi non supposi
ti, de qua re ad aliud propositum mentionem
feci casu 3. & hæc sunt menti tenenda per Iudi
ces, ut ad euitandas difficultates vtantur uer-
9 bis generalibus confiscando huiusmodi delin-
quentium bona omnia ubicunque existentia,
& in quauis mundi parte posita, ut ex ui uer-
borum condemnationis fiscus alterius territo
rii possit capere bona ibi posita, & ne alias Iu-
dex alterius territorii, cui ratione originis, vel
domicilii suppositus sit Reus, cogatur nouum
processum facere, & nouam ferre condemnato
riam sententiam. Ciuitas uero, quæ aliquo mo
do reum non habet subditum eius iurisdictio-
ni amittat bona in suo dominio posita, cum ta
men omnia fuissent ex commisso delicto publi-
canda iuxta superius allegata, & intelligitur
sententia confiscare bona delinquentis sita in
alio quam confiscantis territorio, quando id
exprimit, uel taliter loquitur, quod uerba cō-
plectuntur etiam bona alibi posita, nam si sim-
pliciter bona deliquentis confiscaret, de sitis
10 in territorio ipsius confiscantis tantum intel-
ligeretur, prout & statutum simpliciter confis-
cans bona delinquentium de sitis in eius terri
torio solum intelligi debet, ut per Carpan. ubi
supra, in uerbo ubique sita in prin. nu. 456.

EPITOME.

De varijs corporibus monstruosis tam formam humanæ naturæ, quam animalium irrationalium habentibus, & an pro hominibus, an vero pro bestiis habeantur, & potissimum in materia legis, aut statuti occisores hominum, seu homicidas punientis.

SVMMARIA.

Partus monstruosi, qui contra naturalem hominis formam eduntur, ostentosi, & portentosi vocantur, num. 1.

Ostentorum, & prodigiorum varia genera referuntur, num. 1. & 2.

Prodi-

Prodigioſi partus, vnde eueniant ex ſententia gloſſæ. numero 3.

Partus contra formam humani generis procreati non dicuntur liberi.4.

Monſtruoſus homo ex eo, quia habet plura, vel pauciora membra eſt homo, quia eſſentia hominis eſt anima.num.5.

Declaratur id procedere, quando huiuſmodi partus habent formam hominis, ſecus ſi habeant caput animalis quia tunc non eſt homo. numero 6.

Occidens hominē monſtruoſum habentem formam hominis punitur vt homicida, non ſi habeat caput animalis.ibidem.

Monſtrum, an ſit homo, diiudicandum eſt ex anima rationali num. 7.

Angeli ſententia de quodam monſtro habente caput ex oppoſito cum facie verſus ſpatulas damnatur. numero 8.

Monſtrum habens duo capita formæ humanæ dicitur homo, & habetur pro filio, non ita ſi capita ſint animalis irrationalis n.9.

Forma hominis in facie potiſſimum conſiſtit numero 10.

Baptizandus eſt partus monſtruoſus, quoties habet effigiem hominis, ſecus ſi habeat contrariam formam homini.nu.11.

Monſtrum habens duo capita, duas videtur habere animas, & ideo tanquam duo homines debent baptizari ſeparatim, & quilibet per ſe numero 12.

Quid ſi habeat vnum caput, quatuor manus, & quatuor pedes, nec non duas ſpinas in dorſo ibidem.

CASVS CENTESIMVS TRIGESIMVS NONVS.



Voniam aliquando fataliter ex Diuina voluntate, ſeu per-
1 miſſione a prægnantibus mulieribus monſtruoſi partus contra naturalem hominis formam eduntur, vel quia retenta hominis natura habent plura, vel pau-
2 ciora membra, vel ea ſuo loco non collocata, puta, tres pedes, tres manus, duo capita, vnum pedem, vnam manum, oculos retro, vel in pectore, vel in fronte, aures ſupra tempora, vel aliam corporis partem naturæ humanæ contrariam, qui partus proprie dicuntur oſtentoſi, & portentoſi, vt in l. oſtentum 38. in princip. & in l. quæret aliquis 135. in princip. ff. de verborum ſignific. cum vbique notatis per gloſſ. & Alciat. & in l. quod dicitur, ff. de liberis, & poſthum. cum ibi notat. per Bald. Caſtr. Alexand. Iaſ. & alios, quibus adiungi poſſunt, qui aſininis auribus naſcunt, de quibus meminit Alciat. in d. l. quæret aliquis, & qui in figura humana, ſed voce inhumana eduntur, & vt dicit tex. in d. l. quæret aliquis vagitu nouum, ideſt ſecundum gloſ. ibi mugientes, vt bos, uel ſuculus, quod & Alciat. ibidem admittit, vel quia non humana figura retēta, ſed ab homine omnino diſcrepante formam animalis potius irrationalis habeant, qui proprie prodigioſi partus dicūtur, vt in dicta l. oſtentum, in fine, verſicu. alterum cum quid prodigioſum videtur, ubi gloſ. exemplificat in Vitulo, & in l. penultima. C. de poſthum. hæredibus inſtituend. uel exhæred. ad finem, & ibi gloſſ. fin. & Salycet. dum loquuntur de huiuſmodi partu per mulierem conce-
3 pto coeundo cum beſtia, pro vt expreſſius dixit gloſ. ſtatim citanda, & in dicta l. quæret aliquis in illis verbis, non humanæ figuræ, ſed alterius magis animalis, quam hominis partū, vbi gloſ. fina. dicit id euenire, vel ex coitu per mulierem habito cum animali irrationali, uel ex cogitatione tempore conceptionis, de quo latè ibi tractat Alciat. qui poſt princip. in uerſic. alia ſpecies eſt exemplificat in Minotauro, & refert legi Mulierem alias ſerpentem peperiſſe, & quoſdam caninis capitibus editos eſſe.
4 Et iſti cum contra formam humani generis cō uerſo more procreentur, liberi non dicuntur, vt eſt tex. in l. non ſunt liberi, ff. de ſtat. homin. ubi gloſ. exemplificat in Vitulo, & tradit gloſſ. in d. l. quod dicitur in gloſ. fin. ff. de liberis, & poſthum ubi Iaſ. num. 12. uerſic. item intellige exemplificans in naſcente cum capite uituli, uel equi, & ibi omnes alij loquentes in edito in figura animalis irrationalis, & non hominis, prout Caſtr. qui meminit de nato cum capite Vituli.

Quæri poteſt, an occidens huiuſmodi corpus monſtruoſum teneatur ex lege communi, uel Municipali puniente interficientem hominem, ſeu homicidam. In qua quæſtione Bald. in d. l. quod dicitur, num. 2. & 3. dicit, quod monſtruoſus homo eſt homo, quia eſſentia hominis eſt ab anima, & ſpiritu, & ideo occidens hominem monſtruoſum debet puniri, ſicut occidens hominem formoſum per illam legem, dū loquitur de non integro partu edito cum ſpiritu tamen, teſtamentum rumpente, intelligens partum non integrum, quia careat una manu, uno pede, uel ſimili membro, quod di-
5 ctum uerum intelligunt alii, quādo partus habebat formā hominis, licet haberet plura, uel pauciora membra, quam debuiſſet, ut homo,
6 habere, ſecus autem ſi habebat caput animalis, quia, tunc non erat homo, & ideo eum occidens, ut homicida non punitur, ita concludit Ioan. de Imol. in eadem l. quod dicitur, num. ſecundo, poſt Angel. ibidem, quos ſequitur Angel. de malefic. in uerbo, & ex interuallo, nu. 9. uerſ. quid autem ſi hominem monſtruoſum interficit, & idem per omnia ſequendo Ang. tradiderunt in d. l. quod dicitur Alex. num. 2. uer. nota ſecundum Bald. & Iaſ. numero 12. uerſic. ſecundo principaliter poodera, & uer. item intellige textum. Aliter tamen videtur dicere Auguſt. de Arimin. in additio. ad Ange. de malef. in loco citato, ubi inquit, quod corpora, quę

assimilantur animalibus irrationalibus vocantur prodigiosa, & si habent animam rationabilem, licet sint corpora contra naturam ædita, dicuntur homines, & proinde occidens tenetur pena imposita homicidæ; alias vero se-
7 cus, & cum hac opinione ego transeo, quia in effectu quando constat, quod corpora habent animam rationabilem, sunt homines, licet sint monstruosa, & contra naturam procreata. Ex quo inferri potest, quod non rectè senserit An
8 gel.in d.l.quod dicitur, dum voluit quod partus monstruosus habens caput ex opposito cũ facie versus spatulas nõ est homo, quia hoc nõ est verum, si alias habet effigiem humani corporis vt dicit Ioan. de Imola ibi in fine, quem sequi videtur Alex.ibidem, sub nume. 2. ad fin. licet pro Angelo dicat facere gl.in d.l. quæret aliquis, volentem, quod habens oculos retro nõ dicitur homo, sed monstrum, vel prodigiũ, & idem probare tex. in d.l.non sunt liberi, in versic.conuerso more procreantur, quæ inductio, pace tanti viri, non concludit pro dicto Angeli, quia gl.in d.l.quæret aliquis, nõ dicit, quod nascens cum oculis retro non sit homo, sed quod est homo monstruosus, & d.l.nõ sunt liberi, volens non haberi pro liberis, qui contra formã humani generis conuerso more procreantur, intelligitur, quando edita corpora sunt prodigiosa, & glos.exemplificat in vitulo, prout etiam faciunt ibi Doctores omnes loquentes de nascente in forma animalis irrationalis, & licet eadem gl.statim idem dicat in corpore habente duo capita, & eam sequatur Castr.in d.l.quod dicitur, in princ. versi.in tex. ibi si non integrum ff. de liber. & posth. quasi quod talis partus non dicatur habere formam
9 humanam, tamen hoc intelligendum videtur, quando capita essent animalis irrationalis, nã si essent hominis haberetur pro filio, & vbi habens formam hominis etiam animam habere præsumeretur, & homo diceretur, vt notat Bal.in d.l.non sunt liberi, in lectura, & in dua-
10 bus additionibus, vbique in prin. vbi etiam in prima additione in fine ait, quod esset baptizandus, quia sufficit, quod habeat formam hominis, quę maxime in facie cõsistit, & ibi latius confirmat Apostilla, quæ præcise loquitur in partu duo capita humana habente, & adhunc effectum baptizandi partus sufficere quod par
11 tus monstruosus habeat effigiem hominis, dixit Ioan.de Imol.in d.l.quod dicitur, in finalibus verbis. Quod si capita plura, vel vnũ essent non formæ hominis, sed animalis irrationalis, talis partus non censendus esset homo, & vti non habens figuram hominis, nec animam habere diceretur, vt pulchris rationibus ostendit Bald.in d.l. non sunt liberi, in lectura, & in dictis duabus additionibus, in pr. quarum subiicit in fine, quod ideo nõ debet baptizari, cum habeat contrariam formam homini, & videtur de mente Imol. in d. l. quod dicitur in fine, & clarius constat ex apostilla ad Bald.in d.l. non sunt liberi, quæ amplius vult, quod si cognosca
12 tur partus habere duas animas, ut quia habeat duo capita, quatuor manus, quatuor pedes, duas spinas in dorso, & huiusmodi, debēt baptizari tanquam duo homines, & quilibet separatim, & de per se, & subdit, quod si dubitetur an sint duæ animæ, an uero una tãtum, quia habeat quatuor manus, quatuor pedes duas spinas in dorso, & huiusmodi, sed unum tãtum caput, credit quod debeat baptizari principalis absolute, & alius postea sub conditione si non es baptizatus ego te baptizo, & cętera, & ita etiam in hoc puncto tenet Bartholom.fum. in summa aurea armilla in uerbo baptismus §. 53. uersicu. quando baptizatus monstrum, quã tamen disputationem circa baptismum Sacræ Theologiæ scriptoribus libentissime relinquo, contentus his paucis ad propositam quæstionem facientibus.

EPITOME.

De mobilibus captis in bello, siue inter Christianos, & Turcas, vel Saracenos, aut similes, siue inter Christianos, & alios Christianos inito, an sint capiẽtium, & de eorum diuisione, & de recuperatis per prius captis ab hostibus, an, & hæc sint recuperantium, an vero priorum Dominorum, & quid si sint de pertinentibus ad vsum belli, quidve in personis captis, vel recuperatis, quidque demum rebus, vel personis captis per Piratas, Turcas, & postea recuperatis.

SVMMARIA.

Mobilia in bello capta fiunt occupantium, numero 1.

Sed consignari debēt Duci belli, vt inter milites distribuat secundum merita. nu. 2.

In ea distributione ratio maior habenda est eorum qui pugnæ quam qui prædæ intenti fuerunt, numero 3.

Idque obtinet in ipso belli conflictu, nam in incursionibus ij duntaxat qui prædæ interfuerunt participare debent. nu. 4.

Item qui auxilium, aut fauorem præstiterunt, cuius rei facti species refertur. nu. 5.

Immobilia in bello capta fiunt Principis, cuius nomine bellum geritur. nu. 6.

Capta ab hostibus quoties recuperantur, an restituenda sint prioribus dominis, an autem diuidenda inter recuperantes late traditur eleganti distinctione, numero 7.

Præda intra hostium præsidia ducta, idest ad loca ve-

tis-

verisimiliter tuta, & secura, effecta est ipsorum capien tium, & desinit esse in dominio eorum, quibus ablata fuit, adeo vt illamet recuperanti concedatur, tan quam res hostium, ne c restituatur priori Domino, nu mero 8.

Mobilia ius postliminij habentia non conceduntur recuperantibus, sed restituuntur prioribus dominis. numero 9.

Mobilia ius postliminij habẽtia, sunt naues onerariæ, currus, & quadrigæ, atque alia quædam de quibus ibidem, num. 10.

Mobilia in bello capta fiunt occupãtis etiam si bellum geratur inter ipsos Christianos, dummodo bellum sit iustum. num. 11.

Capti in bello inter Christianos, & infideles gesto, hinc inde efficiũtur serui postquam ducti sunt intra presidia inimicorum nu. 12.

Idem a captiuitate liberati ius postliminij habent, & non efficiuntur recuperantium nu. 13.

Idem etiam in seruis locum habet. n. 14.

Capti in bello, quod inter Christianos factum sit, non efficiuntur serui, sed loco seruitutis successit iugum carceris, & redemptionis, seu taleæ. numero 15.

Bellum inter Christianos plusquam ciuile est, quoniam omnes sunt fratres. nu. 16.

Talea debet esse talis, vt verisimiliter solui possit. numero 17.

Et ibidem, quod capti inhumaniter tractari non debent.

Talea non excedat trientem bonorũ illius, qui captus est num. 19.

Capti a Piratis Turcis efficiuntur serui, habetque in illis locum ius postliminij. nu. 19.

Bellum a Christianis semper indictum intelligitur Turcis, nume. 20.

Factum refertur de captis a Piratis, & ab amicis incõtinenti recuperatis. num. 21.

Captiuitas quo in casu locum habeat exstante bello numero 22.

Indos ab Hispanis iure subiectos, & quo iure. numero 23.

Hostes habent iura postliminij in recuperatis a nobis, sicut & nos in recuperatis ab illis, n. 24.

CASVS CENTESIMVS QVADRAGESIMVS.



1 Obilia capta in bello fieri occupantium nullus dubitat, quia adsunt textus aperti in l. naturalem §. fin. in l. transfugam, ff. de acquir. rer. domin. in l. pr. in fine principii, ff. de acquir. possess. in l. si quid in bello, in princ. ff. de captiu. & postlim. reuers. & in §. item ea. Instit. de rer. diuis. & tradunt glossæ, & Doctores in dd. locis, & in aliis infra citandis, debent tamen præsentari, & consignari Duci bel
2 li, & per eum inter milites diuidi, & distribui secundum eorum merita, Bart. in d. l. si quid bel lo nume. 3. Alex. in dict. l. pr. ff. de acq. possess. in quarto not. & ibidem Ias. pariter in quarto notabili Socin. in pr. lect. in secundo notabili, & in secunda lect. in tertio notabili Salyc. in l. ab hostibus, la seconda num. 6. versicu. cõtra prædicta C. de captiu. & post lim. reuers. sensit Alciat. consi. 5. multæ oppositiones. nume. 19. & 20. lib. septimo Ioannes de lignano in tract. de bello cap. 64. Petrin. Bellus in tract. de re milit. parte secunda tit. 18. qui est vltimus nume. 2. 3. & seq. versicu. item quod dictum est, & nouissime tradit Vincent. de Franch. decisi. Neap. 268. capta in bello num. 2. in secunda parte qui alios refert, & videtur tex. in l. penult §. simili
3 etiam modo C. de donat. in qua quidem distributione, quando capta sunt in bello, & eius conflictu admittendi sunt non solum hi, qui personaliter prædę interuenerunt, sed etiã qui pugnæ interfuerunt, imo plus merentur boni pugnatores, quam inimicorum mortuorum expoliatores, maxime, quia si non extitissent, qui acerrime pugnassent, alii prædam nõ fecissent, sed imo ipsimet spoliati, & forsan interempti ab inimicis fuissent, vt dicunt Alex. Ias. & Socin. supra citati, & expressius Salycet. in d. versicu. contra prædicta, qui etiam considerat, quod sicut hoc casu periculum vitæ est omnibus commune, ita, & commodum commune esse debet; secus autem, quando capta
4 sunt in discursu territorii, quia tunc qui prædę tantum interuenerunt, de ea participare debent secundum Salycet. in eodem versicu. contra prædicta, quẽ sequitur Vincent. de Franch. d decisi. 26, num. 3. dicens post alios per eum citatos esse pulcherrimam, rationabilemque
5 distinctionem, & hi, qui eis auxilium præstiterunt vt Salycet. subdit sub eodem nu. 6. versic. & idem dicerem, qui dat exemplum quando multitudo militum facit vnam cautelam, & aliqui vadunt discurrendo territorium; alii vero firmi manent in aliquo loco pro eorum tutamine, & iuuamine, nam qui iuerunt per territorium in discursu, si faciunt prædam, non habent illam præcipuam, sed qui firmi remanserunt, eius sunt participes tanquam auxilium, & fauorem præbentes, vnde inter omnes diuidenda, & distribuenda est, vt ibi per ipsum Salycet. a cuius dictis discrepare non videtur Petrinus Bellus tit. supra citato, vbi etiam nu. 8. & 9. versicu. at immobilia, inquit, prædicta non procedere in immobilibus, quæ non di-
6 stribuuntur per Ducem belli, sed fiunt Principis, cuius nomine bellum geritur, & pro quo a Militibus capta dicuntur.

Dubitarunt autem Doctores, an prædicta locum habeant, quando in præda facta
7 reperiuntur mobilia amicorum prius capta per hostes, an scilicet, & talia bona efficiantur capientium præsentanda, & diuidenda, vt supra; an vero restituenda sint prioribus Dominis, super quo dubio Alex. & Ias. in dict. l. prima in princ. vterque in dicto quarto notabili,

notabili,& latius Salycet.in d. l.ab hostibus,la
seconda num.3.versicu.sed tunc quæro, conclu
dunt, quod aut præda recuperatur antequam
sit ducta in præsidia hostium, vel etiam post-
quam ducta sit in presidia hostium per milites
insequentes, & hoc casu restituenda est priori
bus Dominis,quia secundum Salycet.antequā
capta ducerentur in præsidia capientium,non
erant adhuc ipsorum, nec perditum erat domi
nium l. postliminij ius.5.versicu. antequam, ff.
de capitu.&postlimin.reuers.& ibi Bart.& ipse
met Salyc. antea in ead. l. sub nume. 1. & post
quam ducta sunt in dicta præsidia, sed conti-
nuo milites insequuti sunt capientes pro recu-
peratione etiam intra præsidia, non censentur
pariter fuisse capientium, quia locus ex facto
apparuit non tutus,& præda militum insequē-
tium præsentiā nō fugit l. naturalem in princ.
& l.Pomponius.44 ff. de acquir. rer. domin. &
§. feræ igitur bestiæ Instit.de rer.diuis.& incon
tinenti recuperata finguntur non capta, nec
perdita l.qui possessionem cum ibi notatis, ff.
de ui, & vi armata. Aut præda recuperatur ex
8 interuallo postquam ducta est intra præsidia
capientium, & ad locum securum, & tunc non
restituitur prioribus Dominis, sed fit recupe-
rantium, quia erat iam effecta hostium.dict. l.
postliminij ius. 5. & ibi Doctores, & ipsemet
Salycet.antea in ead l. sub numero 1. & sentit
Bart.in dict.l.si quid bello in fine,quam distin-
ctionem refert,& communem ex aliorum men
te dicit Vincent.de Franch.dict.decisi.268.sub
numero quarto, & licet non desint qui velint,
quod etiam præda ex interuallo recuperata
spectet ad priores Dominos, nec Franc.videa-
tur aliquid in hoc firmare,tamen veritas est in
contrarium,quia, vt dictum fuit,quando præ-
da ducta est intra præsidia hostium idest,vt de-
clarat Salycet.loco relato num.2. versic. sed du
bitari potest quæ dicantur præsidia hostium,
ad loca verisimiliter tuta, & secura, effecta est
ipsorum capientium,& desinit esse in dominio
eorum,quibus ablata fuit; vnde merito recu-
peranti,& occupanti conceditur, veluti res ho
stium, quod etiam probare videtur Bellus in
dicto tract. parte tertia tit. primo,numero 11.
& 12. versicu. insuper sciendum, vbi etiam re-
præhendit eos,qui tenuerunt prædam non esse
capientium effectam,nisi steterit penes eos per
XXIIII. horas, vel saltem per vnam noctem.
quia imo eorum fiunt quam primum sunt in-
tra suas munitiones reducta, & intra sua præ-
sidia ducta, vt ibi per eum, qui propterea plu-
ra decidit in proposito nostro maxime circa
boues, & alia se mouentia capta ab hostibus,
& mox ab eis ablata, & recuperata prioribus
Dominis restituenda, vel non, quæ a iam di-
ctis non differunt. Et hoc preterquam in re-
9 bus habentibus ius post liminij, quæ non con-
ceduntur recuperantib.ex quocūque interual-
lo,sed restituuntur iis, quorum prius erant, vt
dicit Salycet.in sæpe citato loco, sub nume. 3.
post versic. sed tunc quæro ad fin.sequitur Vin
cent.de Franch.d.decisi.268.sub nume.4.ad fi-
nem,& ante eos idem voluit Bart.in d. l.si quid
bello in finalibus verbis. Sunt autem mobilia,
10 ius postliminii habentia, naues longe, & one-
rariæ propter belli vsum,vt in l. secunda, ff. de
captiu. & postlim. reuers. & tradit Salycet. in
d.l. ab hostibus, la seconda, nu.4 Item currus,
& quadrigæ,super quibus ducuntur instrumē-
ra bellica, & victualia, & alia necessaria pro
campo,& ipsorum currum boues, & quadriga
rum equi, vt subijcit ibi Salycet. in versicu. ex
his colligo.
11 Proceduntque prædicta non solum in bello,
quod geritur inter Christianos, & Turcas, vel
alios a uera fide Domini Nostri Iesu Christi
Saluatoris mundi deuiantes, verum etiam in-
ter ipsosmet Christianam fidem colentes, dum
modo iustum sit bellum, vt colligitur ex Alex.
Ias.& Socin.in dict.l.pr. ff. de acquir. possess. &
latius prosequitur Salyc.in d.l. ab hostibus nu.
7.& plura seq. versicu. item prædicta vera, qui
multa in hoc considerat, nec quoad proposi-
tum nostrum bonorum mobilium aliqua diffe
rentia est, an agatur bellum cum barbaris, an
vero cum Christianis, quicquid in hoc sentiat
in contrarium Alciat. nihil prædictorum addu
cens, nec aliquam pro sua opinione allegans
authoritatem in l. hostes 118. ante finem sub
nume.3.versicu.qua ratione, ff.de verb. signif.
cuius dicta in foro tantū conscientiæ forte pos
sent procedere, & si in eo aliquos Theologos
aliud tenere dicat,non autem de iure, & in fo-
ro,vt aiunt,fori,in quo militat,quod diximus,
vt nihil intersit an cum Turcis, Saracenis, vel
similibus, an vero cum Christi fidelibus respe-
ctu rerum,licet quoad personas,quæ caperen-
tur adsit discrimen, nam si bellum sit inter
Christianos, & infideles, capti hinc inde ef-
12 ficiuntur serui l. manumissiones, ff. de iust.&
iur.l. adeo quidem, & l. transfugam, ff. de ac-
quir.rer. domin. & toto tit. ff. & C. de captiu.
& post lim. reuers. §. ius autem gentium,Insti-
tu.de iure natural.gent.& ciuil.§.pr. & per to-
tum tit. Instit, de iure personar. & §. item ea,
quæ ex hostibus. Instit. de rer. diuis. Alciat. in
d.l. hostes sub num. 2.versic.hinc est.ff.de verb.
signifi.Petrinus bellus d. par. tertia tit. pr. sub
num.12.in fine versicu.quamuis autem,scilicet
post quam ducti sunt intra præsidia inimicorū
capientium d.l.post liminii ius in princ.ff.de ca
ptiu.& post lim.reuers.glos.in d.l. ab hostibus,
la seconda in glos.1.& ibidem Salycet.in princ.
Petr.bellus d.tertia parte tit.pr.sub num 11. &
13.versicu.insuper sciendum,& versicu. seq. &
liberati a captiuitate ius postliminii habent id
13 est pristinum ius suum recipiunt l. postliminiū
est. 19. ff. de captiu. & postlim. reuers. §. si ab
hostibus Instit.quib.mod.ius patr.potest.solu.
& d.§.item ea quæ ex hostibus Instit.de rer.di-
uis.& tot. tit. ff. & C. de captiu. & post lim. re-
uers.sentit Alciat.in d.l. hostes sub nume. 2. d.
versic.

versic. hinc est, nec si virtute militum amicorũ deuictis hostibus liberantur seu recuperantur, efficiuntur recuperantium, sed statim amissam libertatem recipiunt, l. nihil interest in fine versic. sed & qui victis hostibus, ff. de capti. & postlim. reuers. & d. l. ab hostibus, la seconda, C. eodem tit. & d. §. si ab hostibus, in fine, versicu. sed & qui captus. Instit. quib. modis. ius patr. potest. solu. quod & in seruis procedere dicit tex.
14 in d. l. ab hostibus, & ibi not. Salycet. in princ. nam nec hi efficiuntur recuperantium, sed restituendi sunt suis prioribus Dominis, quia ut subijcit tex. qui apud hostes captiui erant recepti, & non capti, iudicari debent, & milites aut eos defensores eorum decet esse, nõ dominos; intelligendo tamen secundum Petrinum Bellum d. tertia parte, dicto tit. primo, sub numero 12. versic. sicut vero, quod tales capti, cũ manus inimicorum capientium effugiunt, non statim sui iuris fiant, neque in pristinum statum reuertantur, sed cum, & ipsi intra nostra præsidia sint reuersi, vel saltem ad Regem, vel gentem nobis fœderatam, atque amicam peruenerunt. Quod si bellum inter Christianos tantum
15 consistit, hæc omnia cessant, nec iura de captiuis loquentia, locum habent, quia homines liberi capti non efficiuntur serui, hoc enim tenderet ad ignominiam summi Pontificis, & Imperatoris, & ad diminutionem fidei Christianæ, sed loco seruitutis successit iugum carceris, & redẽptionis, seu taliæ, ita notabiliter dixit Salycet. in d. l. ab hostibus, la seconda, numero septimo, versic. item prædicta vera, quod & postea repetiit numeris sequentibus, & maxime, numero 18. versic. sed hoc supposito, quod & tradit Alciat. in d. l. hostes, ante nume. 3. versic & inter Christianos, qui eà solum nititur ratione, quod cum ex lege Christi, omnes sint fra-
16 tres, cap. ad mensam, 11. q. 3. quę inter eos mouentur arma plusquam ciuilia sunt, in quibus ius postliminij locum non habet l. si quis ingenuam, 21. §. fin. ff. de captiu. & postlim. reuers. & subdit in versic. hinc videmus, quod propterea antiquissima consuetudine introductum fuit, vt capti libertatem non amittant, sed perstita victori pecunia veniam recedendi impetrent, quod etiam voluit idem Alciat. consi. 4. cum in bellis ciuilibus. in princip. lib. quinto, & latius adnotauit Salycet. in loco memorato, & hæc opinio hodie inualuit, & seruatur, licet aliqui eam impugnent in bello a Papa, vel Cesare indicto in puncto iuris, vt per Ioan. de Lignano, in d. tract. de bello, ca. 62. post medium, & cap. 63. in fine, & per Petrinum Bellum, in allegato tract. par. secunda, tit. 18. num. primo, 11. & 12. & par. quarta, tit. pr. num. primo, & plura sequ. ab his non dissentit Franc. Arias. in tract. de bello, & eius instit. num. 160. inquiens, quod hodie non seruatur, quod capti in bello efficiantur serui inter Christianos, vnde nec seruatur ius postliminij, quoad seruitutem ex consuetudine, cui est standum, idem dixit Bellus, d. 3. parte. tit. pr. num. 12. in fine, versic. quamuis autem, & admonet Salyc. vbi supra, quod & si permittitur rẽtẽtio in carcere loco seruitutis cessantis vt supra ad effectum, vt capti se redimãt
17 cum talea, debet tamen talea esse talis, vt verisimiliter solui possit, nec debẽt capti inhumaniter, & crudeliter tractari, vt taleas insuportabiles soluant, alias potest adiri Dux belli, vel Præses Prouinciæ, qui captiuorum querelas audire debet, & eorum indemnitati prouidere, & militum petitiones iniustas refrenare, nec permittere quod capti male tractentur, aut fame pereant, vel aliter occidantur, quod etiam sequitur Alciat. dicto consi. quarto, circa princi-
18 pium, vbi etiam in fine subdit, non posse victores a captis vltra trientem eorum bonorum extorquere, sequitur Petrinus Bellus in secunda parte, tit. 12. num. 7. & 8. & in d. quarta parte, tit. tertio, num. 5. qui etiam postea eadem parte quarta, & tit. subdit, quod postquã semel imposita est talea, & cum captiuo conuenta, non potest augeri, etiam melius patefacta qualitate captiui ex Guid. Pap. dec. 113. in facto guerrarum, num. 1.

Procedunt insuper, quæ dicta sunt de captis
19 in bello etiam in captis per Piratas Turcas, nã capti ab istis serui eorum efficiuntur, & in illis locum habet ius postliminij secundum glo. in l. hostes, in verbo, prædones ad finem, ver. quid autem si latro hostium capiat de nostris, & ad hostes deducat, ff. de captiu. & postlim. reuers. per illum textum, in princip. vbi appellantur hostes hi, quibus populus Romanus bellum decernit, sicut etiam appellantur in d. l. hostes, ff. de verborum signific. per eadem precisa verba,
20 prout semper per Christianos indictũ est Turcis, & Sarracenis, secundum Alciat. in d. l. hostes, ff. de verborum signific. sub num. 2. versic. hinc est, & vult etiam Vincent. de Franch dictã glossam sequens d. decis. 268. num. 5. versi. dixi prædicta, vbi propterea infert, quod cum in casu suo, per Piratas Turcas captis quibusdam
21 officialibus scribæ portionum, & soluta parte pecuniæ pro redemptione superuenissent Triremes Regiæ, & cæpissent Triremes Turcarũ, & liberati fuissent officiales prædicti, & pecunia recuperata, dicta pecunia erat restituenda prioribus Dominis, non obstante, quod capta in bello, vel per Piratas capientium efficiantur, consignãda tamen, & diuidenda vt supra, quia hoc procedit in bonis amicorum per prius a Turcis captis, & postea per amicos incontinenti recuperatis, & ita inquit, se iudicasse vertente super hoc controuersia inter dictos captos, & præfectum Regiarum Triremium, in qua tamen Bellus. in d. secunda parte, tit. 12. Rub. capta an capientium fiant, n. 6. contrarium tenet, aiens, quod capti a Piratis, & Latrunculis non sunt capientium serui, neque libertatem, aut Ciuitatem amittunt per l. postliminium est ius. 19. §. a Piratis, ff. de capt. & postlimin. reuers. quæ hoc bene probat, obseruatur

uatur

tur tamen de consuetudine dictum Vincen de Franch. supra citatum. Reperio insuper vnum valde notabile in hac materia, quod scilicet e-
22 tiam bello cessante locum habet ista captiuitas; si quis enim ad gentem eat, cum qua suis nulla sunt hospitij, neque amicitiæ fœdera, aut si quis ex illis ad nos venerit, capientis fiet seruus. Bellus dicta secunda parte, tit. 12. numero
23 quarto, inferens ideo, numero quinto, recte, & licito iure Indos ab Hispanis subactos, & in seruitutem tractos, & idem postea repetit in tertia parte, tit. pr. num. 8. & sequen. versic. sciendum est etiam, vbi dicit, quod & tempore pacis contingit hæc captiuitas, quando quis gentem ignotam adiuit, cum qua nulla erant pacis, aut amicitię fędera, cuius contrarium alias tenebam in quodā Turca inuento in agro Florentino, quem qui inuenit cæpit, & expoliauit, quod potuit facere, & personam seruam efficere, & bona acquirere ex Petrino bello, vbi supra per l. postliminij ius. §. §. in pace, & l. in bello, §. item in pace, ff. de capt. & postlim. reuers. quæ ita videntur probare, vt ibi per eum, qui in hoc proposito, & hoc dicit d. tertia parte ti-
24 tu. pr. numero 27. versic. & vt modum, quod hostes habent & ipsi iura postliminij in recuperatis a nobis, sicut & nos habemus in recuperatis ab illis; quo enim iure fiunt nostra, quæ ex hostibus acquirimus, eodem etiam fiunt eorum, quæ ex nostris ipsi capiunt, & dicit Salycet. in loco iam pluries citato, numero 6. in fine, quod dicta in ista materia sunt bene notanda, quia per Doctores non sunt declarata, & scio ipse, quod non sunt multi dies, quod fui interrogatus, num hodie procedant leges loquentes de seruitute personarum captarum in bello, maxime vero facto a Christianis contra Christianos, & respondi vt supra licet statim, & absque reuolutione cartarum, quia meminerim ita alias legisse, & dicta de præda mobilium sæpe possunt practicari, tum propter bella terrestria, & maritima, tum propter multitudinem Piratarum Turcarum.

EPITOME.

Vtrum pax, seu remissio iniuriæ factæ per vulneratum mortifere in articulo mortis sacerdoti recipiēti nomine vulnerantis valeat, & in foro iudiciali admittatur ad offensoris commodum.

SVMMARIA.

Pax reddita confessori in articulo mortis admittitur in foro iudiciali ad commodum offensoris. numero 1.

Sacerdos est persona publica. nu. 2.

Per publicam personam aliter acquiritur ius, & actio numero 3.

Procliuiores esse debemus ad pronunciandum, vt res magis valeat, quam pereat. num. 4.

Pacis pactum est fauorabile. nu. 5.

Actus pacis est quid distinctum, & separatum a confessione facta in foro penitentiali. nu. 6.

Pax facta absenti illi non prodest in iudicio, nisi legitima persona interueniat, quæ pro ipso absente recipiat. num. 7.

Pax facta in testamento sine præsentia partis, vel legitima persona pro ea stipulantis, & acceptantis non valet. nu. 8.

Sacerdos, & Notarius in recipienda pace pro absente parificantur, nu. 9.

Pax de iure communi probari potest per testes, nisi extet statutum, quod de pace constare debeat, per instrumentum publicum, pro vt extat Florentiæ, numero 10.

Statuti Florentini sub Rub. 118. in criminalibus intellectus, num. 11.

CASVS CENTESIMVS QVADRAGESIMVS PRIMVS.

1 PAx, seu remissio iniuriæ facta per vulneratum mortifere in articulo mortis Sacerdoti, cui peccata sua confitebatur, recipienti nomine, & vice vulnerantis, valet, & admittenda est in foro iudiciali ad commodum, & beneficium offensoris, quia Sacerdos est per-
2 sona publica l. pr. §. publicum ius. ff. de iust. & iure, & per personam publicam alteri acqui-
3 ritur ius, & actio. l. non aliter ff. de adoption. & procliuiores debemus esse, vt res magis va-
4 leat, quam pereat l. quoties in actionibus 13. ff. de reb. dubiis, & l. quoties in stipulationibus. 80. de verbor. oblig. maxime in pacto pa-
5 cis, quod est fauorabile, & fauores sunt ampliandi l. cum quidam, ff. de liber. & posth. & cap. odia, de reg. iur. in 6. per quas rationes ita in puncto, re ad partes discussa, concludit Gulielm. de Cuneo inter consi. criminal. diuersor. consi. 8. quidam iacens in lecto vol. pr. in prioribus impræssis parua forma, idem per omnia, & per eadem verba tenet Albert. de Gandino in tractat. de malefic. in Rub. de transact. & pactis in maleficiis sub nume. 20. versicu. Item pone quod quidam mortifere vulneratus, & idē tenuit Bald. in l. 2. sub numero primo ad finem versicu. quærit hic Cynus, ff. ad senatusconsul. Syllanian. & in c. pr. §. iniuria nu. 7. versi. quæro vtrum iniuria remissa in foro penitentiali, de pace iurament. firman. in vsib. feudor. ex sola ratione, quod per Sacerdotem tanquam publicam personam acquiri potest absenti, quam rationem, & si eam impugnat Roman. in d. l. 2. nu. 6. & seq. versi. ex hoc quæsiuit, eo quia sacerdos non videtur interuenisse, vt persona publica, sed vt merus sacerdos, & confessor, vnde duplicem personam gerere non potuit, alij

6 alij tamen omnes adducũt, & bene, quia actus remissionis, & pacis consideratur de per se, vti quid distinctum, & separatum à confessione in foro pœnitentiali facta, & sic tollitur obiectio Romani, qui nihilominus ex aliis rationibus saluat dictum Baldi, & eandem decisionem sequitur Petrus Garsia a Toleto in suis decisionibus extrauagantibus, decisi. 24. vbi etiã refert Gulielm. Mainer. in l. nec ex prætorio nume. 9. ff. de reg. iuris. Istam sententiam veluti veriorem tenere, quam etiam tanquam magis communem amplectitur Boss. in pract. crimin. tit. de pace nume. 20. versicu. pax non est, Nec 7 prædictis obstat Clar. in pract. crimin. quæst. 58. sub num. 37. versi. dictum est ad quas personas, dum concludit, quod pax non possit fieri absenti ad effectum, vt illi prodesse possit in iudicio, nisi legitima persona interueniat, quæ pro ipso absente recipiat, vt per Bald. in l. secunda num. 7. versi. sed dubitatur C. de libertis, & eod. liber. & per Alex. de magis communi testãtem consi. 131. num. 9. lib. quarto, & per Boss. d. tit. de pace d. nu. 20. vbi propterea infert non valere talem pacem, seu remissionem factam in 8 testamento sine præsentia partis, vel legitimæ personæ pro ea stipulantis, & acceptantis, quia cum interuenit sacerdos, qui est publica perso 9 na, perinde est, ac si Notarius pro absente interuenisset, vt arguit Gulielm. de Cuneo d cõsi. 8. ante finem, & postea Boss. d. tit. de pace sub d. num. 20. in fine, & si interuenisset Notarius, nullum est dubium, quin valuisset, & prodesset in iudicio, vt ipsemet Clar. subiicit in versicu. cęterum in practica seruatur, & hæc opinio, prout de iure vera est, ita, & in practica seruanda esse, vbi ex statutis non exigatur, quod de pace constet per publicum instrumentum, sed admittatur etiam probata per testes secundum 10 ius commune, quo testium probatio instromẽtorum publicorum probationi æquiparatur. l. in exercendis cum sua materia C. de probationibus, & in puncto tradunt Cataldinus de Syndicatu. q. 1 51. num. 90. & Vulpellus. in tract. de pace induc. & promiss. de non offenden. q. 66. nu. 4. & 5. & præter eos Nellus in tract. de bannit. in tertia parte 2. temporis q. 38. quod, & expresse cautum est Florentiæ vigore statuto-11 rum criminalium Rub. 118. de pœna studiose percutientis manibus vacuis, aut dentibus in fine, quod tamen loquitur in certis casibus, in quibus facta pace, & soluta quadam gabella fit abolito delicti, nec proceditur ad sententiam condemnatoriã, sed & idem in aliis casibus esse debet, vbi expresse aliud prouisum nõ sit, cum tunc ius commune sit seruandum.

EPITOME.

De longa Rei carceratione, & quod prodest illi loco pœnæ, vel saltem ad eam diminuendam, & an, & quando post sequutam cõdemnationem exilii, vel relegationis, seu confinii temporalis prosit pariter Reo, vt computetur in tempore talis exilij, vel relegationis, seu confinij, diminuendo cõdemnationem eatenus, quatenus carceratio durauit.

SVMMARIA.

Longa rei carceratio prodesse solet ad diminutionem condemnationis, & quandoque etiam ad totalem extinctionem pœnæ. nu. 1.

Carcerem in pœnam cedere, vel in diminutionem condemnationis multoties iudicatum est. nu. 2.

Carcer non est ad pœnam, habet tamen in se pęnam, & multa incommoda. nu: 3.

Tempus carceris minuit tempus exilij, & in eo computatur. num. 4.

Confinatus si reuertatur, debet capi, & in carcerem tradi quousque tempora confinij compleantur. numero 5.

Tempus carceris, tunc computatur in tempore exilij, quando per Iudicem stat, quominus carceratus non accedat ad seruandum exilium, alias secus. numero 6.

Intellectus l. aut damnum §. quisquis. ff. de pœnis, numero 7.

Tempus carceris ante sententiam non computatur in tempore exilij, nec de illo deducitur tanquam decursum ante condemnationem. nu. 8.

CASVS CENTESIMVS QVADRAGESIMVS SECVNDVS.

1 Longa Rei carceratio prodesse solet, vt plurimum ad condemnationis diminutionem, & quandoque ad totalem pœnæ extinctionem, quia potuit Reus tanto tempore detineri in carcerę, quod luisset pęnam delicti in parte, vel etiam in totum, vt in l. omnes. C. de pœn. secundum intellectum Odofredi, Cini, Alber. & Ang. quos sequitur Vinc. de Franch. decis. Neapol. 317. quando quis, nu. 4. in 2. par. vbi subdit nu. 5. quod secundum illum multoties iudica-2 tur sacrum Consilium, proferendo sententias, quod carcer cedat in pęnam, vel diminuendo condemnationem, siue veniret imponenda pęna exilii, de qua in d. l. omnes, siue quælibet alia pęna, cum etiam in aliis eadem sit ratio secundum Tiraq. in tract. de pænis temper. aut remitten. causa 41. in fine, sub nu. 3. nam licet car-3 cer non sit ad pęnam, l. aut damnum, §. solent. ff. de pęnis, habet tamen in se pænam, vt per Sebast. de Neapoli allegatum per Vincent. de Franch. & est mala mansio, & multa incõmoda affert, vt Tiraquel. docet d. causa 41. num. 2. & patet

patet ex ipso tex.d.l. omnes, vbi infrascripta le guntur verba, sit satis immensorum cruciatuū leuiel lnisse supplicia, ne hi qui diu priuati sunt auræ communis haustu,& lucis aspectu,non in tra breue spatium catenarum ponderibus præ grauari, etiam exilii pœnam sustinere iterum compellantur, quem locum etiam recitat Tita quel.vbi supra in princ.ad ostendendum, quod cum carceribus diu mancipato clemētius agē dum sit,& de pœna, detrahendum quantum ob diututnum carcerem passus est.

Et nedum ante sententiam prodest carceratio longa Reo, vt supra dictum est, sed etiā postea condemnatione sequuta, quia, quando quis per sententiam condemnatus est in exiliū temporale,& post condemnationem per Iudi-
4 cem detinetur carceratus, tēpus carceris minuit tempus exilii, & in eo coputatur, ita vt si in carcere stetisset per totum tempus, quo exilium durare debuisset, illud videatur impleuisse, & excarcerandus sit per eandem l. omnes C. de pœnis secundum alium intellectum Petri, Baldi, Salycet, & Fulgosii, quem sequitur, & verum dicit Vincent.de Franch.d. decisi. 317. in princ.sub nu.pr.omnes, inquit textus, quos dānationis conditio diuersis exiliis destinatos metas temporis præstituti in carceris implesse custodia depræhenderit, solutos pœna, vinculisque laxatos, custodiam liberari præcipimus, nec formidare miserias vllas exilii, eū reliquis verbis iā superius relatis. Vnde dicit ibi Bald. quod si quis debebat stare in exilio per decennium, fuit interim tenetsus,& captus, & in carcerem missus, & compleuit tempus non debee
5 vlterius stare in exilio, & quod ideo, qui debēt stare ad confinia, si reuertantur, debent capi, & in carcere state tantum, quod tempora confinii sint completa, quod, & ibidem voluit in substantia Salycet. aiens, quod tempus exilii incipit a tempore sententiæ, adeo quod si toto tempore, quo condemnatus debuit exulare, steterit in carceribus, dēt postea liberari, nec vlterius debet exulare, quia afflictio non est addenda afflicto, notatque vterque in summario quod tempus, quo condemnatus exilio, stetit in carcere, computatur in tempore exilii.
6 Sed hoc ita demum procedit, si per Iudicem star, quod carceratus non accedat ad seruandum exilium, quia hoc casu, cum non deberet stare in carcere, tempus carceris computatur in tempore exilii, ne condemnatus duas pariatur pœnas, vnam scilicet carceris, & alteram exilii, & ne eo modo afflictio addatur afflicto, secus autem, si non facto Iudicis non accessit condemnatus ad obseruandum exiliū, sed alia iusta de causa, puta propter debita, vel interesse partis, quia tunc tempus carceris non minuit tempus exilii, nec procedit decisio dict. l. omnes, & præfatorum Doctorum, vt punctualiter determinat Vinc.de Franch. dict.
7 decisi. 317. sub num. 1. & 2. hoc modo potest intelligi tex. in d.l. aut damnum §. quisquis, ff. de pœnis, per quem notat ibi Bart. in fine, sub nu. 2. & post eum Gomez. tomo 3. variar. resolut. de delict.ca.8.de exilio, & relegatione sub nu. 2. ante finem, versic. etiam adde, quod tempus quo quis stat in carcere non computatur in tēpore exilii, sed illud tempus computatur a tēpore, quo accessit ad exilium, licet Vincent. de Franch. loco citato num. 3. videatur intelligete illum text. & dictum Bart. & Gomez. in tempore carceris ante sententiam, vt scilicet tale tempus non computetur in tempore exilii, nec de illo deducatur tanquam de cursum ante cō demnationem, quod voluit ibi glos. in verbo fuerit, & verum est in se, sed non conuenit literæ d. §. quisquis, nec verbis Bart. ibidem, quæ si recte considerentur videntur loqui de tempore carceris post sententiam condemnatoriam, & quicquid sit, satis est, quod ubi ex alia causa, quam ex culpa. & defectu Iudicis Reus post sententiam retinetur in carcere, non potest prætendere, quod tempus, quo stetit carceratus post dictam condemnationem exilii tem-
8 poralis, debeat deduci de condemnatione, quemadmodum non possent prætendere quod de eadem condemnatione deduceretur tempus, quo ante condemnationem stetisset carceratus, vt dicit Franch. in d. decisi. 317. nu. 2. & 3. & verissimum est, licet de carcere ante sentē tiam habito soleat in condemnatione haberi ratio, vt dictum fuit supra.

EPITOME.

De condemnatis in pœnam exilii, relegationis, confinii, vel huiusmodi ad tēpus, nulla temporis expressa quantitate, vel simpliciter, nulla facta mentione temporis, vel ad beneplacitum Iudicis, vel Principis, quomodo cōdemnati censeantur, & de extinctione beneplaciti ob finitum officium, vel mortem Iudicis vel Principis.

SVMMARIA.

Condemnatus in pœnam exilii ad tempus non expressa quantitate temporis intelligitur condemnatus per decennium nu. 1.

Condemnatus simpliciter in exilium nulla facta mentione temporis intelligitur condemnatus in perpetuū numero 2.

Ciuitate damnata, vt muri eius destruantur, post destructionem non possunt refici, quia perpetuo debent stare destructi nu. 3.

Priuatus simpliciter officijs non potest ad ea amplius admitti in perpetuum. nu. 4.

Priuatio ab officio in dubio dicitur perpetuo imposita num. 5.

Cond

Condemnatus ad tempus, vel simpliciter in pœnam nauigationis, carceris, suspensionis, & similibus pœnis quomodo intelligatur damnatus, nu. 6.
Condemnatio ad beneplacitum, seu arbitrium Iudicis, uel Principis, non extinguitur Iudicis finito officio, aut mortuo Principe, uel ipsomet Iudice, numero 7.
Condemnatio ad beneplacitum quando fit a Iudice, vel Principe, sub nomine officij, & dignitatis, & non in tuitu propria persona priuatæ dictum beneplacitū transit in successorem, nu. 8.
Iudex in sententia loquitur, vt officialis, non ut priuatus, & similiter Princeps, ut Dominus, numero 9.
Princeps tanquam priuatus nullam habet potestatem condemnandi, nu. 10.
Obseruantia magni Ducatus quādo condemnatio facta est ad beneplacitum nu. 11.
Condemnatio ad beneplacitum Iudicis, uel principis dicitur perpetua, & non temporalis. nu. 12.
Beneplacitum condemnationis Princeps non præsumitur reuocare sine iusta causa nu. 13.
Notarius priuatus facultate conficiendi instrumenta ad beneplacitum Principis, mortuo Principe non est tale beneplacitum extinctum, sed transit in successorem, & durat quousque reuocatur. numero 14.
Princeps, quamuis in condemnatione loquatur de se, puta condemnamus ad beneplacitum nostrum si tamen ex coniecturis apparet eum loqui de sui dignitate, & non de persona, beneplacitum illud morte non extinguitur. num. 15.
Beneplacitum nunquam extinguitur in his, quæ iuris sunt, siue tertius loquatur de alio, siue Iudex, aut Princeps loquantur de se ipsis. nu. 16.
Bartoli distinctionem in l. centesimis in §. fin. nume. 9. ff. de verbor: oblig. esse superfluam offenditur numero 17.

CASVS CENTESIMVS QVADRAGESIMVS TERTIVS.



1 Ondemnatus per Iudicem in pœnam exilii, vel relegationis, seu confinii ad tempus, nulla expræssa temporis quātitate, puta dicendo condemno Titium in pęnam exilii, vel relegationis, seu confinii ad tempus, intelligitur condemnatus per decennium, ita est text. clarus in l. fine præfinito, ff. de pœn. cuius verba sunt, fine præfinito tempore in metallum dato imperitia dantis decenii tempora præfinita videntur, & ibi notant glos. & Bart. & alii, Bald. in l. pr. num. 3. verficu. sed extra C. de postul. Felyn. in cap. ex literis col. 6. nume. 9. versicu. pr. conclusio, de constitut. Petr. Foller. in practic. criminal. canonic. in verbo, & si confessi, aut conuicti sint condemnentur cap. 34. numero 78. versicu. an in dubio suspensio, folio 281. Gomez. tomo tertio variar. ressolut. de delict. cap. 8. de exilio, & relegation. num. 3. versicu. aliquando, & secundo, & alii infra citandi in l. seruus C. de pænis.

2 Condemnatus autem simpliciter, nulla facta mentione temporis, puta dicendo condemno Titium in pœnam exilij, vel relegationis, seu confinii intelligitur condemnatus in perpetuum, vt est text. in dict. l. seruus C. de pænis, cuius verba sunt. Seruus sub pœna vinculorum sine temporis præfinitione Domino reddi iussus sententia prouinciæ Præsidis perpetuo vinctus esse debet, ita enim intelligendum esse dicunt ibi Bart. Bald. Salycet. & alii, Bald. in d. l. pr nume. 3. versicu. sed extra C. de postulando, Iacob. de Bellouisu in pract. criminal. in Rub. de sententiis criminal. nume. 6. versicu. contrarium credo, gloss. & Bart. in dicta l. fine præfinito, ff. de poen. Petr. Foller. d. cap. 33. numero 80. versicu. secunda est conclusio Felyn. in d. cap. ex litteris col. 8. nume. 11. versicu. secūda conclusio, & late Gomez. d. tit. de exilio, & relegatione sub numero 3. versicu. aliquando, & tertio, vbi dicit esse communem opinionē, quam ex pluribus confirmat, & hinc voluit Bart. in ipsa l. seruus, quod, si damnata est Ciui-
3 tas ex aliquo delicto, vt muri eius destruantur, post destructionem non possunt refici, quia nō est satisfactum, sententiæ, nisi perpetuo stent destructi, & idem tradunt ibidē Bald. & Salyc. vterque in fine, sequitur Foller. d. capitu. 33. num. 81. & ante eum Felyn. in d. cap. ex literis, sub nume. 11. post versicu. secunda conclusio, & vidi alias quæstionē in facto de priuato simpli-
4 citer officiis suæ communitatis, vt ad ea amplius non posset admitti in perpetuum, quod vltra prædicta probatur ex dictis per Foller. vbi supra nume. 77. versicu. item est aduertendum, & num. 84. versicu. secundo limitatur, volentem, quod in dubio, priuatio, vel depositio,
5 ab officio dicatur perpetuo imposita, quod, & antea voluit Felyn. in d. c. ex literis, sub d. num. 11. in dicta secunda conclusione.

6 Et procedunt prædicta omnia nedum in pœna exilii, relegationis seu confinii, sed etiam in pæna nauigationis, carceris, suspensionis ab alio officio, vel administratione, interdictionis, priuationis, aut alterius condemnationis similis. Nam, & in istis casibus condemnatus ad tempus, si temporis meta non est specificata, intelligitur condemnatus per annos decem; si vero sit condemnatus simpliciter nulla penitus temporis mentione habita, intelligitur condemnatus in perpetuum, vt ex superius dictis apparet.

Quod si quis cōdemnatus sit in pœnam exilii, relegationis, confinii, nauigationis, carceris, suspensionis, interdictionis, priuationis, vel huiusmodi ad beneplacitum, arbitriū, vel voluntatem Iudicis, vel Principis, de validitate talis sententiæ non disputatur, prout, nec de eius extinctione, sequuta super hoc expressa declaratione, sed dubitatio est, & non modica, an finito Iudicis officio, vel ipso Iudice,

dice, seu Principe mortuo condemnatio duret, an vero extincta dicatur, & quod amplius non duret, sed finita sit, demonstratur ex pluribus pro hac parte adductis per Gomez.d.ti. de exilio, & relegat. num.5. versic. aliquando, & quarto, de quo mentionem facit Clar. in pra ctic.crimin.q.71. in fine, num.14. versicu. Item quæro, si Iudex, & videtur fuisse opinio Bat. in l.centesimis.46.§.fin.num.9.ff.de verb.obligat. & clarius Baldi in d.l.pr. sub num.4.post versi. ideo dico. C. de postulan.& in proœmio Digestorum. §. hæc autem tria, in lectura, nu.6.cum quibus conueniunt Menoch.de arbitr.iud.lib. pr.quæst.69.num.quinto.Couar.lib. tertio, variar.resolut.cap.15.num.4.versic. secundus casus, Gozadin.consi.22.nu.10.versic.quarto adduco.Felyn.in d.cap.ex literis, colum.7.sub numero 9.versi secundus casus est, & num.10.versic.& secundum prædicta de constit.& alii, qui consulto omittuntur, quorum tamen sententię nunquam potui assentire, sed semper tenui, &
7 adhuc teneo, quod imo finito officio, vel mortuo Iudice, seu Principe, condemnatio non sit extincta, seu perempta, sed duret eo modo, quo antea; & facultas, seu voluntas reuocandi transeat ad successorem in officio, seu Principatu, quia ex quo condemnatio fit a Iudice, tanquã
8 a persona publica, & non tanquam priuata, & sub nomine officij, & dignitatis, & non intuitu propriæ personę suę, seu Principis, arbitriũ, seu beneplacitum debet transire in successorẽ, vt ex prædicta ratione, & aliis concludit Gomez d.tit. de exilio, & relegation.sub nu.quinto, post medium, versicu. sed his non obstantibus, vbi etiam respondet adductis in contrarium, & ait tandem esse veram, & iuridicam opinionem, & legendo, consulendo, & iudicando tenendam, cuius dictis addo, quod stante allegata verissima ratione, quod beneplacitũ appositum per Iudicem in sententia non censeatur appositum intuitu personæ ipsius, vel Principis tanquam personæ priuatæ, sed respectu officij, vel dignitatis, quæstio caret omni probabili dubitatione, quia nullus dissentit, quin hoc casu transeat ad successorem Dec.cõsi.108.sub numero 4.versic.secundo principaliter.Gozad.consi.61.num.15.versic.potest etiã dici.Pett.Foller.in d.cap.33.num.78.ver si autem Iudex.Menoch.de arbitr.Iudic.lib. pr.qõ. 69.num.7.versic.declaratur pr.Couar. lib. tertio, variar.resolut.d.cap.15.num.2.post versic. huic vero conclusioni. Felyn.in d.cap. ex litteris, sub num.9. & 10.versic.primus est, & ver.& secundum prædicta intellige, & concedit ipsemet Bat.in d. l.centesimis, d.§.fin.sub d.num.9. per tex. apertum in c. si gratiose, de rescriptis, in 6. Vnde non immerito dixit Clar. d. q.71. in finalibus verbis, quod ista opinio seruatur Mediolani per rationem iam adductam, & certe
9 cum Iudex in sententia non loquatur vt ipse, sed vt officialis, & dum meminit de Principe, loquatur, nõ vt de homine priuato, sed vt de Domino, & superiore, & officium sit vnum, & idẽ & pariter dignitas, seu Principatus, vt de primo est tex.in l.meminisse, ff. de off. Proconsul. & in l.proponebatur, ff. de iudic.& de secundo, in l.quod Principi.58.ff.de legat.2. Et cum nec
10 Iudex, nec Princeps, tanquam personæ priuatæ aliquam potestatem habeãt circa huiusmo di pœnam, vel condemnationem, credo, quod optima sit consuetudo prædicta senatus Mediolani, nec a iuris tramite aliena, & ita etiam obseruari in magno Ducatu Hætruriæ atte-
11 stor, vbi frequentissime delinquentes damnantur in exilium, relegationem, & confinium, & ad Triremes ad beneplacitum Serenissimi Magni Ducis, & durant condemnationes etiam mortuo Principe, in cuius vita fuerunt factæ, donec per successorem magnum Ducem reuocatum fuerit beneplacitum, & cum talis condemnatio ad beneplacitũ, arbitrium, vel volũ-
12 tatem Iudicis, vel Principis dicatur non temporalis, sed perpetua, ex quo potest esse perpetua, licet etiam possit esse temporalis, cum ad hoc sit satis, quod perpetuo durare possit, vt no.Felyn.in d.cap.ex literis, sub num.9. versi.si autem Iudex, de constitu.per tex.in l.iurisperitos, ff.de excusat.tutor.& per alia iuta per eum allegata, inconueniens videretur, quod posset statim cessare per remotionem Iudicis ab officio, uel per mortem eiusdẽ, aut Principis, quæ accidere paulo post posset, unde delicta temanerent impunita; & si dicatur, quod hoc idem eueniret Iudice, uel Principe beneplacitum re uocante expresse, respondeo, quod non est prę sumendum, quod hoc eueniat sine iusta cau-
13 sa, uel saltem, tam cito, prout euenire potest casu, & fortuna, & hanc sententiam his iam scriptis reperij tenere Bartholom.Bertazzo.libro primo, suorum consiliorum criminalium, consilio vigesimosecundo, ubi consuluit, quod
14 si Iudex priuauit Notarium, authoritate conficiendi instrumenta per decennium, & ultra ad beneplacitum Principis, mortuo Principe, tempore cuius vitæ fuit facta priuatio huiusmodi, non dicitur tale beneplacitum extinctũ, sed transit in successorem, & durat quousq; per eum reuocetur, quia dicitur Iudex respexisse non personam, sed dignitatem Principis, & impugnat Ruin. aliter sentientem consil. 104.in quarto uolumine, & idem postea confirmat cõ si.sequen. 23. & loquitur in casu, in quo Iudex formaliter dixerat in sententia per decenniũ, & ultra ad beneplacitum Serenissimi Ducis nostri, & licet in utroque consilio saluet opinionem Ruini, ut procedat, quando ipsemet Princeps loqueretur in propria persona, dicendo ad beneplacitum nostrum, quasi quod hoc casu dicatur beneplacitum extinctum, nec transeat ad successorem eius, tamen dicit Claud. & bene in addit.ad dictum consi.22.quod imo,
15 licet Princeps de se loquatur, attamen si ex coniecturis apparet loqui de sui dignitate, & non persona, beneplacitum morte non extinguitur,

guitur, & maxime, cum hoc respiciat publicam vtilitatem punitionis delictorum, quod latius comprobat in addit. ad sequens consilium 23.
16 volens generaliter, quod in his, quę iuris sunt, nunquam extinguatur voluntas, seu beneplacitum, siue Tertius loquatur de alio, siue Iudex, aut Princeps de se ipsis, quia semper habẽ da est relatio ad Iudicem, vel Principem respe ctu iurisdictionis, & dignitatis, respondetque his, quę in oppositum faciunt, inferto; demum
17 superfluam reddi distinctionem Bar. in d.l. cẽ tesimis, d.§.fin.num.9. cum seq. & plura ad hãc opinionem sustinendam adducit, quæ non refero, & ita quicquid in pũcto iuris dici in hoc posset, vbique vt credo obseruaretur in practica, nec ego vnquam alias iudicarem.

EPITOME.

De producente scienter falsum capitulum, & super eo testes inducente, quod a pœna falsi non excusetur, licet attestationibus falsorum testium non vtatur, & quomodo hoc intelligatur.

SVMMARIA.

PRODVCENS scienter falsum capitulum, & super eo inducens testes, licet abstineat ab vsu falsarum attestationũ, nihilominus tenetur, vt falsi machinator, & fabricator. num. 1.

Falsę probationes, & si nemini noceant, sufficit tamen quod possint nocere. nu. 2.

Subornans testes, vt falsum dicant, non releuatur a pę na quamuis illorum attestationibus postea non utatur. nu. 3.

Corruptionis attentatio punitur, sicut ipsa corruptio. num. 4.

Subornator tenetur de subornatione, licet testes recusauerint dicere falsum. num. 5.

Subornatio, per quam sequuta non est falsitas in teste, punitur pœna extraordinaria. num. 6.

Nõ vsus falsi prodest illis, in quibus præsumitur igno rantia. num. 7.

Cum dubium est, an producens capitulum falsum sciuerit an non, ipsum capitulum esse falsum, quomodo is producens excusetur. num. 8.

Vt producens falsum capitulum excusari possit, allegare debet, se errasse in capituli confectione. numero 9.

Vtens falsis testibus vsque ad sententiam non excusatur renuntians vsui. nu. 10.

Renuntians vsui falsarum attestationum, sine vlla pro testatione, vel interrogatione partis, an sit excusandus. num. 11.

CASVS CENTESIMVS QVADRAGESIMVS QVARTVS.

1 PRODVCENS scienter falsum capitulum, & super eo inducens testes, licet abstineat ab vsu falsarum attestationum, non tamen euitat pœnam falsi, quia tenetur, vt falsi machinator, & fabricator, ita probat tex. ad literam, in l. si falsos codicillos. C. de fals. & ibi not. gloss. Bart. Bald. Salycet. & coeteri scribentes, Barto. in l. 3. numero tertio, versicu. quærię glos. C. de fide instru. Bald. in l. non ideo minus, ante numerũ 6. vers. sed aliquando. C. de accus. late Felyn. in c. præsentium. numero 11. versic. secunda conclusio, de testibus, Gaspar. Caballi. in constitutionib. Marchiæ. lib. 5. cap. 12. de exceptionib. quæ non impediunt litis ingressum, & reseruantur in glos. in verbo falso. nume. 5. Foller. in pract. criminal. in secunda parte, secũ dæ partis principalis in uerbo, Item quod commisit falsitatem, num. 22. vers. imo plus, & num. 41. vers. item adeo. Capyc. decis. 67. num. 6. uers. nam licet, Afflict. lib. tertio, constitutio. Regni Rub. 40. in constitutione, qui falso. numero primo, Boss. in pract. crimin. tit. de falsis, num. 154. post vers. & producens excusatur; ex eo enim, quod scienter produxit articulum falsum, & super eo induxit testes ad deponendum falsum, dicitur eius delictum perfectum, & consumatum, & non est locus penitentiæ, secundum gl. & Bart. in d. l. si falsos, & Felyn. & Afflictum supra citatos, & quamuis ex non vsu probationis
2 falsæ nemini damnum, aut præiudicium afferatur, sufficit tamen, quod potuerit illud dare, ve Bald. dicit in d. l. si falsos in fine, & ita sæpe practicaui, & ex hoc notat ibidem Salycet. in fina
3 libus verbis, quod si pars subornauit testes, ut aliquid falsum dicerent, non releuabitur a pœna, quamuis postea illorum attestationibus vti non velit, cuius dictum sequitur Boerius de cis. Burdegalensi. 416. numero 6. versicu. & pariter in curia accidit, & Foller. in d. verbo, item quod commisit falsitatem, numero 55. versicu. quid si aliquis, amplius subdit Boer. quod in
4 corruptione attentatio corruptionis, sicut corruptio punitur per iura, & authoritates, de quibus meminit, & propterea dixit Bertazz. Boerium non adducens, nec Foller. lib. 1. suorum Consilior. criminal. cons. 218. nu. 9. post
5 vers. sicut etiam, quod subornator tenetur de subornatione, licet testes recusauerint falsum dicere, Imo, & secundum Afflictum, lib. tertio, constitut. Regni Rub. 40. in const. falsitatẽ, in princ. sub num. 1. etiam quod testis examinatus verum dixerit, quod ante prædictos inuenio ego tenuisse eleganter Bal. in d. l. non ideo minus, ante numerũ 6. uers. sed aliquando man datum. C. de accusationib. dum magistraliter

loquendo determinat, quod huiusmodi delictum dicitur esse perfectum, & consumatum etiam si non sequatur aliud delictum in teste, verum tamen est secundum Afflictum vbi supra, quod in his casibus, cum non sequuta
6 sit falsitas, & per consequens corruptio, vel subornatio parti non nocuerit, non erit imponenda pœna ordinaria falsi, sed extraordinaria tantum.

Et hoc, vt dictum est procedit in eo, qui sciēter falsum articulum produxit, puta in facto proprio ita receti, vel eius naturæ, vt nullo modo possit cogitari ignorātia; sed si præsumptio ignorantiæ est pro producente, vt si sumus in facto alieno, vel proprio in casu, in quo præsu-
7 mitur ignorantia, non habet locum dicta conclusio, & non vti attestationibus falsis prodest, quia sine dolo non committitur falsum, ita in indiuiduo tradit Felyn. in d. c. præsentium, sub numero 11 post vers. secunda conclusio, de testibus, sequitur Boss. d. tit. de falsis d. num. 154. idem colligitur ex Foller. vbi supra nume. 44. versicu. limitantur tamen prædicta, & ex Capyc. d. decis. 67. numero septimo, vers nihilomi-
8 nus. Et subdunt Felyn. & Boss. quod si dubium est, an sciuerit, vel non sciuerit capitulum esse falsum, & potest esse, & non esse, quod sciuerit, puta in facto proprio, sed non tali, in quo possit cadere error, vt sæpenumero contingit, si aduersario protestante de falso, vel eum interrogante, an velit vti, statim renuntiat vsui testium, vel respondet se nolle vti, excusatur quia oritur præsumptio erroris pro dicto re-
9 nuntiante, vel respondente, dummodo alleget errorem, & dicat se errasse in capituli confectione, licet si dictum errorem non alleget, non excusatur, prout, nec excusatur, si testibus, vs-
10 que ad sententiam vtatur, quasi quod hoc casu non possit præsumi errasse in proprio facto, sequitur Capic. d. decis. 67. numero octauo, & 9. versic. quinimo tenet, plus dicit Boss. ex mente Aretin. vtentis tamen verbo forte, quod nec
11 excusatur, si absque protestatione, vel interrogatione aduersarii dixerit nolle vti, sequitur Foller. loco citato numero 45. versic. secundo limitantur, vbi late insistit, & dicit esse rationem, quia ex hoc videtur declarare dolum adhibitum in falsitate, & productione, & ad idem allegat Capic. ita tenentem d. decis. 67. ad fin. sub nume. 9. vers. nam secundum, quod durum videtur, vt patet ex allegatis in contrarium per ipsum Foller. & quia sicut absque protestatione, vel interrogatione partis, quis incidit in falsum, vtendo testibus falsis, ita si quam primum videt testes esse falsos ex lectura eorum attestationum, protestatur nolle stare illorum dictis, videtur excusandus, quia potest procedere allegatio ignorantiæ & erroris, quæ ex dicta protestatione nō vsus oritur, & ita aperte colligitur ex Felyno in eodem c. præsētium, numero 13. vers. item nota, quod si falsitas testium, difficile tamen esset in practica a sententia Aretini discedere, cum videatur communis.

EPITOME.

An producens scienter falsum capitulum, & super eo inducēs testes, eorum attestationibus vtens puniatur duplici pœna, pro fabricatione, & vsu, ex quo plura commisit delicta; an vero vnica tantum pœna pro vna falsitate solum, cum omnia crimina ad eundē tendant finem, & qua.

SVMMARIA.

FABRICANS falsum capitulum illudque producens, & super eo testes inducens atque postremo illis attestationibus vtens, quamuis plura delicta is dicatur committere, tamen vna tantum pœna puniatur scilicet fabricationis falsi. num. 1.

Producens in eadem Causa plura instrumēta falsa, aut plures testes falsos, vel plura instrumenta falsa, & plures testes falsos simul non potest puniri, nisi pro vna falsitate. num. 2.

Statutum puniens producentem instrumentum, vel testem falsum, habet locum in producente plura instrumenta, vel plures testes falsos eademque pœna ille punitur, & idem in contrario casu. nu. 3.

Falsum pluries in eadem causa committens, & si vna tantum fabricationis falsi pœna teneatur, illa tamē propter delicti iterationem grauior esse debebit. numero 4.

Pœna est commensuranda delicto. nu. 5.

Pœna propter reiterationem delicti augetur. nume. 6.

CASVS CENTESIMVS QVADRAGESIMVS QVINTVS.

DIXIMVS in proximo præcedenti casu, quod producens scienter falsum capitulum, & super eo inducens testes, puniatur falsi pœna, etiam si dictorum testium falsis attestationibus, nō vtatur; modo quæstionis est, an si utatur talibus attestationibus, puniri debeat vna tantum pœna, an vero duabus, scilicet pro fabricatione, & vsu, & quia hæc est materia amplissima, de qua tractant Gloss. Bart. & alii in l. nunquam plura, ff. de priuat. delict. & in l. inficiando. §. infans, ff. de furt. Alberic. de Rosat. de statut. lib. 2. q. 26. & ijdē, & alij Doctores in pluribus aliis locis, & integrum exigeret tractatū, & immensum volumen.

Ego in hoc latissimo dicendi campo, omnisso multiloquio adducam tantum eas doctorum

ctorum decisiones, quæ particulariter in falsitate loquuntur, & quæ plurimũ ad rem mihi fa
1 cere videntur. Itaque licet negari non possit,
quin talis delinquens plura commiserit delicta, & ex interuallo, & ex diuersis temporibus
vsus fuerit falsitatibus, ex quo primum falsum
fecit capitulum, deinde produxit, mox induxit
testes, & postremo eorum attestationibus non
vnus vsus est, nihilominus, cum dicta omnia de
licta sint eiusdem generi, & tẽdant ad eundem
effectum, & ad vnumet finem consequendæ vi
ctoriæ causa, habenda sunt pro vno tantum delicto, & non pro pluribus, ita ut vna tantum pœ
na imponenda sit, & non plures, & per consequens talis criminosus non veniat puniendus
de fabricatione, & vsu, sed de fabricatione tantum, & sic pro vna falsitate sola, ita indiuiduo
tennerunt Boeri. decis. 82. ad fin. num. 10. versi.
sed dubium fuit. Ploc. in trac. de in litem iuran.
seu in repetit. l. si quando. C. vnde ui, §. 44. incipiente falsi crimen. num. 6. uers. tamen quoties
cunque. Farinac. lib. 1. quæst. crimin. tit. de delict. & pœn. q. 22. num. 26. vers. limita quarto regulam, & ita nouissime consuluit Bartol. Bertaz. cons. crim. 24. & cõs. 25. lib. 1. & fuit opinio
quorundam antiquorum, de quibus meminit
Alberic. d. q. 26. in fine loquentium in fabricante uel fabricari faciente falsum instrumẽtum,
& eo vtente, quasi, quod sit vnum factũ, & vnũ
delictum, quia ideo fabricauit vel fabricari fecit, vt eo uteretur, & uerum est, licet Alberic.
contrarium tenere uideatur, sicut etiam vide-
2 mus, quod si in eadẽ causa quis ex interuallo,
& diuersis temporibus producat plura instrumenta falsa, aut plures testes falsos, uel etiam
plura instrumenta falsa, & plures testes falsos
simul, cum hæc omnia tendant ad unum, & eũ
dem finem, & effectum consequendi victoriam
litis, non potest puniri, nisi pro vna falsitate, vt
dicunt præcitati Doctores, [illegible]ultra eos Bart. in
l. inficiando. §. infans. nume. 3. ver[illegible] quandoque
committuntur plura delicta. ff. de furt. Bald. in
l. quicunque sub nume. 6. uers. item facit ad quæstionem de eo. C. de seru. fugitiu. & utrobique
addentes ad illos, Alberic. de Rosat. in eadem.
l. quicunque & de statut. lib. 2. q. 28. Soc. consil.
62. in 2. dub. in prin. nu. 8. lib. 1. inquiens, ita uidisse consultum per Dominum Benedictum de
Benedictis, a cuius opinione non putat discedere, cum semper in consulendo optimi iuditii
habitus fuerit, quicquid postea disputationis
gratia, & nihil firmando subiiciat in contrarium num. 9. & 10. Cæpol. cons. crim. 77. visa inquisitione formata contra Paulum. nu. 8. & 9.
vers. Item ex eo, quod reiterauit, Boss. in pract.
crim. tit. de pœn. sub nu. 7. post vers. adde quod
cõtinuatio delicti, dum simpliciter se remittit
ad Cæpollam. Couar. lib. 2. variar. resolut. c. 10.
sub num. 8. in princ. post vers. hactenus tractatum est, & latius, & expressius post mediũ vers.
quintum est hoc in tractatu prænotandum, Io.
Maria Montic. in pract. crimin. reg. 15. nu. 160.
Didac. Canter. Hispanus in suis quæst. crimin.
de quæstionibus tangentibus punitionem delicti, cap. 9. & vlt. de diuersorum delictorum accusatione, & punitione, sub nu. 6. versi. aut quis
committit plura delicta circa rem in faciendo
fol. 674. & dicit Alberic de Rosat. d. q. 28. quod
hoc procedit etiam si statutum loquetur in
3 numero singulari puniendo in certam pænam
producendo instrumentum, vel testem falsum
quia adhuc producens plura instrumenta uel
plures testes non est puniendus nisi in illa pæna, prout si vnum tantum instrumentum, vel testem produxisset, sicut econuerso, si statutum
puniret certa pæna producentem falsa instrumenta, vel falsos testes in numero plurali haberet locum in producente vnum tantum, quia in
his consideratur vnitas delicti ex vnitate facti
probandi in eadem causa ad eũdem effectum,
nec curatur de falso modo, per quem quis dictum finem consequi tentat in multiplicatione
pænarum, & idem nulla Alberici facta mentione tenet Afflict. lib. 3. constitut. Regni Rub. 40.
in constitut. qui falsitatem, num. 2. vers. nec distinguit. & dicit Clarus neminem prædictorum
citans in §. falsum, num. 7. vers. sed pone stat statutum, quod est communis opinio, quod statutum puniens producentem falsos testes habeat locum in producente vnum tãtũ, & quod
ita practicatur sed non ponit, quid econuerso,
quando statutum punit producentem falsum
testem, & producuntur plures, fatetur tamen
Couar. quem sequutus est Farina. quod licet in
proposito nostro vnica tantum pæna imponen
4 da sit delinquenti, grauior tamen esse debebit
propter iterationem, quod sicut verissimũ est,
& ex communibus iuris regulis notissimis cõprobatur de quibus infra dicemus, ita quoque
semper in practica seruatur, & optima ratione,
cum negari non possit, quin huiusmodi committẽtes plura delicta, licet in eadem causa, &
ad vnum finem solum, non delinquãt plus, quã
vnum tantum delictum committentes, & per
consequens, quin in plus teneantur, cum pæna
sit commensuranda delicto, l. sancimus. C. de
pæn. c. sicut dignum de homicid. c. vt clericorũ
de vita, & honestat. Cleric. & l. Saecularii. §. in
Egipto ibi & pro admissi mensura, ff. de extraord. crimin. & propter reiterationem augenda. l. capitalium. §. solent, & §. grassatores. ff. de
6 pæn. l. 3. in fine. C. de episcopali audiẽt. l. seruos.
vers. viles. C. ad legem. Iul. de ui publ. & priuat.
l. prima, C. ff. de iure patronat. l. 3. §. si plures, ff.
de re milit. l. vnica, C. de super exactorib. libro
10. l. secunda post princ. C. de primicerio, & secundicerio libro 12. l. 3. C. de domestic. & protectorib. & l. fin. C. de comeatu eodem lib. 12.

EPITOME.

An fiscus possit transmittere carceratos condemnatos ad exequendas cōdemnationes, si eorum creditores contradicunt, & instant retineri, donec eis soluatur, maxime si non agatur de pœna corporali, sed alia corporis non afflictiua, puta exilij, relegationis, vel confinij.

SVMARIA.

FVRES condemnati ad Triremes, & ad restitutionem rerum ablatarum transmittuntur ad ipsas Triremes, nulla facta restitutione dominis, & absq; aliqua eorum scientia. num. 1.

Carceratus, qui damnatus est in pœnam exilij, aut aliā similem, & insuper ad interesse partis potest excarcerari ad instantiam fisci, & transmitti ad obseruandam pœnam non obstante contradictione partis pro suo interesse particulari. nu. 2.

Delicta puniri interest reipublicæ. nu. 3.

Vtilitas publica præfertur priuatæ. nu. 4.

Vtilitas publica illa uere dicitur quæ non respicit commodum fisci. nu. 5.

Creditor in pœnis fiscalibus fisco præfertur, quando agitur de pœna pecuniaria, non de pœna corporali. numero 6.

Executio capitalis differtur biduo, vel triduo, quando Tertius comparet, & dicit Reum condemnatum obligatum esse ad reddendum rationem alicuius administrationis. num. 7.

Carceratus debitor, cum fisco instante transmittitur ad pœnam relegationis temporalis, creditor instare potest, vt præstet cautionem de redeundo ad carceres finita relegatione, illamque præstabit debitor carceratus, si potest, alioquin relinquitur iuratoriæ cautioni. 8.

Carcerato debitore petente, se transmitti ad seruandū pœnam publicam, & e contra creditore contradicente pro suo interesse, debitor detinetur in carceribus donec soluerit. nu. 9.

Captus pro delicto potest pro debito ciuili retineri. numero 10.

Creditores carcerati condemnati siue ius habeant pecuniarium ex eadem sententia criminali, siue alio modo, prohibere non possunt, quin instante fisco debitor excarceretur, & transmittatur ad seruandam condemnationem. num. 11.

Ludouic. de Peguer. in suis quæstionibus criminalibus cap. 22. reiectus. 12.

Exilium extra Prouinciam relegatio proprie videtur, per quam Patriæ fines exire quis iubetur. numero 13.

Exilium nomen generale est, complectens interdictum, relegationem, & deportationem. num. 14.

Exilium in specie acceptum magi proprie deportationē significat, & inter pœnas capitales connumeratur. num. 15.

Relegatio medio loco inter pœnas corporales, & pecuniarias collocatur. nu. 16.

Relegatio pœna grauis, & non solatium condemnati ut censuit Ludouicus de Peguer. nu. 17.

Pœna pro delictis ad publicam vindictam imposita diu non est differenda ob priuatas causas. nu. 18.

CASVS CENTESIMVS QVADRAGESIMVS SEXTVS.



EXISTENTIBVS in carcere condemnatis in exilio, vel relegatione, aut confinio, vel ad triremes, & ad interesse partis, puta ad restitutionem rerum ablatarum, vel ad resarcienda damna, & expensas huiusmodi, Dubitari potest an possit fiscus excarcerare dictum condemnatum, & transmittere ad obseruandam pœnam, parte erga quam fuit condēnatus pro priuato interesse, contradicente; an vero debeat illum in carceribus retinere, donec dictæ parti sic petenti satisfecerit.

Vidi in multis Italiæ partibus seruari, quod
1 condemnati pro furtis ad triremes in perpetuum, vel ad tempus, vel ad beneplacitum, &
ad restitutionem rerum furaturum transmittuntur ad ipsas triremes, nulla facta restitutione Dominis, & absque aliqua eorum scientia
ad omnem voluntatem fisci. In condemnatis in pœnam exilii, vel relegationis, vel confinii, non
memini vidisse fiscum instare, vt accederent ad
seruandam condemnationem, quamuis credam, quod volens posset dictam instantiam facere, pro vt puto iuri consonam esse consuetudinem prædictam condemnatorum ad triremes. Videtur etenim, quod iure possit fiscus
2 instare pro executione cōdemnationis, quo ad
pœnas prædictas pro publica vindicta delinquentibus impositas, cōtradictione partis pro
suo interesse particulari & credito priuato nō
3 obstante, quia Reipublicæ interest delicta puniri. l. si ita vulneratus, ff. ad leg. Aquil. l. bona fides. ff. depositi, & publica vtilitas præfertur pri
4 uatæ Bart. in l. prima. num. 26. vers. cum ergo ff. solut. matr. Roman. cons. 310. in casu propositæ consultationis per totum, latius Felyn. cap. nōnulli sub numero 16. ver. ad euitandos istos nouos scrupulos de rescriptis, & diffuse etiā Ias. in l. barbarius numero 24. cum multis seq. versic. circa duas, ff. de officio Prætor. & dicitur ve
5 re vtilitas publica illa, quæ nō respicit commo
dum bursale fisci, Bar. in l. ambitiosa sub numero 19. ver. nec obstat supra de magistr. conuen. ff. de decret. ab ordin. faciend. nec videtur obstare quod creditor in pœnis fiscalibus fisco præferatur, ut in Rubro, & Nigro C. de pœnis fiscali

bus creditor. præferri. lib. decimo, & ibi glos. Bart. & alij, pulchre Pellegrin. in tract. de iure, & priuileg. fisci. libro 5. tit. primo, de publicat. bonor. num. 59. vers. limita secundo, quia respō detur, quod istud habet locum, quando tracta 5 tur de pœna pecuniaria, & creditor concurrit cum fisco, quia tūc cum fiscus tractet de lucro, & creditor de damno, præfertur creditor, vt ibi dicit Ioan. de Plat. colum. prima, vers. item nota hic, & ita etiam loquitur Peregr. vbi sup. non autem procedit in pœna corporali, vel alias non pecuniaria, quæ tanquam imposita ad publicam vtilitatem, & sine commodo fisci non est impedienda per priuatam, sed ei anteponenda, per quas rationes, licet non ita iuribus, & authoritatibus munitas dubitationem hanc resoluit Vincent. de Franch. decis. Neapolita. 317. quando quis per sententiam, numero 6. & 7. vers. in hac causa, cum quo conuenire videntur tradita per Bar. in l. secunda, §. qui exhibendi sub numero quarto, vers. quandoq; una executio est pecuniaria, alia corporalis, ff. de custod. & exhibit. Reor. vbi inquit, quod si quis est recomendatus in carceribus tanquam capite damnatus, si altus facit eum ibi recomendari pro pecunia, vel ut reddat rationem alicuius administrationis, si habita modica dilatione executionis corporalis pænæ, posset esse consultum petenti executionem pecuniariam, cōcederetur illa dilatio, alias secus, & cum hac opinione transit Clarus in practic. crimin. quæstione, 97. in prin. vbi post relatam opinionem aliquorum, qui dicunt, quod si post condemnationem capitalem contra aliquem sequutam compareat tertius, dicens Reum condemnatum esse obligatum ad reddendum rationem alicuius mercaturæ, vel negotiationis, vel administrationis, vel huiusmodi, differendam esse executionem, donec reddita sit ratio, & post attestationem consuetudinis in contrarium, quod reiecta tali petitione sententia exequatur testimonio plurium illustrium Doctorum antiquorum, & modernorum, inquit non esse denegandam breuem dilationem, puta bidui, vel tridui, ubi non appareat petita fraude, & animo differendæ executionis, & cesset periculum euadendi de carceribus, vel alterius scandali, & constet de interesse, petentis, & quod antea non potuit hoc facere, & licet nihil pro hac sua sententia alleget, ea tamen & æqua est, & de iure procedit, & optime probatur ex præallegato dicto Bartoli, de quo fuit memor Dō Ludouic. de Peguer. in infrascripto cap. 22. in princ. vbi alios idem tenentes adducit, & mentionem etiam facit de Claro, & aliis de prænarrata inobseruantia testantibus. Subdit tamen Vincent. de Franch. numero octauo, quod Neapoli cōsueuit fiscus instare pro transmissione condemnatorum carceratorum in Insulam quādo sunt condemnati pro graui delicto, uel exemplari, vel sunt personæ rixosæ, vel temeraria, vel turbarēt quietem carcerum, & eo casu cōsu itur creditoribus, quia si debitor poterit præstare fideiussionem de redeundo ad carceres finita relegatione, illā præstabit, si minus stabitur eius iuratoriæ cautioni, quæ consuetudo difformis non videtur menti Bartoli Clar. & Peguer. statim citatorum, & in fine inquit idem Vincent. de Franch. quod si fiscus non in 9 staret, sed ipse condemnatus carceratus, & contra dicit creditor, nullo modo transmittitur ad seruandam pœnā, sed detinetur in carceribus, donec soluerit, uel aliter excarcerationi prouiderit per remedia iuris opportuna, quod indubitanter procederet, si pęna esset corporalis, cum nemo Dominus sit membrorum suorum l. liber homo la pr. ff. ad leg. Aquil. Marsil. in l. 1. num. 2 & in l. lege Cornelia. §. constitutum, nu. 6. per illum tex. ff. ad leg. Cornel. de Sycariis, et in l. vnius. §. cognitorum. nu. 58. ff. de quæstioni.

Fortius autem prædicta procederent in aliis creditoribus condemnati, quibus ius non competeret ex eadem sententia, vt sunt termini nostri, sed ex contractu ante delictum, vel aliter, 10 nā posito, quod captus pro delicto possit pro debito ciuili retineri, seu recommēdari, prout tenet Boss. in pract. crim. tit. de captura nume. 81. vers. scias etiam, & videntur præsupponere Bart. Clar. & Franch. citati, & Don Ludouic. de Peguer. statim citandus, licet alii contrarium teneant, de quibus meminit Farinac. lib. 1. quæstion. crimin. tit. de carcerib. & carcerat. quæst. 27. nu. 155. vers. captus tamen. quorum opinio de consuetudine seruatur, & his creditoribus cōtradicentibus, & petentibus condemnati retentionem in carcere, vsque ad crediti eorum satisfactionem, fiscus potest instare pro excarceratione, & trasmissione ad seruandam condēnationem, & in istis terminis ut puto loquitur Vincent. de Franch. d. decis. 317. & expressius constat ex Bartolo, in d. §. qui exhibendi in uer sic. allegato, & ex Clar. d. q. 97. in princ. & militant omnes rationes superius deductæ, ita vt nulla videatur constituenda differentia, an cre 11 ditores cōtradicentes ius pecuniariū habeāt cōtra cōdēnatū ex eadem criminali sententia, per quam ipsis, & reipublicæ satisfactū fuit contra criminosū, an vero alio modo, Vnde & fisco nō instāte pro executione, sed ipso carcerato condemnato, & creditoribus contradicentibus non esset dicta cōdemnati petitio admittēda per supradicta, & per eādē rōnem ex qua idē ius procedere debet. l. illud. ff. ad leg. Aquil. cum cōcordātibus ibi allegatis per glo. & licet Dō Ludouic. de Peguer. in suis decisionibus, seu quæstionibus criminalibus. c. 22. pōnat hāc eādē quæstionem in cōdemnato in pœnā exilii a prouincia, qui ante sententiā fuerat recōmēdatus pro debitis ciuilibus, & concludat dictā recomēdationē posse, & debere suspēdere executionē sētētiæ criminalis dicti exilii, quousq; cōdēnatus soluerit, uel eautionē de soluendo præstiterit, & ita cōclusū esse referat pro maiori parte votāriū in Regio consilio Catal. in causa

& status mutationem imponitur pœna. 16.

elinquens eo ipso, quòd delinquit obligatur ad pœnam lege impositam pro illo delicto, quando scilicet pœna ordinaria est, nam ad pœnam extraordinariam delinquens tunc dicitur adstrictus, cum Iudex illā arbitratur, nu. 17.

ondemnationes factæ tempore vnius Iudicis pro delicto cōmisso tempore alterius pertinent ad primum quando pœna est certa tempore commissi delicti, si pœna sit arbitrariā pertinent ad secundum, numero 18.

onfessionis, vel pacis beneficium non admittitur effectis militibus post delictum in pœnis certis initio commissi delicti; secus in pœnis arbitrarijs, numero 19.

abilitas concessa militibus circa relaxationem a carceribus, & solutionem mercedis pro processibus nō habet locum in eo, qui eff ctus est miles post delictū quando pœna ab initio commissi delicti fuit certa, nu. 20. *&* 26.

pœnis arbitrarijs habetur ratio superuenientis qualitatis in personam delinquentis tempore, quo causa, & processus agitatur, secus in pœnis certis, nume. 21.

idex ex æquitate pœnam extraordinariam mitigat secundum tempus sententiæ non habita ratione ad tēpus delicti, nu. 22.

idex in dependentibus a suo arbitrio procedit, & iudicat pro vt religioni eius videtur, nu. 23.

ualitas superueniens delinquenti post delictum, a Iudice potest haberi in consideratione in quolibet actu præcedente sententiam, sicut in ipsamet sententia, nu. 24.

cta processus, regulantur a sententia tanquam a suo fine. nu. 25.

Eaque appellantur necessaria ad sententiam supra nu. 20.

n arbitrarijs non solum pœna minuitur secundum priuilegia militum, sed etiam faciliori modo processus agitatur contra effectos milites post delictum commissum, nu. 26.

eneficia militibus concessa post latam sententiam cōpetunt etiam effecto militi post delictum, siue pœna sit certa, siue arbitraria, nu. 27.

tiles delinquens si postea desinat esset miles a quo sit iudicandus, nu. 28.

Et ibidem obseruari, quòd sententia participetur cum Iudice militari, ac si delinquens in militia permansisset.

CASVS CENTESIMVS QVADRAGESIMVS SEPTIMVS.



ISPONENTIBVS capitulis militarium legionum seu rei militaris, quod in causis criminalibus militum Rectores, qui processum fecerunt debeant dare sentētias cum participatione Iudicis, seu Auditoris militiæ. Quæsitum fuit, an si quis tempore ferendæ sententiæ reperiatur miles, qui tamen tempore delicti commissi non erat miles, sententia sit participanda cum dicto Iudice, seu Auditore militari, & vbi participari debeat, an dicto delinquenti imponenda sit pœna habito respectu ad statum antiquum eius personæ tempore delicti, an vero ad statum nouum tempore sententiæ & sic an tractari debeat, vt non miles prout erat, quando deliquit, vel tanquam miles, prout tempore condemnationis reperitur, & quid circa modum procedendi, causam agitandi, & in beneficijs post latas sententias competentibus.

1 Circa primum punctum, quod talis delinquens post delictum effectus miles sit iudicandus cum voto proprij Iudicis militum, & attendatur priuilegium militare competēs tempore ferendæ sententiæ, & non commissi delicti, probari videtur Instit. de noxal. action. §. omnis autem, vbi quod ad dandam noxalem actionem pro delicto Serui in Dominum
2 attenditur tempus motæ litis, non autem delicti commissi, quod & probatur in sequenti §. si seruus, vbi etiam traditur regula ad propositum quadrans, quod res impeditur si deducitur ad eum casum a quo incipere non potuit. Ad idem facit l. hos accusare in princ. & §. hoc beneficio. ff. de accusation. vbi ex offi-
3 cio, vel dignitate superueniente post delictum commissum, quis non potest accusari & melius probatur in l. penult. vbi etiam glos. in verbo vindicta. ff. si ex noxali causa agat. vbi in
4 impositione pœna attenditur conditio personæ tempore condemnationis. Et seruiunt quę dixi supra casu. 108. de eo, qui post maleficium
5 commissum effectus est clericus, vel religiosus, vt a Iudice seculari non sit iudicandus, sed ab Ecclesiastico, de quo vltra ibi adductos tractat Albert. de Gandino subtiles rationes adducens in tractatu de malefic. in Rubric. de aliquibus quæstionib. varijs in maleficiis, num. 6. vers. postea subiicio, quod attendatur tempus
6 ferendæ sententię, & nō delicti, quoad statum personę, & eius mutationem, tradit Decianus in tractatu crim. tomo pr. lib. quarto capit. 23. sub nu. 2. post vers. delinquens si post delictum in fine vbi formaliter subdit in vers. itidem si fiat, quod si delinquens fiat miles post
7 delictum, & etiam post inchoatum processum remittitur ad Iudicem militarem, a quo iudicandus est, & non ab eo, a quo delicti tempore iudicari debebat, quod potissimum videtur procedere ex quo participatio exigitur tē-
8 pore ferendę sententię in causis militum, vt sic satis esse videatur, quod sint milites dicto tempore sententię, cum qualitas iuncta verbo participio, vel huiusmodi, intelligatur secū dum tempus verbi l. in delictis. §. si damnum ff. de noxal. actionib. & l. Titius. 26. ff. de milit. testam. & ita etiam expresse tenuit Marsil. in rubr. ff. de fideiussor. q. 12. nume. 136. vers. mutatio enim status, & adducit l. qui cum vno

vno §.reus.ff.de re milit. & d. l. hos accusare in princ.& in §. primo, & secundum hanc, opinionem practicaui multis ab hinc annis, licet alias in contraria fuerim sententia, quod nulla exigeretur participatio; quasi quod ea requireretur non in causis militum, sed in deli-
9 ctis a militibus factis, & quia ad fundandam iurisdictionem Iudicis attēditur status in quo delinquens erat tempore commissi maleficij, eo enim ipso, quod quis delinquit, acquiritur ius ei cuius iurisdictioni subiectus est, quod per mutationem status ipsius delinquentis ei non potest tolli, vt tradit Vincent. de Franch.decis.4 7 Cæsar.Polimenus nume.3.& 4.in secunda parte exemplificans in eo, qui tem-
10 pore commissi delicti erat Clericus, & postea vxorem duxit, vt cognoscatur ab episcopo, non a Iudice laico per plura, quæ allegat, vnde & in fine. nu.9.concludit quod si laicus debuit conueniri coram certo Iudice ratione alicuius exercitij, quod exercebat, si desinat exercere tale officium, adhuc coram eodem conueniendus erit, & dat exemplum in mercato-
11 re, & scolare, qui pro gestis, tempore, quo erat mercator, vel scolaris, etiam quod desierit esse mercator, vel scolaris, debet conueniri in curia mercator, vel coram Rectore, ex quibus in suo casu iudicatum refert, quod suppositus iurisdictioni Admirati ratione certi officij tempore commissi delicti debet ab eo iudicari, licet postea dicto officio fuit ab eodem. Admirato priuatus, & allegat Castr.in puncto in l. fin.in princ.nume.1.& 2.C.de iurisd.omn. iud. & in l. 2. lecta, cum l. pr.nume. 3.C.vbi de ration.agi oport.vbi etiam idem decidit Cast. in clerico, qui fuerit Notarius in Curia Episcopi, & postea efficitur bigamus, & desinit exercere illud officium, quia si conueniatur de gestis tempore Notariatus, debet respondere coram Episcopo, quæ quidem decisiones tanquam particulares multum mihi placent,
12 & secundum eas, vt dixi, alias seruaui, habendo pro non milite, vt militem, qui delicti tempore non erat miles, pro vt econtra habui pro milite respectu participationis, de qua supra deletum ex matriculo, seu d e numero militum qui tempore delicti commisi vt miles, erat sunt termini decisionis Vincentij de Franch. Verum a non nullis annis citra in pr.casu contrarium, vt dixi practicaui, per illud dictum Deciani, & Marsilii, & per iura initio allegata, de quibus non meminit Franch.licet in puncto iuris veriorem esse credam eius sentētiam, & successiue etiam illam meam priorem obseruantiam, a qua vt arbitror recessum videtur, vt magis faueatur militibus, qui plus confidentes de eorum militari Iudice, quam de aliis instant semper eorum processus pro participanda sententia ad illum transmitti, quibus iusdicentes ad euitandas querelas mortem gerunt, non tamen forte errarent, si id facere recusarent, dum tamen in pœnis imponendis infra dicenda seruent, quæ procedunt a quocunque puniantur Iudice.

Et hoc quidem verum est, & procedere intelligitur, nisi fraude, & dolo ad euitandum Rectoris iudicium, & ad obtinendam alterius Iudicis participationem, vel ad euitandos car-
13 ceres, aut impensas, in quibus benignius cum militibus agitur, vel ad obtinenda beneficia confessionis, & pacis militibus concessa fuerit factus miles, quia tunc sub solius Rectoris iu-
14 dicio remaneret, & nullis priuilegijs militaribus gauderet, vt probatur in d.l.hos accusare in princ.vers. dum non retractandi causa ff. de accusationib. & in l.si maritus. la secunda §.legis.ff. de adult. pro vt; & in effectu Clerico, vel religioso fraudulenter, & dolose post delictum probaui d.casu 108.& ostendit etiam Albert.de Gandino in loco citato, quod quando sit, vel præsumatur latissime ibi demonstraui, nec hic repetere decet, licet quoad personam Clerici, vel religiosi ob omnimodam exemptionem a seculari iurisdictione alia cadat inspectio, de qua ibidem dixi, quæ hic cessat in milite qui totaliter remanet sub iurisdictione eiusdem Rectoris, & ab eo nedum processatur, sed etiam iudicatur, licet cum voto Iudicis militaris.

Circa secundum dubium, dicendum videtur, quod, aut sumus in delictis habentibus pœnam ordinariam certam, & limitatam, aut in habentibus pœnam extraordinariam, & Iudici arbitrariam, quæcunque sint crimina, siue publica, siue priuata.

15 Primo casu attenditur tempus commissi delicti, ita vt nullum subsequens priuilegium, aut status mutatio consideretur, sed secūdum primeuam qualitatem personæ delinquentis fiat condemnatio per l. 1. ff.de pœnis, quemadmodum nec superueniens nouæ legis prouisio per ea, quæ dixi infra casu 156. Si tempore
16 post principium. Secundo vero casu attenditur tempus sententiæ, & priuilegium superueniens, & status mutatio consideratur, & secundum superueniente qualitatem personæ ipsius delinquentis pœna imponitur per d. l. penul. ff. si ex noxali caus. agat. Ioan. Bapt. Rossel. in pulchro casu tomo. 2. cons. crimin. diuers. vltimæ impressionis in magna forma cons.34. viso processu nume. 26.vers. alia opinio est, & hoc ea ratione, quia in primo casu, quando pœna est certa, & limitata, statim quod quis deliquit, ad illam pęnam obligatus fuit, & ideo tēpus tantum delicti attenditur in imponenda illi pęna.

Secundo vero casu, quando pęna est arbitraria Iudici, delinquens non potest dici adstrictus ad illam pęnam, nisi cum Iudex arbitratur, & propterea tempus illud sententiæ solum inspicitur, ita concludit Barto.in l. pr. nu. 3.versicu.ideo ego putarem ff. de pęnis sequitur Salycet. in l.fin. sub nu. 4 vers.verum tamē an pęna C. an seruus ex suo facto. post manu-

missi.

miſſ. teneatur, eandem diſtinctionem Barto-
li approbant in d.l. penult. ff. ſi ex noxali cau-
ſa agatur Caſtr. nu.3. verſ. nota etiam, & Alex.
nu.6. verſ. vltimam ſolutionem, & alij per eos
allegati, hanc etiam diſtinctionem, quod in
pœnis certis attendendum ſit delicti tempus,
in arbitrarijs autem ſententiæ, approbat So-
cyn. in l.ſi ſeruum. nume.8.& 9. verſic. in Glo. in
verbo vindictam. ff. de eo per quem fact. erit,
inquiens eſſe magis communem & tenendam
opinionem, quam etiam tenet Carpanus in §.
omnium in conſtitution. dominij Mediolani
tit. de iure, & priuilegio fiſci, nume. 510. & 511.
verſ. declaratur tamen, qui ex hoc declarat,
quæ antea dixerat de confiſcationibus, vel
alijs condemnationibus factis tempore vnius
Domini, aut temporis, conductoris, ſeu perce-
ptoris fructuum iuriſdictionalium pro deli-
ctis tempore alterius Domini, vel emptotis,
conductoris, ſeu perceptoris fructuum com-
miſſis, vt ſpectent ad primum, quando pęnæ
erant certæ tempore delictorum, quod tunc
inſpiciendum eſt, ſecus autem quando pœnæ
erant arbitrariæ, quia tunc ſpectant ad ſecun-
dum, ex quo inſpicitur tempus condemnatio
nis tantum, & nihil certum eſt in condemna-
tione tempore delicti, vt ibi per ipſum. Vnde
in pęnis ordinarijs, quæ certæ, & determina-
tæ ſunt, vſque ab initio commiſſi delicti, & ad
quas delinquens ſtatim cum deliquit obliga-
tus fuit nulla diminutio pœnæ facienda eſt ta-
li delinquenti ex beneficio confeſſionis, vel pa-
cis militibus conceſſo, quandoquidem ſi dicto
beneficio potiretur non fieret condemnatio ſe
cundum tempus delicti, ſecundum tempus ſen
tentiæ, ſecus vero in pœnis Iudici arbitrarijs,
in quibus inſpicitur tempus ſententiæ in qua
poteſt Iudex condemnationem mitigare ex
qualitate ſuperueniente in perſona delinquen
tis, vt infra dicetur.

Et ex hac diſtinctione reſoluitur etiam ter-
tium dubium, nam & in proceſſu idem, quod
in ſententia ſeruandum eſt, ſi enim ſumus in pę
na certa, & determinata, cui delinquẽs nõ mi-
les ſtatim cum delinquit, fuit obligatus, ſequi-
tur quod ex priuilegio vel qualitate ſuperue-
niente, & inhęrente eius perſonę non poteſt di
ctã pœnã minuere, vel aliud commodum habe
re, vnde non gaudet benef. diminutionis pœ-
9 næ propter confeſſionem, vel pacem militi-
bus conceſſo, & ſi aliter diceretur, & dictis
beneficijs frueretur, ſententia non daretur at-
tento primeuo ſtatu, ſecundum tempus delicti
prout dari debet ex doctrina Bart. communi-
ter approbata, vt ſupra, nec poteſt etiam vti
habilitate conceſſa militibus circa relaxatio-
nem a carceribus, & ſolutionem mercedis Re
ctorum, & Notariorum pro proceſſibus, quia
ſi in principali debent tractari, ac ſi non eſſent
milites, & prout tractati fuiſſent, ſi in primo
ſtatu commiſſi maleficij remanſiſſent, in ac-
ceſſoriis etiam eodem modo tractandi ſunt,
cum acceſſoria ſequantur natu... princi-
palis. cap. acceſſorium de reg. iur. in 6. & l. cum
principalis. ff. eod. tit. & vtrobique gloſſ. & Do-
ctores, & ſecundum hoc pluries practicaui, li-
cet quandoque circa carcerationem viderim
indulgeri relexãdo Reos cum fideiuſſore, vbi
agitur de pœna ictuum funis, qui tamen iure
ſtricto retinendi eſſent, ſicut retenti fuiſſent,
ſi in prima eorum qualitate temporis delicti
permanſiſſent per prædicta, quod ſi ſumus in
pęna iudici arbitraria, cui delinquens non eſt
obligatus ſtatim, ſed tunc demum cum Iudex
21 arbitratur, poterit ipſe Iudex habere rationẽ,
& in iudicando, & in procedendo ad qualita-
tem inhærentem perſonæ delinquentis, tem-
pore, quo cauſa agitur, & ille comparet in
proceſſu quia nihil repugnat quin poſſit tra-
ctari vt miles, prout eſt tempore comparitio-
num ſuarum, licet talis non eſſet tempore de-
licti, ex quo non eſt ex illo delicto adſtrictus
ad aliquam pęnam certam, vt ex prædicta do-
ctrina Bart. patet, quam ſecuti fuerunt in lo-
cis relatis Salycet. Caſtr. & Alex. qui in indiui-
duo dixit, quod hoc caſu Iudex ex æquitate
22 pęnam mitigabit ſecundum tempus, ſenten-
tiæ quæ res, & ex eo conſtat, quod nullus re-
ſpectus habendus eſt ad præcedens tempus,
quo commiſſum eſt delictum, ſed ad illud tan-
tum præſens, in quo delinquens Iudice repe-
ritur, vt ſpecialiter dicit Caſtr. & voluerunt
etiam ſatis aperte Bart. & Salycet. & hoc in
practica non recipit dubitationem, quia cum
23 omnia dependant ab arbitrio Iudicis, is pro-
cedit, & iudicat, prout religioni eius videtur,
& poteſt habere in conſideratione qualitatem
illam ſuperuenientem poſt delictum in quoli-
24 bet actu præcedente ſententiam, ſicut in ipſa
ſententia, & condemnatione, a qua acta præ-
25 cedentia proceſſus ſunt regulanda, reſtringen
da, & amplianda, non ſecus ac principia,
& media a ſuo fine. Vnde arbitrando pęnam
poteſt illam minuere ex confeſſione, & pace
26 ſecundum priuilegia militum, ſicut etiam po-
teſt eadem priuilegia admittere in excarcera-
tione, & expenſis proceſſus, cum vere eo tem-
pore delinquens ſit miles, & tanquam talis re-
putari debeat, etiam in condemnatione deli-
cti, vt ſupra fuit probatum.

Quoad vltimum de beneficio, quod militi-
bus conceditur poſt latam ſententiam, puta
termini eundi ad confinia, vel relegationes,
& diminutionis quartæ partis condemnotio-
nis ſoluendo intra menſem, vel alium termi-
27 num. dubium non eſt, quin indiſtincte que-
cunque fuerit pęna ſiue certa, ſiue arbitraria,
competat delinquenti non militi, qui poſtea
miles ſit factus, cum illud contingat poſt de-
lictum, & poſt condemnationem, & ſatis ſit,
quod eo tempore, quo incipit competere vo-
lens eo vti, ſit miles, & ſic habeat qualitates
requiſitas ad illud obtinendum per d. l. in de-
lictis. §. ſi damnum. ff. de noxal. act. & quia cui
con-

conueniunt verba legis, dipositio quoq; conuenire debet Crauet. cons. 10. nu. 7. vers. secundo fundatur, & ita practicatur. Ex his decidi po-
38 test, quid in casu contrario seruandum sit in eo scilicet, qui delicti tempore miles erat, sed postea, talis esse desijt per priuationem, vel aliter respectu etenim primi dubij res non caret difficultate per ibi dicta, quæ & in hoc militant, cum contrariorum eadem sit disciplina §. 1. Instit. de his qui sunt sui, vel alien. iur. & §. 1. Instit. de tutel. & vt idem operetur propositum in opposito, quod operatur propositum in proposito l. fi. §. si filius. ff. de leg. 3. tamen licet in illo casu varia fuerit obseruantia, in hoc tamen semper fuit vniformis, quia participata fuit sententia cum iudice militari, ac si delinquens in militia permansisset, & puto huiusmodi practicam de iure sustentabiliorem per allegata per Franch. in d. 1. dubio citatum nu. 3. 4. & 9. & per decis. Castr. ibi relatam, in alijs autem concernentibus secundum, & tertium dubium, non est probabilis difficultas quia a quocunque procedatur, dicta in illis, militant & in isto casu, & in procedendo, & in iudicando eadem adhibenda est distinctio.

EPITOME.

Quod statutum puniens offendentem officialem non habet locum in offendente electum, vel extractum ad officium, qui nondum officij administrationem fuit cõsequutus, Item nec in offendente eum postquam habuit exercitium iurisdictionis, si non prætextu officij, sed odio particulari facta est offensio.

SVMMARIA.

OFFENDENS *officialem electum, sed non ad officium admissum non tenetur pœna statuti de offendente officialem, nu. 1.*

Officialis quis vere, & propriè tunc dicitur quando electio habuit effectum per admissionem ad exercendũ officium, nu. 2.

Tempus date, & factæ electionis attenditur in gratiosis, sed in concernentibus iurisdictionem attenditur tempus præsentationis debito tempore facta pro exercitio consequendo. nu. 3.

Ciuitas, quæ proprium episcopum occiderit, tunc priuatur honore Episcopali quando is episcopus erat iam consecratus nu. 4.

Offendens officialem non intuitu officij. sed ex priuata maleuolentia non tenetur statuto de offendente officialem, nu 5.

Læsæ Maiestatis non tenetur qui Principis consiliarios aut senatores vel alios officiales Principi adsistentes offendit ob priuatam inimicitiam, & speciale odium, nu. 6.

Stante decreto, quod capientes, vel occidentes delinquentes gaudeant indulgentia exceptis offensoribus ministrorum Iustitiæ, si quis offendat electum in ministrorum iustitię, nihilominus gaudet indulgentia etiam si ad eius fauorem expedita sint literæ commissionis dummodo nondum præsentatæ fuerunt, nu. 7.

Bannum prohibens offendere officialem, vel ministrum iustitiæ intelligitur de offensione ex causa officij, nume 8.

Prouisio de delictis officialium cognoscendis intelligitur de delictis commissis in exercendo officium, & non extra, nu. 9.

Item procedit tam actiuè, quam passiuè. nu. 10.

CASVS CENTESIMVS QVADRAGESIMVS OCTAVVS.

VENIT in controuersiam, an offendens officialem electum seu ex bursa communis extractum ad officium non dum tamen ad illud admissum teneatur pœna statuti de offenden-
1 te officialem, & præsertim si offensio processit non intuitu officij, sed ex odio particulari. Resolutio est quod non tenetur, quia electus in officialem non dicitur vere, & proprie officia-
2 lis, sed tunc demum, quando electio habuit effectum per admissionem ad exercendum officium. Anton. de Butrio cons. 19. sub nume. 3. 12. & 18. vbi agit de Episcopo electo, sed
3 non consecrato. Et licet in gratiosis attendatur tempus datę, & sic factæ electionis seu extractionis cap. si eo tempore de rescript. in 6. latissime Felyn. in ca. eam te nu. 18. vers. tempus datæ extra eod. titu. de rescript. nihilominus in concernentibus iurisdictionem attenditur tempus præsentationis debito tempore factæ pro exercitio consequendo, & ante eam nulla penitus officiali deputato authoritas competit Felyn. in cap. cæterum sub nu. 11. post vers. valet processus factus circa finem eodem tit. & in d. cap. eam te sub nu. 21. ver. fallit quarto, facit Couar. lib. 2. variar. resolut. cap. 8. in finalibus verbis versiculo, his omnibus accedit,
4 vbi dicit, quod conclusio Doctorum, quod Ciuitas, quæ proprium Episcopum occiderit, priuetur honore, & dignitate Episcopali procedit quando ei Episcopus erat iam consecratus, & non ante, maxime autem hoc est concedendum, vbi iniuria non occasione illius electionis, & officii, sed ex inimicitia particulari processit, nam & si offensus fuisset iam
5 consequutus officii exercitium, & offensio nõ processerit intuitu ipsius officii, sed ex priuata maleuolentia, locus non esset dicto statuto pro pena offendentis officialem, vt decidit Capyc. iura, & authoritates adducens decis. 130. num. 7. & 8. vers. is cuius opera, sicut læsæ maiesta-

maiestatis crimine non tenetur, qui Principis consiliarios, aut Senatores, vel alios officiales ipsi Principi, & eius concistorio assisten es offendit, non in ipsius Principis iniuriam, & officij prætextu, sed ob priuatam inimicitiã, & speciale odium, vt decidunt post antiquiores Capyc d. decis. 130. num. 14. vers. & hoc intelligendum secundum eum. Alciat. cons. 19. nume. 17. in fine vers. nec obstat ille text. lib. 7. Paris de Puteo in tractatu Syndicat. in verbo iniuria officialis cap. 3. incipiente an officialis num. 4 ver. quibus accedant folio mihi 285. Grauet. cons. 6. num. 79. vers. tertio arguitur. & late Decianus cœteros referens, & de communi atteftans in tracta. criminal. tomo 2. lib. 7. cap. 5. nume. 4. vers. sed pulchra insurgit dubitatio, vbi etiam ait, quod eam sequeretur in cõsulendo, & iudicãdo, quamuis credat, quod in puncto iuris facile sustineri possit contrarium, quod scilicet incurrat in pœnam criminis lesæ maiestatis etiam qui tales officiales offendit ex speciali inimicitia nulla consideratione habita de Principe, vt ibi per eum. cui opinioni etiam adheret Clar. in §. lesæ maiestatis, nume. 5. vers. quæro etiam nunquid, sed communem opininnem sequitur Vulpellus respons. crimin. 21. nume. 5. inquiens esse receptissimam sententiam. His adiungitur Vincent. de Fran. decis. Neap. 326. Emanato Regio banno in 2. parte, vbi stante decreto quod capientes, vel occidentes delinquentes pro delictis per eos commissi, gaudeant indulgentia, exceptis illis, qui offendissent Ministros iustitiæ, si quis offendit electum, & deputatum in ministrum iustitiæ, & ad cuius fauorem expeditę sunt literæ commissionis, nondum ramen præsentatæ, locus est indulgentiæ, quia non sumus in delicto excepto a banno, ex quo ille offensus non habebat exercitium iurisdictionis tempore offensionis, ad quod plura allegat; & quia etiam, quod eo tempore exercuisset officium, nihilominus offendens debebit gaudere indulgẽtia, ex quo non offenderat ministrũ intuitu officij, sed ex odio particulari secundum Capyc. & Foller. per eum citatos, quasi quod exceptio banni intelligatur de offensione ministri iustitiæ ex causa officij, quemadmodum, & alia Regni prouisio de delictis officialium a sola magna Curia cognoscendis, intelligitur de delictis commissis exercẽdo officium, & non extra pertinentia ad illud, vt etiam inquit dixisse antea decis. 274. in villa vbi hoc firmat. nu. 7. & amplius quod procedit dicta prouisio tam actiue, si officialis prętextu officij offendit alium, quã passiue si offendatur ab alio, quod & prius firmauerat nu. 4. ex quibus quidem dictis Vincent. de Franch. satis corroborata videtur resolutio prædicta

EPITOME.

An ex causa coniuncti, & attinentes bannitorum, & malorum hominum cogi possint pro eis præstare cautionem de neminem offendendo, neque in persona, neque in bonis; & concluditur, pro affirmatiua pluribus iuribus, rationibus, & autoritatibus in his, & similibus terminis loquentibus.

SVMMARIA.

Consanguinei bannitorum, & facinorosorum perturbantium quietem publicam cogi possunt ad præstandum pro eis cautionem de non offendendo personas, & bona territorij infestati, nume. 1. & 8.

Ob publicam vtilitatem multa in priuatorum damnum & incommodum conceduntur, nu. 3.

Princeps debet prius cogitare de vtilitate Reipublicæ quam singulorum. 3.

Publicum fauorem concernens ampliari, & extendi debet, nu 4.

Ad Iudicem pertinet prouinciam facinorosis hominibus expurgare, eamque pacatam regere, & propterea cautiones de non offendendo extorquere. nu. 5.

Banniti desinũt esse Ciues, quoad commoda, et honores, non quo ad onera & odia. nu. 6.

Banniti non desinunt esse coniuncti, ideoque coniunctorum appellatione continentur, nu. 7.

Coniuncti ob bonum publicum grauantur pro bannitis coniunctis, nu. 8. & 24.

Banniti non delinquerent si coniuncti obuiarent, nu. 9.

Publico fauore iura transgredi licet, nu. 10.

Iura transgredi æquum est ex causa, puta ob terribiles casus, 11.

Necessitas nõ habet legem, & facit licitum, quod alias esset illicitum, 12.

Scandalis obuiandum, illisque ante tempus occurendum, nu. 13

Melius est intacta iura conseruare, quam post vulneratam causam remedium afferre, nu. 14.

Scandalorum euitandorum causa multa permittuntur, quæ alias non concederentur, nu. 15.

Filius aliquando punitur pro delicto Patris, & e contra Pater pro delicto filij, & quibus casibus, nume. 16.

Vnus punitur ex facto alterius in multis casibus, nume. 17.

Statutum quod vnus puniatur pro delicto alterius valet secundum veram, & communem opinionem, nu. 18.

Estque hoc statutum durum, & odiosum, nu. 19.

Et obseruandum quando imponit pœnam pecuniariam non corporalem, nu. 20.

Statutum, quod vno de domo, vel familia delinquente, alij teneantur, valet ea ratione, quia omnes de familia

lia curabunt nc quis delinquat, nu. 31.

A delictis abstinet quis facilius, cum videt coniunctos pro illis puniri nu. 32.

Statutum Florentinum, quod pro vno deliquente de cognatione, vel consorteria, cæteri teneantur, a multis Doctoribus citatur, nu. 23.

Coniuncti possunt obligari pro delictis coniunctorum bannitorum, nu. 24.

Cornely Benincasy apologia declaratur, nu. 25.

Statutum, vel decretum, quod coniuncti teneantur dare in manibus curiæ delinquentes coniunctos valet, nu. 26,

Item, quod coniuncti debeant fideiubere pro coniunctis etiam bannitis, quod non ingredientur Ciuitatem, vel territorium, nu. 27.

Senense decretum pœnale aduersus coniunctos pro eorum bannitis relatum, & commendatum a plerisque grauibus Doctoribus, nu. 28.

Statutum Florentinum, quod propter homicidium ab vno factum omnes consortes expellantur de ciuitate, tenet, & refertur a Iasone 29.

Statutum puniens totam domum pro delicto vnius tantum valet, nu. 30.

Statutum, quod consortes teneantur soluere pœnas pecuniarias bannitorum valet, & laudabile est, si causa subsistat, nu. 31.

Publicæ vtilitatis gratia, ne scilicet quies publica turbetur, permittuntur statuta contra ius naturale, nume. 32.

CASVS CENTESIMVS QVADRAGESIMVS NONVS.



TEMPORE, quo malefactores, & banniti publicam, & & priuatam quietem, ac tranquillum statum aliorum perturbant, & huc, & illuc discurrendo homicidia, violentias, latrocinia, & alia varia crimina perpetrant, & Respublicas, Ciuitates, Terras, Oppida, Villas, & dictorum locorum homines, & habitores infestant, diuersaque facinora committentes, omnibus metum, & timorem inferunt, Propositum fuit, Vtrum Consanguinei talium bannitorum, & scelestorum hominum iure cogi possent pro eis præstare cautionem de non offendendo personas, & bona territorij infestati. & mihi id fieri nō videbatur impium, neque iniquum
1 ob publicam vtilitatem, ex qua nouum non est multa in priuatorum damnum & incommo-
2 dum concedi, iuxta notata per scribentes in l. barbarius, ff. de offic. Prætor. vbi præcipue Ias. multa congerit, publica enim vtilitas priuatæ vtilitati præferenda est, Bart. & alij in l. 1. ff. solu. matr. debetque Princeps prius cogitare
3 vtilitatem Reipublicæ, quam singulorum, vt dicit Bart. in auth. de hæred. & Falcidia in prin. nume. 4. versic. secundo nota, & quod publi-
4 cum fauorem concernit, ampliari, & extendi debet, l. illud. & ibi gloss. in verbo, alia causa, C. de sacrosanct. Eccl. & l. hoc modo, in fine, ff. de condit. & demonstr. & cum latissimum sit Iudicis officium. l. 1. ff. de iurisdict. omn. Iudic.
5 & ad eum pertineat prouinciam facinorosis hominibus expurgatam conseruare l. cōgruit, ff. de offic. Præsid. l. 1. ff. de offic. Præfect. Vrb. & propterea cautiones etiam de non offendendo extorquere, l. denuntiamus C. de his qui ad Eccles. confug. l. illicitas §. ne potentiores ff. de offic. Præsid. & vtrobique scribentes, male sibi permissa videretur vti potestate, si subditos non compelleret ad huiusmodi cautiones, & in eis etiam bannitos, a quibus magis timendum est, non comprehenderet, argum. l. æquissimum ff. de vsufru. l. quidam æstimauerunt, in fine, & ibi notat. per Doctores ff. si cert. petat. &c. discordantes, cum seq. 90. distinct. licet enim banniti desinant esse ciues, Bart. in l. fin. per illum text. ff. de legationibus. Nellus in tractatu de bannitis in 1. pa. secundi temporis quæst. 45. hoc tamen intelligitur quoad commoda, & ho-
6 nores, non autem quoad onera, & odia, in quibus non perdunt Ciuitatē, vt per Nellum dicta quæst. 45. in fine, & tradit Ludouic. Roman. cons. 73. circa primum, nume. 4. vers. hæc autem regula, vltra quod non desinunt esse coniuncti,
7 cum iura sanguinis iure ciuili non tollantur, l. iura sanguinis ff. de regu. iur. & appellatione coniunctorum continentur, cum verba naturaliter, & non ciuili modo intelligenda sunt l. fi. C. de his qui veni. ætat. impetr. l. fideicommissum ff. de conditionibus, & demonstrat. & l. ex ea parte §. in Insulam. ff. de verbor. obligat. vt ideo mirum non sit, si pro eis tanquam con-
8 iunctis, coniuncti ob bonum publicum grauentur, præsertim, quia ipsis scientibus consentientibus, & sæpe etiam subministrantibus, solent banniti delinquere, vel saltem præsumptio est, quod non delinquerent, si cœteri coniuncti
9 obuiarent, iuxta dictum Baldi in cap. constitutus il 1. de testib. quod sequitur Ias. in l. si quis in suo § legis sub. nu. 3. in fine ver. vlt. facit C. de inoff. testam.

Preterea non videbatur contra ius esse, si consanguinei pro bannitis vt supra, legaten-
10 tur, cum fauore publico iura trāsgredi liceat, l. si ita vulneratus, ante finem ff. ad leg. Aquil. Roman. cons. 310. in casu propositæ consultationis per totum Ias. in d. l. Barbarius nu. 24. & pluribus seq. ff. de offi. Præt. Felyn. in c. nōnulli, sub nu. 16. ver. ad euitandos istos nouos scrupolos, extra de rescrip. seruit dictum aureum Baldi in ca. Odoardus nu. 2. in quibu. caus. feud. amit in
11 vsib. feud. quod propter terribiles casus licitū est Iudicibus leges transgredi, & aliud non minus elegans eiusdem in ca. secundo ante finem, de re iudic. quod interdum æquum est ex causa transgredi legem. quæ dicta refert Afflict. lib. 1. constit. Regni Rub. secunda in constit. pacta renotum sub nu. 40 vers. & ideo dicebat, & potissimū imminēte necessitate cui commo-
12 de aliter prouideri non potest, quia necessitas

non

legem, sed ipsa constituit legem, & facit licitū
quod alias esset illicitum. Doctores in l. quæ
propter necessitatem, ff. de reg. iur. vbi Dec. nu.
1. & 2. & Cagn. nume. 1. glos. in l. pr. in verbo,
non aliter, in princ. ff. de off. eius, & ibidem co-
piose Ias. num. 75. & vt futuris scandalis obuie
13 tur, propter quorum euitationem decet ante
tempus occurrere, & opportune prout causa
expostulat, prouidere, arg. l. fin. C. in quib. cau.
rest. in integr. non est necess. glos. in §. apum
quoque, Instit. de rer. diuis. melius est enim in-
14 tacta iura conseruare, quam post vulneratam
causam remedium afferre, vt in dict. l. fin. etiam
contra ius, cum multa permittantur gratia cui
15 tandorum scandolorum, quæ alias non conce-
derentur, l. penult. ff. ad leg. Corne. de Sycariis,
l. si quis filio §. hi autem omnes in fine, ff. de in-
iusto rup. & irrit. fact. testam. Socin. consi. 165,
num. 41. versicu. quibus etiam hoc accedit lib.
secundo, quod est repetitum consi. 68. lib. pr.
Felyn. in cap. nihil sub num. 2. & seq. versicu. tu
vero, extra de præscript. vbi colligit triginta-
tria specialia inducta cōtra iuris regulas prop-
ter scādalum euitandum. Rursus consideraba-
tur quod non longe distent a dicta prouisione
quæ alias iure communi procedere conceduntur;
si quidem videmus, quod non raro in pœ-
nis temporalibus vnus pro alio obligatur, &
tenetur, vnde Afflict. lib. pr. constitut. Regni
Rub. secunda de Pacterenorum receptatoribus
in constitutione Pacterenorum. nu. 33. & seq.
post versicu. regula est. ponit duodecim casus,
16 in quibus filius punitur pro delicto Patris, &
paulo infra n. 40. & seq. post versi. in eadem ibi,
& e contrario. ponit alios sex casus, in quibus
Pater punitur pro delicto filii, Menoch. etiam
in tract. de arbitr. Iudic. lib. secundo cent. quar
ta casu 345. fere in toto, multos congessit ca-
17 sus, in quibus vnus ex facto alterius pęnā affi-
citur, vt Dominus pro seruo, Magistratus, seu
officialis pro familia, Pater pro filio, & alii pro
aliis, vt ibi per ipsum, de qua rē plura notauit
Couar. lib. secundo variar. resolut. cap. 8. num.
1. cum multis seq.
18 Præterea negari non potest, quin valeat statu
tum, mandans quod vnus pro delicto alterius
puniatur, secundum veram, & communem Do
ctorum opinionem, de qua post antiquiores
testantur Couar. d. cap. 8. nume. 7. versicu. quar
to principaliter. Ant. Gabriel. tit. de iure quæsi
to non tollendo concl. 2. nume. 18. versic. quar
to amplia. Cartar. in tract. de execut. sentent.
contum. capt. bannit. in præfat. num. 71. versic.
& licet. Clar. in practic. crimin. quæst. 86. nume.
5. versicu. & hæc quidem. Farinac. lib. pr. qq. cri-
min. tit. delictis, & pęn. q. 24. nu. 150. cum se-
quentibus versic. limita primo propositam hu
ius quæstionis regulam, & tradit ante eos Al-
beric. de Rosate de statut. li. pr. q. 47. quæst. 50.
& q. 51. vbi rationes adducit efficaces, & pal-
pabiles, & exemplificat in filio pro Patre, in
patre pro filio, in Domino pro seruo, in Vni-
uersitate pro Ciue, in communitate pro delin-
quentibus in suo territorio, prout etiam exem
plificat Farina. in loco citato numeris sequen-
tibus, cum quibus conueniunt Afflict. vbi su-
pra nu. 37. & 40. loquens in statuto, quod filius
puniatur pro Patre, & e conuerso, quod Pater
puniatur pro filio, Ias. in d. §. legis, sub n. 3. in 3.
& 4. exemplis subiit, & Menoch. d. casu 345. n.
10. 14. & seq. & Clar. d. q. 86. nu. 6. 7. 8. & 10. lo-
quentes in eodem statuto, & in alio, quod Do
minus teneatur pro famulo, & communitates
19 de commissis in earum territoriis. Hæc enim
statuta, & si dura, rigorosa, & odiosa sunt, va-
lent tamen, & obseruanda veniunt, vt Meno-
20 ch. dicit, & latius prosequitur Farinac. quan-
do tamen pecuniariam tantum pœnam impo
nunt, non etiam corporalem, vt Farinac. tra-
dit nume. 189. & 190. versicu. sublimata secun-
do, vbi cœteros refert, quibus additur Ias. in §.
actiones autem, num. 71. & 72. Instit. de action.
& in d. §. legis nu. 3. in princ. versic. prædicta in
tellige, & Alberic. in dictis quæstionibus 47.
50. & 51. & Ferdinand. Vasq. lib. 3. controuers.
Illustr. & vsu freq. c. 96. sub nu. 14. post medium
versicu. ad prædicta optime seruit, & magis ad
rem nostram facit, quod fieri potest statutum,
21 & factum tenet, quod vnus de domo, agnatio
ne, vel familia delinquente, alii de illa domo,
agnatione, vel familia teneantur, ea ratione:
quia alii curabunt, ne aliquis delinquat, & fa-
cilius abstinebit quis a delictis videns coniun
22 ctos pro illis puniri, ita in puncto not. Bart. in
l. iure prouisum ad finem C. de fabri cens. lib.
11. arg. illius legis bene hoc probantis, & se-
quuntur ibi Alex. in addit. Fernand. Vasq. lib.
pr. controuers. illustr. & vsu frequent. cap. 32. in
fine nu. 16. versicu. centesimo decimo sexto col
ligitur, Dec. consi. 64. ante num. 4. versicu. & in
primis præsupo. Ias. in d. §. actiones autem. nu.
76. & 77. & in d. §. legis nu. 3. versicu. primo per
illud, & versi. sequenti, late Cartar. in tract. de
execut. sentent. contum. capt. banit. in præfat.
nume. 73. & 74. versicu. idem etiam, qui omnes
23 meminerunt de statuto Florentino, quod pro
vno delinquente de cognatione, vel consorte-
ria cęteri teneantur, & alios idem tenentes re
fert Farin. vbi supra num. 153. & seq. versic. &
in specie, vbi amplius vult hoc procedere in ter
minis nostris, videlicet, vt coniuncti possint ob
ligari pro delictis coniunctorum bannitorum,
24 quod etiam ostendit Cartar. in dict. præfat. nu.
75. & seq. post versicu. hinc etiam, & ita etiam
tenuit Ias. in d. §. actiones autem, nu. 71. versic.
& idem etiam, Instit. de action. cū quibus con-
cordant quæ infra subiicientur ad finem.
Cęterum quia vidi nuper ea, quæ in hac
25 materia scripta reliquit Cornelius Beninca-
sius Perusinus non obscuri nominis Iuriscon-
sultus in sua Apologia boni publici de non
constituendo consanguineos cogi pro banni-
tis de non offendendo cauere, impressa Peru-
siæ anno 1587. vbi quærit, an expediret vniuer

EPITOME.

An fiscus possit transmittere carceratos condemnatos ad exequendas cōdemnationes, si eorum creditores contradicunt, & instant retineri, donec eis soluatur, maxime si non agatur de pœna corporali, sed alia corporis non afflictiua, puta exilij, relegationis, vel confinij.

SVMARIA.

FVRES condemnati ad Triremes, & ad restitutionem rerum ablatarum transmittuntur ad ipsas Triremes, nulla facta restitutione dominis, & absq; aliqua eorum scientia. num. 1.

Carceratus, qui damnatus est in pœnam exilij, aut aliā similem, & insuper ad interesse partis potest excarcerari ad instantiam fisci, & transmitti ad obseruandam pœnam non obstante contradictione partis pro suo interesse particulari. nu. 2.

Delicta puniri interest reipublicæ. nu. 3.

Vtilitas publica præfertur priuatæ. nu. 4.

Vtilitas publica illa uere dicitur quæ non respicit commodum fisci. nu. 5.

Creditor in pœnis fiscalibus fisco præfertur, quando agitur de pœna pecuniaria, non de pœna corporali. numero 6.

Executio capitalis differtur biduo, vel triduo, quando Tertius comparet, & dicit Reum condemnatum obligatum esse ad reddendum rationem alicuius administrationis. num. 7.

Carceratus debitor, cum fisco instante transmittitur ad pœnam relegationis temporalis, creditor instare potest, vt præstet cautionem de redeundo ad carceres finita relegatione, illamque præstabit debitor carceratus, si potest, alioquin relinquitur iuratoriæ cautioni. 8.

Carcerato debitore petente, se transmitti ad seruandū pœnam publicam, & e contra creditore contradicente pro sua interesse, debitor detinetur in carceribus donec soluerit. nu. 9.

Captus pro delicto potest pro debito ciuili retineri. numero 10.

Creditores carcerati condemnati siue ius habeant pecuniarium ex eadem sententia criminali, siue alio modo, prohibere non possunt, quin instante fisco debitor excarceretur, & transmittatur ad seruandam condemnationem. num. 11.

Ludouic. de Peguer. in suis quæstionibus criminalibus cap. 22. reiectus. 12.

Exilium extra Prouinciam relegatio proprie videtur, per quam Patriæ fines exire quis iubetur. numero 13.

Exilium nomen generale est, complectens interdictum, relegationem, & deportationem. num. 14.

Exilium in specie acceptum magis proprie deportationē significat, & inter pœnas capitales connumeratur. num. 15.

Relegatio medio loco inter pœnas corporales, & pecuniarias collocatur. nu. 16.

Relegatio pœna grauis, & non solatium condemnati, vt censuit Ludouicus de Peguer. nu. 17.

Pœna pro delictis ad publicam uindictam imposita diu non est differenda ob priuatas causas. nu. 18.

CASVS CENTESIMVS QVADRAGESIMVS SEXTVS.



EXISTENTIBVS in carcere condemnatis in exilio, vel relegatione, aut confinio, vel ad triremes, & ad interesse partis, puta ad restitutionem rerum ablatarum, vel ad resarcienda damna, & expensas huiusmodi, Dubitari potest an possit fiscus excarcerare dictum condemnatum, & transmittere ad obseruandam pœnam, parte erga quam fuit condēnatus pro priuato interesse, contradicente; an vero debeat illum in carceribus retinere, donec dictæ parti sic petenti satisfecerit.

Vidi in multis Italiæ partibus seruari, quod
1 condemnati pro furtis ad triremes in perpetuum, vel ad tempus, vel ad beneplacitum, &
ad restitutionem rerum furaturum transmittuntur ad ipsas triremes, nulla facta restitutione Dominis, & absque aliqua eorum scientia
ad omnem voluntatem fisci. In condemnatis in
pœnam exilii, vel relegationis, vel confinii, non
memini vidisse fiscum instare, vt accederent ad
seruandam condemnationem, quamuis credam, quod volens posset dictam instantiam facere, pro vt puto iuri consonam esse consuetudinem prædictam condemnatorum ad triremes. Videtur etenim, quod iure possit fiscus
2 instare pro executione cōdemnationis, quo ad
pœnas prædictas pro publica vindicta delinquentibus impositas, cōtradictione partis pro
suo interesse particulari & credito priuato nō
3 obstante, quia Reipublicæ interest delicta puniri. l. si ita vulneratus, ff. ad leg. Aquil. l. bona fides. ff. depositi, & publica vtilitas præfertur pri
4 uatæ Bart. in l. prima. num. 26. vers. cum ergo ff.
solut. matr. Roman. cons. 310. in casu propositæ
consultationis per totum, latius Felyn. cap. nōnulli sub numero 16. ver. ad euitandos istos nouos scrupulos de rescriptis, & diffuse etiā Ias.
in l. barbarius numero 24. cum multis seq. vers
sic. circa duas, ff. de officio Prætor. & dicitur ve
5 re vtilitas publica illa, quæ nō respicit commo
dum bursale fisci, Bar. in l. ambitiosa sub numero 19. ver. nec obstat supra de magistr. conuen.
ff. de decret. ab ordin. faciend. nec videtur obstare quod creditor in pœnis fiscalibus fisco præferatu, ut in Rubro, & Nigro C. de pœnis fiscali

bus creditor. præferri. lib. decimo, & ibi gloſ. Bart.& alij, pulchre Pellegrin. in tract. de iure, & priuileg. fiſci. libro 5. tit. primo, de publicat. bonor. num. 59. verſ. limita ſecundo, quia reſpõdetur, quod iſtud habet locum, quando tractatur de pœna pecuniaria, & creditor concurrit cum fiſco, quia tũc cum fiſcus tractet de lucro, & creditor de damno, præfertur creditor, vt ibi dicit Ioan. de Plat. colum. prima, verſ. item nota hic, & ita etiam loquitur Peregr. vbi ſup. non autem procedit in pœna corporali, vel alias non pecuniaria, quæ tanquam impoſita ad publicam vtilitatem, & ſine commodo fiſci non eſt impedienda per priuatam, ſed ei anteponenda, per quas rationes, licet non ita iuribus, & authoritatibus munitas dubitationem hanc reſoluit Vincent. de Franch. deciſ. Neapolita. 317. quando quis per ſententiam, numero 6. & 7. verſ. in hac cauſa, cum quo conuenire videntur tradita per Bar. in l. ſecunda. §. qui exhibendi ſub numero quarto, verſ. quandoq; una executio eſt pecuniaria, alia corporalis, ff. de cuſtod. & exhibit. Reor. vbi inquit, quod ſi quis eſt recomendatus in carceribus tanquam capite damnatus, ſi alius facit eum ibi recomendari pro pecunia, vel ut reddat rationem alicuius adminiſtrationis, ſi habita modica dilatione executionis corporalis pœnæ, poſſet eſſe conſultum petenti executionem pecuniariam, cõcederetur illa dilatio, alias ſecus, & cum hac opinione tranſit Clarus in practic. crimin. quæſtione, 97. in prin. vbi poſt relatam opinionem aliquorum, qui dicunt, quod ſi poſt condemnationem capitalem contra aliquem ſequntam compareat tertius, dicens Reum condemnatum eſſe obligatum ad reddendum rationem alicuius mercaturæ, vel negotiationis, vel adminiſtrationis, vel huiuſmodi, differendam eſſe executionem, donec reddita ſit ratio, & poſt atteſtationem conſuetudinis in contrarium, quod reiecta tali petitione ſententia exequatur teſtimonio plurium illuſtrium Doctorum antiquorum, & modernorum, inquit non eſſe denegandam breuem dilationem, puta bidui, vel tridui, vbi non appareat petita fraude, & animo differendæ executionis, & ceſſet periculum euadendi de carceribus, vel alterius ſcandali, & conſtet de intereſſe, petentis, & quod antea non potuit hoc facere, & licet nihil pro hac ſua ſententia alleget, ea tamen & æqua eſt, & de iure procedit, & optime probatur ex præallegato dicto Bartoli, de quo fuit memor Dõ Ludouic. de Peguer. in infraſcripto cap. 22. in princ. vbi alios idem tenentes adducit, & mentionem etiam facit de Claro, & aliis de prænarrata inobſeruantia teſtantibus. Subdit tamen Vincent. de Franch. numero octauo, quod Neapoli cõſueuit fiſcus inſtare pro tranſmiſſione condemnatorum carceratorum in Inſulam quãdo ſunt condemnati pro graui delicto, uel exemplari, vel ſunt perſonæ rixoſæ, uel temerariæ, vel turbarẽt quietem carcerum, & eo caſu cõſu itur creditoribus, quia ſi debitor poterit præſtare fideiuſſionem de redeundo ad carceres finita relegatione, illã præſtabit, ſin minus ſtabitur eius iuratoriæ cautioni, quæ conſuetudo diſformis non videtur menti Bartoli Clar. & Peguer. ſtatim citatorum, & in fine inquit idem Vincent. de Franch. quod ſi fiſcus non in

9 ſtaret, ſed ipſe condemnatus carceratus, & contra dicit creditor, nullo modo tranſmittitur ad ſeruandam pœnã, ſed detinetur in carceribus, donec ſoluerit, uel aliter excarcerationi proniderit per remedia iuris opportuna, quod indubitanter procederet, ſi pœna eſſet corporalis, cum nemo Dominus ſit membrorum ſuorum l. liber homo la pr. ff. ad leg. Aquil. Marſil. in l. 1. num. 2. & in l. lege Cornelia. §. conſtitutum, nu. 6. per illum tex. ff. ad leg. Cornel. de Sycariis, et n. 1. l. vnius. §. cognituram. nu. 58. ff. de quæſtioni.

Fortius autem prædicta procederent in aliis creditoribus condemnati, quibus ius non competeret ex eadem ſententia, vt ſunt termini noſtri, ſed ex contractu ante delictum, vel aliter,

10 nã poſito, quod captus pro delicto poſſit pro debito ciuili retineri, ſeu recommẽdari, prout tenet Boſſ. in pract. crim. tit. de captura nume. 81. verſ. ſcias etiam, & videntur præſupponere Bart. Clar. & Franch. citati, & Don Ludouic. de Peguer. ſtatim citandus, licet alii contrarium teneant, de quibus meminit Farinac. lib. 1. quæſtion. crimin. tit. de carcerib. & carcerat. quæſt. 27. nu. 155. verſ. captus tamen. quorum opinio de conſuetudine ſeruatur, & his creditoribus cõtradicentibus, & petentibus condemnati retentionem in carcere, vſque ad crediti eorum ſatisfactionem, fiſcus poteſt inſtare pro excarceratione, & traſmiſſione ad ſeruandam condẽ nationem, & in iſtis terminis ut puto loquitur Vincent. de Franch. d. deciſ. 317. & expreſſius conſtat ex Bartolo, in d. §. qui exhibendi in uerſic. allegato, & ex Clar. d. q. 97. in princ. & militant omnes rationes ſupetius deductæ, ita vt nulla videatur conſtituenda differentia, an cre

11 ditores cõtradicentes ius pecuniariũ habeãt cõtra cõdẽnatũ ex eademet criminali ſententia, per quam ipſis, & reipublicæ ſatisfactũ fuit contra criminoſũ, an vero alio modo, Vnde & fiſco nõ inſtãte pro executione, ſed ipſo carcerato condemnato, & creditoribus contradicentibus non eſſet dicta cõdemnati petitio admittẽda per ſupradicta, & per eãdẽ rõnem ex qua idẽ ius procedere debet. l. illud. ff. ad leg. Aquil. cum cõcordãtibus ibi allegatis per glo. & licet Dõ Ludouic. de Peguer. in ſuis deciſionibus, ſeu quæſtionibus criminalibus. c. 32. pónat hãc eãdẽ quæſtionem in cõdemnato in pœnã exilii a prouincia, qui ante ſententiã fuerat recomẽdatus pro debitis ciuilibus, & concludat dictã recomẽdationẽ poſſe, & debere ſuſpẽdere executionẽ ſẽtẽtiæ criminalis dicti exilii, quouſq; cõdẽnatus ſoluerit, uel cautionẽ de ſoluendo pſtiterit, & ita cõcluſũ eſſe referat pro maiori parte votãriũ in Regio conſilio Catal. in cauſa

& status mutationem imponitur penn.16.

linquens eo ipso, quòd delinquit obligatur ad pœnam lege impositam pro illo delicto, quando scilicet pœna ordinaria est, nam ad pœnam extraordinariam delinquens tunc dicitur adstrictus, cum Iudex illã arbitratur, nu.17.

ndemnationes factæ tempore vnius Iudicis pro delicto cõmisso tempore alterius pertinent ad primum quando pœna est certa tempore commissi delicti, si pœna sit arbitraria pertinent ad secundum, numero 18.

nfessionis, vel pacis beneficium non admittitur effectis militibus post delictum in pœnis certis initio commissi delicti, secus in pœnis arbitrarijs, numero 19.

ibilitas concessa militibus circa relaxationem a carceribus, & solutionem mercedis pro processibus nõ habet locum in eo, qui effectus est miles post delictũ quando pœna ab initio commissi delicti fuit certa, nu.20. & 26.

pœnis arbitrarijs habetur ratio supervenientis qualitatis in personam delinquentis tempore, quo causa, & processus agitatur, secus in pœnis certis, nume.21.

dex ex æquitate pœnam extraordinariam mitigat secundum tempus sententiæ non habita ratione ad tẽpus delicti, nu.22.

dex in dependentibus a suo arbitrio procedit, & iudicat prout religioni eius videtur, nu.23.

ualitas superueniens delinquenti post delictum, a Iudice potest haberi in consideratione in quolibet actu præcedente sententiam, sicut in ipsamet sententia, nu.24.

cta processus, regulantur a sententia tanquam a suo fine. nu.25.

Eaque appellantur necessaria ad sententiam supra nu.20.

arbitrarijs non solum pœna minuitur secundum priuilegia militum, sed etiam faciliori modo processus agitatur contra effectos milites post delictum commissum, nu.26.

neficia militibus concessa post latam sententiam cõpetunt etiam effecto militi post delictum, siue pœna sit certa, siue arbitraria, nu.27.

iles delinquens si postea desinat esse miles a quo sit iudicandus, nu.28.

Et ibidem obseruari, quòd sententia participetur cum Iudice militari, ac si delinquens in militia permansisset.

CASVS CENTESIMVS QVADRAGESIMVS SEPTIMVS.



ISPONENTIBVS capitulis militarium legionum seu rei militaris, quod in causis criminalibus militum Rectores, qui processum fecerunt debeant dare sententias cum participatione Iudicis, seu Auditoris militiæ. Quæsitum fuit, an si quis tempore ferendę sententiæ reperiatur miles, qui tamen tempore delicti commissi non erat miles, sententia sit participanda cum dicto Iudice, seu Auditore militari, & vbi participari debeat, an dicto delinquenti imponenda sit pœna habito respectu ad statum antiquum eius personæ tempore delicti, an vero ad statum nouum tempore sententiæ & sic an tractari debeat, vt non miles prout erat, quando deliquit, vel tanquam miles, prout tempore condemnationis reperitur, & quid circa modum procedendi, causam agitandi, & in beneficijs post latas sententias competentibus.

1 Circa primum punctum, quod talis delinquens post delictum effectus miles sit iudicandus cum voto proprij Iudicis militum, & attendatur priuilegium militare competẽs tempore ferendæ sententiæ, & non commissi delicti, probari videtur Instit. de noxal. action. §. omnis autem, vbi quod ad dandam noxalem actionem pro delicto Serui in Dominum
2 attenditur tempus motæ litis, non autem delicti commissi, quod & probatur in sequenti §. si seruus, vbi etiam traditur regula ad propositum quadrans, quod res impeditur si deducitur ad eum casum a quo incipere non potuit. Ad idem facit l. hos accusare in princ. & §. hoc beneficio. ff. de accusation. vbi ex offi-
3 cio, vel dignitate superueniente post delictum commissum, quis non potest accusari & melius probatur in l. penult. vbi etiam glos. in verbo vindicta. ff. si ex noxali causa agat. vbi in
4 impositione pœna attenditur conditio personæ tempore condemnationis. Et seruiunt quę dixi supra casu. 108. de eo, qui post maleficium
5 commissum effectus est clericus, vel religiosus, vt a Iudice seculari non sit iudicandus, sed ab Ecclesiastico, de quo vltra ibi adductos tractat Albert. de Gandino subtiles rationes adducens in tractatu de malefic. in Rubric de aliquibus quæstionib. varijs in maleficiis, num. 6. vers. postea subiicio, quod attendatur tempus
6 ferendæ sententię, & nõ delicti, quoad statum personę, & eius mutationem, tradit Decianus in tractatu crim. tomo pr. lib. quatto capit. 23. sub nu. 2. post vers. delinquens si post delictum in fine vbi formaliter subdit in vers. itidem si fiat, quod si delinquens fiat miles post
7 delictum, & etiam post inchoatum processum remittitur ad Iudicem militarem, a quo iudicandus est, & non ab eo, a quo delicti tempore iudicari debebat, quod potissimum videtur procedere ex quo participatio exigitur tẽ-
8 pore ferendę sententię in causis militum, vt sic satis esse videatur, quod sint milites dicto tempore sententię, cum qualitas iuncta verbo participio, vel huiusmodi, intelligatur secũdum tempus verbi l. in delictis. §. si damnum ff. de noxal. actionib. & l. Titius. 26. ff. de militar. testam. & ita etiam expresse tenuit Marsil. in rubr. ff. de fideiussor. q. 12. nume. 136. vers. sic, mutatio enim status, & adducit l. qui cum

vno

vno §. reus. ff. de re milit. & d. l. hos accusare in princ. & in §. primo, & secundum hanc, opinionem practicaui multis ab hinc annis, licet alias in contraria fuerim sententia, quod nulla exigeretur participatio, quasi quod ea requireretur non in casibus militum, sed in deli-
9 ctis a militibus factis, & quia ad fundandam iurisdictionem Iudicis attenditur status in quo delinquens erat tempore commissi maleficij, eo enim ipso, quod quis delinquit, acquiritur ius ei cuius iurisdictioni subiectus est, quod per mutationem status ipsius delinquentis ei non potest tolli, vt tradit Vincent. de Franch. decis. 417 Caesar. Polimenus nume. 3. & 4. in secunda parte exemplificans in eo, qui tem-
10 pore commissi delicti erat Clericus, & postea vxorem duxit, vt cognoscatur ab episcopo, non a Iudice laico per plura, quae allegat, vnde & in fine. nu. 9. concludit quod si laicus debuit conueniri coram certo Iudice ratione alicuius exercitij, quod exercebat, si desinat exercere tale officium, adhuc coram eodem conueniendus erit, & dat exemplum in mercato-
11 re, & scolare, qui pro gestis, tempore, quo erat mercator, vel scolaris, etiam quod desierit esse mercator, vel scolaris, debet conueniri in curia mercator, vel coram Rectore, ex quibus in suo casu iudicatum refert, quod suppositus iurisdictioni Admirati ratione certi officij tempore commissi delicti debet ab eo iudicari, licet postea dicto officio fuit ab eodem Admirato priuatus, & allegat Castr. in puncto in l. fin. in princ. nume. 1. & 2. C. de iurisd. omn. iud. & in l. 2. lecta, cum l. pr. nume. 3. C. vbi de ration. agi oport. vbi etiam idem decidit Cast. in clerico, qui fuerit Notarius in Curia Episcopi, & postea efficitur bigamus, & desinit exercere illud officium, quia si conueniatur de gestis tempore Notariatus, debet respondere coram Episcopo, quae quidem decisiones
12 tanquam particulares multum mihi placent, & secundum eas, vt dixi, alias seruaui, habendo pro non milite, vt militem, qui delicti tempore non erat miles, pro vt econtra habui pro milite respectu participationis, de qua supra deletum ex matriculo, seu de numero militum qui tempore delicti commissi vt miles, erat sunt termini decisionis Vincentij de Franch. Verum a non nullis annis citra in pr. casu contrarium, vt dixi practicaui, per illud dictum Deciani, & Marsilij, & per iura initio allegata, de quibus non meminit Franch. licet in puncto iuris veriorem esse credam eius sententiam, & successiue etiam illam meam priorem obseruantiam, a qua vt arbitror recessum videtur, vt magis faueatur militibus, qui plus confidentes de eorum militari Iudice, quam de aliis instant semper eorum processus pro participanda sententia ad illum transmitti, quibus iusdicentes ad euitandas querelas mortem gerunt, non tamen forte errarent, si id facere recusarent, dum tamen in poenis imponendis infra dicenda seruent, quae procedunt a quocunque puniantur Iudice.

Et hoc quidem verum est, & procedere intelligitur, nisi fraude, & dolo ad euitandum Rectoris iudicium, & ad obtinendam alterius Iudicis participationem, vel ad euitandos car-
13 ceres, aut impensas, in quibus benignius cum militibus agitur, vel ad obtinenda beneficia confessionis, & pacis militibus concessa fuerit factus miles, quia tunc sub solius Rectoris iu-
14 dicio remaneret, & nullis priuilegijs militaribus gauderet, vt probatur in d. l. hos accusare in princ. vers. dum non retractandi causa ff. de accusationib. & in l. si maritus. la secunda §. legis. ff. de adult. pro vt; & in effecto Clerico, vel religioso fraudulenter, & dolose post delictum probaui d. casu 108. & ostendit etiam Albert. de Gandino in loco citato, quod quando sit, vel praesumatur latissime ibi demonstraui, nec hic repetere decet, licet quoad personam Clerici, vel religiosi ob omnimodam exemptionem a seculari iurisdictione alia cadat inspectio, de qua ibidem dixi, quae hic cessat in milite qui totaliter remanet sub iurisdictione eiusdem Rectoris, & ab eo nedum procedatur, sed etiam iudicatur, licet cum voto Iudicis militaris.

Circa secundum dubium, dicendum videtur, quod, aut sumus in delictis habentibus poenam ordinariam certam, & limitatam, aut in habentibus poenam extraordinariam, & Iudici arbitrariam, quaecunque sint crimina, siue publica, siue priuata.

15 Primo casu attenditur tempus commissi delicti, ita vt nullum subsequens priuilegium, aut status mutatio consideretur, sed secundum primeuam qualitatem personae delinquentis fiat condemnatio per l. 1. ff. de poenis, quemadmodum nec superueniens nouae legis prouisio per ea, quae dixi infra casu 156. Si tempore
16 post principium. Secundo vero casu attenditur tempus sententiae, & priuilegium superueniens, & status mutatio consideratur, & secundum superueniente qualitatem personae ipsius delinquentis poena imponitur per d. l. penul. ff. si ex noxali caus. agat. Ioan. Bapt. Rossel. in pulchro casu tomo. 2. cons. crimin. diuers. vltimae impressionis in magna forma cons. 34. viso processu nume. 26. vers. alia opinio est, & hoc ea ratione, quia in primo casu, quando poena est certa, & limitata, statim quod quis deliquit, ad illam poenam obligatus fuit, & ideo tempus tantum delicti attenditur in imponenda illa poena.

Secundo vero casu, quando poena est arbitraria Iudici, delinquens non potest dici adstrictus ad illam poenam, nisi cum Iudex arbitratur, & propterea tempus illud sententiae solum inspicitur, ita concludit Barto. in l. pr. nu. 3. versicu. ideo ego putarem ff. de penis sequitur Salycet. in l. fin. sub nu. 4 vers. verum tamen an poena C. an seruus ex suo facto post manu-
miss.

miss. teneantur, eandem distinctionem Barto-
li approbant in d.l. penult. ff. si ex noxali cau-
sa agatur Castr. nu.9. vers. nota etiam, & Alex.
nu.6. vers. vltimam solutionem, & alij per eos
allegati, hanc etiam distinctionem, quod in
pœnis certis attendendum sit delicti tempus,
in arbitrarijs autem sententiæ, approbat So-
cyn. in l. si seruum. nume.8. & 9. versic. in Glo. in
verbo vindictam. ff. de eo per quem fact. erit,
inquiens esse magis communem & tenendam
opinionem, quam etiam tenet Carpanus in §.
omnium in constitution. dominij Mediolani
tit. de iure, & priuilegio fisci, nume. 510. & 511.
vers. declaratur tamen, qui ex hoc declarat,
quæ antea dixerat de confiscationibus, vel
alijs condemnationibus factis tempore vnius
Domini, aut temporis, conductoris, seu perce-
ptoris fructuum iurisdictionalium pro deli-
ctis tempore alterius Domini, vel emptoris,
conductoris, seu perceptoris fructuum com-
missis, vt spectent ad primum, quando pęnæ
erant certæ tempore delictorum, quod tunc
inspiciendum est, secus autem quando pœnæ
erant arbitrariæ, quia tunc spectant ad secun-
dum, ex quo inspicitur tempus condemnatio
nis tantum, & nihil certum est in condemna-
tione tempore delicti, vt ibi per ipsum. Vnde
in pęnis ordinarijs, quæ certæ, & determina-
tæ sunt, vsque ab initio commissi delicti, & ad
quas delinquens statim cum deliquit obliga-
tus fuit nulla diminutio pœnæ facienda est ta-
li delinquenti ex beneficio confessionis, vel pa-
cis militibus concesso, quandoquidem si dicto
beneficio potiretur non fieret condemnatio se
cundum tempus delicti, secundum tempus sen
tentiæ, secus vero in pœnis Iudici arbitrarijs,
in quibus inspicitur tempus sententiæ in qua
potest Index condemnationem mitigare ex
qualitate superueniente in persona delinquen
tis, vt infra dicetur.

Et ex hac distinctione resoluitur etiam ter-
tium dubium, nam & in processu idem, quod
in sententia seruandum est, si enim sumus in pę
na certa, & determinata, cui delinquēs nō mi-
les statim cum delinquit, fuit obligatus, sequi-
tur quod ex priuilegio vel qualitate superue-
niente, & inhęrente eius personę non potest di
ctā pœnā minuere, vel aliud commodum habe
re, vnde non gaudet benef. diminutionis pœ-
9 næ propter confessionem, vel pacem militi-
bus concesso, & si aliter diceretur, & dictis
beneficijs frueretur, sententia non daretur at-
tento primeuo statu, secundum tempus delicti
prout dari debet ex doctrina Bart. communi-
ter approbata, vt supra, nec potest etiam vti
habilitate concessa militibus circa relaxatio-
onem a carceribus, & solutionem mercedis Re
ctorum, & Notariorum pro processibus, quia
si in principali debent tractari, ac si non essent
milites, & prout tractati fuissent, si in primo
statu commissi maleficij remansissent, in ac-
cessoriis etiam eodem modo tractandi sunt,
cum accessoria sequantur natu[illegible] princi-
palis, cap. accessorium de reg. iur. in 6. & l. cum
principalis. ff. eod. tit. & vtrobique gloss. & Do-
ctores, & secundum hoc pluries practicaui, li-
cet quandoque circa carcerationem viderim
indulgeri relexādo Reos cum fideiussore, vbi
agitur de pœna ictuum funis, qui tamen iure
stricto retinendi essent, sicut retenti fuissent,
si in prima eorum qualitate temporis delicti
permansissent per prædicta, quod si sumus in
pęna iudici arbitraria, cui delinquens non est
obligatus statim, sed tunc demum cum Iudex
21 arbitratur, poterit ipse Iudex habere rationē,
& in iudicando, & in procedendo ad qualita-
tem inhærentem personæ delinquentis, tem-
pore, quo causa agitur, & ille comparet in
processu quia nihil repugnat quin possit tra-
ctari vt miles, prout est tempore comparitio-
num suarum, licet talis non esset tempore de-
licti, ex quo non est ex illo delicto adstrictus
ad aliquam pęnam certam, vt ex prædicta do-
ctrina Bart. patet, quam secuti fuerunt in lo-
cis relatis Salycet. Castr. & Alex. qui in indiui-
duo dixit, quod hoc casu Iudex ex æquitate
22 pęnam mitigabit secundum tempus, senten-
tiæ quæ res, & ex eo constat, quod nullus re-
spectus habendus est ad præcedens tempus,
quo commissum est delictum, sed ad illud tan-
tum præsens, in quo delinquens Iudice repe-
ritur, vt specialiter dicit Castr. & voluerunt
etiam satis aperte Bart. & Salycet. & hoc in
practica non recipit dubitationem, quia cum
23 omnia dependant ab arbitrio Iudicis, is pro-
cedit, & iudicat, prout religioni eius videtur,
& potest habere in consideratione qualitatem
illam superuenientem post delictum in quoli-
24 bet actu præcedente sententiam, sicut in ipsa
sententia, & condemnatione, a qua acta præ-
25 cedentia processus sunt regulanda, restringen
da, & amplianda, non secus ac principia,
& media a suo fine. Vnde arbitrando pęnam
potest illam minuere ex confessione, & pace
26 secundum priuilegia militum, sicut etiam po-
test eadem priuilegia admittere in excarcera-
tione, & expensis processus, cum vere eo tem-
pore delinquens sit miles, & tanquam talis re-
putari debeat, etiam in condemnatione deli-
cti, vt supra fuit probatum.

Quoad vltimum de beneficio, quod militi-
bus conceditur post latam sententiam, puta
termini eundi ad confinia, vel relegationes,
& diminutionis quartæ partis condemnatio-
nis soluendo intra mensem, vel alium termi-
27 num. dubium non est, quin indistincte que-
cunque fuerit pęna siue certa, siue arbitraria,
competat delinquenti non militi, qui postea
miles sit factus, cum illud contingat post de-
lictum, & post condemnationem, & satis sit,
quod eo tempore, quo incipit competere vo-
lens eo vti, sit miles, & sic habeat qualitates
requisitas ad illud obtinendum per d. l. in de-
lictis. §. si damnum. ff. de noxal. act. & quia cui
con-

conueniunt verba legis, dipositio quoq; conue
nire debet Crauet. conf. 10. nu. 7. vers secundo
fundatur, & ita practicatur. Ex his decidi po-
18 test, quid in casu cõtrario seruandum sit in eo
scilicet, qui delicti tempore miles erat, sed po-
stea, talis esse desijt per priuationem, vel aliter
respectu etenim primi dubij res non caret diffi
cultate per ibi dicta, quæ & in hoc militant, cũ
contrariorum eadem sit disciplina §. 1. Instit. de
his qui sunt sui, vel alien. iur. & §. . Instit. de tu
tel. & vt idem operetur propositum in opposi-
to, quod operatur propositum in proposito l. fi.
§. si filius. ff. de leg. 3. tamen licet in illo casu va
ria fuerit obseruantia, in hoc tamen semper
fuit vniformis, quia participata fuit sententia
cum iudice militari, ac si delinquens in militia
permansisset, & puto huiusmodi practicam de
iure sustentabiliorem per allegata per Franch.
in d. 1. dubio citatum nu. 3. 4. & 9. & per decis.
Castr. ibi relatam, In alijs autem concernenti-
bus secundum, & tertium dubium, non est pro
babilis difficultas quia a quocunque proceda-
datur, dicta in illis, militant & in isto casu, & in
procedendo, & in iudicando eadem adhiben-
da est distinctio.

EPITOME.

Quod statutum puniens offendentem officialem non habet locum in offendente electum, vel extractum ad officium, qui nondum officij administrationem fuit cõsequutus, Item nec in offendente eum postquam habuit exercitium iurisdictionis, si non prætextu officij, sed odio particulari facta est offensio.

SVMMARIA.

OFFENDENS officialem electum, sed non ad officium admissum non tenetur pœna statuti de offendente officialem, nu. 1.

Officialis quis veræ, & propriè tunc dicitur quando electio habuit effectum per admissionem ad exercendũ officium, nu. 2.

Tempus date, & factæ electionis attenditur in gratiosis, sed in concernentibus iurisdictionem attenditur tempus præsentationis debito tempore facta pro exercitio consequendo, nu. 3.

Ciuitas, quæ proprium episcopum occiderit, tunc priuatur honore Episcopali quando is episcopus erat iam consecratus nu. 4.

Offendens officialem non intuitu officij. sed ex priuata maleuolentia non tenetur statuto de offendente officialem, nu 5.

Læsæ Maiestatis non tenetur qui Principis consiliarios aut senatores vel alios officiales Principi assistentes offendit ob priuatam inimicitiam, & speciale odium, nu. 6.

Stante decreto, quod capientes, vel occidentes delinquentes gaudeant indulgentia exceptis offensoribus ministrorum Iustitiæ, si quis offendat electum in ministrorum iustitiæ, nihilominus gaudet indulgentia etiam si ad eius fauorem expeditæ sint literæ commissionis dummodo nondum præsentatæ fuerunt, nu. 7.

Bannum prohibens offendere officialem, vel ministrum iustitiæ intelligitur de offensione ex causa officij, nume 8.

Prouisio de delictis officialium cognoscendis intelligitur de delictis commissis in exercendo officium, & non extra, nu. 9.

Item procedit tam actiuè, quam passiuè. nu. 10.

CASVS CENTESIMVS QVADRAGESIMVS OCTAVVS.

VENIT in controuersiam, an
offendens officialem electum
seu ex bursa communis extra
ctum ad officium non dum ta
men ad illud admissum tenea
tur pœna statuti de offenden
1 te officialem, & præsertim si offensio processit
non intuitu officij, sed ex odio particulari. Re-
solutio est quod non tenetur, quia electus in of
ficialem non dicitur vere, & proprie officia-
2 lis, sed tunc demum, quando electio habuit
effectum per admissionem ad exercendum of-
ficium. Anton. de Butrio conf. 19. sub nume.
3. 12. & 18. ubi agit de Episcopo electo, sed
3 non consecrato. Et licet in gratiosis attenda-
tur tempus date, & sic factæ electionis seu ex-
tractionis cap. si eo tempore de rescript. in 6.
latissime Felyn. in ca. cam te nu. 18. vers. tempus
datæ extra eod. titu. de rescript. nihilominus
in concernentibus iurisdictionem attenditur
tempus præsentationis debito tempore factæ
pro exercitio consequendo, & ante eam nulla
penitus officiali deputato authoritas compe-
tit Felyn. in cap. cæterum sub nu. 11. post vers.
valet processus factus circa finem eodem tit.
& in d. cap. cam te sub nu. 21. ver. fallit quarto,
facit Couar. lib. 2. variar. resolut. cap. 8. in fina
libus verbis versiculo, his omnibus accedit,
4 vbi dicit, quod conclusio Doctorum, quod Ci
uitas, quæ proprium Episcopum occiderit, pri
uetur honore, & dignitate Episcopali proce-
dit quando ei Episcopus erat iam consecra-
tus, & non ante, maxime autem hoc est con-
cedendum, vbi iniuria non occasione illius
electionis, & officii, sed ex inimicitia particu-
lari processit, nam & si offensus fuisset iam
5 consequutus officii exercitium, & offensio nõ
processerit intuitu ipsius officii, sed ex priua-
ta maleuolentia, locus non esset dicto statuto
pro pena offendentis officialem, vt decidit
Capyc. iura, & authoritates adducens decis.
130. num. 7. & 8. vers. is cuius opera, sicut læsæ
maiesta-

6 maieſtatis crimine non tenetur, qoi Princi-
pis conſiliarios, aut Senatores, vel alios offi-
ciales ipſi Principi, & eius conciſtorio aſſiſten
res offendit, non in ipſius Principis iniuriam,
& officij prætextu, ſed ob priuatam inimicitiã,
& ſpeciale odium, vt decidunt poſt antiquio-
res Capyc d. deciſ. 130. num. 14. verſ. & hoc in-
telligendum ſecundum eum. Alciat. conſ. 19.
nume. 17. in fine verſ. nec obſtat ille text. lib. 7.
Paris de Puteo in tractatu Syndicat. in verbo
iniuria officialis cap. 3. incipiente an officia-
7 lis num. 4 ver. quibus accedant folio mihi 285.
Crauet. conſ. 6. num. 79. verſ. tertio arguitur. &
late Decianus cœteros referens, & de commu-
ni atteſtans in tracta. criminal. tomo 2. lib. 7.
cap. 5. nume. 4. verſ. ſed pulchra inſurgit dubi-
tatio, vbi etiam ait, quod eam ſequeretur in cõ
ſulendo, & iudicãdo, quamuis credat, quod in
puncto iuris facile ſuſtineri poſſit contrarium,
quod ſcilicet incurrat in pœnam criminis leſæ
maieſtatis etiam qui tales officiales offendit
ex ſpeciali inimicitia nulla conſideratione ha-
bita de Principe, vt ibi per eum. cui opinioni
etiam adheret Clar. in §. leſæ maieſtatis, nume.
5. verſ. quæro etiam nunquid, ſed communem
opinionem ſequitur Vulpellus reſponſ. cri-
min. 21. nume. 5. inquiens eſſe receptiſſimam
ſententiam. His adiungitur Vincent. de Fran.
deciſ. Neap. 326. Emanato Regio banno in
2. parte, vbi ſtante decreto quod capientes,
vel occidentes delinquentes pro delictis per
eos commiſſi, gaudeant indulgentia, exceptis
illis, qui offendiſſent Miniſtros iuſtitiæ, ſi quis
offendit electum, & deputatum in miniſtrum
iuſtitiæ, & ad cuius fauorem expeditę ſunt li-
teræ commiſſionis, nondum tamen præſen-
tatæ, locus eſt indulgentiæ, quia non ſumus in
delicto excepto a banno, ex quo ille offenſus
non habebat exercitium iuriſdictionis tem-
pore offenſionis, ad quod plura allegat; &
quia etiam, quod eo tempore exercuiſſet of-
ficium, nihilominus offendens debebit gaude
re indulgẽtia, ex quo non offenderat miniſtrũ
intuitu officij, ſed ex odio particulari ſecun-
dum Capyc. & Foller. per eum citatos, quaſi
8 quod exceptio banni intelligatur de offenſio-
ne miniſtri iuſtitiæ ex cauſa officij, quemadmo
dum, & alia Regni prouiſio de delictis officia-
9 lium a ſola magna Curia cognoſcendis, intelli
gitur de delictis commiſſis exercẽdo officium,
& non extra pertinentia ad illud, vt etiam in-
quit dixiſſe antea deciſ. 274. in villa vbi hoc fir
mat. nu. 7. & amplius quod procedit dicta pro
uiſio tam actiue, ſi officialis prętextu officij of
fendit alium, quã paſſiue ſi offendatur ab alio,
quod & prius firmauerat nu. 4. ex quibus qui-
dem dictis Vincent. de Franch. ſatis corrobora
ta videtur reſolutio prædicta

EPITOME.

An ex cauſa coniuncti, & attinentes bannitorum, & malorum hominum cogi poſſint pro eis præſtare cautionem de neminem offendendo, neque in perſona, neque in bonis; & concluditur, pro affirmatiua pluribus iuribus, rationibus, & autoritabus in his, & ſimilibus terminis loquentibus.

SVMMARIA.

CONSANGVINEI bannitorum, & facinoroſorum perturbantium quietem publicam cogi poſſunt ad præſtandum pro eis cautionem de non offendendo perſonas, & bona territorij infeſtati, nume. 1. & 8.

Ob publicam vtilitatem multa in priuatorum damnum & incommodum conceduntur, nu. 3.

Princeps debet prius cogitare de vtilitate Reipublicæ quam ſingulorum. 3.

Publicum fauorem concernens ampliari, & extendi debet, nu 4.

Ad Iudicem pertinet prouinciam facinoroſis hominibus expurgare, eamque pacatam regere, & propterea cautiones de non offendendo extorquere. nu. 5.

Banniti deſinũt eſſe Ciues, quoad commoda, et honores, non quo ad onera & odia. nu. 6.

Banniti non deſinunt eſſe coniuncti, ideoque coniunctorum appellatione continentur, nu. 7.

Coniuncti ob bonum publicum grauantur pro bannitis coniunctis, nu. 8. & 24.

Banniti non delinquerent ſi coniuncti obuiarent, nu. 9.

Publico fauore iura tranſgredi licet, nu. 10.

Iura tranſgredi æquum eſt ex cauſa, puta ob terribiles caſus, 11.

Neceſſitas nõ habet legem, & facit licitum, quod alias eſſet illicitum, 12.

Scandalis obuiandum, illiſque ante tempus occurendum, nu. 13

Melius eſt intacta iura conſeruare, quam poſt vulneratam cauſam remedium afferre, nu. 14.

Scandalorum euitandorum cauſa multa permittuntur, quæ alias non concederentur, nu. 15.

Filius aliquando punitur pro delicto Patris, & e contra Pater pro delicto filij, & quibus caſibus, nume. 16.

Vnus punitur ex facto alterius in multis caſibus, nume. 17.

Statutum quod vnus puniatur pro delicto alterius valet ſecundum veram, & communem opinionem, nu. 18.

Eſtque hoc ſtatutum durum, & odioſum, nu. 19.

Et obſeruandum quando imponit pœnam pecuniariam non corporalem, nu. 20.

Statutum, quod vno de domo, vel familia delinquente, alij teneantur, valet ea ratione, quia omnes de familia

lia curabunt ne quis delinquat, nu. 21.
A delictis abstinet quis facilius, cum videt coniunctos pro illis puniri nu. 22.
Statutum Florentinum, quòd pro vno delinquente de cognatione, vel consorteria, cæteri teneantur, a multis Doctoribus citatur, nu. 23.
Coniuncti possunt obligari pro delictis coniunctorum bannitorum, nu. 24.
Cornelij Benincasij apologia declaratur, nu. 25.
Statutum, vel decretum, quod coniuncti teneantur dare in manibus curiæ delinquentes coniunctos valet, nu. 26.
Item, quòd coniuncti debeant fideiubere pro coniunctis etiam bannitis, quòd non ingredientur Ciuitatem, vel territorium, nu. 27.
Senense decretum pœnale aduersus coniunctos pro eorum bannitis relatum, & commendatum a pleris que grauibus Doctoribus, nu. 28.
Statutum Florentinum, quod propter homicidium ab vno factum omnes consortes expellantur de ciuitate, tenet, & refertur a Iasone 29.
Statutum puniens totam domum pro delicto vnius tantum valet, nu. 30.
Statutum, quod consortes teneantur soluere pœnas pecuniarias bannitorum valet, & laudabile est, si causa subsistat, nu. 31.
Publicæ vtilitatis gratia, ne scilicet quies publica turbetur, permittuntur statuta contra ius naturale, nume. 32.

CASVS CENTESIMVS QVADRAGESIMVS NONVS.

TEMPORE, quo malefactores, & banniti publicam, & & priuatam quietem, ac tranquillum statum aliorum perturbant, & huc, & illuc discurrendo homicidia, violentias, latrocinia, & alia varia crimina perpetrant, & Respublicas, Ciuitates, Terras, Oppida, Villas, & dictorum locorum homines, & habitores infestant, diuersaque facinora committentes, omnibus metum, & timorem inferunt, Propositum fuit, vtrum Consanguinei talium bannitorum, & scelestorum hominum iure cogi possent pro eis præstare cautionem de non offendendo personas, & bona territorij infestati. & mihi id fieri nō videbatur impium, neque iniquum
1 ob publicam vtilitatem, ex qua nouum non est multa in priuatorum damnum & incommo-
2 dum concedi, iuxta notata per scribentes in l. barbarius, ff. de offic. Prætor. vbi præcipue Iaf. multa congerit, publica enim vtilitas priuatæ vtilitati præferenda est. Bart. & alij in l. 1. ff. solu. matr. debetque Princeps prius cogitare
3 vtilitatem Reipublicæ, quam singulorum, vt dicit Bart. in auth. de hæred. & Falcidia in prin. nume. 4. versic. secundo nota, & quod publi-
4 cum fauorem concernit, ampliari, & extendi debet, l. illud. & ibi glos. in verbo, alia causa. C. de sacrosanct. Eccl. & l. hoc modo, in fine, ff. de condit. & demonstr. & cum latissimum sit Iudicis officium. l. 1. ff. de iurisdict. omn. Iudic.
5 & ad eum pertineat prouinciam facinorosis hominibus expurgatam conseruare l. cōgruit, ff. de offic. Præsid. l. 1. ff. de offic. Præfect. Vrb. & propterea cautiones etiam de non offendendo extorquere, l. denuntiamus C. de his qui ad Ecclesf. confug. l. illicitas §. ne potentiores ff. de offic. Præsid. & vtrobique scribentes, male sibi permissa videretur vti potestate, si subditos non compelleret ad huiusmodi cautiones, & in eis etiam bannitos, a quibus magis timendum est, non comprehenderet, argum. l. æquissimum ff. de vsufru. l. quidam æstimauerunt, in fine, & ibi notat. per Doctores ff. si cert. petat. &c. discordantes, cum seq. 90. distinct. licet enim banniti desinant esse ciues, Bart. in l. fin. pet illum text. ff. de legationibus. Nellus in tractatu de bannitis in 1. pa. secundi temporis quæst. 45. hoc tamen intelligitur quoad commoda, & ho-
6 nores, non autem quoad onera, & odia, in quibus non perdunt Ciuitatē, vt per Nellum dicta quæst. 45. in fine, & tradit Ludouic. Roman. conf. 73. circa ptimum, nume. 4. vers. hæc autem regula, vltra quod non desinunt esse coniuncti,
7 cum iura sanguinis iure ciuili non tollantur, l. iura sanguinis ff. de regu. iur. & appellatione coniunctorum continentur, cum verba naturaliter, & non ciuili modo intelligenda sunt l. fi. C. de his qui veni. ætat. impetr. l. fideicommissum ff. de conditionibus, & demonstrat. & l. ex ea parte. §. in Insulam. ff. de verbor. obligat. vt ideo mirum non sit, si pro eis tanquam con-
8 iunctis, coniuncti ob bonum publicum grauentur, præsertim, quia ipsis scientibus consentientibus, & sæpe etiam subministrantibus, solent banniti delinquere, vel saltem præsumptio est, quod non delinquerent, si cœteri coniuncti
9 obuiarent, iuxta dictum Baldi in cap. constitutus il 1. de testib. quod sequitur Iaf. in l. si quis in suo § legis sub. nu. 3. in fine ver. vlt. facit C. de inoff. testam.

Præterea non videbatur contra ius esse, si consanguinei pro bannitis vt supra, legarentur,
10 cum fauore publico iura trāsgredi liceat, l. si ita vulneratus, ante finem ff. ad leg. Aquil. Roman. conf. 310. in casu propositæ consultationis per totum Iaf. in d. l. Barbarius nu. 24. & pluribus seq. ff. de offi. Præt. Felyn. in c. nonulli, sub nu. 16. ver. ad euitandos istos nouos scrupolos, extra de rescrip. seruit dictum aureum Baldi in ca. Odoardus nu. 2. in quibu. cauf. feud. amit in
11 vsib. feud. quod propter terribiles casus licitū est Iudicibus leges transgredi, & aliud non minus elegans eiusdem in ca. secundo ante finem, de re iudic. quod interdum æquum est ex causa transgredi legem. quæ dicta refert Afflict. lib. 1. constit. Regni Rub. secunda in constit. pacarenorum sub nu. 40 vers. & ideo dicebat, & potissimū imminēte necessitate cui commo
12 de aliter prouideri non potest, quia necessitas non

legem, sed ipsa constituit legem, & facit licitũ
quod alias esset illicitum. Doctores in l. quæ
propter necessitatem, ff. de reg. iur. vbi Dec. nu.
1. & 2. & Cagn. nume. 1. glos. in l. pr. in verbo,
non aliter, in princ. ff. de off. eius, & ibidem co-
piose Ias. num. 75. & vt futuris scandalis obuie
13 tur, propter quorum euitationem decet ante
tempus occurrere, & opportune pront causa
expostulat, prouidere, arg. l. fin. C. in quib. cau.
rest. in integr. non est necess. glos. in §. apum
quoque, Instit. de rer. diuis. melius est enim in-
14 tacta iura conseruare, quam post vulneratam
causam remedium afferre, vt in dict. l. fin. etiam
contra ius, cum multa permittantur gratia eui
15 tandorum scandolorum, quæ alias non conce-
derentur, l. penult. ff. ad leg. Corne. de Sycariis,
l. si quis filio §. hi autem omnes in fine, ff. de in-
iusto rup. & irrit. fact. testam. Socin. consi. 165,
num. 41. versicu. quibus etiam hoc accedit lib.
secundo, quod est repetitum consi. 68. lib. pr.
Felyn. in cap. nihil sub num. 2. & seq. versicu. tu
vero, extra de præscript. vbi colligit triginta-
tria specialia inducta cõtra iuris regulas prop-
ter scãdalum euitandum. Rursus consideraba-
tur quod non longe distent a dicta prouisione
quæ alias iure communi procedere conceden-
tur; si quidem videmus, quod non raro in pœ-
nis temporalibus vnus pro alio obligatur, &
tenetur, vnde Afflict. lib. pr. constitut. Regni
Rub. secunda de Pacterenorum receptatoribus
in constitutione Pacterenorum. nu. 33. & seq.
post versicu. regula est. ponit duodecim casus,
16 in quibus filius punitur pro delicto Patris, &
paulo infra n. 40. & seq. post versi. in eadem ibi,
& e contrario. ponit alios sex casus, in quibus
Pater punitur pro delicto filii, Menoch. etiam
in tract. de arbitr. Iudic. lib. secundo cent. quar
ta casu 545. fere in toto. multos congessit ca-
17 sus, in quibus vnus ex facto alterius pęna affi-
citur, vt Dominus pro seruo, Magistratus, seu
officialis pro familia, Pater pro filio, & alii pro
aliis, vt ibi per ipsum, de qua rẽ plura notauit
Couar. lib. secundo variar. resolut. cap. 8. num,
1. cum multis seq.

18 Præterea negari non potest, quin valeat statu
tum, mandans quod vnus pro delicto alterius
puniatur, secundum veram, & communem Do
ctorum opinionem, de qua post antiquiores
testantur Couar. d. cap. 8. nume. 7. versicu. quar
to principaliter. Ant. Gabriel. tit. de iure quæsi
to non tollendo concl. 2. nume. 18. versic. quar
to amplia. Cartar. in tract. de execut. sentent.
contum. capt. bannit. in præfat. num. 71. versic.
& licet. Clar. in practic. crimin. quæst. 86. nume.
5. versicu. & hæc quidem. Farinac. lib. pr. qq. cri-
min. tit. de delictis, & pęn. q. 24. nu. 150. cum se-
quentibus versic. limita primo propositam hu
ius quæstionis regulam, & tradit ante eos Al-
beric. de Rosate de statut. li. pr. q. 47. quæst. 50.
& q. 51. vbi rationes adducit efficaces, & pal-
pabiles, & exemplificat in filio pro Patre, in
patre pro filio, in Domino pro seruo, in Vni-
uersitate pro Ciue, in communitate pro delin-
quentibus in suo territorio, prout etiam exem
plificat Farina. in loco citato numeris sequen-
tibus, cum quibus conueniunt Afflict. vbi su-
pra nu. 37. & 40. loquens in statuto, quod filius
puniatur pro Patre, & e conuerso, quod Pater
puniatur pro filio, Ias. in d. §. legis, sub n. 3. in 3.
& 4. exemplis subiit, & Menoch. d. casu 345. n.
10. 14. & seq. & Clar. d. q 86. nu. 6. 7. 8. & 10. lo-
quentes in eodem statuto, & in alio, quod Do
minus teneatur pro famulo, & communitates
19 de commissis in earum territoriis. Hæc enim
statuta, & si dura, rigorosa, & odiosa sunt, va-
lent tamen, & obseruanda veniunt, vt Meno-
20 ch. dicit, & latius prosequitur Farinac. quan-
do tamen pecuniariam tantum pœnam impo
nunt, non etiam corporalem, vt Farinac. tra-
dit nume. 189. & 190. versicu. sublimata secun-
do, vbi cœteros refert, quibus additur Ias. in §.
actiones autem, num. 71. & 72. Instit. de action.
& in d. §. legis nu. 3. in princ. versic. prædicta in
tellige, & Alberic. in dictis quæstionibus 47.
50. & 51. & Ferdinand. Vasq. lib. 3. controuers.
Illustr. & vsu freq. c. 96. sub nu. 14. post medium
versicu. ad prædicta optime seruit, & magis ad
rem nostram facit, quod fieri potest statutum,
21 & factum tenet, quod vnus de domo, agnatio
ne, vel familia delinquente, alii de illa domo,
agnatione, vel familia teneantur, ea ratione:
quia alii curabunt, ne aliquis delinquat, & fa-
cilius abstinebit quis a delictis videns coniun
22 ctos pro illis puniri, ita in puncto not. Bart. in
l. iure prouisum ad finem C. de fabricens. lib.
11. arg. illius legis bene hoc probantis, & se-
quuntur ibi Alex. in addit. Fernand. Vasq. lib.
pr. controuers. illustr. & vsu frequent. cap. 32. in
fine nu. 16. versicu. centesimo decimo sexto col
ligitur, Dec. consi. 64. ante num. 4. versicu. & in
primis præsupo. Ias. in d. §. actiones autem. nu.
76. & 77. & in d. §. legis nu. 3. versicu. primo per
illud, & versi. sequenti, late Cartar. in tract. de
execut. sentent. centum. capt. banit. in præfat.
nume. 73. & 74. versicu. idem etiam, qui omnes
23 meminerunt de statuto Florentino, quod pro
vno delinquente de cognatione, vel consorte-
ria ceteri teneantur, & alios idem tenentes re
fert Farin. vbi supra num. 153. & seq. versic. &
in specie, vbi amplius vult hoc procedere in ter
minis nostris, videlicet, vt coniuncti possint ob
ligari pro delictis coniunctorum bannitorum,
24 quod etiam ostendit Cartar. in dict. præfat. nu.
75. & seq. post versicu. hinc etiam, & ita etiam
tenuit Ias. in d. §. actiones autem, nu. 71. versic.
& idem etiam, Instit. de action. cũ quibus con-
cordant quæ infra subiicientur ad finem.

Ceterum quia vidi nuper ea, quæ in hac
25 materia scripta reliquit Cornelius Beninca-
sius Perusinus non obscuri nominis Iuriscon-
sultus in sua Apologia boni publici de non
constituendo consanguineos cogi pro banni-
tis de non offendendo cauere, impressa Peru-
siæ anno 1587. vbi quærit, an expediret vniuer

faliter statuere consanguineos teneri pro consanguineis bannitis cautionem de non offendendo præstare, & concludit pro parte, negatiua, pro qua adducit decem fundamenta, & respondet his, quæ in contrarium pro parte affirmatiua facere videbantur, placet lectorem admonere præfati Doctoris conclusionem in nihilo obstare dictis supra per me: quia vltra quod ille loquitur de lege vniuersali, & propterea super hoc publicanda, nos autem de ordine particulari, & duraturo quatenus eadem causa permaneret, principaliter in eo se fundat, quod temporibus illis, quibus regnabat Sixtus Quintus Pontifex Maximus, non erat opus tali prouisione, & cessabat necessitas tam rigorosa remedia introducendi, & tam duras leges constituendi, nec negat, quin imminente necessitate, & legitima vrgente causa sic statui possit, imo hoc videtur concedere saltem dicta necessitate, & causa durante, nec disceptatio sua est, an posset ita constitui, sed an expediret, vt eius opusculum docet, quod totum legendo percurri, vt viderem, an meis scriptis contradiceret, & si aliud diceret male quidem sentiret, & loqueretur contra iam relatas, & infra referēdas decisiones in hoc ipso puncto, de quibus non facit ipse mentionē, pro cuius rei confirmatione adduci potest,
26 quod est validum statutum, aut decretum vel proclama, quod coniuncti teneantur dare in manibus curiæ delinquentes coniunctos, vt decidit Cartar. in dicta præfatione, numero 75. versicu. hinc etiam valet, & post eum Farinac. dicta quæst. 24. sub numero 155. versicu. & rur-
27 sus in specie. Item quod coniuncti debeant fideiubere pro coniunctis etiam bānitis quod non ingredientur Ciuitatem, vel te rritorium, vt demonstrant Cartar. vbi sup. nume. 78. versi. quæ annotanda sunt & Farinac. sub d. versicu. Et rursus in specie, & refert Cartar. in loco citato ex attestatione Angel. nume. 77. versic. &
28 dicit, quod in Ciuitate Senarum factum fuit decretum, quod omnes banniti tenerentur se præsentare in quodam loco distanre per centum milliaria, & quod si non se præsentabunt, eorum coniūcti caderent in pœnam, mille aureorum, de quo dicto prius mentionem fecit, Ias. in d. l. barbarius nume. 29. versicu. septimo facit, ff. de offic. Prætor. qui illud refert perfectius: quia vult Angel. quod propter publicum bonum potest Ciuitas statuere, quod si banniti Ciuitatis non seruauerint certos cōfines, incidant singuli in pęnam mille ducatorum, & quod dicta pęna cōmittatur, & exequatur non solum contra ex bannitos, sed etiam contra eorū coniunctos per lineam masculinam vsque in quartum gradum. Dicit insuper idem Cartar. in d. loco num. 72. versicu. hinc valet, quod
29 valet statutum Florentinum, quod propter homicidium ab vno factum, omnes consortes expellantur de Ciuitate, quod antea dixit Ias. in dicto §. actiones autem nume. 73. Instit. de

action. & in d. l. si quis in suo d. §. legis sub num. 3. versicu. qui in to facit C. de inoffic. testam. vbi etiam subiicit sub eodem nu. 3. versicu. vlt. fa-
30 cit, quod valet statutum puniens totam domū pro delicto vnius tantum, & dicit Ferdinan. Vasque li. 3. controuers. Illustr. & vsu frequent. cap. 96. sub num. 14. circa finem versicu. idem ergo dicēdum, quod valet statutum, quo consor-
31 tes teneantur soluere pœnas pecuniarias bannitorum, & licet subdat, quod non est laudabile, quamuis sit tolerabile, hoc erit intelligendum causa non subsistente; nam si subsistit, &
32 vrgeat, laudabile etiam est, & honestum. Permittūtur etenim ordinationes huiusmodi quātumuis contra ius naturale ex causa publicæ vtilitatis, vt pacificus conseruetur status, & ne publica, & priuata quies turbetur, vt præfati Doctores, considerant, & recte.

EPITOME.

De bannito de vno territorio, quod ad illud mitti potest Ambasciator alterius territorij, nec ibi durāte ambasciaria potest occasione dicti banni molestari. Offendi, aut retineri.

SVMMARIA.

Bannitus missus legatus, siue Ambasciator ad locum, vnde est bannitus, non potest ibi offendi, vel retineri ex causa dicti banni. nu. 1.

Bannum est quasi publicum debitum. nu. 2.

Legatione durante, legatus non potest conueniri, uel molestari pro debitis publicis. nu. 3.

Legati, seu Ambasciatores etiam hostium dicuntur sancti, idest inuiolabiles, & ex iure gentium habent securitatem, & ideo a nemine possunt impune offendi, num. 4.

Ambasciatores non possunt capi pro represalijs, quia habent immunitatem de iure communi. nu. 5.

Legati hostium tacitam habent a lege securitatem, numero 6.

CASVS CENTESIMVS QVINQVAGESIMVS

1 BANNITVS de vno territorio, puta Florentino, qui sit de alio territorio, puta Perusino, potest per suum Principem Perusinum mitti Ambasciator ad Rempublicam Florentinam absque metu, quod ibi offendatur, vel retineatur ex causa dicti banni ita probat text. in §. Reuerendissimi vero, apocrisarii, in Authent. de Sanctissim. Episcop. vbi dicitur, quod Clerici per suos Episcopos missi ad Patriarcham, vel Metropolitam, durante

rante legatione pro debitis publicis, vel priuatis conueniri, vel molestari non possunt, vnde notat ibi Angel. de Perusio nu. 29. ad finem
3 versi. nota istum text. quod si bannitus Perusinus per commune Florentiæ vadat Florentiam pro ambasciata, non potest ibi retineri pro banno, quasi quod bannum accipiatur pro publico debito, quam decisionem non memi-
4 ni alibi legisse, & pro eius confirmatione facere puto, quod isti legati, seu Ambasciatores etiam hostium dicuntur sancti, id est inuiolabiles, & ex iure gentium habent securitatem, & a nemine possunt impune offendi. l. fin. ff. de legation. & l. sanctum, & ibi glos. ff. de rer. diuis. Bart. in l. pr. in princ. nume. 2. versicu. circa
5 hanc legem ff. ad leg. Iul. Maiest. qua ratione dixit idem Bart. in dicta l. fin. in princ. quod Ambasciatores non possunt capi pro repræsaliis: quia habent immunitatem de iure communi. Idem voluit glos. in l. côuentionum sup. in glos. fin. in fine ff. de pact. quæ dicit legatos
6 hostium securos esse tacite eis data securitate per legem, sequitur Bart. ibi in finalibus verbis, notans simpliciter, quod Ambasciatores habent securitatem.

EPITOME.

De pœna asserentis falso, se occidisse bannitum, vt statutorum, vel bannimentorum gratias, & præmia veris bannitorum occisoribus concessa, cōsequeretur, & quid agendum cum illis, qui falsitatis inscij a talibus non veris occisoribus nominati vigore dictorum statutorum, vel bannimentorum gratiam de eorum condemnationibus reportauerunt.

SVMMARIA.

Falso asserens se bannitum occidisse, vt statutorum præmia consequeretur, morte punitur. numero 1.

Confessus non punitur de crimine verificato quando constat crimen ab alio, quam a confitente fuisse commissum. num. 2.

Fallit si is falso confessus speret ex mendacio gratiam, & vtilitatem exemplo filii Amalechita, numero 3.

Notarius qui instrumentum verum fatetur, se falso scripsisse, & signasse præmio accepto punitur ex sua confessione simulata tanquam falsarius. numero 4.

Accusatus confessus crimen ob pecuniam acceptam dānatur ex sua confessione, & statur sententiæ contra eum latæ. nume. 5.

Cancellatus ab aliqua pœna sub prætextu quod interuenerit occisioni bannitorum, cum tamen re uera non interuenerit, annullata cancellatione remanet in primæuo statu, & alia etiam grauiori pœna afficitur. nu. 6.

Item qui eodem prætextu facit alios cancellare, ad triremes damnatur in perpetuum, uel ad tempus iuxta facti, & personarum qualitatem, nu. 7.

Quid in cancellatis inscijs fraudis, & falsitatis corū, qui talibus occisionibus bannitorum interuenisse asseruerunt. nu. 8.

Pœna esse non debet, ubi non est delictum. nu. 9.

Sub fide publica, & indicis authoritate nemo pœnam reportare debet nu. 10.

Cancellatus a banno ex facultate alteri cōcessa ob bannitum, quem falso probauit occid sse, is cancellatus non est retinendus occasione sui banni, & condemnationis, si constiterit istius falsitatis fuisse ignarum, il lata super hoc ei tortura, numer. 11

CASVS CENTESIMVS QVINQVAGESIMVS PRIMVS.

1 QVI falso, ac mendaciter dicit, se bannitum occidisse, vt statutorum, vel bannimentorum gratias, & præmia occisoribus bannitorum concessa, consequeretur, pęnā mortis reportare debet, ita in terminis tradit Foller. in pract. crimin. iuris Cæsarei in tertia parte, tertiæ partis principalis, in verbo, & si confitebuntur ad finem, num. 116. versic. decimoquarto quæro, vbi subdit, quod in contingentia facti, ita fuit decisum in Ciuitate Parisiorū, vt refert, & cōcludit Gulielmus de Benedictis, in c. Raynutius, in verbo, mortuo itaque testatore, il pr. nu. 341. extra de testament. & quod ista doctrina est notanda. Dicit autem Guliel. de Benedic. ibi, num. 340. ver. sane etiam, quod quis ex sua confessione puniri nō potest de de-
2 licto verificato, si Iudici constaret crimen fuisse ab alio commissum, quam a confitente, quia non auditur perire volens. l. non tantum, ff. de appellationib. nisi, vt subiicit. numero 341. hoc mendaciter confiteretur sperans in tali men-
3 datio impetrare gratiam, & vtilitatem, sicut sperabat consequi filius Amalechitæ, confitendo mendaciter Saulem interfecisse, qui loco gratiæ, & vtilitatis reportauit mortem, quoniam ac si vere eum interfecisset, fuit mandato Dauid occisus, vt patet. 11. Reg. 1. capit. cuius exemplo inquit, quod nondum anni decem
4 erant elapsi, quod ad conniuendum quoddā instrumentum de falso, licet verum existeret, Notarius, qui illud receperat, in materia successionis Castri de Landorra, ac si ipsum falsum scripsisset, ac signasset, præmio accepto tanquam falsarius abolitionem impetrauit a Rege, sed comperta fraude per arrestum curiæ parlamenti Tolosæ prolatum die 22. Martij anno Domini 1485. tanquam falsarius fuit punitus, & manus dextera amputata, licet in-

strumentum non falsasset, visa eius falsa,& simulata confessione,ex qua vtilitatem consecutus fuerat,& quæ in præiudicium alterius partis,ad quam dictum instrumentum pertinebat, fraudulenter tēdebat, & ita etiam videtur decidere Bald.in l.pr. num. quarto,versic.quæro si pecunia. C. de pęn.Iudic. qui male iudic.inquiens post primam opinionē glossæ ibi,quod si pecunia datur accusato, vt se condemnari pa
5 tiatur, & ipse pecunia ductus crimen fateatur,standum est confessioni, & sententiæ contra eum latæ, quia sibi imputare debet,quare sic falso fuerit confessus.

6 Vidi ego multoties in facto euenisse, quod aliqui,sub prætextu, quod interuenerint occisionibus bannitorum,obtinuerunt gratias,& præmia,quæ per decreta, & bannimenta inter fectoribus bannitorum conceduntur,cum tamen vere non interuenissent,sed per alios banniti interfecti fuissent,qua re detecta,& patefacta, qui condemnati in aliquam pęnam dicta occisione mediante cancellationem, & remissionem obtinuerant, iuxta tenorem cancellatarum condemnationum puniti fuerunt annullata ipsa cancellatione, veluti gratia sublata, remanentes in primęuo eorum statu,vt per Boss. in pract.crimin.tit.de remed.ex sola clem.Princip.sub nu.36.in fi.versic. posset quoque fiscus, & insuper vltra restitutionem pecuniarii præmii a fisco recepti grauiori pęna affecti,non tamen,quod sim memor pęna vltimi supplici,nisi quando sic erant condemnati,quia sententia in quam reincidebant exequebatur; qui vero nullam condemnationem habuerant cōtra se,
7 sed hoc fecerant,vt aliis condemnatis inseruirent,& eos cancellari a condemnationibus facerent, & vt plurimum pecunia mediante, & alia etiā præmia pecuniaria a camera fisci consequerentur, fuerunt & ipsi grauiter puniti,& multi si bene recordor, vltra dictam restitutionem ad triremes damnati in perpetuum,vel ad tempus iuxta facti,& personarum qualitatem, non tamen memini, quod aliquis fuerit vnquā morte damnatus. Sane si condēnati inscii fraudis, & falsitatis eorum, qui occisioni banniti interuenisse asseruerunt, & tanquam tales,gratias,& præmia a bannimentis,& decretis con-
8 cessa obtinuerunt,bona fide fuerint vigore facultatis,prædictis,vti veris occisoribus bannitorum concessæ cancellati, & liberati a pęnis contra eos pronunciatis, & postea appareat, quod dicti admissi ad gratias,& præmia nō interuenerunt occisioni illius banniti, licet gratia dictis condemnatis ignorantibus concessa sit nulla, & propterea illi reincidant in eorum pęnas, & condemnationes,tamen nullam aliā patiuntur pęnam, nec in alio puniuntur, quia in nullo videntur peccasse,ex quo iuste potuerunt credere declarationi factæ per Iudicem de gratiis, & præmiis competentibus illis, a quibus ipsi fuerunt nominati, & executioni exinde factæ per admissionem eorum nominationis, & cancellationem condemnationis, vbi enim non est delictum,pœna esse non po-
9 test,l.Sancimus. C. de pęnis, & sub fide publi-
10 ca, & authoritate Iudicis nemo pęnam reportare debet,l.pr.C.de his,qui ueni.ætat.impetr. Et ita alias in contingentia facti uotaui ad fauorem banniti capitaliter, qui cancellatus fuerat a banno ex facultate alteri concessa,& per ipsum non paruo pretio empta, vt moris est, propter homicidium famosi banniti,cum post aliquod tempus repertum fuerit eum, qui ho-
11 micidium fecisse dixerat, & probauerat, illud vere non fecisse, sed alium,& bannitum ipsum cancellatum falsitatis fuisse ignarum, illata tamen ei super hoc tortura;fui enim opinionis, quod esset in pace dimittendus, nec retinendus occasione dictæ condemnationis ex falsis causis, absque tamen eius culpa cancellatæ; an autem uotum meum habuerit effectum, vel aliud fuerit seruatum, nescio; volui tamen quid in hoc casu senserim, aperire, cum non infrequenter possit euenire.

EPITOME.

Promissioni de non offendendo, facto tantum, & in personam, sub certa pæna, contrauenturi non dici propter exonerationem archibusij animo offendendi personam, nisi persona sit tacta, vel res ab ea inseparabiles, aut saltem illi cohęrentes, etiam quod ex forma statutorum, vel bannimentorum pro tali simplicis exonerationis actu imposita sit poena vltimi supplicij.

SVMMARIA.

Solus conatus exonerandi contra aliquem archibusium, licet deinde non exoneretur, nec ulla penitus sequatur offensio, nihilominus ex legibus municipalibus punitur pęna furcarum, & confiscationis bonorum nu.1.

Pœna promissa de non offendendo aliquem facto tantum, & in personam non debetur, si promittens contra illum exoneret archibusium, ex quo pila plumbea exeat, dummodo re uera non offendatur, nec tāgatur ipsa persona, aut res a corpore inseparabiles, vel eidem adhærentes. nu.2.

Offensio dicitur facta non solum personæ, sed etiam in personam, quando sunt tacta res personæ adhærentes, concurrente animo offendendi personam ipsam secundum Communem. nume. 3. & latius numero 14.

Offensio non dicitur facta in personam, quando nec persona, nec res personæ adherentes tactæ sunt, numero 4.

Offensio in personam, vt facta dicatur, necesse est,

quod

quod ipsum corpus tangatur vel res ab eo inseparabiles secundum al.quos.num.5.& 8.

Iniuria facta persona, & facta in personam valde differunt, nam verba iniuriosa dicuntur continere offensam persona, & non in personam nu. 6.

Et idem de iniuria facta circa uestes clerici eo non percusso eodem nu. 6.

Statutum loquens de maleficijs personalibus habet locum vbicunque persona offenditur, licet actus offensionis non tangat corpus.nu.7.

In, dictio iuncta personæ non denotat adhærentiam personæ, sed ipsam personam.nu.8.& nu. 13.

Ex solo insultu cum armis non dicitur commissa pæna de non offendendo personaliter.nume.9.late, & numero 13.

Et ibidem, quod idem est dicere personaliter, & in personam, & quod ideo vt pæna sit commissa, oportet quod realiter persona offendatur.

Cautio de non offendendo facto tantum, & in personam non frangitur, nisi persona ipsa in corpore lædatur, adeo ut non sufficiat etiam perforatio vestimentorum.nu.10.

Excomunicatus non est qui aliquid iniuriosum admiserit circa vestes clerici.nu.11.

Promissio de non offendendo in personam tantum non comprahendit securitatem rerum, neque etiam iniuriam factam persona.nu. 12.

Promissio de non offendendo in personam excludit verbales iniurias insultus cum armis, insecutiones, admenationes, vestium scissionem, violentiam occasione rerum, iaculationem, proiectionem saxi, exonerationem archibusy, uel balistæ, & huius generis alia in quibus persona non percutitur, vel tangitur. numero 13.

Innocenty opinionem supra nu. 3. relatam non videri communem 14.

Iniuria facta vestimentis scissis non dicitur illata corpori.nu.15.

Nocitum esse alicui dicitur, quando aliquid in corpus eius admittitur, non si illius vestimentum, vel quid aliud scissum, corruptumue sit. numero 16.

Decisio consily criminalis Cataloniæ a Peguer. relata eleganter declaratur, & ibidem quod facta promissione de non offendendo personas, neque bona itaque de non iniuriando quoquomodo, & quomodolibet, rumpitur pax. vel treuga per conatum ad offendendum.nu.17.

Promissioni de non offendendo in genere, & simpliciter contrauenitur ex quacunque offensione, & ex solo insultu cum armis, & admenatione absque alia percussione.num.18.

Non ita si promissum sit de non offendendo in personam. Et ibidem plerique Doctores declarati.

CASVS CENTESIMVS QVINQVAGESIMVS SECVNDVS.


Tante promissione facta per vnum de non offendendo, neque offendere faciendo alterum facto tantum, & in personam sub certa pęna, & constito, quod exinde promittens aggressus fuit aduersarium, & contra illum exonerauit archibusium, ex quo pila plumbea exiuit, sed illum non offendit, nec eius personam, nec vestes tetigit, & præsupposito, quod ex legibus Municipalibus, seu bannimentis pro tali maleficio attentato, vt supra, & nulla penitus sequuta offensione, immo & ex
1 solo conatu, & attentatione exonerandi archibugiũ, licet exoneratus non fuerit, nec pila emissa, imposita sit pæna furcarum, & confiscationis omnium bonorum; quæsitum, fuit vtrum promissioni contrauentum fuerit, & pęna commissa.

Putaui dum casus iste de facto euenisset, di-
2 ctæ promissioni minime contrauentum fuisse, successiue pœnam peti non posse; etsi enim clarum sit, quod exonerans voluit offendere aduersarium facto, & in personam, & quidem grauissime, cum ex talibus satanicis instrumentis mortales ictus a communiter contingentibus inferri soleat, & deuenerit ad actum facti proximum, & immediatum offendendi, & per ipsum non steterit, quin offenderit, cum tamen vere non offenderit, non videtur verificari verba promissionis; quæ loquuntur de offensa facto & in personam ita vt verbalis offensio non sufficiat, nec etiam facto in rebus, sed requiratur facto etiam in personam, adeo quod realiter persona ipsa tangatur, vel saltem res a corpore inseparabiles, vt sunt pili, & capilli, vel ad minus res corpori adhærentes, quæ scilicet illud tegunt, vt sunt vestimenta, cũ alioquin non dicatur facta offensio facto, & in personam, vt in propriis terminis exonerationis archibusij, sine percussione consulendo tenuit Hieron. Gabriel.consi.171. promisit Carolus Ariminensis lib: primo, qui vltra præmissas rationes multa allegat ad hanc opinionem comprobandam, & clarissimum dicit esse eum, qui personam, resue ab ea inseparabiles, aut ei cohærentes, non tetigit, in personam non offendisse, quia quamuis disputẽt Doctores, vtrum dicatur offensio facta in personam, cum nec persona ipsa, nec res a corpore inseparabiles tactæ sunt, sed res corpori adhærentes, quæve illud tegũt, vt per Innocent. & alios Canonistas in cap. nuper, de sentent. excommunicat. Barto & alios Doctores in l.licitatio, §. quod illicite, ff de publican & vectigalib. & in l.Gallus, §. ille casus, ff.de liber. & posth. & in l.pr.§ hæc autem verba, ff. de his, qui deiecer. vel effuder. & videa-

3 tur esse communis opinio, vt dicatur facta offensio non solum personæ, sed etiam in personam, quando sunt tactæ res personæ adhærentes, concurrente animo offendendi personam ipsam secundum opinionem Innocent. in d. capit. nuper & Barto. in d. §. quod illicite, tamen nemo negat quin tactus sit necessarius saltem rerum personæ adhærentium, & conueniunt
4 omnes non dici factam offensionem in personam, si nec persona, nec dictæ res tactæ sint. Imo Bald. in l. sed eximendi, ff. ne quis eum, qui in ius vocat. est vi eximat, & alij permulti quorum sententiam veriorem dicit Aret. in d. §. ille casus, tenuerunt, quod nō satis sit, quod tangantur res personæ adhærentes, sed requiratur, quod corpus ipsum, vel res ab eo inseparabiles tangantur, vt offensa in personam facta dicatur, & vt latius prosequitur ibi Gabriel, cu ius dictis addo, quod Bal. in d. l. sed eximendi, nu. pt. expresse voluit, quod ad hoc, vt quis di-
5 catur offensus in personam, necessariū sit quod corpus tangatur, & quod aliter iniuria non dicitur illata in personam, & idem tenuit in l. si qua per calumniam, sub num. 2. versi. volo expedire, C. de episcop. & cleric. inquiens, quod
6 si quis non percussit Clericum in personam, sed facit iniuriam circa vestes, quas Clericus defert, scindendo eas, vel aliquid simile faciendo, licet ista iniuria sit facta personæ, non tamen dicitur in personam, & quod etiam verba iniuriosa dicuntur continere offensam personæ, sed non in personam, quod ait menti tenendum, & subdit num. 3. hoc facere ad statutum,
7 quod loquitur de maleficiis personalibus, quia intelligitur vbicunque persona offenditur, licet actus offensionis nō transeat in personam, idest non tangat corpus, & cum hac opinione transit etiam in Rub. ff. soluto matrimon. numero quinto, & 6. dicens quod cum, dictio,
8 In, iuncta personæ non denotet adhærentiam personæ, sed ipsam personam, non dicitur iniuria in personam, nisi eam corpus sentiat, & quod ideo nulla iniuria verbalis est in personam, nec etiam furtum, quæ dicta Bal. in d. l. si qua per calumniam, & in d. Rub. sequuntur Dec. consi. 406. numero 3. cum sequen. vers. sed tamen his non obstantibus, & Ludouic. de Peguer. in suis decisionib. seu quæstionib. crimin. cap. 21. sub num. primo, versic. confirmantur prædicta, per quæ consuluit ibi Dec. quem etiam refert Peguer. quod ex solo insultu ar-
9 mis non fuit contrauentum promissioni de nō offendendo personaliter sub pœna, quia cum idem sit dicere personaliter, & in personam, vt pœna sit commissa, oportet quod realiter persona offendatur, nec solus sufficit insultus, ex quo proprie offensio in personam dicitur fieri, quando persona tangitur, & ipsum corpus percutitur. Eandem opinionem, quod cautio
10 de non offendendo, facto tantum, & in personam, non frangatur, nisi quando persona ipsa in corpore læditur, nec sufficiat insultus cum armis, nec etiam tactus, & perforatio vestimentorum, aut thoracis, vel scuti, aut huiusmodi, licet per hæc iniuria facta personæ dicatur, voluit Herculan. in tractat. de caur. de non offenden. cap. 24. numero tertio, & plurib. seq. versi. quæro quidam promisit, & cap. 25. num. 6. cum sequen. versicu. quæro inter offendere, & est de mente Guid. Pap. decis. 138. sub num. 3. versi. & alibi dicitur, dum sequendo Bald. in d. l. si qua per calumniam, tenet iniuriantem Clericum
11 eius vestes scindendo, vel aliquid aliud simile faciendo, non esse excommunicatum, quia licet inferat iniuriam personæ, non tamen infert in personam, & Petr. de Benintend. decis. Bononiens. 65. num. 19. versic. & eo magis dum tra-
12 dit, quod in promissione de non offendēdo in personam tantum, non comprehenditur securitas rerum, neq; etiam iniuria facta personæ, & ita etiam concludit Vulpel. in tract. de pace induc. & promis. de non offenden. q. 91. vbi post varias Doctorum opiniones in hac quæstione relatas dicit tandem, sub num. 8. post versi. aut personaliter quod quando promissio de nō of-
13 fendendo in personam proponitur, excluduntur verbales iniuriæ, insultus cum armis, & insequutiones, seu admenationes, vestium scissio, violentia occasione rerum, iaculatio, seu proiectio saxi exoneratio archi perforati, seu archibusij, vel balistæ & similia, in quibus persona non percutitur, vel tangitur, quæ offensæ omnes licet personales dicantur, non tamen sunt in personam, quia dictio, in, requiritur in hac specie personæ tactum, & intrinsicitatē, & per consequens offensam, quæ mere in personā fit, & per quam persona tangitur, vel percutitur, vt ex communi sensu Doctorum per ipsum antea allegatorum elici attestatur quod etiam postea voluit, quæst. 101. vbi pariter in fine resoluit quod quando promissum est non offendere in personam ex vi dictionis, in, necessarius est tactus corporis nec dicitur contrauentum ex insultu cum armis, & admenatione, & insecutione, nec ex insultu cum archibusio cum sola rotæ exoneratione, animo nocendi facta, & idem sentire videtur respons. crimin. 88. ne illotis ad finem vbi similiter loquitur de exoneratione archibusij. Ex quibus facile constare
14 potest opinionem Innocent. d. capit. nuper & Barto. in dicto §. quod illicite, & sequatium, de quibus meminerunt Herculan. d. cap. 24. nu. 8. versi. non ignoro tamen, & Vulpel. d. q. 91. sub nu. 1. 3. & 4. cum qua conuenit Iacob. Marquil. allegatus per Peguer. d. ca. 21. n. 1. versic. & primo quod, communem non videri, vt Gabriel. dicit in ea parte, in qua asseritur promissioni de non offendendo in personam contraueniri, si res personæ cohærentes, vt sunt vestimenta, tangantur, vel scindantur, cum quicquid sit, si tactæ fuerint res a corpore inseparabiles, vt pili, vel capilli, in vestibus contrarium videatur secundum Bald. cuius sententiam cōmuniorem esse patet ex superius adductis, & etiam

etiam veriorem, veluti comprobatā per text.
in l. sed est quæstionis in princ. ff. de iniuriis,
15 vbi expresse dicitur quod iniuria facta vestimē
tis scissis, non dicitur illata corpori, & in l. pr. §.
hæc autē verba, ff. de his, qui deiecer. vel effud.
vbi quod verba si alicui nocitum esse dicatur,
non verificantur si hominis vestimentum, vel
16 quid aliud scissum, corruptumve est, sed quan
do aliquid in corpus eius admittitur.

Nec prædictis obstant, quæ late deducit D. Ludo. de Peguer. d. capitu. 21. vbi tenet rumpi pacem, & treugam cum promissione de non offendendo personas, ex insultu, & inuasione facta per vnum ex promittentibus, cum aliis armatis archibusiis manualibus ad domum alterius cum clamore, & conatu de ingrediendo, licet non fuerit deuentum ad offensam personarum, cum ianuæ essent clausę, & personæ rumori occurentes obuiauissent, ne fieret ingressus; quia veritas est, quod ex his actibus quantumuis proximis maleficio non rumpitur pax, vel treuga cum promissione, vt supra facta, quia ex illis non potest dici
17 facta offensio tangens personam, vt requiritur, & decisio Peguer. in casu suo, & consilii criminalis Cathaloniæ, quod iudicauit pro ruptura dictæ promissionis, potest saluari ex eo, quod promissio facta erat non solum de non offendēdo personas, neque bona, sed etiam de non iniuriando directe, vel indirecte, quoquo modo, & quomodolibet, quo casu videtur compræhendi similis actus, per quem negari non potest illatam fuisse iniuriam personæ, & maxime stante dictorum verborum generalitate, quæ aliquid operari debet; saluari etiam potest dicta decisio ex iure municipali loci, quo cauebatur non licere ei, qui sub pace, & treuga cum aliis constitutus est persequi eum, cum quo pacem, vel treugam habet taliter quod ex eius persecutione posset alteri parti damnum aliquod inferri, & si contrafaceret, sit ruptor pacis, & treugæ vt in fine refert ipse Peguerra, simili modo saluari potest Vulpel. respons. crimin. 88. supra citato, vbi defendit a uociferationibus aduocatorum propriam sententiam, per quam declarauerat fideiussiones de non offendendo inter quosdam præstitas ob exonerationem archibusij
18 ab vno in alterum, fractas esse; quia in casu suo promissio erat de non offendendo in genere, & simpliciter, cui contrauenitur ex quacunque offensione, & ex solo insultu cum armis, & admenatione absque alia percussionem secundum communem doctorum sentētiam in dict. §. quod illicite, & alibi per text. in l. item apud labeonem § 1. ff. de iniur. vbi si quis pulsatus quidem non est, sed manus aduersus eum leuatæ, & territus est, quasi vapulaturus, vtilem iniuriarum actionem habet, & ita inquit millies in statu Vrbini ipso pro fisco patrocinante iudicatum scire, quando fuit promissum non offendere simpliciter, & non in personam, quod fortius procedere ait ob grauitatem pęnæ capitalis, quæ a Decreto imponebatur pro huiusmodi exoneratione archibusii, & idem per omnia tenuit in dict. tract. de pace in duci. & promiss. de non offendend. quæst. 101. vbi asserit pluries respondisse, & obtinuisse dum esset patronus fisci Vrbini ex insultu cum armis cum admenatione sine percussione, & ex insultu fugando aduersarium, & insequendo fugientem, iudiciis, seu promissionibus de non offendendo contrauenirí, & ibidem ex insultu cum archibusio, cum exoneratione Rotæ tantum, cum his omnibus casibus fecerit insultans quantum in se fuerit, vt personæ aduersarii noceret: quam tamen conclusionem subdit non procedere, si promissio de offensione in personam loqueretur ex vi dictionis, in quæ tactum corporis desiderat, vt supra diximus, & secundum hæc suprascripta videtur intelligendus Moron. in tract. de fide, treug. & pace quæst. 172. sub numero 13. dum inquit per exonerationem archibusii rumpi pacem ex dictis per Marsil. consi 21. & ita iudicasse in Ciuitate Firmi, quod satis patet ex themate dicti consi. 21. Marsilii, in quo legitur promissio de nō offendēdo simpliciter, & in genere, vt propterea mirum non sit illi contrauenirí per offensas, quæ corpus aduersarii non tangunt, nec lædunt, vt etiam ostendit Vulpel. in locis statim citatis, & d. quæst. 91. in princ. & sub num. 9. in fine, versicu. promissio de non offendendo generaliter, & constat ex cōgestis per Peguer. d. cap. 21. num. 5. versicu. præterea pro hac sententia, & nume. 6. versicu. coadiuantur prædicta, & per Hieronim. Grat. consi. 73. & si tempus nume. 10. & seq. lib. 2. probantes rumpi pacem, & treugam ex quauis offensione etiam leui, & minima, si sit promissum de non offendendo simpliciter, & per verba generalia, quæ in minimo verificari possint.

EPITOME.

De fideiussore laico Clerici, quod conueniatur coram Iudice seculari, nec possit declinare forum, & petere remissionem ex persona Clerici sui principalis ad Iudicem Ecclesiasticum.

SVMMARIA.

Fideiussor promissionis de non offendendo facta ab eo qui postea fit effectus Clericus conuenitur coram Iudice seculari nec gaudet priuilegio fori Ecclesiastici ex persona Clerici sui principalis numero 1.

Et ibidem, quod is fideiussor non dicitur in duriorem causam obligari, sed est magis idoneus facilitate conueniendi.

Exceptio declinatoria competens principali non competis

tit fideiussori nu.2.

Priuilegium personale Rei non transit ad fideiussorem num.3.

Fideiussor a Clerico datus coram seculari Iudice conueniri potest, num.4.

CASVS CENTESIMVS QVINQVAGESIMVS TERTIVS.



Acta inter duos iuuenes promissione de inuicem non se offendendo sub pena, & cum fideiussoribus, & vno eorum postea effecto Clerico, & offendente alterum, dubitatū fuit ex quo offendens est Clericus, contra quē Curia secularis procedere non potest ad pœnam promissam, an procedere possit ad dictam pęnam contra eius fideiussorem laicum, an uero talis cognitio potius spectet ad Iudicem Ecclesiasticum, cui principalis Clericus suppositus est. Bal. in l. vnica, in fine, numero decimo, versic. extra quæritur. C. de priuileg. dot. post

4 Speculator. per eum relatum, videtur tenere, quod talis fideiussor Cletici possit conueniri coram Iudice seculari, nec gaudeat priuilegio fori Ecclesiastici ex persona clerici sui principalis, nec per hoc dicatur in duriorem causam obligari, sed facilitate tantum conueniendi sit magis idoneus, eandem opinionem sequendo Specular. & Bald. tenet Afflict. decisio. 206. penes, & apud acta magnæ curiæ, in primo dubio, vbi testatur fuisse conclusum per Iudices magnæ Curiæ, & per sacrum Consilium posse procedi contra talem fideiussorem per Iudicem secularem, nec locum esse remissioni ad Iudicem Ecclesiasticum, & dicit de hoc esse text. in d.l. si reus. ff. indicat. solni, & in l. sed & si restituatur, §. primo, ff. de iudic. & secundum Romanum in singularibus suis, in verbo, fideiussor, hoc alibi non haberi, quam in dictis locis: dicit autem tex. in d.l. si Reus, quod si post præstitam de iudicato soluendo satisdationem Reus consequitur Magistratum, proqter quem inuitus in ius vocari non potest, si causa non

2 defendatur, fideiussores tenentur, & sic probatur, quod exceptio declinatoria competens principali, non competit fideiussori, & hoc se-

3 cundum gloss. ibi, quia personale priuilegium Rei non transit ad fideiussorem, simile habetur in d.l. sed etsi restituatur, post principium, versicn. contra si legatus, vbi quod si legatus adierit, & restituerit hæreditatem, fideicommissarius potest conueniri, nec potest vti exceptione, quæ legato competebat, vt legatione durante non esset conueniendus, quia vt text. inquir, hoc legati personale beneficium est, & vltra prædictos Doctores idem velle reperio

4 Guid. Pap. decis. 562. vtrum officialis, ante finem. versic. vtrum fideiussor, vbi quærit, an fideiussor per Clericum datus coram Iudice seculari conueniri possit, & concludit quod sic per dictum Speculatoris de quo Bal. & Afflict. mentionem fecerunt, nec vlterius insistit.

EPITOME.

De mentita, quod accipiatur pro verbo iniurioso, & de prouocato ob crimen obiectum, vel verbum iniuriosum, quod impune possit aduersarium mentiri, licet non improperare aliud maleficium, vel dicere aliud verbum contumeliosum, & quid quando dicta per prouocantem contra ipsum prouocatum mentientem erant vera.

SVMMARIA.

Prouocatus verbis iniuriosis non potest prouocanti dicere, tu mentiris, alioquin punitur de iniuria nu. 1. & num. 9. & 10.

Et ibidem quod prouocato non licet delinquere.

Iniurianti dicens mentiris, absolutione penitus dignus est, & ita obseruari contra Clarum dicit Author. numero 2.

Mentita accipitur pro verbo iniurioso, & dicens mentiris punitur pro verbo iniurioso. nu. 3.

Ampliatur, vt procedat etiam si dicatur mentiris, saluo honore tuo vel salua reuerentia tua, quia est protestatio contraria facto. 4.

Declaratur hac ampliatio, vt obtineat, siue dicta protestatio præcedat, siue sequatur mentitam, numero 5.

Mentita tunc est iniuria quando nulla præcedente iusta, & legitima causa, idest non repulsando iniuriam illatam, nec crimen obiectum, quis mentitur alium, alias secus. nu. 6.

Famā suā aduersarij conuitiis læsam, aut aliqua aspersam macula, vnicuique licet redimere, & obiectum in alium retorquere. nu. 7. & 10.

Prouocatus verbo iniurioso, vel crimine obiecto, dicens mentiris, honori suo prospicit, & verbalem iniuriam sibi illatam, verbis licite potest diluere, numero 8.

Clari dictum num. 1. quod non liceat prouocato dicere mentiris, sustineri potest, quando inferens mentitam est prouocator. nu. 9.

Prouocanti semper culpa adscribitur num. 10. & 21.

Boerij consi. 4. declaratur, nu. 11.

Mentiens aduersarium punitur de verbo iniurioso, si verba contra mentientem prolata, sunt vera, numero 12.

Et ibidem, quod mentiens excusari non potest, nisi retorquendo verum dicat.

Obijciens crimen verum, nullam dicitur facere iniuriam, & obijciens crimen falsum facit iniuriam, & delinquit quia calumniator efficitur. nu. 13.

Iniuriam

niuriam dicens, quæ vera est, & probans non punitur quando interest Reipublicæ, quod illa sciatur, alias secus secundum communem Doctorum opinionem. numero 14.

'rimina, quæ interest Reipub. esse nota, vel non remissiue. nume. 15.

'apicij decisio 58. declaratur. nu. 16.

mproperanti mihi delictum, vel dicenti verba iniuriosa possum dicere mentiris, sed non possum aliud delictum improperare, vel alia uerba iniuriosa dicere, quia primum est defendere, secundum offendere. numero 17.

niniuriantem, aliam iniuriam, uel delictum reflectere, est ulcisci, & non defendere. nu. 18.

'rouocatus semper mitius punitur. nu. 19.

lari opinio sup. nu. 1. relata de prouocato sine fundamento demonstratur. nu. 20.

'rouocans ab aduersario mentitus nõ potest retorquere mentitã, & dicere imo tu mentiris. nu. 21.

:ASVS CENTESIMVS QVINQVAGESIMVS QVARTVS.



DIcit Clarus in §. iniuria. nume. 14 versicu. quæro etiam nunquid, & in pract. crimin. §. fin. quæst. 60. num. 18. versic. nunc quæro, quod prouocatus ab aliquo verbis iniuriosis non potest prouocanti dicere, tu mentiris, & si illũ mentiatur puniri debet tãquam proterens verbum iniuriosum, non obstante prouocatione, quia prouocato nõ licet delinquere, quamuis mitius puniatur, quam si non prouocatus delinqueret, & hanc asserit esse communem opinionem, & ita obseruari in practica, vt affirmat Boer. consi. 4. num. 27. & seq. & subdit priori loco, ita reperisse in facti cotingentia decisum fuisse per consilium Neapolitanum, teste Capyc. decisi. 58. vbi fuit condemnatus quidam, qui vocauerat latronem, eum qui prius ipsum vocauerat extirpatorem bonorum vniuersitatis, mitiori tamen pœna, quam alius pro dicto iniurioso verbo condemnandus fuisset: dicit tamen senatum Mediolani aliter iudicasse, excusando in totum quendam, qui dixerat aduersario, tu mentiris, eo, quia ei prius dixerat quod nõ fecerat da gentilhuomo, & quod forte erat inter ipsos sequuta pax, quo casu in huiusmodi iniuriis verbalibus senatus solet semper clementer agere, & cum Claro tenent alii, de quibus meminit Claud. Bertaz. in addit. ad consil. Crimin. Barthol. Patris consi. 135. lib. pr. in additione sub litt. A. in princ. & consi. 350. in in addit. sub eadem litera A. in versic. sed vt ibi diximus, & consi. 358. in addir. itidem sub littera A. in principio lib. secundo.

Ego sane huic determinationi Clari non acquiesco, & in terminis mentitæ, in qua loquitur, nec veram, nec communem, nec in practica seruari existimo, sed mentientem aduersarium suum, qui ipsum prius iniuriauerat penitus absolutione dignum, prout censuit Senatus Mediolani, etiam omni circumscripta pace, quam somniando ait Clarus forte interuenisse, & ita non semel contra Clarum iudicaui, & ab aliis iudicatũ vidi; nã licet mentita ac
3 cipiatur pro verbo iniurioso, & mentiens non secus puniri debeat, ac si verbum iniuriosum protulisset, Bart. in l. si quis extraneus, in princ. num. 1. ff. de acquir. hæred. & ibi etiam Roman. num. 3. Alex. num. 6. Iasõ num. 3. 4 5. Alex. in l. 1. nume. 5. ff. de liber. & posth. Ias. in l. fin. num. 3. ff. quod quisque iur. Boeri. consi. 4. nu. 10 & 24.
4 etiam si dicar, mentiris saluo honore tuo, vel salua reuerentia, tua quia verbum iniuriosum, seu mentita præcedens declarat, quod non habuit animum, & voluntatem tibi honorem saluandi, & est protestatio non releuans tanquã contraria facto, Bart. & alii in d. l. si quis extraneus, Guid. Pap. decisi. 465. ad fin. inquiens ita vidisse determinari in curia parlamenti Delphinatus. Dec. consi. 487. nu. 4. & consi. 686. nu. 11. Alberic. de Rosat. de statut. lib. secundo q. 42. in princ. Alex. in d. l. 3. sub nume. 5. in fine. post. versi. subdit etiam ff. de liber. & posth. Alciat. consi. 6. num. 24. lib quinto. Moron. in tractat. de fide, treug. & pace q. 161. nu. 14. Couar. lib. pr. variar. resolut. cap. 11. in princ. nume. 1. Angel. in tract. de Malefic. in verbo, verba iniuriosa nu. 9. versi. quid autem si dixit, & ibi etiã Augustin. de Arim. in additionib. Didac. Cætera. in suis quæst. crimin. tit. de quæstion. tangentib. punitionem delicti cap. 9 & vlt. sub nu. 7. versicu. ego tamen colligendo folio 678. Boer. d. consi. 4 nu. 24. & seq. Felyn. in cap. dilecti filii sub n. 11. versicu. Tertio restringe, extra de excepr. Clar. in d. §. iniuria. nu. 13. versi. sed pone, & alii, qui consulto ommittuntur, siue di
5 cta protestatio præcedat, siue sequatur mentitam vt ostendunt addentes ad Dec. dicto cons. 487. in addit. in verbo saluo sub litera B. qui plures ita tenentes adducunt: Hoc tamen vi
6 detur procedere, quando quis sine iusta, & legitima causa, & non repulsando iniuriam sibi prius illaram, aut crimen obiectum mentitur alium, quia tunc videtur ipse obiicere maleficium aduersario, & illum de mendacio redarguere, quod dicitur falsa vox, cum intentione fallendi, remanet que mentita ipsa verbalis iniuria, ex quo dici non potest retorquatio alterius iniuriæ, cum nulla præcesserit, vt declarat Claud. Bertaz. in addit. ad consil. crimin. Bartholom. Patris consi. 349. sub litera A. post principium, & consi. 350 pariter sub littera A. circa finem lib. secundo. & fuit ratio Alex. in d. l. tertia num. 5. versicu. subdit etiam, ff. de liber. & posthum. post alios per eum citatos, quibus additur Rouesc. in addit. ad Bald. consi. 45. statuto Papiæ sub nu. 1. lib. pr. quod qualiter accidat declarant ipsi Claud. ad dictum Consil Patris 349. & Rouescal. ad dictum consil. Bald. 45. secus autem quando quis se defendendo, & iniuriam sibi prius illatam, aut crimen obie-

ctum

7 ctum repulsando alium mentitur, quia tunc
non tenetur actione iniuriarũ, nec aliqua pœ-
na potest puniri, cum licito iure quis possit in
alium retorquere, & suam prosequi iniuriam,
& propriam famam aduersarij conuitijs obli-
sam, aut aliqua aspersam infamia redimere, l.
qui cum natu maior §. si libertus, ff. de bon. li-
bert. in l. si quis in graui §. verum autem, ff. ad se
natus consi. Syllanian. & l. libertas a Patrono,
ff. de in ius vocand. per quæ iura ita in puncto
decidit Bart. in l. quæ omnia §. sed, & si aduer-
sarius in princ. ff. de procur. quem sequuti sunt
Castr. in l. fin. nu. 4. ff. quod quisq; iuris. & ibidẽ
Ias. nu. 5. Alex. in d. l. 3. nu. 7. versi. sed quid si di
xero ff. de liber. & posth. Roman. in d. l. si quis
extraneus sub nu. 4. ff. de acquir. hęred. & ibi-
dem Ias. nu. 9. versi. secundo notabiliter limita,
Boer d. consi. 4. num. 25. & 26. Capyc. d. decisi.
58. nu. 2 Bald. d. consi. 45. sub nu. 2. ante fin. lib.
pr. Felyn. in d. ca. dilecti filij sub n. 10. post versi.
tribus tamen modis, de exceptionib. Dec. d.
consi. 487. nu 5. & iterum sub nu. 6. & d. consi.
686. nu. 14 Moron. d. q. 161. sub nu. 11. Angel.
de malefic. in d. verbo verba iniuriosa nu. 9. ad
finem. post versi. quid autem si dixit, qui enim
verbo iniurioso, vel crimine obiecto prouoca-
8 tus mentitur, honori suo prospicit, & verba-
lem iniuriam sibi illatam verbis licite diluere
potuit. Vulpel. in tractat. de pace induc. & pro-
miss. de non offenden. quæst. 48. nume. 5. & 6. &
responsi. crimin. 36. Respondendo dubietati-
bus nu. 3. & seq. Alciat. cõsi. 2. breuiter in princ.
lib. 7. & melius antea consi. 6. cum contentio
nu. 17. lib. 5. dicens, hoc procedere etsi aliqua
iniuria inde oriatur, quia cum ea compensan-
da est, quam aduersarius illi fecerat, vt verba
cum verbis mutua vice talionem recipiant, Ber
taz. consi. crimin. 35. nume. 21. lib. pr. & ibi late
Claud. eius filius in addit. sub litera A. qui post
multa videtur dissentire a Claro, & refert Paul.
Granut. Theorem. 5. per totum, ex industria ex
acte contra eundem pugnare, idẽ Bertaz. consi.
crimin. 349. nume. 3. lib. secundo, & ibi pariter
Claud. in addit. sub litera A. in princ. & consi.
350. nume. 3. & ibi late idem Claud. in addit.
sub eadem litera A. inquiẽs, dictum Clari pos-
9 se sustineri quando inferens mentitam est pro
uocator, quia si causam dedit iniuriæ, debet
sibi imputare, & non addere nouam offensam
10 primæ, cum prouocanti semper culpa adscri-
batur, & consi. 358. nume. 4 eod. lib. secundo,
vbi ibidem Claud. in addit. sub littera A. tenet
contra Clarum post Paul. Granut. d. Theorem.
5. & dicit, quod contra illum iudicaret. Et di-
cit Rouescal. ad Bald. d. consi. 45. sub nume. 1.
circa medium, quod hanc speciem mentitæ,
quæ solet afferri ad proprii honoris defensio-
nem, & illatæ iniuriæ, aut obiecti criminis re-
pulsam, lex iustam, & nulla pœna dignum iudi
cauit, ex quibus ni fallor opinio Clari iure re-
probata apparet.

Nec obstat authoritas Boerii, per ipsum
Clarum allegata d. consi. 4. num. 27. & seq. quia
11 loquitur Boerius quando verba iniuriosa, pro
quibus iniuriatus dederat mentitam, erant ve
ra, & talia comperta, nam tunc mentiens de
verbo iniurioso puniendus est, quia dicitur de
linquere. quo casu non excusatur prouocatus,
sed punitur licet mitius, quam si non fuisset
12 prouocatus, & idem quod mentiens puniatur,
si verba contra eum prolata erant vera, nec
alias possit excusari, quam si ipse retorquendo
verum dicat, voluerunt Rom. in dicta l. si quis
extraneus, num. 4. ff. de acquir. hæred. Alberic.
d. quæst. 42. post principium. Bald. d. consi. 45. in
fine lib. pr. Dec. d. consi. 686. sub num. 11. versic.
& ista conclusio, August. de Arimin. in addit. ad
Angel. de malefic. in loco citato post principiũ
additionis ibi, ergo si esset verum, Felyn. in d.
cap. dilecti filii sub nume. 10. versic. primo dum
modo, de except. quibus videtur assentire Al-
ciat. d. consi. 6. nume. 15. & seq. lib. 5. qui forma
liter dicit, quod, qui crimen aliquod mihi
obiicit, si verum est, nullam dicitur facere in-
iuriam; si vero falsum est, facit iniuriam mihi,
& delinquit; quia calumniator efficitur; vnde
si ei dixero, tu mentiris, me exonero, & crimen
in authorem reflecto; quia calumniari eum
affirmo; est tamen verum quod istud videtur
pendere ab alia quæstione, de qua non est mo-
dica difficultas inter Doctores, an scilicet obii-
ciens alicui crimen, quod verum erat, vel di-
cens iniuriam, quæ vera erat, & probans, pu-
niatur? in qua pro affirmatiua tenent Don Lu-
douic. de Pegner. in suis decision. seu quæstion.
criminalib. cap. 13. sub nume. 9. versicu. quod
quidem adhuc, & sub nu. 15. versi. verum quam
uis rationes, Claud. Bertaz. in addit. ad consi.
crimin. Barthol. Patris consi. 358. in additione
sub littera d. ad finem, versicu. secundo am-
plio, & ante istos Grammatic. decis. Neapolit.
37. per totam: qui alios adducit, & in qua Ro-
man. in consi. 96. super eo quo quæritur, qua-
tuor refert opiniones, & nouissime quam plu
res casus collegit Couar. lib. pr. variar. resolut.
cap. 11. num. 6. cum seq. versicu. scribit hac de
re, & Alberic. d. quęst. 42. num. 2. eam mouet, &
contentus pluribus remissionibus non resol-
uit, & alii alia dicunt, & ea tandem videtur
adhibenda distinctio, quod aut interest Rei-
publicæ, quod illa crimina, vel verba iniurio-
sa verificata sciantur, & non tenetur obiici-
ens, vel dicens actione iniuriarum, nec pro-
inde aliqua pœna; Aut non interest Reipu-
blicæ quod sciantur, & tenetur, & secundum
communem Doctorum opinionem, de qua te-
statur Clar. in d. §. iniuria, numero 15. versicu.
Item quæro nunquid, & fuit distinctio Bart. in
l. eum, qui nocentem in princ. ff. de iniur.
quam sequuti sunt Angel. Aret. Instit. de iniur.
in princ. sub numero 2. in versicu. in glos. fie-
ret, qui dicit, hanc esse veritatem, Alex. di-
cens, esse communem opinionem in dict. l. 3.
nume. 6. versicu. & an prædicta, ff. de liber. &

posth.

posth.& ibidem Iaſ.in 4.notab.nu.7.verſi.limi
ta,& intellige Cranet.conſi.168.nu.3.verſi ſe-
cundo principaliter,Ludouic.Bolognin.in ad-
dit.ad Ioannem de Anania,conſi.44.circa me-
dium,verſi.alia fuit opinio,quod aut illud cō-
uitium, licet poſtea ab ea videatur variare, &
eam ſequi videtur Canter.d.c.9.ſub eodem,nu
me.7.poſt ver.de hac actione,fol.677.in 2.col.
& poſt verſic. aut eſt in dubio, fol.679.col.2.&
25 eam veluti veram,& communē ſequitur Boer.
qui latiſſime de ea locutus fuit d.conſi. 4. num.
36.cum quam pluribus ſeq. verſic. quid dicen-
dum, vbi etiam num. 50.& aliis ſeq. declarat,
quæ ſint ea crimina, quæ Reipublicæ intereſt,
vel non intereſt eſſe nota.

26 Non obſtat etiam authoritas conſilij Nea-
politani,quam Clarus pro ſua opinione addu-
cit;quia illa deciſio procedit in eo,qui prouo-
catus,& iniuriatus ab aduerſario illum re im-
properat de alia, ſeu æquali iniuria : quia de-
bet puniri,licet mitius propter prouocationē,
non aūt procedit in eo,qui pro repulſanda in-
iuria ſibi illata animo ſe defendendi dat men-
titam,vt declarat Capyc.d. deciſio. 58.num.3.
nam improperanti mihi delictum, vel dicenti
27 verba iniurioſa poſſum dicere mentiris,ſed nō
poſſum aliud delictum improperare, vel alia
verba iniurioſa dicere; quia primum eſt diffen
dere,ſecundum offendere, vt notat Felyn.in c.
3.ſub numero quinto,poſt verſic.ſed iſta intel-
lige extra de iureiuran.ſequitur Moron. in tra
ctat. de fide,treuga,& pace,quæſtio.163.num.
12.verſic.at tu aduerte,& ante eum Boſſ.tit.de
iniur.num.7. verſic. quoad ſecundum.Et quod
28 improperanti mihi delictum, vel dicenti iniu
riam, non poſſem quaſi defendendo, aliud re-
flectere delictum, vel aliam iniuriam dicere
impune voluerunt allegat.per Florian.in l.1.§.
cum arietes ad finem,num.7.ff.ſi quadrup.pau
per.feciſſ.dicat.& in l.ſcientiam,§. qui cum ali-
ter,nu.11.verſic.ſic facit.ff.ad leg.Aquil.Claud.
Bertaz.in addit.ad conſi.crimin.Patris d.con-
ſi. 358. ſub litera A. poſt verſic. quæ concluſio,
quia vt ipſe ait iſtud eſt vlciſci,& non offende-
re,& vltra eos Felyn.in d.cap.dilecti filij,num.
10.verſi.prouocātus defendens de except.qui
eadem nititur ratione, & hanc eſſe communē
opinionem dicit Boer.d.conſi.4. ſub nume.28.
29 intelligendo tamen, quod ſemper mitius pu-
nitur vti prouocatus,vt ſupra dictum fuit,& la
tè ſubiicit ibi Felyn.nu.12.cum ſeq.verſ.ſecun-
da declaratio eſt,quem ſequitur Boer.d.conſi.
4. num. 29. quinimino in caſu dictæ deciſionis
conſilii Neapolitani ipſe Capic. & quidam alii
erant in voto,quod ille iniurians illum,qui pri
mo ipſum iniuriauerat, veniret omnino abſol-
uendus ex prouocatione,quam opinionem te
nuit Florian.in d.l.pr. d.§. cum arietes,in fine,
ſub num.7.ad quæ dicta ſe remittit,in d.l.ſcien
tiam,d.§.qui cum aliter, num.11. & eam etiam
amplecti videtur Roman. in l. cum mulier 49.
num.64.cum pluribus ſequentib. verſ.& ex his
deciditur,ff.ſolu. matr. & quidam antiquiores
adducti per Boer.d.conſi.4.ſub nu. 28.poſt ver
20 ſic. quia prouocatus adeo quod Capyc.& alii,
vt ſupra citati in fortioribus terminis tenet cō
tra opinionem Clari,cui nō ſuffragatur, quod
alii de conſilio tenerent cōtrarium, & tandem
capiendo quandam mediam viam votatum
fuerit pro mitigatione pęnę, quia non eſt ca-
ſus ſimilis caſui Clari,quia vt dictum fuit, non
dederat prouocatus mentitam iniurianti, ſed
aliam iniuriam intulerat, qui ſicut primum li-
cite facere poterat, ita ſecundum impune fe-
ciſſe non potuit ex iam allegatis.

Licet autem poſſit prouocatus impune ad-
uerſarium mentiri, ſecundum eam, quæ dixi-
21 mus, non tamen aduerſus mentientem licet,
mentito impune retorquere, dicendo, quod
imo ipſe mentiens mentitur, quia mentiens
primo licite ſic reſpondit prouocatus, ſed non
ſic licite reſpondet mentitus retorquendo re-
torquutionem,pro qua ideo puniri debet, ita
dicit Caſtrenſ.in d.l.ſin.ſub numero quarto,ff.
quod quiſque iur.quem ſequūtur ibi Iaſon.nu.
5.& in d.l.ſi quis extraneus,nu.9.Felyn. in d.c.
dilecti filii,ſub num.10.ad finem,verſ.ſecundo
reſtringe.Boer.d.conſi.4.num.29.verſic.ſecun-
do quod,& Alciat.d conſi.6.nume.17.& pluri-
bus ſequentibus. verſic.quod ſi tua replicatio,
lib.quinto,qui late inſiſtit,& nec iuris diſpoſi-
tioni, nec hominis decori conueniri oſtendit,
& facit,quod ſupra dictum eſt de prouocante,
vt de omnibus, quæ facit,teneatur,nec excuſe
tur,quia ei omnis culpa adſcribitur.

EPITOME.

Percutiens aliquem pluribus percuſſionibus,ſeu vulneribus eodem tempore, & eadem rixa, vno tantum, vel multiplici ictu, an vna tantum pęna, vel plurib. teneatur,& quomodo quis puniatur de pluribus delictis eodem contextu,vel vnico actu commiſſis.

SVMMARIA.

EX pluribus feritis eodem tempore, & impetu illatis punitur inferēs pro qualibet ferita, idque ad ſtatutum aptatur,nu.1.

Ampliatur, vt obtineat, etiam ſi vno tantum ictu,vel vnica percuſſione plura fiant vulnera, quia delinquens punitur pro pluribus vulneribus, & non pro vno tantum,nu.2.& 8.

Item ampliatur, vt procedat, non ſolum,quando ſtatutum punit delinquentem pro qualibet ferita, ſed etiam quando ſimpliciter imponit pœnam percutienti.nu.3.& 8.

Gloſſæ opinio contra relatam concluſionem, in l. nunquam

quam plura, ff. de priuat. delict. reiecta communiter a Doctoribus, nu. 4.

Couarruuias libro secundo variarum resolution. capit. decimo, numero octauo, refellitur cum sequacibus, num. 4.

Bartoli opinio in l. nunquam plura, sub numero quarto, ff. de priuat. delict. seruatur in practica, numero 6.

Iacobi de Arena distinctio de statuto loquente in rem, vel personam, vt pr. casu ex vno tantum ictu, seu ex vno percutiendi actu puniatur quis pro qualibet percussione; secundo vero casu puniatur pro vna tantum percussione, quotquot sint percussiones communiter approbatur, nu. 7.

Percutiens vno ictu, seu vna admenatione plurib. percussionibus tenetur indistincte pęna statuti pro qualibet percussione ex sententia Bartoli contra relatam distinctionem Iacobi de Arena, nu. 8.

Percussionis effectus attenditur in delictis, & ideo vno ictu feriens pluribus vulneribus in diuersis membris pro pluribus punitur, & non pro vno, quia diuersa vulnera in diuersis membris diuersos pariūt effectus, quoad dolores, & impensas medicamentorum, nu. 9.

Delicta diuersa, & distincta dicuntur, quando diuersæ, & distincta corporis partes unico ictu tanguntur, & ideo tanquam plura sunt punienda, numero 10.

Stante statuto, quod pro qualibet percussione cum sanguine, quis puniatur in decem, si ex vnica percussione exeat sanguis de tribus locis punitur pro vna percussione in decem, & non pro tribus, numero 11.

Percussiones diuersæ quidem dicuntur ex diuersitate locorum, quando tamen loca corporis vnico ictu offensa, sunt proxima, & contigua, censentur quasi vnicum factum continuum, & vnica tantum pœna imponitur pro toto facto, nu. 12.

Vulnus ita illatum, vt vna corporis parte verberata, altera etiam feriatur pro vno vulnere habetur, & vna tantum pęna punitur, nu. 13.

Vulneribus pluribus illatis vnico actu cum bidente, tridente, vel alio instrumento apto ad plura vulnera inferenda punitur percutiens pro numero vulnerum, nu. 14.

Doctores differentes de pluribus vulneribus illatis vnico ictu loquuntur de ense, pugione, vel simili instrumento, solito vnum tantum vulnus plerunque inferre, nu. 15.

Percutiens vtens bidente, vel alio instrumento apto ad inferendum plura vulnera, videtur etiam habere voluntatem inferendi plura vulnera, nu. 16.

Praxis, & communis obseruantia est, quod is, qui vnico ictu plura vulnera infert, puta cum bidente, aut tridente puniatur pro numero vulnerum, numero 17.

Ea tamen non obtinet, quando adeo leuia sunt vulnera, vt nimis rigorosum videatur pro vnoquoq; vulnere integram statuti pœnam imponi, tunc, enim vna tantum pęna imponitur, sed maior quam pro vno vulnere, cum ea possit aggrauari propter alia vulnerum, num. 18.

Item non habet locum quando statutum consideraret actum, & modum inferendi plura vulnera, vt si dicat si quis percusserit aliquem ictu pectinis, vel furconis, nu. 19.

Percutiens aliquem semel in facie manu vacua, licet manus habeat quinque digitos, & quilibet digitus faciat exire sanguinem, tamen non punitur nisi vnica pęna, nu. 20.

Claudy Bertaz. declaratio ad communem sententiam de puniendo percutiente pro numero vulnerum reiecta, nu. 21.

Actus admenandi, vel sagittandi, quando a statuto consideratur in persona agentis tantum, etsi plures effectus ex illo resultent, omnes tamen pro vno habentur, & vna tantum pœna puniuntur etiam si ex illo actu plura vulnera inferatur, numero 22.

Cum dicitur, quod in quibusdam casibus ob plura delicta, quis una tantum pœna punitur, intelligitur respectu publicæ vindictæ non ratione interesse partis, numero 23.

CASVS CENTESIMVS QVINQVAGESIMVS QVINTVS.



1 Tante statuto, quod pro qualibet ferita, quis puniatur in libris centum, qui vno contextu, seu eodem tempore, & impetu fecit plures feritas, debet puniri pro qualiber ferita in centum, & non in centum solum pro omnibus feritis, licet in eadem rixa omnes factæ fuerint, quia tot debentur pœnæ, quot sunt feritæ, & quia ex pluribus feritis plures diuersi sequuntur effectus, ex iteratione delicti crescit interesse, & iniuria illius contra quem delinquitur, ita in puncto concludit Alberic. de Rosate de statu. libro secundo, quæstio. vigesimaquarta, per totam, vbi inquit, sub numero quarto, quod opinio hæc continet veritatem, & quod ita de facto seruatur, & hoc indubitatum esse, & neminem contra dicere affirmat Prosper Farinac. libro primo, quæst. crimin. tit. de delictis, & pœnis, q. 22. in quarta ampliatio. numero decimo, versic. quid dicendum. Didac. Cantera in suis quæstionib. crim. tit. de quæstion. tangentibus punitionem delicti, cap. 9. & vlt. sub nu. 5. post versi. aut non sunt crimina diuersæ speciei, ibi posset tamen opinio Barto. saluari folio 670. colum. pri. & verum est, nec hoc aliquam recepit in practica dubitationem, cum statutum consideret certam, & determinatā pęnam pro singula ferita; quo
2 casu etiam si vno tantum ictu, seu vno solum actu percutiendi plura fuissent facta vulnera, pro pluribus esset puniendus delinquens, & non pro vno tantum, vt infra dicetur ex frequentiori scribentium voto.

Sed aliqua potest esse difficultas, si statutum non loqueretur modo, quo supra, considerando pęnam determinatam pro singula ferita.

ferita, sed simpliciter imponeret pœnam percutienti, quasi quod tunc dicatur vnicum delictum vna tantum pœna puniendum; licet
3 plures interuenerint feritæ eodem tempore secundum opinionem Glossæ in l. nunquam plura ff de priuat. delict. In quo quidem casu idem quod supra in alio præcedenti dicendum est, quod scilicet percutiens pluribus feritis aliquem, non vna solum pęna, sed pluribus teneatur, & tot sint pęnæ a statuto determinatæ, quot sunt percussiones, prout determinat Bart. in d.l. nunquam plura sub nu. 4. vers. item oppono, vbi sequendo Dynum concludit, quod indistincte, qui percutit eodem tempo-
4 re aliquem pluribus percussionibus tenetur pluribus pœnis, & non vna tantum: quia quodlibet delictum per se tendit ad suum effectum, & reprobat glos. ibi aliter tenentem, aiens, quod si esset vera, destrueret totum mundum, nam si percuterem aliquem pluribus percussionibus simul, non tenerer, nisi de vna, quod est contra illum textum in princ. qui considerat plura delicta concurrentia, & sic simul plura facta, & idem postea latius prosequendo firmat etiam, quando vnico tantum ictu, & percutiendi actu plures percussiones factæ fuissent, de quo infra dicetur nu. 11. vers. sequitur videre, quando sunt plura delicta tendentia ad diuersos effectus, & rursus in l. si gemina sub nu. 1. vers. quandoque punitur actus a lege prout in alio infertur ff. arbor. furt. Cæsar. & hanc Dyni opinionem contra dictam gloss. tenet, & communiter sequi Doctores dicit Albert. de Gandin. in tract. malefic. tit. de pœn. reor. nu. 35. vers. quæstio frequens, & vtilis, vbi late insistit, idem sequitur, & communiter teneri testatur Socyn. consf. 63. nume. 9. post vers. sed vt exacuem ingenium iudicare debentis lib. pt. & ita etiam frequentiori calculo definiri affirmat Didac. Couar. lib. 2. variar. ressolut. cap. 10. num. 8. vers. hacte-
5 nus tractatum est, & post eum Farinac. dict. q. 22. in d. quarta ampliat. in princ. nume. 6. licet ipse Couaru. ibi contrarium teneat sub eodem nume. 8. e rs. secundo, & illud censeo in fine, & vers. quartum si eiusdem actus, & versic. sexto his præmissi, quod imo vnum tantum delictum censendum sit quoad publicam vindictam, & punitionem, quamuis propter iterationem grauius sit puniendum, & Couar. sequuti fuerunt Farinc. vbi supra nu. 12. & 13. vers si vero lex, aut statutum, & vers. seq. & Didac. Canter. in suis quæst. crimin. tit. de quæst. tangent punition. delict. cap. 9. & vlt. sub nu. 5. vers. aut non sunt crimina. post princ. folio 670. & male, quia vbi pluries quis percussit aliquem licet eodem tempore, seu eodem animi impetu, & eadem rixa tenetur ex pluribus percussionibus, & nō ex vna tantum, & repetitio qualibet criminis ad proprium, & peculiarem effectum fit, & ex quolibet ictu effectus distinctus, & separatus sequitur, vnde plura delicta dicenda sunt, & ex pluribus factis prouenientia, & plures effectus parientia, & vt plura punienda secundum
6 Bar. supra citatum, cuius opinionem in practica semper seruari vidisse dicit Clar. in pract. crimin. quest. 84. sub num. 2. vers. scias etiam ad finem, & nu. 3. vers. hæc autem in fin. facit Bald. in l. si familiam nu. 2. vers. quia hic agitur ff. de iurisd. omn. iudic. vbi quod quando interueniunt plures ictus, dicuntur plura facta principaliter, & per se distincta, & separata, & plura delicta quia quilibet ictus per se discernitur & facit Bonific. de Vitali. in tractat. malefic. in Rubr. quid sit accusatio nu. 47. vers. sed pone, vbi quod qui dedit eodem tempore plures alapas alicui, pro qualibet debet condemnari quia plura fuerunt delicta secundum ipsum, & ita vbique semper seruari vidi, & ipse millies seruaui nec vnquam in practica de hoc dubitari per Iudices vidi, nec in isto casu cadit di-
7 stinctio Iacob. de Arena de qua statim dicam, quia ea loquitur quando ex vnico ictu, seu percutiendi actu plures inferuntur percussiones, non autem quando ex pluribus ictibus eodem tempore iteratis, vt ex infra dicendis apparebit quamuis Clar. in d. vers. scias etiam, & Farinac. d. q. 22. nu. 8. vers. pro concordia eandem adducant etiam in his terminis.

Maior ergo difficultas est quando ex vno tantum ictu, seu ex vno solum percutiendi actu quis aliquem pluribus percussionibus percutit, an videlicet percutiens vna tantum pœna statuti, an vero pluribus teneatur, in quo casu Iacob. de Arena in l. item apud labeonem §. conuitium ff. de iniur. relatus per infrascriptos Doctores, distinguit, quod aut statutum præfigit certam, & determinatam pœnam pro qualibet percussione, seu ferita, aut simpliciter eam imponit percutiēti seu ferienti, Primo casu tot sunt pœnæ, quot sint percussiones, seu feritæ, quia statutum loquitur in rem, & videtur considerare pęnam pro singula offensa, secundo vero casu, vna solum est pœna quotquot sint percussiones, seu feritæ, quia statutum loquitur in personam, & ita dicitur habere respectum ad actum percutiēdi, qui vnicus est, & in hoc casu præcise loquitur Iacobus de Arena, vt refert Bart. in d.l. nunquam. plura nu. 11. vers. sequitur videre ff. de priuat. delict. & in d.l. si gemina, sub nu. 1. vers. quandoq; punitur actus a lege pro vt in alio infertur ff. arbor. furtim. Cęsar. & patet ex dictis per Clar. d. q. 84. nu. 3. vers. hęc autem omnia, & per alios in hoc proposito nunc adducendos, nō autem in casu præcedenti de percutiēte pluribus percussionibus ex reiteratione ictuum eodem tēpore, de quo antea specialiter tractauit Bart. in eadem l. nunquam plura sub nu. 4. vers. item oppono, licet Clar. & Farinac. vt supra diximus aliud senserint, habet enim casus iste satis minorem difficultatem, quam iste, cum in illo plures percussiones ex pluribus ictibus iteratis veniant, in hoc autem ex vnico ictu tan-

tũ, Et in isto vidi ego semper dubitari, in alio autem nunquam, in qua quidem dubitatione præsenti distinctionem prædictam tenuerunt Alex. diceus, ita concludere omnes Doctores in l. quod dicitur la 1.86. in fine ff. de verb. obligat. Angel. de Malefic. in verbo, & ipsum Titiũ. nu. 3. vers. quod si ex vnò ictu. qui dicir, quod opinio Iacobi communiter tenetur, & quod eam vidit semper in practica seruari, & ante eos Gandin. in tract. malefic. tit. de pœn. Reor. nume. 28. vers. sed pone, quod aliquis percussit, & omnes antiqui secundum Bald. cons. 351. Statuto cauetur poll medium lib. secundo. qui pulchram diuersitatis rationem inter vnum, & alterum casum adducit, & cons. 484. antiqui tenuerunt in princ lib. tertio quod est repetitum cons. 433. lib. 5. Couar. lib. secundo pract. quæst. cap. 10. sub. nu. 8. vers. quarto præmisso statuto Clar. d. q. 84. sub nume. 2. & 3. vers. scias etiam, & vers. sequenti, vbi plures refert, eam communiter teneri attestantes. Bertaz. cons. crim. 205. nume. 8. & 9. vers. super secundo, & ibi latius Claud. eius filius in additionibus, sub litera B. in ptinc. inquiens esse communem lib. primo, Farinac. d. q. 22. in quarta ampliatione num. 8. vers. pro concordia succedit distinctio. Didac. Canter. in suis quęstion. crimin. tit. de quęstion. raugēt. punitionem delicti. cap. 9. & vlt. in quarto casu num. 12. vers. sed quicquid Bar. & alij folio 683. vbi asserit, se credere hauc opinionem esse verissimam, & eam tenere, & nonnulli alij per dictos Doctores maxime modernos allegati.

Hanc distinctionem Iacobi de Arena, & sequacium improbat Bar. in d. l. nunquam plura nu. 11. vers. sequitur videtc, quando sunt plura delicta tendentia ad diuersos effectus. ff. de priuat. delict. & in d. l. si gemina sub num. 1. vers. quandoque puuitur actus a lege, pro vt in alio infertur, ff. arbor. furt. cæsat. volens, quod in-
8 distincte percutiens vno ictu, seu vna admenatione alium pluribus pecussionibus, teneatur pto qualibet percussione pęna a statuto determinata, siue statutum loquatur in rem considerando numerum percussionum, siue loquatur in personam, considerando actum percutiendi, quia videntur plura delicta ad diuersos effectus tendentia, & quia licet percutiendi actus sit vnus tantum, tamen percussiones sunt plures, ad quas potius, quam ad actũ eas inferendi videtur statutum ipsum considerasse, & inquit quod ita obseruat consuetudo, & de ista opinione Bart. meminerunt Angel. de malefic. & August. de Arimin. in loco citato, Farinac. in d. q. 22. in quarta ampliat. nume. 9. vers. contrarium, quod imo indistincte, Didac. Canter. in d. c. 9. sub nu. 9. vers. aut lex, vel statutum punit actum, Claud. Bertaz. in d. addit. ad cons. crimin. 205. Barthol. Patris sub litera B. in princ. qui tamen eam non approbant, Clar. d. q. 84. nu. 3. vers. hæc autem omnia locum habent, vbi post multa hic, inde deducta dicit, quod semper vidit in practica obseruari hanc opinionem Bart. vt scilicet, siue statutum loquatur per verba, si percusserit, vel vulnerauerit, siue per verba quod pro qualibet percussione, vel vulnere, semper puniatur delinquens secũdum numerum percussionum, vel vulnerum vno ictu, seu vna admenatione factarum, vel factorum; subdit tamen, quod poterit Iudex vbi in huiusmodi casibus dubitari contingat, informare se a peritis super interptetatione, quam talia statuta habuerunt a consuetudine, & secundum illam iudicare. Idem quod pro numero vulnerum percutiens vno ictu puniatur, & non pro vno tantum vulnere, quando diuersæ, & distinctæ corporis partes sunt offensæ, tenent Bald. pulcras adducens rationes d. cons. 351. in princ. lib. secundo, qui exemplificat, quando vno ictu amputaret alicui duo crura, vel effoderet duos oculos, vel similem offensam in diuersis membris faceret, licet fateatur Perusij pro, & contra fuisse practicatũ, & quæstionnem esse satis dubiam, Idem Bald. cons. 484. antiqui tenuerunt post princ. lib. 3. quod est repetitum cons. 433. lib. quinto, dicens quod considerandus est effectus percussionis, & quod absurdum esset, quod qui duo, aut plura vulnera infert, non puniatur in plus, quam qui vnum tantum infert, Rouesc. in addition. ad Bald. d cons. 351. post princ. aiens, quod opinio Bart. seruatur in practica, vt delinquens puniatur secundum numerum vulnerum, Angel. de Perus. cons. 190. Titius fuit inquisitus sub nu. 1. in fine vers. post hæc, exemplificans nedum quando ambæ manus, vel manus, & brachium vulnerantur vno ictu, sed etiam quando plures digiti einsdem manus sunt vulnerati, de quo infra dicetur, quod consiliũ sequi videtur Augustin. de Arimino in addit. supra citata in fine vers. adde etiam, eandem sententiam late firmat Alberic. de Rosate de statut. lib. secundo q. 30. per totam, vbi concludit, quod stante statuto, quod qui aliquem percusserit condemnetur in centum, qui vno ictu percussit alium in duobus diuersis membris, puta in capite, & in manu non debet vna tantum pęna puniri, sed duplici propter diuersitatem
9 vulnerum, quorum effectus attenditur in delictis, & quia respectu duorum vulnerum crescit dolor, & impensa, & ad allegata in contrarium, quod vnica tantum pena debeat puniri, vno verbo inquit respouderi posse, quia scilicet constat, duo esse vulnera, & in diuersis membris, & diuersos parete effectus quo ad dolores, & medicamenta, & per consequens plura esse delicta, & plures pęnas deberi, & ita etiam postea pertransit eodem lib. secundo q. 38. sub nu. 2. exemplificando, quando cũ ense vno ictu facta sunt duo vulnera, vnum in capite, alterum in brachio, quod exponeretur ad defensionem capitis; vel quando, cum sagitta quis percuteretur in brachio, quo tenebat

bat

bat clipeū, & ultra sagitta penetraret ad aliam
partem corporis, quæ dicta Alberici sequi vi-
detur August. de Arimin. in præallegatá addit.
10 post princ. quandocunque enim diuersæ, & di
stinctæ corporis partes unico ictu tanguntur,
diuersa, & distincta dicūtur delicta, & tanquā
talia punienda, etiam si plures digiti eiusdem
manus essent vulnerati, vt per Angel. d. cons.
190. & per August. de Arimin. supra citatum,
& ante eos Bart. in d. l. si gemina, sub nu. 2. vers.
idem dico, quem sequitur Angel. de malefic.
in d. vers. quid si vno ictu, ante finem, in quo
tamen contrarium tenent Bald. in l. si familia
sub nume. 6. vers. sexto dicuntur ad fin ff. de iu-
risd. omn. iudic. & Claud. Bertaz. in d addit. sub
littera B. in fine, vers. secūdo casu, quasi quod
videatur consideranda tanquam percussio acti
ua, & non passiua, cum non adsit diuersitas
considerabilis locorum, facit idem Bald. cons.
351. statuto cauetur, lib. secundo vbi consu-
11 luit, quod stāte statuto, quod de qualiber per-
cussione cum sanguine, quis puniatur in decē,
qui percussit vnica percussione, ex qua exiuit
sanguis de tribus locis, faciei, debet puniri pro
vna percussione in decē, & nō pro tribus in 30.
quia, & si ex diuersitate locorum dicantur di-
12 uersæ percussiones, tamen quando loca cor-
poris offensa vnico ictu sunt proxima, & con-
tigua, censetur quasi vnicum factum conti-
nuum, & vnica tantum pœna imponitur pro
toto facto, ne alias sequatur absurdum, quod
cum semper vnus lapis coctus frangatur in plu
ribus partibus minimis, tot imponantur pœ-
næ, quot sunt illæ partes tangentes corpus,
quæ opinio satis ęqua videtur, quam in istis ter
13 minis quandoq; sum amplexus, qua ratione,
& qui vno ictu infert vulnus ab vna parte, pu-
ta brachij, vel cruris ad alteram transcendens,
vna tantum pœna pro vno vulnere, & non du-
plici pro duobus tenetur, vt per Bertaz. d. cons.
crim. 205. in secundo dubio nu. 8. lib. pr. & ita
practicatur.

Et hæc quidem procedunt quando vnico
ictu plura illata sunt vulnera cum vno instrumē
to ordinario solito vt plurimum vnum tantum
14 vulnus inferre, puta ense, pugione, vel simi-
li, vt præfati Doctores loquuntur, fortius au-
tem, & longe facilius locum haberent, si ex
vnico ictu plura infererentur vulnera cum in
strumento apto ad ea inferendum, puta cum
15 bidente, vel tridente, aut alio instrumento
bifurcato, vel trifurcato, quia tūc merito per-
cutiens pro numero vulnerum, seu percussio-
num pœna statuti puniendus esset, quomodo-
cunq; illud loqueretur, siue in rem, siue in per-
sonam, & sic non solum quando statutum im-
poneret pœnam pro singulo vulnere, sed etiā
quādo de percussione loqueretur simpliciter
pœnam percutienti imponendo: quia qui hoc
16 genus armorum eligit, videtur etiam modum
plura vulnera inferendi eligere, & quoad pa-
tientē plures sunt percussiones, licet vno ictu
factæ, & dicitur statutum patientis offensam
respicere, alioquin sequeretur, quod quis pos-
set ita aptare offendendi modum, vt statim to-
tum inimicum laceraret, ac membratim per-
cussum laniaret, quod vsu venire solet in sce-
lestis Sycarijs horum temporum, qui ita tor-
menta sua instruunt globis, ac glandulis, vt
statim primo iactu homines miserrime di
scerpantur, ac proscindantur, vt dictis verbis
vtendo tradit Claud. Bertaz. ad dictum consi-
lium crimin. paternum 205. sub litera B. post
vers. ego in hac re in primo casu suæ distinctio
nis lib. primo, & sunt verba Alberici de Rosate
licet eum non alleget de statut. lib. secundo d.
q. 38. per totam, vbi inquit, quod vulnerans
aliquem forfice, vel furca, aut alio instrumen-
to bifurcato, ita quod vno ictu cum dicto in-
strumento fecerit duo vulnera, debet secun-
dum opinionem communem antiquorū vna
tantum pœna pro vno vulnere puniri, & non
pro duobus vulneribus, quia vnus ictus fuit,
& ab eodem instrumento vulnera processerūt,
sed quod tamē putār quod pro duobus punia
tur, quia sunt duo vulnera, & quoad dolores,
& quoad medicamenta, & quia idem est, quā-
do vno ictu cum simplici instrumento, & non
bifurcato plura inferuntur vulnera, vnde for-
tius procedit in bifurcato, quia voluntas vide-
tur fuisse duo inferendi vulnera, ex quo cum
tali instrumento percussit, & quia alias dare-
tur materia fabricandi arma, ex quibus vno
ictu plura vulnera possent inferri, nec obstare
ait, quod forfex vel furca sit vnum instrumen-
tum tantum, quia non per hoc sequitur, quod
si ex eo inferantur plura vulnera, vna tantum
pęna pro vno vulnere debeatur, quia est fal-
sa consequentia, cum sint duo vulnera, & fina-
liter dicit, se concludere contra communem
opinionem, & determinationem antiquorum,
quod dictum late refert, & sequi videtur Au-
gust. de Arim. ad Angel. de Malefic. in addit.
citata post pri ic. & illa fuit opinio Bart. in d.
l. si gemina suo nu. 1. vbi proprie loquitur in
istis terminis, & repræhendit dictum Iacobi
de Arena, quam Bartoli sententiam in practi-
17 ca semper seruari vidisse testatur Clar. d q. 84.
sub nu. 3. vers. hæc autem omnia in fine, & eam
communem, esse, & in practica seruari per quę
cunq; verba loquatur statutum dicit Domi-
nus Ioseph. de Ludouicis. decis Lucensi. 61. nu.
3. uers. idem foret, & de eadem obseruantia
testatur etiam Rouescal. ad Bald. consi. 351.
lib. secundo, & hoc nisi aliud suaderet consue
tudo, ad quam recurrendum dicit Clar. & post
eum Ludouic. refert tamen Clar. quosdam di-
centes unam tantum pęnam imponendam es-
se, & alios etiam hoc casu sequentes distinctio
nem Iacobi de Arena, quod attendantur uer-
ba statuti, & si loquatur in rem, locus sit mul-
tiplici pœnæ, si uero in personam uni, iuxta
dicta superius, quam opinionem ueluti cōmu-
nem tenent Alex. in d. l. quod dicitur la pr. in

fine ff. de verb.oblig. Angel.de malefic.in d.verbo.& ipsum Titium percussit,& vulnerauit nu.3.vers.quid si ex vno ictu,& ante eos Bald.in l. si familia in secunda lectura nu.6. vers.sexto dicitur,ff.de iurisd.omn.iudic.& prius Gandin.in tract.de malefic.tit.de pœn.reor.nu.28.vers.sed pone,quod aliquis percussit,& alij Doctores antiqui vt dicit Bald. cons.484. antiqui tenuerunt in princ.lib.tertio quod est repertum cons.433.lib.quinto a quibus tamen ipse videtur recedere, cum absurdum videatur, quod qui decem vulnera intulit vno ictu pectinis,nō puniatur in plus,quam,qui vnum tātum infert cum vno dente pectinis, idem vult Alciat. in l. ter enixa.137.nu.4.ver.qua ratione.ff.de verb. signif,inquiens,quod si ei,qui tribus vulnerib. aliquem affecerit certa pœna ex lege constituta sit,qui cum tridente seu trifixili telo vulnerauerit teneri, quia nihil refert, ad diuersis temporibus,an eodem nixu tres plagas incusserit secundum opinionem Bar.quam crebrius receptam esse dici,& quam ego solitus sum tenere, nisi quando adeo leuia sunt vulnera,vt nimis ri-
18 gorosum videretur pro vno quoque vulnere integram statuti pœnam imponi quia tunc vnam tantum pęnam dare soleo, maiorem tamen, quam pro vno solo vulnere, cum ea possit aggrauari propter alia vulnera, vt in proposito notat Canter.d.c.9.num. 12.vers sed qu squid Bar.& Farinac d q.22.nu.16.ver.limita primo, licet ipsi hoc indistincte teneant, vel n. statutum ipsum cōsideratet actum non simpliciter,
19 sed respectu modi,vt si statutum dicat, si quis percusserit aliquem ictu pectinis,vel furconis, vel bidentis,& sanguis exiuerit,puniatur in decem,nam si ex vna percussione plura vulnera sequuntur,vna tantum est pęna,quia lex hoc considerasse videtur,ex quo de instrumēto ad hoc apto disponit secundum Bald.d cons.484.repetito,vt supra;qui ideo infert in casu suo, quod percutiens alium manu vacua semel in facie,ex
20 quo manus habet quinque digitos,licet quilibet digitus faciat exire sanguinem,non tamen punitur pluribus penis, sed vna tantum quia maleficium illud non consistit solum in sanguine,sed in modo,& in ordine,& licet plures sint sanguines,non tamen est nisi vna manus,& sic vnum maleficium & pro tanto vna pena, & subdit,quod ex quatuor partibus potest exire sanguis,& non est nisi vnica scissura, vt tōto labio scisso exit sanguis sursum,deorsum,dextrorsum & sinistrorsum, & quod statutum videtur considerasse illud,quod euenire potest verisimiliter & plerunq; secundum aptitudinem instrumenti,de quo loquitur.

21 Nec placet declaratio Claud.Bertaz.in d.addit sub litera B.post vers.1.casu,quod dicta sententia Bart.& sequacium de puniendo nō vna tantum sed multiplici pęna, & pro numero vulnerum eum, qui cum instrumento ad plura vulnera inferenda apto percusserit vnico ictu,procedat,quando vulnerans illud genus armorū eligeret,eoq; dedita opera,& ex proposito vteretur,secus autem quando casu,& impetu illud arriperet,quasi quod tunc pro vno tantum vulnere puniatur,quoniam,& isto casu pro pluribus teneretur,cum attēdatur persona patietis, & non agentis,& cū etiam pro pluribus teneatur,quando plura illata sunt vulnera cū instrumēto sui natura non apto ad plura inferenda, sed ad vnum tantū,vt superius probauimus, vltra quod tenētes pro numero vulnerū pęnam imponendam esse hoc casu,generaliter,& indistincte loquūtur, vt ex eorum verbis apparet; Et præmissa vt dictum est,locum habent quando agitur de actu per vnum in alterum illato, ex quo plures effectus resultant respectu ipsius personæ patientis,qui omnes attendendi sunt, non habita ratione quod respectu personæ agētis vnus tantū sit actus, secus autem,quādo agitur de actu,pro vt in alium non illato,seu considerato tantū in persona agentis, & prout fit,
22 seu agitur ab ipso agēte, quia tunc, etsi plures actus ex illo resultant, omnes pro vno habentur,& vna tantum pęna puniuntur, vt si statutū dicit,quod si quis sagittauerit in Rurę puniatur in decem, etsi quis admenauerit alicui puniatur in quindecim, si enim vno iactu semel quis sagittauerit plures sagittas,si vno ictu admenauerit cum bidente,vnus esset actus,& pro vnico actu puniretur,quia solum actum agentis respicit statutum,ita notat Bartol. in d. l. si gemina sub nu. 1.vers.quandoq; lex, vel statutum punit actū non illatum in alterum, ff. arbor. furt.Cæsar. sequūtur Angel.de malefic.in d.verbo,& ipsum Titium percussit nu.3.vers. quid si ex vno ictu,& actu in princ.Alciat.in d.l.ter enixa in finalibus verbis ff. de uerbor.signif. & Canter.d c.9.nu.9.vers. quoad primum membrum folio 681.& intelligunt Angel.& Canter.etiam quod ex emissione sagittarum,& ex admenatione bidentis semel facta inferantur alicui plura vulnera,quia uni tantū pęnæ locus uidetur,ex quo statutū non respicit actū in persona patientis,sed respectu agentis tantum,& uidetur esse de mēte Bartoli & est ratio subtilis & pulchra.

Vnum tamen sciendum est, quod in casibus, in quibus quis ob plura delicta, una tantū pęna punitur hoc intelligitur respectu publicæ uindictæ tantum, nam respectu interesse partis tenetur pluribus, quo enim ad puni-
23 tionem publicam sufficit unica pęna sed non, quoad interesse priuatum partis offensæ, pro quo punitur offendens toties, quotiens peccauit,& soluit interesse uniuscuiusq; delicti, & sic,si ter,uel quater deliquit, tribus uel quatuor penis punitur, ut in puncto decidit Canter.d.cap.9.sub nu.6.in fine uers.aut accusatur a parte folio 72.

EPI-

EPITOME.

In delictis puniendis, an sit attendenda lex vigens tempore, quo committuntur, an verò lex postea condita antequam de ipsis delictis ceptum esset cognosci, si a noua lege pœna veteris alteratur.

SVMMARIA.

TEMPVS delicti spectatur, nu. 1

Statutum quod liceat vendere salem certo modo non porrigitur ad preteritum, tanquam respiciens actum obligatorium, nu. 2.

In pœnis ordinarijs, proprijs delictorum semper inspicitur tempus delicti, nu. 3.

In adiectionibus vel diminutionibus pęnarum inspicitur tempus sententia, nu. 4.

Quando statutum imponens pœnam delinquenti continet pœnam delicto conuenientem inspicitur tempus delicti, cum vero continet pœnam grauiorem, quam conueniat, inspicitur tempus sententia. nu. 5.

Pœna pro aliquo delicto iam imposita, & a nouo statuto mitigata, porrigitur mitigatio, & nouum statutum ad tempus antecedens, nu. 6.

Statuto stante quòd de tali crimine non possit cognosci vltra quatuor menses superueniat aliud statutum, per quod vsque ad treennium cognosci permittatur, nouum statutum non se extendit ad crimina, quorũ impunitati iam prascriptum erat, nu. 7.

Stante statuto, quod Potestas tenetur, & possit de tali crimine infra quatuor menses procedere, lapsis quatuor mensibus ligata sunt manus potestas, sed per nouum statutum ligamẽ illud resoluitur per causam successiuam, nu. 8.

Armorum, & annonę pœnas per nouas prouisione semper augeri, & delinquentes puniri secundum leges vigentes tempore transgressionis, 9.

Pœna hodiernis temporibus, nedum moliendæ non sunt, sed exasperanda potius ob hominum malitiã. nume. 10.

CASVS CENTESIMVS QVINQVAGESIMVS SEXTVS.



I tempore commissi delicti vigeat vna lex super illius punitione, & antequam malefactor de eo accusetur, vel inquiratur, superueniat lex noua pœnam ab antiqua lege statutã minuens, vel augens dubitatum fuit, an dictus delinquens, coudemnari debeat, secundum legem veterem, vel secundum nouam. Bonifac. de Vitalin. in tractatu. de malefic. in Rubr. de inquisition. & earum nu. 53. vers. sed pone, quod aliquis deliquit, format hanc quæstionem, & arguit primo quod secundum nouam legem sit condemnandus, deinde quod secundum antiquam, quæ vigebat tempore commissi maleficij, & hanc vltimam partem tenet per multas rationes, quas allegat, & præsertim, quia in hoc, tempus delicti
1 debet spectari arg l. si tamen sciente in fine, ff. ad senatus cõs. Macedon. & l. Pomponius la secunda quæ est. 16. ff. de negot. gest. & dicit videri casum in l. in delictis. §. damnum. ff. de noxalibus, action. & in l. qui ea mente. 67. ff. de furt. & subdit quod hoc verius videtur, pro quo faciũt dicta superius casu 147. disponentibus capitulis in secundo dubio in princ.

Bar. autem in l. omnes populi. nu. 48. & seq. vers. iuxta prædicta quæro. ff. de iustit. & iure aliter videtur dicere, proponit enim quæstionem disputatam per Ricard. Malumbr. quæ talis est. Tempore vigentis discordiæ inter commune Paduanum ex vna parte, & commune Venetiarum ex altera occasione salis, statuerunt Paduani, quod quicunque priuatus fuerit deprehensus vendere salem priuato, capite puniatur, Titius incidit in pœnam statuti, & antequam accusaretur, nouum statutum factum est, quod priuatus venditor salis puniatur pœna triginta librarum tantum, postea accusatur Titius, quęritur, an sit puniendus secundum formam prioris statuti, an vero secundũ formam posterioris, & inquit ipsum Ricardum determinasse condemnationem esse faciendã secundum statutum nouum, vti minorans pœnam, & liberatorium ab obligatione maioris pœnę, licet secus esset, si fieret statutum, quod liceat, vendere salem priuato, vel certo modo vendere, quia tunc tanquam respiciens actum
2 obligatorium non porrigeretur ad præteritũ contra quam determinationem multa opponit ipse Bart. & tandem pro vera resolutione distinguit, quod quædam est pœna ordinaria, & propria delictorum, & in ista semper
3 inspicitur tempus delicti, siue sit publicum, siue priuatum, vt in l. pr. ff. de pœn. & in l. si quis. Decurio. C. de fals. in l. iniuriarum la secunda quæ est. 21. ff. de iniur. & in Authen. Vt Iudic. sine quo suo. suffrag. §. oportebit igitur circa finem tituli, quædam est adiectio pœnę, quæ adijcitur ex aliqua causa, alias quandoq; diminuitur, vt in l. quid ergo. §. pęna grauior. cum ibi notatis. ff. de his, qui notant. infami. & in tali adiectione, vel diminutione facien-
4 da inspicitur tempus sententiæ, vt in l. pen. ff. si ex noxal. cauf. agat. vbi ita videtur sentire glos. in verbo vindicta. in vltima solutione, & in d. §. oportebit igitur, in Auth. vt Iudic. sine quoquo suffrag. ex quibus in proposita quęstione Riccardus dicit, quod cum primum statutum fuerit factum in feruore ortæ discordiæ, fuit apposita pęna grauior, quam esset conueniens delicto, scilicet pęna decapitationis,

ideo sequens statutum debet attendi, quod
viget tempore sententiæ, & hoc modo potest
sustineri dicta determinatio Ricard. vnde sub
dit distingui debere, quod aut per statutum
imponitur pœna delinquenti, aut iam impo-
sita mitigatur. Primo casu aut statutum conti-
5 net pœnam conuenientem delicto, & inspici-
tur tempus delicti; aut continet pœnam gra-
uiorem vltra quam conueniat, & inspicitur tē-
pus sententiæ. Secundo casu, quando pęna iam
6 imposita mitigatur, verbi gratia dicit statutum
quod bannitus liberetur soluendo tantum, tūc
illud porrigitur etiam ad bannitos anterioris
temporis secundum quod erat aliud statutum,
quia talis modus liberationis contingit post
delictum commissum & hanc Bart. theoricam
approbare videtur Castr. ad eam se remittens
cons. 17. potestas suprascriptus in princ. lib. pr.
licet ipse breuius se expediendo dicat, quod
aut statutum pertinet ad litis ordinationem,
aut ad litis decisionem; primo casu attendi-
tur statutum nouum vigens tempore, quo pro
cessus agitatur, secundo casu inspicitur statutū
vetus, quod erat tempore commissi maleficij.
7 Ex quo infert in casu suo, quod si statutum di-
cat quod de tali crimine non possit vltra qua-
tuor menses cognosci, & superueniat aliud sta
tutum, per quod vsq; ad triennium cognosci per
mittatur, si lapsum sit tempus a vetere statu-
to concessum, antequam fuerit inceptum pro-
cedi, non poterit delinquens molestari, quia
est attendendum vetus statutum, & non no-
uum, quod non videtur se extendere ad cri-
mina quorum impunitati iam præscriptū erat,
licet secus velit, si statutum non loquitur in
rem, vt in exemplo supra posito, sed in perso-
nam puta dicendo, quod Potestas tenetur,
8 & possit de tali crimine infra quatuor menses
procedere, quia tunc verba non tēdunt ad præ
scribendum principaliter impunitati, sed ad li
gandum manus potestatis; vnde licet, quo tem
pore viguit antiquum statutum, lapsis quatuor
mensibus fuerint manus potestatis ligatæ, nūc
tamen condito nouo statuto ligamē illud reso-
lutum fuit per causam successiuam, quia varia-
tur ex tempore, & cum quoad originem, & pro
gressum causetur a primo statuto, eo sublato
tollitur & ipsum ligamē, quod non est effectus
in esse perfecte productus, sed causam habens
successiuam, quod secus est in præscriptione im
punitatis, quæ dicitur effectus perfectus indu-
cens exceptionem, qui propterea non tollitur
per subsequens statutum, & vt ibi latius per ip
sum Castrensem.

Vidi ego in materia armorum, & annonæ
9 sæpissime pęnas veterum prouisionum per
nouas variari, & semper augeri, nunquam au-
tem diminui, & delinquentes puniri secun-
dum leges vigentes tempore transgressionis,
& recte, vt ex prædictis apparet. Quod si quan-
doque pęna antiqui ordinis per nouum mino-
ratetur a Bar. doctrina minime recedendum iu
dicando putarem, quod in facto vix possibile
10 est euenire, cum hominum malitia, peruersi-
tas, & sæuitia temporibus istis adeo creuerint,
vt grauioribus pęnis opus sit, nec de lenitate,
& molitie earum tractandum, vt qui virtutis
amore a malo non abstineant, formidine atroci
tatis supplicij cohereeantur.

EPITOME.

An, & quando committens plura homicidia vno, & eodem tempore, vel diuerso, & ex interuallo, puniatur vna tantum, vel multiplici pœna, seu pro vno tantum, vel pro pluribus homicidijs.

SVMARIA.

OCCIDENS duos eadem rixa duplici pœna pro vtroq; homicidio tenetur, nu. 1.

Occidens duos, cum vellet vnum occidere tenetur de morte omnium, nu. 2.

Statutum dicēs quod si quis occiderit plures capite puniatur, intelligitur siue simul occiderit, siue diuersis temporibus nu. 3.

Et ibidem, quod secundum maleficium semper aggrauat primum eiusdem generis, eodem nu. 3.

Occidens bannitum, qui ex forma statuti poterat impune offendi non punitur pœna statuti imposita pro homicidio, vel pro duobus homicidijs quia bannitus occisus non connumeratur in numero occisorum, numero 4.

Ampliatur etiā si statutum in homicidijs permitteret potestati amplissimum arbitrium procededi de iure, & de facto, nu. 5.

Stante statuto, quod contra committentes duo, aut plura homicidia detur bannum rebellium, qui ea commiserit eodem tempore, & in eadem rixa dicta pœna subijcitur, nu. 6,

Cum plures dictorum pœnæ concurrere non possunt, sed per impositionem unius altera consumitur, ut in pluribus homicidijs mortis pœna puniblibus, una tantum condemnatio fit in pœnam mortis, numero 7.

Eadem sententia non debet quis pluries damnari ad mortem, sed in diuersis sententijs hoc licet. 8.

Bannitus semel, uel capitaliter condemnatus, potest pro alio delicto iterum banniri, & capitaliter condemnari, nu. 9.

CASVS

CASVS CENTESIMVS QVINQVAGESIMVS SEPTIMVS.

1 EVM qui duos eodem tempo-
se idest eadem rixa durante
occidit, duplici pœna, & sic
de vtroque homicidio tene-
ri probat Bart. in l. Diuus 14.
nume. 4. vers. prædicta uera. ff.
2 ad leg. Corn. de Sycar. vbi inquir, quod si quis
volens offendere vnum tantum, offendit duos,
punitur de vtroque ut in l. scientiam. §. qui cum
aliter. ff. ad leg. Aquil. & in l. cum qui nocétem.
§. pen. & fin. ff. de iniur. cum vtrobique notatis,
quæ iura ad hoc propositum, & propius ad ter
minos nostros adducit simpliciter Capol. con-
sil. crim. 36. in casu isto sub num. 5. ver. sic etiam
esset, aiens, quod si quis volens vnum occidere,
duos occiderit, tenetur de morte omnium, se-
quitur Carer. in pract. crim. §. Tertio quæro nu
mero 18. vers. sed quid si in proposita quæstio-
ne, folio mihi 109. idem vult Bald. in l. quid er
go. §. quod ait post princ. ff. de his qui notant.
infam. vbi notat illum text. in argumentum,
quod statutum dicens, quod si quis occiderit
3 plures, capite puniatur, intelligitur, siue simul
occiderit, siue diuersis temporibus, quia sem-
per secundum maleficium aggrauat primum
eiusdem generis, & sentiunt idem Bal. in lege,
Gracchus. numero 2. vers. item habes, & Salyc.
sub numero 16. vers. item præstat. ff. ad leg. Iul.
de adulter. dum dicunt, quod si ex forma statu
ti, qui occidit vnum, puniatur in quinquagin-
ta, vel possit se redimere pro quinquaginta;
4 qui vero occidit duos, decapitetur; si quis eo-
dem vel diuerso tempore duos occidit, quorũ
vnus erat bannitus, qui impune poterat offen-
di, non debet talis occidens decapitari, quia il
le bannitus occisus non est connumerandus in
numero occisorum, quia legitime factum, pœ-
nam non meretur; alias sequeretur, quod iusti-
tiæ exequutor, qui facit duos decapitari, esset
capite puniendus, quod est falsum, & ita in-
quiunt fuisse Perusij de facto determinatum, &
bene, quia, vt ipse Bal. ostendit in l. vbi pactum
in fine numero duodecimo, vers. item facit. C.
de transact. etiam quod statutum permitteret
5 Potestati amplissimum arbitrium in homici-
diis de iure, & de facto procedendi, non tamẽ
posset Potestas per tale arbitrium punire occi
dentem bannitum, vel hostem publicum, quia
cum hoc non sit maleficium, non potest vllam
causam punitionis assignare, nec habet super
quo fundet condemnationem. quas decisiones
sequi videtur Carer. ad illas simpliciter se re-
mittens, licet confuse in loco supracitato, vt sic
aperte hi Doctores uelint, quod si vnus ex oc-
cisis non esset bannitus, occidens de duobus te
neretur, & recte.
6 Vnde ex prædictis inferri potest, quod pro-
clamare, vel statuto dictante, quod contra com
mittentes duo, aut plura homicidia extra for-
tiam communis existentes, detur bannum re-
bellium, qui ea commisit eodem tempore, & in
eadem rixa, dictæ pęnæ subiicitur, prout si ex
interuallo, & in diuersis rixis ea commisisset,
nisi aliud ex uerbis legis colligatur.

Videntur autem prædicta procedere, quan-
vtraque pæna locum habere potest, & simul cõ
currere, vt in præmissis casibus, & aliis simili-
7 bus, secus autem si per impositionem vnius al-
tera consumeretur, vt quia pro quolibet homi
cidio imponi deberet pœna mortis; nam tunc
licet sint plura delicta, & pro quolibet eorum
pęna mortis esset imponenda, tamen cum quis
non possit occidi, nisi semel, pro vno tantum
homicidio, & semel tantum punitur, & una tã-
tum cõdemnatio in dictam pœnam mortis; fit,
vt bene declarat Bart. in l. nunquam plura in fi-
ne, numero vndecimo, vers. predicta uera. ff. de
priuatis delict. idem tenet Didac Cantet. Hisp.
in suis quæstion. criminalib. tit. de quæstioni-
bus tangentibus punitionem delicti capit. 9. &
vlt. sub num. 5. uers. sed circa hoc potest quæri,
& vers. seq. fol. 671. col. Secunda, & fol 672. col.
prima, inquiẽs, quod si Titius accusatur, vel in
quiritur, quod tria commisit homicidia co-
dem, vel etiam diuerso tempore, & pro quoli-
bet homicidio est pęna mortis, certe cum se-
mel moriatur, confunduntur aliæ pænæ, quia
plusquam semel homo non potest mori, & ideo
in vnam tantum pænam per Iudicem condem-
natur, & idem dicit in adulterio, quando est
pæna mortis, quod & sensit Barto. ubi supra,
dum se remittit ad ea, quæ dicet in l. vulgaris.
ff de furt. vbi notat hoc sub numero 1. versi. se-
cundo dicit gloss. & sensit Angel de malefic. in
verbo, in Platea communis sub numero 20. ver
sic. & eodem modo quãdo pæna non esset reite
rabilis, & ita memini, me, bis tenuisse in ca-
sibus, in quibus vnus in eadem rixa duos homi
nes interfecerat, contra quem cum pro quo-
libet homicidio pæna mortis esset imponen-
da, vnam tantum condemnationem in senten-
tia ad pænam mortis, & non duplicem pro du-
plicato homicidio faciendum dixi, licet is es-
set contumax, ne ridiculum videretur, & in-
8 compatibile, quod ex eadem sententia bis ad
mortem naturalem eadem persona condemna
retur, quæ semel tãtum eam pati potest, quam
uis in diuersis sententiis absurdum hoc non re
putetur, imo conueniens, & iuridicum, cum
nihil sit impedimento, quia semel positus in
banno & capitaliter cõdemnatus pro uno ho-
micidio, latrocinio, vel alio capitali delicto,
possit iterum banniri, & capitaliter condem-
nari pro alio delicto, quod eandem pænam ha
beat, vt quotidie fieri, & obseruari videmus,
& tradit in puncto Nellus in tractatu de ban-
nitis in prima parte primi temporis q. 3. post
princ. vers. sed si fuit bannitus ad mortem, &
patet ex dictis per Gandinum. de malefic. titu.
de

de bannitis pro malefic. nu. 8. ver. item pone aliquem fore bannitum, & per Alberic. de Rosate de statut. lib. 4. q. 26. per totam. nam ut ipsi dicunt multiplicationem delictorum multiplicatio pœnarum sequitur, & qui excommunicatus est, iterum excommunicari potest.

EPITOME.

De eo, qui in eodem facto vnum vulnerat, & alterum occidit, an de homicidio tantum, an verò etiam de vulnere puniatur, & an resultantibus ex eodem facto pluribus delictis diuersis pœna vnius cum pœna alterius confundatur, an vero omnium criminum pœnæ locum habere debeant, & de alijs in hac materia.

SVMMARIA.

QVI in eadem rixa vnum vulnerauit, & alterũ interfecit, punitur pęna pecuniaria pro vulnere, & pęna mortis, & confiscationis bonorum pro homicidio, nec minor pęna cum maiori confunditur, numero 1.

Vulnera plura inferens alicui, ex quibus sequatur mors, is de occiso tantum tenetur, & vulnera cõfunduntur in homicidio, censeturque vnicum delictum propter continuationem, nu. 2.

Ampliatur, vt procedat, etiam si ex vulneribus aliqua erant mortalia, & aliqua non. nu. 3.

Pugnis, & calcibus qui aliquem colisit, & interfecit, tenetur de homicidio tantum quia illud totũ est unicum factum tantum, & ideo punitur tanquam unum delictum tantum. 4.

Insultus cum homicidio confunditur, nisi insultus ab vno statuto puniatur, & homicidium ab altero, quia tunc vtriusque facti pęna imponitur. nu. 5.

Stante statuto, quod qui hominem occiderit cum cultello condemnetur in quinquaginta, & qui cum veneno simul occiderit non duplici, sed una tantum pœna punitur. nu. 6.

Vulnera non confunduntur cum homicidio, sed puniuntur, quando non concurrunt cum homicidio eiusdem hominis, sed alteri per occisiorem sunt illata in eadem rixa. nu. 7.

Et ibidem, quod crimina sunt diuersa, & non consecutiua ita quod primum non tendit in finem sequentis eadem. nu. 7.

In delictis diuersi generis simul, & eodem tempore cõmissis, plures sunt imponendæ pænæ, & non una tãtum secundum communem obseruantiam. num. 8.

Vulnerans aliquem, & ex interuallo eundem occidẽs, punitur de vulneribus, & de occisione, tanquam plura committens delicta, distincta, & separata. numero 9.

Insultans aliquem, & postea ex interuallo percutiens, vel occidens tenetur de insultu, & de percussione vel occisione, num. 10.

Quando ex eodem facto diuersa resultant crimina pro omnibus danda est pœna. nu. 11.

Rumorem concitans in populo, & in rumore hominem occidens, punitur de utroque crimine, nec vnum confunditur cum altero, quia sunt diuersa crimina in eodem facto, & duæ personæ principaliter offensæ. numero 12.

Insultus, & portatio armorum vetitorũ sunt diuersa, & disiuncta crimina. nu. 13.

De violentia cum armis, si quis imputatur, potest exigi pœna portationis armorum, & pœna de vi publica & vna non tollit aliam quia sunt diuersa delicta. nu. 14.

Resistentia facta officialibus curiæ non confunditur cũ homicidio subsequuto in eodem facto. num. 15.

Mulierem, qui rapuit, & eodem tempore furtum commisit, muros Ciuitatis transcẽdit, & quasdam clausuras aperuit, non una tantum pęna, sed pluribus punitur. num. 16.

Aggrediens aliquem animo vulnerandi tantum, & vulnerans si deinde propter aliquod dictum, vel factum vulnerati mutet propositum, & facto nouo impetu illum occidat, punitur de vulnerato, & de occiso. num. 17.

Sed hac Bartoli opinio de consuetudine non seruatur, quia ex vnitate rixæ minus delictum cum maiore cõfunditur. nu. 18.

Consuetudo isthæc obtinet, quando vna, & eadem persona vulnerata est, & occisa, non item quando diuersæ personæ sunt offensæ, & una est vulnerata, altera occisa. nu. 19.

Si vulnerat vnus aliquem mortifere, & eundem vulneratum alius occidat, primus percussor tenetur de vulnere, secundus de morte. nu. 20.

Vulnerum, & mortis pœna potest simul concurrere, quando vna tantũ persona est vulnerata, & occisa, & multo magis, quando sunt duæ personę offensæ, vna vulnerata, altera occisa. nu. 21.

Condemnationẽ de vulnerato, & de occiso nõ esse inutilem docet Author. nu. 22.

Pœnæ, quando sunt compatibiles, & omnes exequi possunt, nec una alteram perimit, omnes debẽt exequi, etiam si vna sit mortis, & reliquæ corporales citra mortem, quia incipitur a minori, & denique deuenitur ad maiorem. nu. 22.

Idque obseruatur in delictis, atrocibus tantũ. num. 24.

Pœnæ pecuniariæ imponuntur etiam condemnatis in confiscationẽ bonorum, & pœnam uitæ, & quotidie famosi latrones, et alij scelesti damnantur ad furcas & ad alias particulares pœnas pecuniarias ob alia delicta diuersi generis simul commissa cum latrocinijs. nume. 25. & ibidem quod quis punitur de rixa, & blasphemia in ea prolata.

Condemnari quis potest in pœnam confiscationis bonorum, & vlterius in centum. num. 26.

CASVS

CASVS CENTESIMVS QVINQVAGESIMVS OCTAVVS.



DVBITATVM fuit in contingentia facti, an qui in eadem rixa vulnerauit vnum & interfecit alium, puniri de iu re debeat pœna pecuniaria pro vulnere, & pœna mortis, & confiscationis bonorum pro morte, an vero sufficiat, quod pœna tantum homicidii condemnetur, omissa vulneris pœna, quæ tanquam minor confundenda sit cum maiore, in qua
1 controuersia, dixi mero iure Reum esse condemnandum, & pro vulnere, & pro morte, nec vnam pœnam cum altera confundi sequentibus fundamentis. Primo quia licet si quis in vnum hominem eodem impetu plura vul-
2 nera inferat, & postea sequatur mors, de occiso tantum teneatur, & vulnera confundantur in homicidio, quia vnicum censetur delictum propter continuationem, ita formaliter tradit Bald. in l. illud. 32. §. si idem in lectura. ff. ad leg. Aquil. per illum text. hoc ad literam probantem, & Bald. sequitur Marsi. in practic. crimin. in §. & quia numero 37. versicu. quæro etiam de alia quæstione, & idem per omnia tenet Florian. in eodem. §. si idem in princ. Ludouic. Carer in pract. crim §. circa secundum, numero 66. & seq. vers. sed an pro homicidio folio mihi 231. quod procedere, dicunt Bald. & Florian. etiam si ex vulneribus aliqua erant
3 mortalia, & aliqua non, vel si primo quis pu-
4 gnis, & calcibus vnum vexauit, & colasit, & postea eodem impetu interfecit, & examinauit, quia totum vnum est factum, & assumit vnam speciem delicti, & punitur tanquã vnum delictum tantum, vnde etiam dicit Bald. quod eodem modo confunditur insultus, & sufficit
5 pœna homicidii, quod etiam tradiderunt glo. & Doctores in l. qui de crimine. C. de accusat. Alberic de Rosat. de statut. lib. secundo, quæst. 29. nume. 1. 3. & seq. Afflict. lib. 1. constit. Regu. Rubr. 12. in constitut. si quis aliquem ad fin. nume. 26. Clar. in pract. crimin. q. 84. sub nume. 4. vers. alius est casus, & alii plures in aliis locis adductis per Angel. de Malefic. in verbo, fecit insultum num. 2. vers. & aduertas, & ibi etiam per August. in additionib. & per Marsi. in repetitione, l. vnic. nu. 54. vers. sed dicas. C. de rapt. Virg. & per Farinac. lib. 1. quæst. crimin. tit. de delict. & pœn. q. 22. limit. tertia, numero 20. nisi insultus ab vno statuto, & percussio ab altero puniatur, quia tunc vtriusque facti pœna imponitur, vt per Alberic. de Rosat. lib. secundo, q. 55. nu. 1. exemplificantem, quando vnum statutum dicit, quod propter percussiones quis puniatur in quinquaginta, & aliud statutum vult pro insultu facto in Platea, vel domum puniatur in centum, nam tunc faciens insultum in dictis locis cum percussione, vtraque pœna punitur, quia sunt duo delicta a diuersis statutis punita; subdit tamen, quod Barr. in d. l. nunquam plura, voluit quod teneatur solum in centum, quæ res, & ex eo probatur, quod quando vno momento dantur vulnera, & sequitur mors, de morte tantum datur pœna, quia licet plura fuerint vulnera tamẽ ad unum finem, & effectum tendunt scilicet mortis, Gand. in tract. de malefic. tit. de pœn. reorum, sub numero 35. versi. quæstio frequens, & vtilis circa finem, Bart. in l. nunquam plura sub numero 4. vers. item oppono in fine. ff. de priuat. delict. pulchre Alberic de Rosat. de statut. lib. secundo, q. 24. nume ro 2. & 6. & q. 29. nu. 4. Couar. lib. secundo, variar. resolut. ca. 10. num. 8. vers. hactenus tractatum est, & rursus vers. secundo, & illud. Farina. quæst. 22 numero 19. vers. limita tertio. Didac. Canter. in suis quæstionibus criminalibus, in vlt. parte c. fin. sub numero 5. vers. aut non sunt crimina circa princ. fol. 670. & est de mẽte Baldi, in d. §. si idem, in lectura, & expressius Florian. ibidem numero 4. versic. item nota. facit Alberic de statut. lib. secũdo q. 33. volens quod
6 si statutum dicat, quod qui occiderit hominẽ cultello condemnetur in quinquaginta, qui cum veneno in centum, qui cum cultello, & veneno simul occidit alium, non debet puniri duplici pœna, sed vna tantum per d. legẽ, illud. §. si idem & d. l. qui de crimine cum glos. & subdit hoc verius esse, licet alii contrarium dicant. Tamen secus videtur, quando vulnera non cõ-
7 currunt cum homicidio eiusdem hominis, sed alteri per occisorem in eadem rixa sunt illata, quia tunc licet sit vnicum factum, cum tamen sint plura de icta diuersæ speciei, et personæ offensę sint diuersę et diuersi effectus resultẽt, vulnera non cõfunduntur cum homicidio, sed puniuntur, sicut colligi videtur ex traditis per Bald. in d. §. si idem, quem legit cum prin. dictæ legis illud. numero secũdo, in additione, et per Florian. ibidem numero 2 et seq. et aperte hoc decidit Salycet. in l. qui de crimine, in secunda oppositi. numero 15. et latius in tertia opposit. numero 16. et 17. C. de accusat. volens dictum glos. ibi in verbo plurima in fine, quod aggressus aliquem, et in aggressione eum interficiens nõ teneatur nisi pœna homicidii ob id, quod licet diuersa sint crimina, tamen quantum ad initium pro vno habentur, non procedere quando crimina sunt diuersa, et non consecutiua, ita quod primum non tendit ad finem sequentis, sed sint diuersæ speciei, & maxime quando diuersæ sunt personæ offensæ, alias sequeretur, quod si quis in eadem rixa insultaret vnum, & vulneraret alium, non esset puniendus nisi de percussione, cum qua confusus diceretur insultus in diuersam personam factus, quod est absurdum, & contra omnium Iudicum obseruantiam, & communem opinio-
8 nem, quod in delictis diuersi generis simul, & eodem

& eodem tempore commissis plures sunt impo
nendæ pœnæ, & non vna tantum, vt testatur Fa
rinac.d.q.22.in pr. ampliat.nn.3.

Secundo quia, si vulnerans vnum, & postea
9 ex interuallo eundem occidens totaliter, &
exanimans punitur. & de vulneribus, & de oc
cisione, tanquam plura committens delicta di
stincta & separata, vt est text. formalis in d.l. il
lud.d.§.si idem.ff.ad leg.Aquil.notant Bald.Flo
rian.Marsil.& Caret.supra citati, & Couar.d.
c.10.sub num.8.vers secundo, & illud in fine, &
Didac Canter.d.c fin.sub nu.5.d. vers. aut non
sunt crimina post princ.ibi, aut quis commisit
diuersa delicta, pro vt pariter si insultans vnũ,
& postea ex interuallo percutiens, vel occidẽs
10 eundem, tenetur de insultu, & de percussio-
ne, vel occisione, nec procedit tunc dictum
glos.in d.l qui de crimine. de confusione vt di
cit Marsil. in d.§. Et quia suo numero 39. & in
repetit.l.vnicæ.nume.55.C de rapt.Virg. versi.
sed dicta, & in pulchro casu tradit Bolognin.
cons.8.num.12.& 13.Caret. in d.§.circa secun-
dum, num.67.& antea §.in textu nume.13. ver.
sed contra videtur folio 38. Vtique qui vulne-
ra vni, & mortem alteri infert de vtroq; con-
demnandus est, cum duo in eodem facto dica-
tur commisisse delicta distincta & separata, &
contra diuersas personas, & nihil commune
habeat delictum vnũ cum altero, nec punitio
vnius alterius satisfactionem contineat, & re-
gula esse videatur, quod quando ex eodem fa-
11 cto diuersa resultant crimina, pro omnibus
danda sit pæna iuxta notata per Bart.in l. nun-
quam plura sub numero 4.post vers.item oppo
no, & sub nume. 11. post vers sequitur videre,
qui loquitur etiam, quod contra eandem per-
sonam committantur, & in terminis nostris
magis de plano procedit, si credimus Baldo,
qui scriptum reliquit in cons. 459. insultu, &
percussione in fine, libro secundo quod conci-
12 tans tumorem in populo, & in eo rumore ho-
minem occidens, punitur de vtroque crimine,
nec vnum confunditur cum altero, quia sunt
diuersa crimina in eodem facto, & duæ perso-
næ principaliter offensæ idest Respublica, per
turbationem, & persona priuata per sui corpo
ris afflictionem, quod & in terminis insultus,
& portationis armorum vetitorum tradit Ca-
13 ter.d.§.in textu, nume.37.& seq. vers.& facit,
considerans diuersitatem iniuriarum respectu
fisci, & priuati, a quo non discrepat Andr.de
Isern.relatus per Afflictum in d.constit. si quis
aliquem ante finem sub numero 26, vers. item
adde id, qui voluit quod quando quis impeti-
14 tur de violentia cum armis potest exigi pæna
portationis armorum, & pæna de vi publica, &
vna non tollit aliam, quia sunt diuersa delicta,
non vna tantum, sed multiplici pęna punienda
per d.l. nunquam plura & ex pluribus cõfirma
ri potest, quæ colligit Ioan. Bolognin. in suo
15 consil.vlt.vbi concludit, quod resistentia facta
officialibus curiæ non confunditur cum homi
cidio subsequuto in eodem facto, sed locus est
pænæ vtriusque delicti, sequitur Apostilla ad
Bertaz.cons.crim 205.litera a. ver. Secundo in
fertur lib.primo, ad idem facit Ioan. Bapt. de
Rossel inter consilia Alex.de Neuo.cons.93. vo
lens pluribus pænis, & non vna tantum affici,
qui eodem tempore mulierem rapuit, furtum
16 fecit, muros Ciuitatis transcendit, & quasdam
clausuras aperuit, quod latius comprobat ipse
Alex.de Neuo. cons.seq.de quo ipse memini su
pra casu 100.

Tertio, quia doctrina est Bar.in d. l.nunquã
plura numero 5.vers.venio ad aliquas quæstio
nes quod si quis aggreditur alium animo tan-
17 tum vulnerandi, & vulnerauit, deinde ex ali-
quo dicto, vel facto illius superuenit impetus
vulneranti, & mutato proposito illum occidit,
punietur de vulnerato, & de occiso. quia cum
fuerit duplex impetus prima, vulnerandi, secũ
do occidendi, de vtroque debet puniri, sequi-
tur Ioan.Bologn.d.cons. vlt.numero secundo,
vers.& probatur, qui subdit, quod si hæc doctri
na procedit in eadem persona offensa, fortius
procedet in diuersis, pro vt in casu suo, Fiscus
pro resistentia & affines mortui pro occisione
erant offensi, vnde planius procedet in casu no
stro in quo duæ personæ realiter offensæ remã
serunt per corporis afflictionem, et ista Barto
18 li opinio verior est de iure, licet de consuetu-
dine non seruetur, sed de occiso tantum de-
linquens puniatur, quia ex vnitate rixæ minus
delictum cum maiore confunditur, cum pęna
homicidii, quæ est mortis, & confiscationis om
nium bonorum absorbeat omnes alias pænas
corporales, & pecuniarias secundum Clar. in
practi.crim q.84.numero 5.uer.sed pone, a quo
non discrepat Farinac.d.q.22. ad fin.sub nume
19 ro.81.in 6. limitat; quæ quidem consuetudo
uere obseruatur in d.casu, in quo una tantum,
& eadem persona vulnerata, & occisa fuit, non
autem quando diuersæ sunt personæ offensæ,
& una est uulnerata, altera autem occisa, nec
de uno casu ad alterum est extendenda, ut ostẽ
dit Crauet.cons.241.col.10.sub nume. 20.uers.
ad tertium de consuetudine in secunda tertia,
& quarta responsione, tantumque habet de po
tentia, & effectu quãtum habet de actu, & usu,
& non plus, & proprios facti, & usus terminos
non excedit, ut tradit Ias.cons. 192. in fine li-
bro secundo.

Quarto quia sicut, si unus vulnerat unum
20 etiam mortifere, & alius eundem totaliter oc
cidit, & exanimat primus percussor tenetur
de vulnere, secundus de morte. l. Item mella.
11. §. celsus & l. huic scripturæ.15.§. si seruus
ff.ad leg. Aquil. & utrobique Bald. et Florian.
Bonifac.de Vitalin.in tract.de malefic.in Rub.
de insultu, percussio et defensionibus. numero
43.uers.sed quid ordinatum est. Mars.in pract.
crimin.§.et quia nume.26.et in l.1.in princ.nu
mero 87.et 88.uers.decimoquinto limita.ff.de
sycar.Carret.in d.pract.crimin.§. quarto quæ-

ro fere per totum fol. 109. & 110. cum declaratione tamen tradita per Barto. Bald. & Florian. in l. si ita vulneratus. 52. ff. ad l. Aquil. per illum text. & per Carer. in d. §. quarto quæro, vbi late insistit, & concordantes refert, ita si vnus vnum vulnerat, & alium occidit, de vulnerato, & de occiso tenetur, imo fortius, quasi
21 pœna vulnerum, & mortis possunt simul concurrere, nec vna per alteram tollitur, quando vna tantum est persona vulnerata, & occisa, multo magis quando duæ sunt personæ, vna vulnerata, altera interempta, cum tunc propter diuersitatem iniuriarum diuersas personas respicientium, pœna vnius facti pœnam alterius non tollat, sed vtraque locum habere debet per allegata in secundo fundamento, quæ non repetam.
22 Nec videtur inutilis, & frustratoria talis cõdemnatio, quia potest euenire, quod condemnatus in solam pœnam homicidii in personam vnius commissi, nulla habita ratione vulnerũ alteri illatorum varijs de causis absoluatur, vel cancelletur a pœna dicti homicidii, & hoc modo vulnera inulta remaneant, cum nulla de eis sit facta condemnatio, nec amplius de illis cognoscendum videatur, cum tamen eorum respectu non eadem, sed diuersa ab occisione possit esse ratio, quia nullam habuit forte iustam
23 causam vulnerandi, vltra quod, quando pœnæ sunt compatibiles, & omnes exequi possunt, nec vna alterã perimit, omnes debent exequi, etiam si vna mortis esset, & reliquæ corporales citra mortem, incipiendo a minori, deinde deueniendo ad maiorem. Bart. dicens ita de facto seruari vidisse in l. omnes. C. de delator. lib. decimo, Cæpol. in repet. Auth. sed nouo iure. nu. 42. versicu. quæro septimo. C. de seru. fugit. qui alios idem tenentes refert, quibus addo Alex. de Neuo cons. 94. in fine, attestantem in contingentia facti fuisse sic executum, & Don Lodouic. Peguer. in suis decisionib. seu quæstionib. crimin. cap. 28. in fine, qui pariter ita de facto seruatum dicit, licet nihil alleget, quod tamen in pœnis corporalibus nunquam obseruari vi-
24 disse, nisi in delictis atrocibus attestatur, & recte Farinac. d. quæst. 22. ad finem sub nume. 31. sed in pecuniariis non idem videtur, quicquid inaduertenter idem Farina. ibi dicat, quandoquidem illæ imponuntur etiam condemnatis in confiscationem bonorum, & in pœnam vitæ, licet forte stante confiscatione generali bonorum pœna particularis, & certa pecuniaria videatur superflua, quod ipsemet Farinac. non difitetur, qui antea titu. de inquisiti one. quæst. 11. sub numero 63. in prima ampliat. vnde cimæ limitationis inquir non recedendum a practica Iudicum, qui solent condemnare reos contumaces in certam pœnam pecuniariam, confiscationem bonorum, prinationem officiorũ, exilium perpetuum, vltimum supplicium, & alias pœnas cõtentas, in monitorio dictis Reis transmisso, & quotidie videmus famosos fures, & latrones, ac alios scelestos ad furcas cõdemnari, & vlterius ad pœnas particulares pecuniarias ob percussiones per eos in furti, & latrocinii, vel alio delicto illatas, vel ob delationem armorum aut quodcunque aliud delictum diuersi generis simul commissum, quod veluti a primo, & principali distinctum, & separatum suam recipere debet pœnam, nec cum pœna ipsius delicti principalis confundi potest ex regula d. l. nunquam plura, & ex alijs supra adductis, quibus addi possunt dicta per Apostillam ad d. consf. Bertaz. 205. litera B. & præsertim dũ
25 repræhendit Cephal. tenentem, quod blasphemans in rixa non puniatur de blasphemia, sed de finali tantum delicto, quia imo tenetur duplici pœna, vt per dictam Apostillam ibi, cum qua est communis practica, & obseruantia curiarum, & magis in proposito seruit Apostilla ad Barto. in lege prima, ff. de in litem iuran. in verbo, quod non. sub litera C. post princ. versi.
26 adde etiam quod Ioan. And. vbi aperte prælu ponit, quod quis eadem sententia possit condemnari in confiscationem bonorum, & vlterius in centum.

EPITOME.

An, & quando Aduocatus Rei possit produci in testem, & examinari contra ipsum ex officio, vel parte aduersa instante.

SVMMARIA.

ADVOCATVS in testem recipi non potest pro eo pro quo patrocinium præstat, sed pro parte cõtra quam postulat, potest recipi, & productus debet cogi ad testificandum num. 1.

Declaratur procedere quando agitur de ferendo testimonio in his, quæ aduocatus scit, vt testis, non in his, quę scit vti Aduocatus. nu. 2.

Aduocatus obligatus est celare ea, quæ scit tanquam aduocatus occasione consilij ab eo petiti. num. 3.

Consilij Neapolitani decretum de articulis, super quibus petebatur examen Aduocati alterius partis. numero 4.

Autoris responsum ad interrogationem Iudicis, quid sentiret de innocentia Rei, pro quo patrocinabatur. num. 5.

CASVS

CASVS CENTESIMVS QVINQVAGESIMVS NONVS.



FVIT quæsitum nunquid Aduocatus officialis, in Syndicatu cogendus esset ferre testimonium cõtra dictum officialem ad instantiam querelantium, & dictum fuit, quod
1 sic, quia licet non sit recipiendus in testem pro eo, pro quo patrocinium præstat. l. fin. ff. de testib. vbi glos. rationem assignat, quia more corrupti testis notam euadere non posset. l. fin. in fine. C. de accessor. tamen pro parte contra quã postulat, potest recipi, & productus debet cogi ad testificandum, quia cessat ratio prædicta, & quia hoc fuit introductum in fauorem aduersarij, vnde contra eum retorqueri non debet l. quod fauore. C. de legib. & ita per prædicta tenet in puncto glos. in d. l. fin. ff. de testib. & in l. etiam. C. eo. titu. & sequuntur Guido Pap. decis. 45. si pars producat in testem n umero 1. & Vincent. de Franch. decis. Neapolit. 222. incipiente Aduocatus non potest. nume. 1. & 2. in prima parte.

2 Quod tamen procedere intelligitur quando agitur de ferendo testimonio in ijs, quæ ad nocatus scit vt testis, secus autem in ijs, quæ sciter tanquam aduocatus occasione consilij ab eo petiti per Clientulum, super quibus non est examinandus, quia non modo non tenetur, illa
3 prodere, sed obligatus est ea celare, vt dicit Afflict. lib. 1. constit. Regni Rub. 31. de præstat. sacram. ab aduocat. in constit. Aduocatos in secundo not. ad fin. sub num. 6. vers. & si aduocatus sciat ea, quem sequutus est Franch. d. decis. 222. nu. 10. & seq. qui propterea, subdit, quod in contingentia facti factum cõsiliũ iussit exhi-
4 beri articulos, quibus visis, quia articuli, super quibus petebatur examen Aduocati alterius partis, concernebant ea, quæ sciebat, vt metus testis, non autem ea, super quibus, vt Aduocatus fuerat consultus, idem sacrum consilium interposuit decretum, quod Aduocatus super articulis prædictis deponeret, & memini secũdum hanc distinctionem fuisse seruatum, me ipsumque alias fuisse oretenus interrogatum ab admodum Illustri Senatore Mediolani D. Sigismundo Picinardo Cremonense felicis memoriæ, vt sibi dicerem, quid sentirem de innocentia, vel culpa cuiusdam imputati de varijs criminibus, pro quo patrocinabar, & respon-
5 disse, vt priuatum nihil scire, vt Aduocatum testificari non debere, nec superioris mãdato parere, licet crederem clientulum innocentem esse, quæ responsio placuit, & præcise probatur ex dictis afflicti, vt supra, & Vincent. de Frãch. cuius opera nondum erant impressa.

EPITOME.

Abigeus quis proprie dicatur, quale sit hoc crimen, & quibus pœnis iure cõmuni puniatur.

SVMMARIA.

Abigei hi proprie dicuntur, qui pecora ex pascuis, uel armentis subtrahunt, & quodammodo deprædantur, & abigendi studium, quasi artem exercent, oues de gregibus, uel boues de armentis abducentes, nu. 1.

Item, & multo magis qui abducunt ex stabulo. num. 2.

Abigeatus criminis, ut aliquis sit Reus, oportet quod ex minutis animalibus surripiantur ad minus decē, ex suibus quinque uel quatuor, Et ex maioribus animalibus unum, nu. 3.

Qui tamen sæpius animalia surripuerit, etsi unum tantum ex paruis animalibus qualibet uice abduxerit abigeus appellatur, nu. 4.

Abigeatus sine dolo, & furandi animo non committitur, & ideo, si de pecorum proprietate quis contendebat non dicitur hoc crimen committere, sed ciuiliter conueniendus est num. 5.

Abigeus non est, sed fur potius, qui pecora aberrantia uel in solitudine relicta abduxerit, nu. 6.

Abigeatus pœna est ultimum supplicium in his locis, in quibus frequentius est id genus malefici, in alijs uero est pœna operis publici temporarii. eodem nu. 6.

Quid in personis honestiori loco natis. nume. 7.

Item quid si adhibitis armis uis interuenerit ibidem.

Abigeus quidam qua pœna punitus fuerit u consilio Cataloniæ, nu. 8.

Abigei, seuerius quam fures puniendi sunt, nu. 9.

Receptores abigeorum, acrius quam receptatores furum sunt puniendi. num. 10.

CASVS CENTESIMVS SEXAGESIMVS.



1 ABIGEI hi proprie dicuntur, qui pecora ex pascuis, vel armentis subtrahunt, & quodãmodo deprædantur, & abigẽdi studium, quasi artem exercent, oues de gregibus, vel boues de armentis abducentes secundum Vlpianum in l. prima, §. primo, ff. de Abigeis, & multo magis qui ex stabulo pecora abducunt,
2 cum vt dicit Callistratus in l. 3. §. cum quoque. ff. eod. tit. plenius coercendus sit qui a stabulo abegit, quam qui a silua, vel grege. Non tamen sufficit ad huiusmodi abigeatus crimen incurrendum qualibet pecoris abductio, sed
3 requiritur, quod ex ouibus, vel alijs animalibus minutis, puta capris, veruicibus, arieti-
bus,

bus,Hircis,Agnis,Hædis,& similibus surripian
tur ad minus decẽ,ex suibus, siue porcis, quin
que vel quatuor, & ex equis, vel bouibus, vel
aliis maioribus, & vt aiunt grossis animabili-
bus,puta mulis,asinis,tauris,bubalis, & simili
bus, vnum,nam si minorem numerum quis ab-
stulerit fur est.& non abigeus,vt est tex. in d. l.
3.in princ.& in l.aut facta §.quantitas.cum ibi
notat. ff. de pęn. nisi sæpius idem commiserit
delictum nam tunc & si vnum tantum ex par-
4 uis animalibus qualibet vice abduxerit, abi-
geus appellabitur, vt dicitur in d.l. 3. §. qui sæ-
pius, & tradit Don Ludouic. de Peguer. fere
omnia supradicta dicens in suis decisionib.seu
quæstionib.criminalib.cap. 29. nu. 1. & seq.&
ante eum Bart.in dict.l.3. per totam. Exigitur
5 etiam,quod dolose, & furandi, & lucri facien-
di animo quis pecora,vt supra abducat,Vnde,
qui ea pecora, de quorum proprietate conten-
debat,abegit,non dicitur hoc crimen commit-
tere,sed ciuiliter conueniendus est,dummodo
tamen motus aliqua iusta causa, vel saltem pro
babili,& colorata causa id fecerit per d.l. 1. §.
fin.cum ibi notat. per glos. & habetur per Pe-
guer.d.cap.29.nu 6.versi. neque etiam,qui alia
6 ad propositum adducit.Quinimo,& qui peco-
ra aberrantia, vel in solitudine relicta abduxe
rit, non videtur abigeus, sed fur potius, si non
arte abigendi, sed retinendi tamen abduxit d.
l.pr.§.primo versi.cęterum,& ibi glos. Peguer.
vbi supra sub nu.2.versi. at vbi quis ouem, qui
plura subnectit ad docendum,quod tales redu
centes alienas res etiam a Dominis deperditas
ad eorum manus,& non manifestantes,nec do
minis reddentes tenentur furti.
6 Est autem pæna criminis huius vltimi sup-
plicii in locis, in quibus frequentius est id ge
nus maleficii, in aliis vero operis publici tem-
porarij d.l.pr.in princ.,& ibi glos.Peguer d.ca.
29.num.7.versicu.abigeorum autem pęna, nisi
simus in personis honestiore loco natis, quæ
7 adictis pænis excipiuntur, sed, aut relegantur,
aut ordine ãmouentur, vt subiicit tex.in dict.l.
pr.§. quanquam autem, & tradit Peguer. vbi
8 supra,& si vis adhibitis armis interuenerit,be-
stiis obiiciuntur delinquentes d.l.pr.§.sane, Pe
guer.sub d.nu. 7.versicu.qui vero, vi, nisi con-
dicio personæ iuris rigorem temperans aliam
mitiorem exigat pęnam, vt ibi dicit glos.& la-
tius Peguer.in loco relato.

Vnde cum alias quidam Gallus furto abdu-
xisset ex grege alieno viginti vnum arietes in
loco, in quo non constabat frequentari tale de
lictum, & semel tantum, & non pluries is in
hoc genere deliquisset, nec vis adhibitis armis
interuenisset, fuit dictus delinquens per Re-
gium criminale consilium Cathaloniæ cõdem-
natus in pęnam fustigationis publice per soli-
ta loca, & triremium per quinquenium loci
publici operis temporarii, & restitutionis di-
ctorum arietum subtractorum, quæ senten-
tia,& si rigorosa videtur, tamen magni facien
da est propter cuius authoritatem. Abigeos se
9 uerius, quam fures puniendos esse semper cen
sui,& seruaui, quia negari non potest, quin sint
deterioris conditionis,& improbiores, vt pro
bat text.in d.l.3.in princ.ff.de abig.& in dict. l.
aut facta.§.quantitas,ff.de pęn. qua ratione,&
contra abigeorum receptatores acrius quam
10 contra furum receptatores animaduertẽdum
putaui, quos quidem per decennium relegan-
dos esse dixit Iureconsultus in d.l.3.§.fin. & ad
notat.Peguer.d.c.29.nu. 8. versicu. cõtra vero.

EPITOME.

An,quando, & quomodo sententia cõdemnatoria lata per Iudicẽ vnius Territorij,possit,vel debeat exequi per Iudicem alterius Territorij.

SVMMARIA.

Condemnatio ex contumacia facta contra delinquentem in loco delicti exequi non debet in loco originis, vel domicilii, sine literis Iudicis, qui ipsam condemnatoriam sententiam protulit, quando territoria sunt separata, & distincta, nu. 1.

Idque procedit etiam si territoria sint sub eodem Principe, dummodo sint sub diuersis Præsidibus, numero 2.

Sed hoc non seruatur in statu Ecclesiastico vigore bullarum summorum Pontificum. nu. 3

Condemnatio facta in uno territorio non facit fidem in alio territorio diuerso, nec probat contra condemnatum, quod commiserit delictum, nu. 4.

Confessio facta delinquentis resultans ex contumacia præiudicat solum in eo loco, ubi contumacia ipsa contracta est, nu. 5.

Sententia loci delicti facit indicium contra condemnatum ita quod etiam aliter non constito de delicto potest contra eum procedi per Iudicem originis, vel domicilij, nu. 6.

Illud tamen indicium non sufficit ad torturam. nu. 7.

Sed in statu ecclesiastico sufficit. nu. 8.

Sententia lata in vno territorio potest exequi per Iudicem alterius territorii diuersi ad petitionem, & ad literas Iudicis, qui sententiam tulit, nu. 9.

Et solet exequi cum causæ cognitione, viso scilicet quod sit rite lata, quod a Iudicibus competentibus, quod legitimis præcedentibus indicijs, & denique secundum iustitiam. nu. 10.

Quare processus est uidendus, ut cognosci possit de validitate & iustitia condemnationis, nu. 11.

Pręterea, ut prædicta sententia in uno territorio lata exequi possit in alio territorio diuerso oportet, quod sit lata secundum ius commune Romanorum non secundum ius municipali, nu. 12.

Sed istud fallit, quando in loco Iudicis exequentis vigeret idem statutum, in quo est fundata sententia Iudicis, qui eam protulit. nu. 13.

Remissiones delinquentium ad locum delicti non fiunt

hodie ex generali consuetudine totius Italiæ, quando locus delicti est in alieno territorio, nu. 14.
Principes non concedunt alteri Principi eorum subditum ratione originis, vel domicilij, vt procesſetur, & puniatur in loco commissi delicti, num. 15.

CASVS CENTESIMVS SEXAGESIMVS PRIMVS.

1 SEntentiam, seu condemnationem factam contra delinquẽtem in loco commissi delicti in contumaciã, non esse in loco originis, vel domicilii ipsius delinquentis exequendã instante parte offensa, sine literis Iudicis, qui ipsam sententiam protulit, quando territoria sunt diuersa, separata, & distincta, voluerunt in specie Ioan. de Imol. in l. penult. num. 3. versic. circa primum, ff. de publ. iudi. Cast. in l. cum quædam puella, sub num. 5. ff. de iurisdict. omnium iudic. Ias. in l. properandum, §. sin autem Reus in secundo notabili, nume. 2. C. de iudic. Boss. in pract. crimin. tit. de foro compet. num. 86. versic. sed an Iudex domicilij, possit exequi. Clar. in pract. crim. q. 54. nu. 6. vers. sed pone, & latius, q. 96. nu. 9. vers. item quæro nunquid Iudex vnius territorij. Cartar. in tract. de execut. sent. contumacialis capto bannito, c. fi. nu. 11. & seq. vers. & propterea in proposito Farinac. lib. pr. quæstionum crim. tit. de inquisit. q. 11. limit. 10. nu. 61. vbi ideo dicit, quod cum quidam nobilis Gallus de pluribus capitalibus delictis cõdẽnatus in Gallia esset carceratus in Vrbe ad instantiam eius inimicorum, qui contra eum exhibebant banna, & condemnationes in forma authentica, & petebant executionem, eam nihilominus nunquam obtinuerunt.

Quod procedit non solum, quando territo-
2 ria sunt sub diuersis Princpibus, sed etiam quã do sunt sub vno, & eodem Principe sub diuerso tamen Præside Prouinciæ, quia, & tunc cum dominia sint separata, & distincta, & sub diuersis Præsidibus idem est, ac si sub diuersis Principibus essent posita. Clar. in d. quæst. 96. sub nu. 9. versicu. item quæro nunquid Iudex vnius territorij in fine, inferens ex hoc, quod officialis in ducatu Mediolani non potest exequi sententiam latam per officiales in regno Neapolis, quia licet ambo illa territoria sint sub eodem Principe Rege scilicet Hispaniarum, tamen in omnibus, & per omnia habentur tanquam regna, & dominia separata, sequitur Cartar. in d. tract. cap. pr. sub nume. 241. versicu. qui tamen hoc intelligit, & d. cap. fin. nume. 11. & seq. & post eum Farinac. d. quæst. 11. sub num. 61. versi. sublimita hanc decimam limitationem, qui tamen post Cartar. d. cap. pr. nume. 237. & pluribus seq. versicu. & non solum, inquit, hoc non
3 seruari in statu Ecclesiastico, in quo sententia lata in vna prouincia exequitur in alia diuersa, & sub diuerso Præside, quia sufficit loca esse subiecta Romanæ Ecclesiæ vigore bullarum summorum Pontificum, quod ante eos sensisse videtur Vulpel. quem ipsi adducunt respons. crimin. 59. sub nu. 19. versic. nec dicatur Bullas, & seruiunt dicta inferius in versicu. facit tamẽ, Nec dicta conclusio probabili ratione caret.
4 quia talis sententia, & condemnatio vnius territorii non facit fidem in alio territorio diuerso, nec probat contra condemnatum, quod commiserit delictum, vt dicit Clar. d. quæst. 54. d. versicu. sed pone, & post eum Cartar. d. cap.
5 fin. num. 11. & seq. & ficta illa confessio delinquentis resultans ex contumacia, & banno prẹ iudicat solum in eo loco, & iudicio, vbi contumacia ipsa contracta est, & bannum secutum, non autem alibi, vt tradit Foller. in pract. crimin. in quarta parte tertiæ partis principalis, in versi. & si confitebuntur nu. 23. versi. decimo septimo requiritur, quem sequitur Farinac. d. q. 11. d. limitat. decima sub d. nu. 61.

6 Facit tamen dicta sententia loci delicti indicium contra dictum cõdemnatum, ita quod etiam aliter non constito de delicto poterit cõtra eum procedi per Iudicem originis, vel domicilii Clar. d. q. 54. d. versic. sed pone, inquiẽs, ita fuisse decisum in senatu Mediolani, & iussum detineri quendam subditum illius Ducatus ratione originis, qui fuerat Perusii condemnatus ad furcas Cartar. d. cap. fin. num. 12. versi. sed tantum, & Farinac. d. q. 11. sub nu. 75. ad fin. versicu aduerte tamen, sequentes ambo Clar. & ante illus idem voluit Boss. dict. tit. de foro compet. sub nu. 86. post versi. sed an Iudex domicilii, & facit Buer. decis. 163. sub nume. 5. post versic. Inter alios est vnus casus, licet non
7 sufficiat ad torturam, vt per Afflict. lib. secundo constitution. Regni Rubr. 10. in const. humanitate. in decimotertio notab. nu. 44. versic. sed iuxta premissa quæro; & post eum per Foller. in pract. crimin. in tertia parte tertiæ partis principalis, in verbo, & si confitebuntur nume. 26. versicu. nono limitatur, quem sequitur Farinac. d. q. 11. nu. 75. versi. limita secundo candem tertiam sublimitationem, qui loquuntur non solum, quando loca, seu territoria sunt sub diuersis Principibus, sed etiam sub vno tantum Principe, sub diuersis tamen Præsidibus, & prouinciis iuxta ea, quæ supra diximus in uersi. quod procedit non solum, in quo tamẽ respectu torturæ contrarium in statu Ecclesia-
8 stico dicendum uidetur per dicta in d. uersic. & per tradita a Cartar. d. cap. pr. sub nu. 241. post uerb. qui tamen hoc intelligit.

9 Potest tamen talis sententia in uno territorio lata exequi per Iudicem alterius territorii diuersi, & separati, ut supra ad petitionem, & ad literas illius Iudicis, qui sententiam tulit. Castr. in d. l. cum quædam puella nu. 5. ff. de iurisd. omn. Iudic. Boss. d. tit. de foro compet. nu. 86. uersi. sed an Iudex domicilii. Imol. in dict. l. penul. nu. 3. uersi. circa primum ff. de publ. iudic. Alex. in l. a Diuo Pio §. sententiam Ro-

mæ

mæ num. 5. versi. quærit Bart. & nu. 6. versic. ex tra glosam, & ibidem Iasn. 1. versi. nota ex ista textu, & n. 3. & seq. in pr. quæst. Bartoli ff. de re iudic. & sentit Cartar. d. cap. pr. nu. 237., & plu ribus sequentib. versi. & nõ solum, Et expresse firmat Farinac. d. q. 11. d. limitat. decima nu. 61. quipropterea inquit, quod in casu illius Nobilis Galli, de quo memini supra, qui eum persequebantur, non valentes habere executionem condemnationum factarum in Gallia a Iudicibus Vrbis, procurarunt literas Christianissimi Regis Gallorum eius, etiam nomine exhibitas per illius oratorem, quibus cum requireretur Iudex, vt iustitiã faceret, & sententias illas exequerẽt, carceratus fuit absq; alio decapitatus.

Verum tamen est, quod tales sententiæ non solent exequi per dictos Iudices alterius terri-

10 torii, requisitos a Iudicibus qui eas tulerunt, vt supra, nisi cũ cognitionẽ causæ, & viso, quod sint rite latæ, & a Iudicibus competentibus, & legitimis præcedentibus indiciis, & secundum iustitiam Clar. d. quæst. 54. in finalibus verbis, dicẽs ita rescripsisse senatum Mediolani Prætori Cremonæ, Guido Pap. decis. 574. an Iudex alterius territorii, sub nu. 3. vbi late insistit, & ita volunt in d. l. a Diuo Pio d. §. sententiam Romæ. Alex. & Ias. vterque in princ. Boss. in pract. criminal. tit. de sentent. sub nu. 115. in princ. & in fine, & latius d. tit. de foro Compet. num. 87. & seq. post versi. dixi quando. Cartar. d. cap. fin. nu. 1. cum quampluribus sequen. qui propte-

11 rea subdit, quod videndi sunt processus, vt cognosci possit de validitate, & iustitia condemnationis, quod multis comprobat rationibus, & illum sequitur Farinac. d. q. 11. nu. 61. ad fin. versi. limita rursus præcedentem sublimitationem, dicens, quod ideo in causa illius Galli, de quo supra dictũ est, fuerũt producti processus, super quibus factæ erãt condemnationes, nam si aliquo respectu nulla esset sententia, vel super non delicto lata, aut contra innocẽtem ex ipsomet processu, vel grauior quam delictũ importaret, minime exequenda esset, vt late ostendit ipse Farinac. ex aliorum mẽte d. q. 11. n. 62. in vndecima limitat., & eius ampliationibus.

Necessarium est autem, vt sententia in vno territorio lata possit exequi per Iudicem alterius territorii requisitum a Iudice, qui conde-

12 mnauit, vt supra, quod dicta sententia, & condemnatio sit facta de iure communi Romanorum, non autem de iure Municipali tantum illius loci, in quo facta fuit, quia tunc exequi nõ possit, ex quo Iudex exequendo, suam non alterius iurisdictionem sequi debet, & sui tantum, non alterius territorii statuta attendere; vt in puncto notat Bald. in l. vnica in finalib. verb. C. de confess. quem sequuti fuerunt Alex. in d. §. sententiam Romæ sub nume. 6. circa medium versi. secundo limita dictam conclusionem Ias. in d. l. Properandum d. §. sin autem Reus sub nu. 4. versi. intellige etiam C. de iudic., & Boss. d. tit. de sentent. ad fin. sub num. 115. vers. Ideo concludo ex omnium dictis, vbi tamen videtur hoc limitare, vt non procedat, quando, &

13 in loco Iudicis exequentis in quo Reus reperitur vigeret idem statutum, in quo fundata est sententia Iudicis, qui eam protulit, quia, & tũc executio facienda esset, prout, si iure communi Romanorum attento, sententia fuisset lata, de quo Baldi dicto non fuerunt memores alii moderniores Criminalistæ, cum tamen sit nouum, singulare, & notandum secundum Alex. & Ias. supra citatos.

Et hæc in practica sunt notanda, quia, sæpe eueniunt in facto, cum hodie ex generali con-

14 suetudine totius Italiæ, & forte omnium aliarum Prouinciarum nõ fiat per Iudices originis vel domicilii remissio delinquentium in alieno territorio ad Iudices loci commissi maleficii, vt ibi procedentur, vel puniantur pro vt dicã in proximo sequenti casu, & præcipue post secutam cõdemnationem in d. loco originis, vel domicilii, secundum Doctores magis communiter in d. l. a Diuo Pio d. §. sententiam Romæ, ff. de re iudicat. August. de Arimin. in addit. ad Angel. de malefic. in verbo, Et ibi caput a spatulis sub nu. 26. circa mediũ, versi. & in quantum. Gramat. decis. 26. Michael hebræus nu. 5. versi. & hoc intelligendum est. Afflict. lib. pr. constit. Regni Rubr. 41. in constit. Capitaneorum nu. 12. vers. iuxta hoc quærit, & Farinac. d. tit. de inquisit. q. 7. n. 24. vers. verum istorum opinio, nec

15 vnquam vidi Principem aliquem, qui suum subditum ratione originis, vel domicilii concesserit alteri Principi, in cuius territorio deliquerit, vt ibi procederetur, aut puniatur.; quia vult quilibet Princeps per se procedere, & punire suos subditos vbicunque delinquãt, & nõ alteri Principi iudicãdos, vel puniẽdos tradere.

EPITOME.

In quot locis delinquens sortiatur forũ, an in omnibus procedari possit, & præsertim in loco originis, vel domicilii pro delicto alibi commisso, & potissimum ex officio, an locus sit præuentioni inter ipsos Iudices, vel remissioni delinquentis ad Iudicem loci delicti, an pendente processu, vel lata sententia condemnatoria, vel absolutoria in vno loco impediatur processus, vel sententia in alio, & quæ pœna imponenda sit in loco originis, vel domicilii delinquenti extra territorium, quãdo ibi contra eum ad condemnationem deueniri potest, & de pluribus aliis in hac materia.

SVMMARIA.

Delinquens forum sortitur in loco delicti, originis, & domicilij nu. 1.

Et in his tribus locis procedi potest contra delinquentem. num. 2.

Iudex originis, vel domicilij potest cognoscere de delicto per subditum commisso in alieno territorio, quãdo præcedit accusatio, seu querela partis offensæ. numero 3.

Quinimo procedere potest ex officio, nulla præcedente partis querela, secundum veram, magis communẽ, & generali consuetudine approbatam sententiam. numero 4.

Publice interest, vt hi, qui origine, vel domicilio sunt subditi, recte viuant. & vbicunque delinquunt ab ipso etiam Præside suo puniantur, cum si secus fieret magna daretur occasio delinquendi. numero 5.

Delicta non puniuntur principaliter propter offensam territorio factam, sed propter odium criminis, & ne delicta impunita remaneant, cum iura, & pax publica violentur, quæ vbique vigent, & dominantur, & non minus in loco originis, & domicilij, quam delicti. nume. 6.

Reipublicæ interest bonos habere subditos, & expurgare prouinciam malis hominibus, propter quod interesse potest Iudex procedere etiam per inquisitionem num. 7.

Et ibidem quod inquisitio principaliter fit propter vtilitatem publicam.

Præuentio non habet locum inter Iudices delicti originis, & domicilii procedentes contra delinquentem, quando territoria sunt separata, & distincta, non item si territoria nõ sint diuersa, sed sub eodem Præside. numero 8.

Remissioni delinquentis per Iudicem loci delicti petitæ a Iudice originis, vel domicilii non est locus, quando territoria sunt distincta, & sub diuersis Præsidibus, esto quod essent sub eodem Principe. numero 9.

Delinquens iure communi remittitur ad locum delicti, tanquam magis offensum, sed ex generali consuetudine non fit ista remissio quando Iudices sunt sub diuersis Præsidibus diuersarum prouinciarum etiam quod sint sub eodem Principe. numero 10.

Remissio fit ad locum delicti, quando Iudices sunt sub eodem Principe, & sua eodem Præside Prouinciæ. numero 11.

Pendente processu contra delinquentem in loco delicti Iudex originis, vel domicilii potest procedere contra eundem, quando est contumax in loco delicti. numero 12.

Et ibidem, quod delinquens contumax in loco delicti, non potest opponere de pendentia dictæ litis, vel de præuentione alterius Iudicis.

Pendentiæ litis exceptionem non potest opponere Iudex loci delicti, nec impedire processum aliorum Iudicum nu. 13.

Hanc eandem litis pendentiæ exceptionem pars offensa, quæ primum coram Iudice loci delicti accusauit, non opponit. nu. 14.

Contumacia, vti delictum non debet cuiquam patrocinari nu. 15.

Contumax amittit priuilegium opponendi de pendentia litis alibi motæ, & de incompetentia Iudicis. numero 6.

Delinquens, qui est præsens in loco delicti, in quo contra eum proceditur, opponit de pendentia litis, & de præuentione coram Iudice originis, vel domicilii. numero 17.

Delinquens in contumaciam condemnatus in loco delicti potest iterum processari, & condemnari per Iudicem loci originis, & domicilii non obstante primo sententia condemnatoria. nu. 18.

Delinquens in pluribus locis, de eodem maleficio condemnatus tanquam contumax, potest cogi ad solutionem omnium condemnationum, quia sibi imputare debet, quod hoc passus est, & in vno loco non comparuerit, & sententiæ non paruerit numero 19.

Fallit, si ante sententiam aliorum Iudicum soluerit pœnam primæ condemnationis, quia pro eodem delicto amplius molestari, aut condemnari non poterit numero 20.

Idque procedit etiamsi in primo iudicio ommissa esset aliqua qualitas, quæ aggrauaret delictum quia iterato non potest condemnatus molestari, & puniri, supplendo defectum primæ condemnationis. numero 21.

Delinquens, qui in loco delicti præsens, & comparens condemnatus fuit, si non soluerit condemnationem, potest molestari, & condemnari per Iudicem originis, & domicilii, ne delicta remaneant impunita numero 22.

Et ibidem, quod exceptio rei indicatæ non prodest nisi ei, qui condemnationem soluit. nu. 23.

Condemnatione soluta per delinquentem in loco delicti non potest amplius molestari, & condemnari pro eodem delicto, nisi pœna fuisset minor ea, quæ imponi debuisset, quia tunc iterum molestari, & puniri posset per Iudicem originis, vel domicilii vsque ad suplementum debitæ pœnæ. numero 24.

Remissio non fit delinquentis ad locum delicti, vt ibi sententia contra eum lata exequatur. numero 25.

Delinquens absolutus in loco delicti non potest per Iudicem originis, vel domicilii molestari, & puniri etiam si culpabilis fuerit repertus. numero 26.

Et hoc nisi fraus, & collusio interuenerit, quia tunc talis absolutoria vnius territorii non pareret exceptionem rei iudicatæ in alio nu. 27.

Absolutus in vno loco, siue originis, siue domicilii, siue delicti, non potest vllo pacto in alio molestari fraude, & collusione cessante, idque generaliter, & indistincte verum est num. 28.

Iudex loci delicti est magis competens, quam Iudex originis, aut domicilii. nu. 29.

Ex

Ex quo dicto infertur ad remissionem delinquentis ibidem.

Absolutoria lata pro Reo, siue absente, siue contumace valet vbique nu. 30.

Delinquens in alieno territorio puniri potest a Iudice originis vel domicilij secundum statutum loci originis, vel domicilij quando statutum loquitur expresse de delinquente extra territorium, alioquin punietur secundum statutum loci delicti, vel secundum ius commune. nu. 31.

Statutum loquens limitatiue de delinquente intra territorium non comprahendit delinquentem extra d. territorium nu. 32.

Statutum originis, vel domicilij, quod simpliciter loquitur de delinquente non attenditur in puniendo delinquentem extra territorium, sed punitur secundum statuta loci delicti, si de illis notitia haberi potest, vel secundum ius commune. numero 33.

Statuta orginis, vel domicilij in respicientibus causæ decisionem non porriguntur ad ea, quæ extra territorium sunt commissa nu. 34.

Eoque magis id obtinet quando sumus in delictis, quæ non iure communi, sed iure municipali tantum prohibentur, & tanquam delicta puniuntur. numero 35.

CASVS CENTESIMVS SEXAGESIMVS SECVNDVS.

1 QVoniam delinqués forum sortitur in loco delicti, originis, & domicilij, l. pri. C. de crim. agi oport. & cap. fin. extra de foro competenti. Alberic. de Rosat. de statutis, libro tertio, q. 36. numero quinto, vers. item quia. Boer. decis. 270. numero 2. Boss. in pract. crimin. ti. de foro competen. numero 46. 72. 73. & seq. Clar. in pract. crim. q. 38. numero primo, & q. 39. in princip. & num. 3. versi. sortitur etiam Farinac. lib. pri. quæstion. crimin. tit. de inquisit. q. 7. in princip. Decian. in tract. crimin. libro quarto, cap. 16. in princip. tomo pr. Vincent. de Franc. decis. 37. fuit dubitatum, num. primo, in pr. parte, & plures alij, qui consulto omittuntur. Euenit quandoque quod in omnibus dictis tribus
2 locis proceditur contra eundem delinquenté, pro vt procedi posse firmat Clar. d. q. 39. sub nume. 4. post vers. sed quæro, nunquid Iudex originis, aut domicilij circa finem, quem sequitur Farinac. d. q. 7. sub num. 26. circa medium, vers. sed tertia, & verior est opinio, ex qua re, cum plures in practica oriantur difficultates, de illis agendum censui.

Primo itaque non raro in controuersiam venit, vtrum Iudex originis, vel domicilij possit cognoscere de delicto per subditum commisso in alieno territorio, in qua quęstione breuibus agendo distinguendum est, quod aut præcedit accusatio, seu querela partis offensæ, aut non procedit, sed Iudex ex off. vult procedere.

3 Primo casu, qñ accusatio, seu querela præcedit conclusio est, quod possit Iudex procedere Barto. in l. cunctos populos, numero 47. versic. item quæro. C. de summa Trinit. & fide cathol. Angel. in repetitione, l. si vacantia, in versic. infra allegato. C. de bon. vacant. libro decimo, Bald. consi. 393. punctus talis, num. 2. in fin. & sub num. 3. etiam in fine, lib. pr. & consil. 348. Viso themate, colum. secunda, uersic Secundo quia, lib. quinto, & in d. l. cunctos populos, sub num. 98. uersic. ulterius quæro. Abb. in ca cum contingat, sub nume. 7. uersic. sed Ioannes Andreas de foro compet. Boer. decis. 270. sub nu. 3. Alberic. de Rosat. de statut. lib. 3. q. 36. sub numero 2. & 3. Decian. d. c. 16. in pr. quæst. sub nu. 1. Clar. d. q. 39. num. 4. uersi. sed quæro nunquid Iudex originis, uel domicilii, in prin inquiens quod nullus de hoc dubitat Farinac. d. q 7. nu. 22. versic. limita pr. illam procedere, qui refert plures ita tenentes, & esse opinionem communem, & claram in quam omnes utriusque iuris interpretes sine ulla controuersia conueniunt. Didac. Canter. Hispan. in suis quæstion. crimi. titu. de quęstion. tangentib. personam Iudicis, quæst. septima, nume. 1. folio 26. dicens, quod in hoc nullus dubitat, sed omnes tenent hanc conclusionem, & communem fatentur, & cum ea transire videtur Anton. Thesaur. decis. Pedemon. 98. Iudex originis. num. 5. versi. distinguunt aliqui Boss. affirmans, quod res est clara. d. tit. de foro compet. ad fin. sub num. 182. post ver. vltimo in hac materia.

Secundo casu, quando accusatio, seu querela partis non præcedit, sed Iudex ex offic. vult procedere, antiqua est, quæstio, dubia admodum, & valde difficilis, in qua adeo varie locuti fuerunt Doctores, vt vix, quid tenendum sit cognosci possit, verumtamen affirmatiuam opi-
4 nionem sequendo. Cyn. in quæst. Senis disputata, renuerunt Barto. in d. l. cunctos populos, num. 47. Angel. in d. repet. l. si vacantia, numero 88. C. de bo vacantibus, libro decimo, quos infra latius retuli, Angel. de malefic. in verbo, hæc est quædam inquisitio, num. 83. versic. quęro, an in delictis, & ibi etiam August. de Arimin. in addit. dicens esse communem opinionem Boss. d. tit. de foro compet. ad finem, num. 182. versicu. vltimo in hac materia dicens esse communem, & vsu approbatam, & vlterius non esse insistendum, & procedere etiam in non delicto de iure communi. Bald. in d. l. cunctos populos. num. 98. versic. vlterius quæro, dicens, quod est opinio tutior, & consilio 393. supra allegato ad finem, sub num. 3. lib. primo, & consilio 124. colum. fin. versiculo tamen, quia Moderni, lib. primo, aiens, vtrobique Moderniores communiter vsque ad ea tempora hanc opinionem cõmuniter sequutos fuisse. Abb. in c. cũ contingat, sub n. 6. 7. ver. aut quæritur nũquid proprius Episcopus de foro comp. Guido Pap. decis. 202. in remissione malefactorũ n. 5. versic. quero vlterius Boer. decis. 270. in prin. & Resol. Crim. Cabal.

ante finem, Ludouic. Bologn. consi. 57. num. 3. versi. sed plus dicût Doctores, vbi ait, quod est conclusio vera cõmunis, & approbata per scribentes in pluribus locis. Clar. in d. q. 39. sub n. 4. versi. contrariam autem sententiam, vbi testatur esse veram, communem, & vsu approbatã, subditque quod licet magnæ, & multæ sint authoritates hinc inde, nihilominus, cum hanc opinionem affirmatiuam generalis consuetudo videatur approbasse, ab ea non est receden dum in practica, præsertim in Ducatu Mediolani, in quo sine controuersia ita semper fuit iudicatum, & seruatum, quia licet ex delicto patrato in alieno territorio non videatur prin cipaliter offensus locus originis, vel domicilii, negari tamen non potest, quin publice intersit, vt hi, qui origine, vel domicilio sunt subditi, recte viuant, & vbicunque delinquant, ab

5 ipso etiam Præside suo puniantur, cum si secus fieret, magna daretur occasio delinquẽdi, quia quilibet scelestus ad delinquendum in alienas prouincias properaret, si sciret, se in loco originis, vel domicilii processari, & puniri non posse. Eandem sententiam sequitur Farinac. d. q. septima nu. 20. versi. contrariam opinionem, inquiens negari non posse, quin hæc sententia sit magis ab vsu, & a consuetudine approbata, testaturque eam sæpius in facto seruatam vidisse, quam nouissime habuit pro vera, & secundum illam iudicauit consil. Neapol. vt refert Vincent. de Franch. decis. 66. fuit per magnam curiam, per totam in pr. parte, cui etiam videtur adhærere Thesaur. d. decis. 90. nume. 2. versic. altera fuit opinio, vbi vltra tradita a Doctoribus per eum relatis, addit pro hac opinione facere, quod delicta non puniuntur princi-

6 paliter propter offensam territorio factam, sed propter odium criminis, & ne delicta impunita remaneant, cum iura, & pax publica violentur, quæ vbique vigent, & dominantur, & non minus in loco originis, & domicilii, quam delicti, ita etiam tenet Didac. Canter. d. quæst. 7. sub nume. 1. & 2. fol. 26. 27. dicens esse veriorem, & habere promptam rationem,

7 quia Reipublicæ conuenit, & Iudici habere bonos subditos, & expurgare Prouinciam malis hominibus, propter quod interesse potest Iudex procedere, etiam per inquisitionem, cũ inquisitio principaliter fiat propter vtilitatem publicam, & addit quod, cum nullus dubitet, quin possit procedere per accusationem, ratio suadet, quod etiam per inquisitionem procedere possit, cum inquisitio succedat loco accusationis, quæ fuit ratio allegata per Bart. in hac conclusione in dict. l. cunctos populos, sub num. 47. & subdit Didac. pro ea esse text. in l. si quis in hoc genus C. de Episcop. & Cleric. vbi delictum fuit commissum in Ecclesia, & sic extra territorium Iudicis secularis, & tamen Iudex secularis de eo inquirit ex officio, vt probat ille text. in illis verbis, nec expectet, vt Episcopus iniuriæ propriæ vltionẽ deposcat, quẽ text. in hoc proposito allegat Angel. de quo ipse non meminit in repetit. d. l. si vacantia, C. de bon. vacantib. lib. decimo nu. 88. versic. sed incidenter quæro, vbi ponit quæstionem de facto in quodam Cola Aretino, qui Florentiæ commisit homicidium, & rediens Aretium fuit captus, & per Potestatem ex off. inquisitus de dicto homicidio, & recitatis opinionibus tenet cũ Cino in dispu. Senis habita, quod nedum per viam accusationis, sed etiam p mo dum inquisitionis delinquens potest puniri in loco originis, vel domicilij pro delicto extra territorium commisso, prout est casus de hoc in d. l. si quis in hoc genus, & dicit quod ita fuit de facto iudicatum, hanc etiam opininnem cõ munem, & a consuetudine obseruatam, testatur Ioseph. de Ludouic. decis. Lucens. 16. Bertus Mediolan. nu. 25. 26. versicu. sed quia, cum postea ante nu. 40. versi. ex quibus apparet, am plectendam fore dicit, maxime in delictis atrocibus, & enormibus, eandem etiam, vt veriorem, & comprobatam sententiam sequitur Hieron. Magon. decis. itidem Lucens. 36. statuto Lucensis Ciuitatis, num. pr. quam veluti ma gis communem, magis tutam, & magis conducibilem ad conseruationem pacifici status reipublicæ, amplexa est iudicando Rota Lucen sis teste eodem Magonio decisi. 70. in causa homicidii nu. 30. versi. hanc tamen secundam opinionem, per quam inquit, Prouinciam facinorosis hominibus purgari, cum mali sint, etiam si extra territorium mala committant, quæ eos sequuntur, sicut lepra leprosum, impunitasque non obtenta illos ad delinquendum audaciores non reddit, & aliorum bene institutorum animi ipsi impunitatis non corrumpuntur, & secundum hanc partem affirmatiuam latissime consuluerunt Bero. consi. 162. lib. 3. & Franc. Beccius consi. 93. lib. pr. ostendentes esse veram, magis communem, & sequendam, & hanc amplector, quam infinitis vicibus in variis Italiæ partibus practicatam vidi, & ipse etiam practicaui.

8 Nec locus est præuentioni inter Iudices dictorum locorum procedentes contra delinquentem, quando eorum territoria sunt sub diuersis Principibus, vel etiam sub eodem Prin cipe, separata tamen, & distincta, & sub diuersis Præsidibus Prouinciæ, licet secus quando territoria non sunt diuersa, sed sub eodẽ Principe, & Præside, quia tunc locum habet inter eos præuentio, vt tradit Clar. d. q. 39. d. versicu. quæro nunquid Iudex originis, vel domicilii, in fine, & est vera conclusio, licet pro ea Clar. nihil alleget, eamque probant Castr. in d. l. pr. sub nu. 5. versi. si Florentinus, C. vbi de crimine agi oport., & Thesaur. d. decis. 9. nu. 6. versicu. alia fuit in hac quæstione opinio, vbi citat alios, quibus addo Boss. d. tit. de foro compet. nu. 79. & seq. versic. restat, vt videamus, vbi etiã nu. 97. & seq. versi. sed pone quod compareat, & nu. 102., & seq. uersic. sequendo, multa pulchra

chta ponit circa hanc præuentionis materiã, de qua etiam plura dicit Farinac.d.q.septima, num.52.& plura seq.vsque ad fin.totius discursus quarti quæsiti,& Decian.d.lib.quarto,cap. 20.per totum, & aliquid etiam habetur per Franch. d.decis. 37. & decisio.88.Hieronymus Carbonus, in prima parte, & ad rem faciunt dicta supra casu proxime præcedenti,in versic. quod procedit nõ solum, vbi quod in aliis terminis similibus, idem est si territoria diuersa, & separata sunt sub vno, & eodem Principe tã eum, sub diuersis tamen Præsidibus prouinciarum, sicut si sunt sub pluribus, & diuersis Principibus, quod etiam probatur ex statim dicen dis in versic.seq.

Prout etiam non est locus remissioni dicti
9 delinquentis ad Iudicem loci delicti, si is illum petat a Iudice originis, vel domicilij, quando, vt dictum fuit in præuentione, territoria sunt sub diuersis Principibus, vel etiam sub vno tantum Principe, distincta tamen, & separata, & sub diuersis Præsidibus, licet aliud sit, quando territoria non sunt diuersa, sed sub eo dem Principe, & Præside, cum tunc locus sit remissioni ad Iudicem loci delicti eam petentem, nisi aliud ex causa ipsi Prçsidi videatur, vt dicit Clar.d.q.39. sub eodem versic.sed quæro nunquid Iudex originis, aut domicilij in fine. Franch.d.decisio.37.num.2.3.& d.decis.88.numero 5.6.sequitur Farinac.d.q.7.num.20.vers. contrariam opinionem iunctis postea dictis, nu.35.versic. limita secundo eandem secũdam affirmatiuam opinionem, vbi alios refert, idẽ tenet Castr.in d.l.pr.sub num.5.6.C.vbi de crimine. agi oport. & Thesaur.d. decis. 90.ad finem, sub num.7. post versic.ego vero dicerem, licet enim de iure communi locus delicti com-
10 missi, tanquam principaliter, & magis offensus quam locus originis, aut domicilij delinquentis sit tantæ importantiæ, vt ad Iudicem ipsius loci delicti, alij Iudices originis, & domicilij delinquentem remittere teneantur, si fuerint ab illo requisiti, vt ibi procedatur, & ad sententiam, & punitionem deueniatur Clar. testans de communi, d.q.38.num.19. versic.est autem, Doctores in l.a Dio Pio,§. Sententiam Romæ, ff.de re iudicat. vbi præcipue Alexan.sub num. 2.3.4.& Ias.num.2.Boss.d. tit.de foro compet. num.47.& 48.& pulchre Decian. d.lib.4. c.19. in quinta conclusione, num.7.8.Didac. Cantc. d.q.7.sub nume.3.versic.sed dubium est fol.27. & ante q.tertia, num. 13. versic. aut sumus, fol. 15.& num. 15.post versic.quando vero, fol.16., & est tex.in §.si verò quis comprehensorum, in Authen. vt nulli Iudic. & in authen.si vero criminis.C.de adulter. tamen de consuetudine generali non fit ista remissio, quãdo Iudices sunt sub diuersis Principibus, vel etiam sub vno tantum Principe, sub diuersis tamen Præsidibus diuersarum, & separatarum Prouinciarũ, vt post multas scribentium authoritates dicit idem Clar.d.q.38.num.20. versic.sed certe, quem sequitur Cartar. in tractat. de execut.sent.contumacialis capto bannito, cap.pr.num.252.vers. nec inter Iudices, Farinac.d.q.7.num.28.versi. sed quicquid sit de iure, Decian. d. ca. 19.in 7. conclus.num.10.& latius in octaua conclus.nu me.11.& ita intelligendus est Barto.in l. sepulchri violati, sub nume.3.in fine, ff. de sepulchro violato, quem sequuti sunt Ias.in d.§.sententiã Romæ, sub num.2.in fine, versic.tamen per generalem consuetudinem, & August.de Arimin. in addit. ad Angel. de malefic. in verbo, & ibi caput à spatulis, nu.27.versic.& quia Dominus Angelus hic, licet quandoq; Principes hanc cõsuetudinem non obseruent, sed delinquentes captos in eorum dominijs ad alios Principes mittant, vt ait Clar. sub d. versic.hoc tamen in fine, & post eum Cartar.d.cap.pr.num. 455. & seq.versi.& in aliis delictis, quam remissionem nihilominus ambo damnant rationib. per eos allegatis, cum quibus conuenit in omnibus Farinac.d.q.9.num.32.versic.limita tertio. Bene
11 autẽ fit remissio, quando Iudices sunt sub eodem Principe, & eodem Præside Prouinciæ, quia tunc non procedit dicta consuetudo, sed ius commune seruatur, vt firmat Clar. d. q. 38. num.21.versi.hoc tamen, inquiens, ita practicari, & obseruari, quem sequuti fuerunt Cartar. sub d.nu. 252. versic. cæterum inter Ciuitates, & Farinac. d.q.7.nu.29.versic. quod tamen intelligas.

Ex hoc autem, quod, vt dictum est, præuentioni locus non sit, neque remissioni delinquentis ad Iudicem loci, commissi maleficii, si non de iure, saltem ex generali curiarum consuetudine, quando dominia sunt diuersa, & separata, plura notatu digna resultant, quæ a Modernis Criminalistis tractata nõ videntur, quamuis frequẽter de facto occurrant, de quibus aliqua dicenda putaui, plura aliis dicenda relinquens.

Primo igitur controuerti solet, an pendente contra delinquentem in aliena iurisdictione processu in ipso loco maleficii cõmissi, possit Iudex originis, vel domicilii contra eundẽ delinquentem procedere, non obstante oppositione pendẽtiæ dicti primi processus pro eodem crimine; in quo dubio distinguendũ est, quod aut delinquens est contumax in loco de-
12 licti, aut non est contumax, sed in eo iudicio comparuir. Primo casu potest Iudex originis, vel domicilij procedere, & ad sententiam deuenire, quia contumax non potest opponere de pendentia dictæ litis, vel de præuentione alterius Iudicis, nam cum coram eodem Iudice, coram quo est contumax, non possit ipse vti illa instantia, nisi suam contumaciam purgauerit, multo minus poterit uti beneficio illius instantiæ coram alio Iudice, & quia si dicto beneficio uti posset, in eius potestate esset eludere pœnam, nam in loco originis, uel domicilij non posset conueniri, quia processus esset captus in loco delicti, & ibi nunquam

compa

compareret, & sic iustitiam eluderet, quod esset absurdum, ita concludit Barto. in d.l. sepulchri violati, num. secundo, versi. circa primum vbi etiam num. 3. versi. secundo est videndum, dicit quod istam exceptionem non potest opponere etiam Iudex ipse loci delicti, qui primo incepit procedere, quia licet præuenerit, oon
13 tamen potest impedire processum aliorum Iudicum, nec petere remissionem rei secundum ius commune, nam cum ex generali consuetudine non fiat remissio, nullum impedimentum patitur ꝓpter processum alterius Iudicis, quo non obstante, potest ipse causam finire, & subdit, nu. 4. versic. tertio est videndum, quod nec
14 pars offensa, quæ coram pri. Iudice accusauit in loco delicti potest istam exceptionem opponere coram Iudice originis, vel domicilii, ne coram eo procedatur, stante præuentione, in accusando coram primo, propter eandem rationem, quod scilicet per processum, qui postea fit, non impeditur primus processus, quæ dicta Barto. approbant Angel. de malefi. in verbo, hæc est quædam inquisitio, nu. 86. ver. quęro. Areti. commisit delictum in Marchia, & ibi August. in additio. Castr. in d. pr. numero quinto, versic. si Florentious. C. vbi de crimine agi oport. & in l. hoc amplius, §. Celsus recte, num. 8. versicu. inducit etiam notabiliter, ff. de dam. infect. Gramat. decis. 26. nu. 10. versi. postquam. Boss. d. tit. de foro compet. num. 82. versi. istam tamen præuentionem, & nu. 96. versi. sed licet pars contumax Cirill. Fulgeon. late insistens in summa crimin. in pr. particula tit. ubi de crimine agi oportet num. 6. 7. 8. versi. in vno vero, & versicu. & seq. fol. 20. 21. qui alias addit rationes, & hanc potissimum, quod contumacia vti
15 delictum non debet cuiquam patrocinari, & ita etiam videtur tenere Farinac. d. quæst. 7. n. 55. versi. limita tertio, qui tamen in Reo tantū contumace opponere loquitur io quo idē vult Franch. decis. Neapol. 417. Cesar. Palimenus, num. 1. in secunda parte, aiens, cōtumacem a-
16 mittere priuilegium opponendi de pendentia litis alibi motæ, & etiam de incompetentia Iudicis, ad quam rem comprobandam faciunt a fortiori alii in proxima seq. quæstionem allegandi, volentes etiam post latam condemnatoriam sententiam contumacialem in loco delicti, posse in loco originis, & domicili contra eundem Reum procedi, & ad condemnationem deueniri.
17 Secūdo vero casu potest Reus opponere de d. litis pendentia, & præuentione in loco commissi delicti, quia cum in primo illico iudicio comparuerit, cessant rationes militātes ad impediēdam dictam oppositionem exceptionis, & ipsius Rei interest, ne de eodem delicto sæpius contra eum quæratur, ita inquit Bar. in d. l. sepulchri violati, nu. 5. uer. fateortamen. Boss. d. tit. de foro compet. nu. 98. ver. & ideo non solum, & sensit Cirill. supra citatis.

Secundo dubitati consueuit, an lata sententia condemnatoria contra delinquentem in alieno territorio per Iudicem loci delicti possit adhuc cootra ipsum delinquentem procedi, & ad sentētiaoi deueniri in loco originis, vel domicilii, in qua hæsitatione diceodum est, quod si quidem in cootumaciam fuit condemnatus, & condemnationem non soluit, potest non ob
18 stante prima sententia coodemnatoria iterum processari, & condemnari, quia non prodest exceptio rei iudicatæ, nisi ei, qui condemnatiooem soluit, ita dixit Barto. in d.l. sepulchri uiolati, numer. 6. versic. circa secundum, aiens sic pluries de facto iudicasse assistendo, & consulendo, & subdit Bart. num. 7. adeo hoc
19 esse verum, quod si in plurib. locis delinquens fuerit condemnatus tanquā contumax de eodem maleficio, potest cogi ad solutionem omnium cōdemnatiooum, quia sibi imputare deber, quod hoc passus sit, & in vno loco non cōparuerit, & sententiæ non paruerit, & Barto. in vtroque dicto sequitur Angel. de malefic. in d. verbo. Hæc est quędam inquisitio, sub num. 86. versic. quęro Aret. commisit delictum io Marchia in fine dicens esse notandum, quia alias vidit de facto, & ibi etiam August. in addit. Cast. in d.l. pr. uum. 5. versic. si Florentinus. C. vbi de crimine agi oport. & expresse firmat Alberic. de Rosate de statut. lib. quarto, quęst. 81. dicēs formaliter, quod non obstante sententia capitali lata in contumaciam in loco delicti, Iudex originis, vel dooicilii potest procedere cōtra delinquentem, & eum punire Grammatic. d. decis. 36. sub num. 10. versicu. & idem esset. Alciat. respons. tertio ex delicto per totum, lib. septimo, Bald. in l. & si seuerior. num. 18. versi. vnde dicit C. ex quib. caus. infam. irrog. pulchre Boss. d. tit. de foro compet. sub num. 82. 83. post vers. illam tamen præuentionem, vbi refert alios eadem Bart. dicta sequentes, Decian. d. capit. 16. in quarta quæst. num. 7. testans de communi Nellus de Bannitis, in pr. par. primi temporis, quęst. tertia ante medium, versic. An autem possit in alio loco Sozz. consi. 302. sub n. 4. post vers. secundo respondeo, li. secundo, & est de mente Cirill. d. in tit. ubi de crim. agi oportet, sub nu. 8. post uers. exceptio litis pendentiæ in fine, dum se remittit ad Bart. & sentiunt Bal. coosi. 124. col. secunda, uers. in contrarium facit li. quinto, & Aret. consi. 58. in secūdo dubio principali a num. 8. usque ad finem, quod si
20 condemnatiooem soluisset, amplius pro eodē delicto molestari, aut condemnari non posset, vt est de mente Bart. in loco citato, & Cirill. ad eum se remittentis, & Alberic. d. quæst. 81. & aperte traduot Bal. in d.l. etsi seuerior, num. 18. ver. unde dicit, Sozz. in d. consil. 302. sub d. nu. 4 post medium, Aret. d. consi. 58. col. pen. & fin. sub num. 12. uers. secundo principaliter adduco, Boss. ubi supra, sub d. nu. 82. 83. Decian. d. c. 16. in quarta quæst. ad finem, sub nu. 7. uers. notandum tamen, quod si in loco delicti, & senrit Clar. d. quæst. 39. sub num. 4. uersicu. sed quæro

nunquid

nunquid Iudex originis, aut domicilii in fine, & ante eum Nellus loco citato, & ita potest intelligi Bald. dict. consi. 124. col. fin. ante fin. & propterea dicit Boss. supra relatus sufficere quod ante sententiam aliorum Iudicum soluta sit pœna primæ condemnationis, vt alia condemnatio sequi non possit, quod postea repetit eodem tit. n. 100. versi. & nota semper, quod ampliat Bald. in d. l. & si seuerior d. versicu. vnde dicit procedere etiam si ommissa esset in

21 primo iudicio aliqua qualitas, quæ aggrauaret delictum, quia iterato non potest condemnatus molestari, & puniri, supplendo defectum primæ condemnationis, ex quo enim substantia delicti non potest refricari propter solutionem condemnationis, impossibile est, quod sola qualitas per se fiste speciali subiecto intentari possit, & in iudicium deduci, vt ibi per ipsum Bald. quam opinionem sequitur, & pluribus alii confirmat rationibus. Gomez. tomo tertio variar. resolut. de delictis cap. primo sub nume. 27. post versicu. item iuxta prædicta quæro, ibi, si vero secunda accusatio proponatur post sententiam latam, vbi etiam alios ita tenentes adducit, refert tamen Bald. aliquos, tenentes cōtrarium, quibus additur Bart in l. denuntiasse, §. quid tamen in fine numc. 7. versicu. vlterius quæro, ff. de adult. qui nihilominus alias nō fuit ausus hoc firmare, vt recenset Gomez. vbi supra.

Quod si non in contumaciam condemna-

22 tus est, sed fuit præsens in iudicio, & comparuit, adhuc idem dicendum puto, quod scilicet, si non soluit condemnationem, possit molestari, & condemnari per Iudicem originis, vel domicilii, ne delicta remaneant impunita,

23 & quia exceptio rei iudicatæ, non prodest nisi ei, qui condemnationē soluit, vt dictū fuit supra, & patet ex Bald. in d. l. & si seuerior, qui loquitur generaliter, & indistincte in condemnato in loco delicti commissi, qui non soluit condemnationem si vero condemnationem soluit,

24 amplius molestari, & condemnari non posset, cum in vno territorio punitus, etiam in alio dicatur punitus, & incōueniens sit, quod pluries in pluribus locis de eodem delicto quis puniatur, ita dicit Boss. d. tit. de foro compet. sub nu. 85. versi. sed quid si esset imposita, sentit Clar. in d. versi sed quæro nunquid Iudex originis, aut domicilii in fine quæst. 39. sequitur Farinac. d. quæst. septima sub nu. 26. versicu. sed tertia, & verior est opinio, vbi inquit ita in consulendo & iudicando tenendum, quam conclusionem etiam probant alii supra citati in versi. quod si condemnationē soluisset, & potissimum Bald. in d. l. & si seuerior d. versicu. vnde dicit sub nu. 18. & hoc nisi dicta pœna soluta fuerit extraordinaria, & minor ea, quæ imponi debuisset, quia tunc posset delinquens iterum molestari, & puniri per Iudicem originis, vel domicilii vsque ad suplementum conuenientis, & debitæ pœnæ, vt subdit Farinac. sub eodem n. 26. verb. bene autem crederem, qui alios, citat quibus addi potest Boss. d. tit. de foro compet. sub nu. 84. versi. hanc conclusionem.

Nec lata condemnatoria sententia in loco

25 commissi delicti locus est remissioni Rei ad illum locum instante Iudice, qui sententiā protulit, vt ibi condemnatio exequatur ex generali consuetudine, quæ non solum procedit, quoad processum, & sententiam, vt supra dixi in versi. pro vt etiam non est locus remissioni, sed etiam lata sententia condemnatoria quoad eius executionem, vt dictum fuit in proximo præcedēti casu versi. Et hæc in practica sūt notanda, quicquid in contrarium dixerint aliqui de quibus sit mentio in præcitatis locis.

Tertio quæri solet, an lata sententia absolutoria in loco delicti, possit Iudex originis, vel domicilii absolutum molestare, & si culpabi-

26 lem inuenerit punire, in qua difficultate Boss. in d. tit. de foro compet. sub nu. 83. post versic. si ergo non soluit videtur tenere, quod nō possit, quod postea clare firmat num. 100. versicu. & nota semper, & ante eum. Aret. d. consi. 58. col. pen. & final. sub nu. 12. & 13. versi. Secundo principaliter adduco, & versic. ex his apparet, qui pulchris rationibus hoc probat, & verissimum dicit, idem sentit Clar. d. q. 39. sub nume. 4. versi. sed quæro nunquid Iudex originis, aut domicilii in fine, & aperte tradit Farinac. dict. quæst. septima sub nu. 26. versi. sed tertia, & verior est opinio, & nouissime Thesaur decis. 90. sub num. 5. in fine versi. & quando a Iudice delicti, & hoc nisi fraus, & collusio interuenerit,

27 quia tūc talis absolutoria vnius territorij nō pareret exceptionem rei iudicatæ in alio, vt dicūt Clar. & Farinac. supra citati, & voluit ante eos Boss. dict. tit. de foro compet. numero 101. qui propterea ait, quod si in loco originis, vel domic. hi' pręuento a Iudice loci delicti sequeretur absolutoria forte non pareret exceptionem rei iudicatæ in ipso loco delicti, quia in dubio videtur fraus stante præuentione, & stāte quod in loco delicti magis veritas elucescit, non tamen hoc firmet, vbi nulla fraus potest excogitari in Reo, propter quam magis alibi comparuerit, quam in loco delicti, quia cessante remissione potest Iudex originis, vel domicilii procedere, vnde eius absolutoria ita debet habere vigorem sicut haberet absolutoria ipsius Iudicis delicti, & bene, & ideo dicit Farinac. d. versicu. sed tertia, & verior est opinio, quod generaliter, & indistincte absolutus in vno loco, siue originis, siue domicilii, siue delicti non potest ullo pacto in alio mole-

28 stari, fraude, & collusione cessante nec meminit de dictis per Bossum supra. Negari tamen non potest, quin Iudex loci delicti sit magis cō-

29 petens, quam Iudex originis, aut domicilii, & propterea nunquam ipse si habet Reum in fortius tenetur illum de iure communi remittere ad Iudicem originis uel domicilii requisitem, ut dicit d. Di dac. Canter. d. quæst. 3. sub nu. 13.

nu.13.post versi. aut sumus, folio 15. licet ipse
Iudex originis, vel domicilii econtra remitte-
re teneantur ad dictum Iudicem loci delicti, vt
subiicit Didac.num.15.post versi. quando vero
Folio 16.vt supra diximus ex iure communi.
Et procedit illud, siue absolutio Rei fuerit fa-
30 cta, ipso comparente in iudicio, vt fere sem-
per euenit, siue etiam eo existente contuma-
ce, vt quandoque rarissime tamen accidere so-
let, per ea quæ no. Farinac. post multos per eũ
citatos d.lib.pr.q.crimin. tit.de inqui.q.11. nu.
62. & pluribus sequentibus per totum discur-
sum vnde cimæ limitationis, de qua re dixi in-
fra casu.... militat enim eadẽ ratio vtroque ca
su, imo & fortior, quando secuta est in contu-
maciam, cum tunc cesset omnis sinistra præ-
sumptio, quæ posset quandoq; militare, quan
do Reus comparuit, & se defendit.

Illud postremo sciendum est, quod vbi per
Iudicem originis, vel domicilij contra delin-
quẽtem in alieno territorio proceditur, vel ad
partis offensæ instantiam, vel ex officio, pro vt
procedit posse supra demonstratum est, vt scia
tur, quando per eum deuenitur ad sententiam
condemnatotiam, qua pœna talis delinquens
31 puniri debeat, distinguendum est, quod aut
statutum originis, vel domicilij loquitur ex-
presse de delinquente extra territorium, & tũc
ipsum statutum attendendum est, & secundũ
illud pœna imponenda delinquenti Barto. in
d.l.cunctos populos, sub num.47. & 48. vers.su
per alio vero puncto. C. de sum. Trinit. & fide
cath. quem communiter approbari dicit Clar.
post Sozz. per eum allegatum in pract. crimin.
quæst.85.num. quarto, versic.tertius est casus
Decian.d.cap.16.in secunda quæstio.ac num.6.
versic. fallit modo. Magon.d.decis.70.in causa
homicilij, ad finem, num.5.inquiens, in hoc ita
communiter testari Doctores. Corn.consi.232.
circa primum, sub num. 4.versic. quod licet sit
dubium, lib. quarto, & ita etiã, nullam de præ-
dictis faciens mentionem, tenet Barthol. Ber-
taz.consi.crimin.467.non est dubitandum, nu.
5.lib.secundo. Aut loquitur statutum limitati-
32 ue de delinquente intra territorium, & tunc
non comprehendit delinquentem extra terri-
torium, qui propterea non secundum illud pu
nietur, sed secundum statutum loci commissi
delicti, vel secundum ius cõmune, vt in sequen-
ti casu dicetur. Barto. in d.l. cunctos populos,
sub num.48. versic. aut limitatine loquitur de
eo. Aut statutum loquitur simpliciter de delin
33 quente pro vt fere semper statuta loquuntur,
& tunc attendi debet statutum loci commissi
delicti, si de eo notitia haberi põt; sin minus,
ius commune, & secundum tale statutum, vel
ius commune pœna imponenda est, non autem
secundum statuta ipsius Iudicis originis, vel
34 domicilij, quæ in respicientibus causæ decisio
nem, non porriguntur ad ea, quæ extra territo
ria sunt commissa, Bart. vbi supra. sub nume.48.
versic. aut statutum simpliciter loquitur ad fi-
nem, Bald.consi.393. Punctus talis, numero se-
cundo, in fine, lib.pr. & consi.124.colum.secun
da, versic. item considera, lib. quinto, & in d.l.
cunctos populos, sub num.98. post versic.vlte-
rius quæro. Bart.in d.l.si cui, §.idem Imperator
in princip.ff.de accusat. Anton. de Butr. con-
si.58.nu.3.vers. tamen semper tenui Barto.con
si.9.in vlt.dubio, num.26.vers.solutio, tomo pr.
consi.crimin. diuersorum impressis vlt.loco in
magna forma. Clar. dicens esse communem sen
tentiam, & in practica seruatam d.quæstio.85.
sub num.4.post d.versi. tertius est casus, vbi e-
tiam subdit ab ea in iudicando non esse rece-
dendum, Abb.in d.c.cum contingat, nu.8. vers.
sed dubium est, de foro compet. Corn.d.consi.
232.sub num.3.vers.& hinc est lib.quarto, De-
cian.testans de communi, d.cap.16.in secunda
quæst.sub nu.4.post versi.circa Secundum. The
saur.d.decis.90.sub nu.5.ad fi.versic.& eo casu,
Angel. de malefic. in d. verbo, hæc est quædam
inquisitio, sub nu.83.post vers.quæro an in de-
lictis, & ibi August.in addit.nu.84.versic.an au
rem, qui dicit esse communem, & idem Ange-
lus in verbo, existens Florentiæ, nu.3.vers.quid
si delinquens, ubi tamen hoc pulchre limitat.
Herculan.in tract. de caution.de non offend.c.
9.nu. 5. & præcipue, & magis de plano, quan-
do non sumus in delictis originatis a iure com
muni, in quibus aliqui contrarium uoluerunt,
35 ut per Bertaz.d.consi.467.num.6.uers.& pro-
culdubio, lib.secundo, sed in his, quæ iure mu-
nicipali tantum prohibentur, & tanquam de-
licta puniuntur, quia tunc dispositio Munici-
palis loci originis, vel domicilii non trahitur
ad actum extra territorium factum, qui proptẽ
rea secundum dictum statutum puniri non po
test, sed aliter, vt subdit Corn.d.consi. 232. nu.
4.versi. quod licet sit dubium, lib. 4.

EPITOME.

De fure, qui rem furatam in vno territorio exportauit in aliud, & ibi cum ea inuentus est, an in eo molestari, & puniri possit, etiam quod alias ibi forum non sortiretur.

SVMMARIA.

FVr, qui aliquo loco reperitur cum re furata potest ratione contrectationis, ibi molestari, & puniri licet dicto loco non sit ex aliqua causa suppositus secundum Barto. sententiam, sed contrariam opinionem hodie ueriorem, & magis communem plerique testantur, quam etiam amplectitur Author, qui vtriusque sententia fautores latissime recenset, num.1. & 5.

Dominii mutatione nascitur noua actio furti ad pœnam applicandam parti, & mutatione territorii noua nascitur actio furti ad publicam vindictam.

vindictam, numero 2.

Reipublicę vtili est, quod fur quocunque in loco puniatur in quo reperitur cum re furata, nu. 3.

Fur, qui rem furatam contrectando, eam venalem exposuit in cimiterio Ecclesiæ non gaudet immunitate Ecclesiæ, quia ratione contrectationis dicitur nouū furtum inibi committere. nu. 4.

Fures, qui in loco non supposito reperiuntur cum re furata eiiciuntur de territorio sub aliqua pœna de amplius illud non ingrediendo retentis tamen rebus furatis vero Domino reddendis, nu. 5.

Iudex quilibet etiam alias incompetens, potest res furatas restitui facere vero Domino, nu. 6.

Idque procedit etiam si fures non reperiantur cum rebus furatis nam a Iudice coguntur illas, vel earum æstimationem restituere. nu. 7.

Bartoli opinio supra numero primo relata seruatur in practica, & declaratur quo pacto etiam de iure sustineri possit secundum aliquos, sed tamen illa declaratio non subsistit, num. 8.

CASVS CENTESIMVS SEXAGESIMVS TERTIVS.



Frequentissime dubitari contingit, an fur, qui in aliquo loco reperitur cum re furata possit ratione contrectationis rei furatę ibi molestari, & puniri, licet d. loco non sit suppositus aliqua causa, nec ibi forum sortiatur ratione delicti commissi, vel originis, vel domicilii, super quo pūcto duæ sunt principales opiniones vna Barr. in l. si dominium num. 2. ff. de
1 furt. quod possit propter nouam contrectationem, quia sicut mutatione dominii nascitur
2 noua actio furti ad pœnam aplicandam parti, sic mutatione territorii, & iurisdictionis noua nascitur actio furti ad vindictam publicam, quam opinionem sequitur Bald. dicens esse veram de iure consi. 154. proponitur, quod quidam socii circa medium versicu. solutio lib. pr. quod est repertum consi. 471. lib. tertio, & melius in l. vnica col. sexta post nume. 14. versicu. quæro de tali confessione C. de confess. aiens, quod est opinio naturalis, & æqua, cum fur inueniatur cum re subtracta, & in cap. pr. §. iniuria patitur nume. 11. versicu. quæro aliquis de pace iuram. firman. in vsib. feud. vbi hoc videtur tenere etiam cum qualitate concurrente tempore furti, vt si cum armis rapuisset in vno territorio, & postea se alio contulisset cum re ablata Castr. l. siue manifestus §. ramdiu nume. 13. ff. de condict. furt. aiens, istam opinionem practicari per totum mundum, & assessores, & Iudices habere eam pro Euangelio, licet de ea se remittat ad dicta per Bald. & Angel. in l. si abducta C. de furtis. Angel. de malefic. in verbo, etiam vestem cælestem numero 16. versicu. quæro quid si fur. vbi post longam disputationem dicit, quod ita est tenendum, & obseruandum, & quod eam semper sequutus fuit in practica, & idem per omnia tradit in §. furtum est numero 4. versicu. ex quo videtur posse inferri Instit. de obligat. quæ ex delict. nascuntur Foller. in pract. crimin. in pr. parte tertiæ partis principalis in verbo, & si confitebuntur, quæst. 31. num. 121. Boer. decis. 13. numero 47. versicu. & pro hac parte, inquiens, quod communiter in practica seruatur, & decis. 218. num. 2. versicu. alia fuit opinio, & nume. 4. ad finem versicu. vnde Marianus, aiens quod est communis, & sibi placet, & seruatur in praxi. Bernardin. de Plot. consi. 133. num. 11. versi. fur etiam tom. pr. consi. crimin. vlt. loco impressorum in magna forma. Capyc. decis. 104. sub n. 2. dicés, quod sacrum consilium Neapolitanum habuit eam pro vera saltem in practica, illamque iudicando sæpius sequutum fuit, vt ibi nu. 3. Marti. Carat. Laudens. consil. 61. num. 4. & pluribus seq. versicu. in contrarium tamen lib. pr. consil. crimin. diuersorum impressorum primo loco in parua forma, cui consilio se subscripserunt Rubert. de Tortis. Lud. de Curte, & Iacob. de Puteo, vt ibi dicitur, & plures alii relati per Marsil. in repetit. l. fin. ff. de iurisd. omn. Iudic. nume. 208. versic. quæri etiam potest per Clar. in pract. crimin. quæst. 38. num. 16. versi. tu scis, quod furtum. per Farinac. lib. pr. quæstio. criminal. tit. de inq. quæst. 7. nu. 7. versic. limita quarto in fure, quibus addo Bart. consi. 9. in tertio dubio n. 15. & seq. versi. econtra videtur, tomo primo consi. crimin. diuersorum vlt. loco impressorum in magna forma, & in l. si abducta sub num. 1. C. de furt. & ibidem Bald. dicentem hoc videri iuridicum, & æquitati consonum n. 3. & 4. vers. & prædicta faciunt ad quæstionem, & in l. qui furere in pr. lectura in princ. vers. per hoc dicit Bart. ff. de stat. homin. & Don Ludouic. a Peguer. Hispan. in suis decisionib. seu quæstionib. crimin. cap. 28. nu. 2. & seq. vbi quæstione ad vtramque partem disputata, concludit pro hac affirmatiua, quam late comprobat, & secundum eam testatur iudicatum fuisse in sacro Regio criminali consilio Cathaloniæ, & certe negari non potest, quin hæc opinio vtilis sit Reipub. & reprimat audaciam fu-
3 rum, qui si in quocunque loco cum re furata reperti puniri non possent, sed solumodo, vbi alias forum sortirentur ad delinquendum spe impunitatis inuitarentur, facileque ad loca, quibus nulla ratione subditi essent cum rebus furatis se conferrent, a quibus si relaxarentur, irent per vias suas, & nunquam punirentur cótra regulam, quod delicta non debeant remanere inulta, pro vt considerant Doctores cum Bartolo tenentes, quorum opinio comprobari potest ex dictis per Angel. de Castr. & Paul. eius Patrem inter consil. ipsius Pauli cōsi. 458. viso casu proposito nu. 2. lib. 2. qui communicato consilio volunt, furem, qui rem furto abla-
4 tam alibi contrectauit, & venalem exposuit intra cimiterium Ecclesiæ, vel prope illud ad duos possus posse ab Ecclesia extrahi, nec eius immunitate

immunitate

immunitate gaudere, quia contrectando de nouo dictam rem in diuerso territorio, idest, in cimiterio Ecclesiæ, quod est diuersum a territorio profano, in quo factum fuit furtum, dicitur nouum furtum facere secundum Bart. in d.l.si dominium, quod veluti in ecclesia factum immunitatem non habet, quam decisionem approbata Peguer.d.c.28.nu.3. versic.pro hac, & ante eum Bernardin. Landrian.in additionib. ad Angel.de malefic. sub d.versi. quæro, quid si fur, & per eam sustinetur in eisdem terminis consi.Barbat.33. in pri.dubio, lib.4. quod improbat Clar. infra citandus.

Contrariam vero sententiam tenuerũt collegium Bonon.relatum per Angel.de Malefic. in loco supra citato, quod hodie impressum reperitur in primo tomo consilior.crimin.diuersorum vlt. loco impressorum in magna forma, consi. 10. incipiente, quidam scolaris, sub nomine Ioannis de Lignano cum subscriptione aliorum plurium Doctorum Honofr.de Perus. consil. 20. numero 12. & seq.versic.non obstat Roland.de Curte, Stephan. Fazzard. & Iacob. de Puteo consi. 75. numero 57. versic. nec debet etiam, & versic. seq.eodem tomo primo, vbi insuper dicunt, quod contra Bart.tenuit etiam collegium Patauinum, Salycet.in d.l.si adducta, num.6. versic. quæro de quæstione quotidiana.C. de furt. vbi late insistit plura adducendo contra Barto.& sequaces, & rationibus eorum respondendo, & tandem firmando ita tenendum, & sic fuisse consultum per Dominũ suum, & per Ioannem de Lignano, & alios Bononiæ, & quod ipse compilauit consilium, & quod asserebat Dominus suus, ita etiam fuisse consultum per collegium Paduanum Aug. de Arimin.in additionib.ad Angel.de malefic. in loco allegato, sub num.16.uersic.& aduerte quod licet, ubi post multa hinc inde deducta concludit sententiam Bartoli esse falsam, & a pluribus illustribus Doctoribus reprobatam, & contra eam Ferrariæ ipso consulente fuisse seruatum per Ducem Herculem Hippolyt.Rimin.consi.106. nu.11. uersi.quatenus uero inquiritur, lib.pri. consilior. crimin.diuersorum impressorum pr.loco in parua forma dicens opinionem Bart. communiter esse reprobatam, Alex.de Imo.consi.71.num.18. uersic. Nec obstat si diceretur, lib.secundo, consilior.crimin. diuersor.pr.loco, impressorum in parua, ubi citat plures tenentes contra Barto. firmans eius sententiam non esse ueram, & communiter de iure reprobari, quod latius prosequitur Hippolyt.de Marsil.consi.30.nu.25.26.uersi.nec obstat illud, & in repet.l. fina.ff.de iurisd.om.iud. nu.209.& seq. uers. & licet prædicti Doctores, Nellus de bannitis, in secunda parte, primi tẽporis, quæst. 5. ubi refert tenentes utramq; opinionem, eorum rationes, & argumenta, & finaliter tenet, quod licet ut plurimum assessores sequantur opinionem Barto. dicentes esse sanctam, tamen de iure non recte se fundant, licet defendantur in Syndicatu ex uariatione opinionem, & forte ex consuetudine, Boss. in pract.crim.rit.de furtis, num.18.versi. quæro si fur, vbi quod opinio Bart. non est vera, & hodie communis est contra eum, quam diuersis vicibus fecit seruari in senatu Mediolani, Cepol.consi.crim.58.in 3.dubio, nu. 26. & seq.inquiens esse veriorem, æquiorem, & hodie magis communem, eamque semper seruari vidisse, & indicando sequendam esse Couar.lib.practi.quæst.cap.11. nu.9.dicens opinionem Bartoli, quam ante dubiam existimauerat, lib.secundo variar.resolut.cap.20.nu.15. in fine, iure nõ probari, nec admittendam esse, & ita constanter asserere, qui etiã priore loco reprobat decisionem Angel.Castr. & Pauli Patris in consil. supra citato, & plures alij relati per Clar.in d. quæst.38.sub d.nu.16.circa medium, versic.sed certe.per Farinac.d.quæst.7.sub d.num. 7.post princ.versi.sed contra Bart.& per Peguer.d.ca. 28.nu.1.vers.hæc quæstio, qui restantur dictam opinionem Bart. non esse communem, nec veram, nec approbatam, & contra illam in facti contingentia pluries fuisse iudicatum, cũ quibus nouissime concordat Barthol. Bertaz. consi.crim.40.num.3.post versi. Primus igitur punctus, lib.pr. vbi firmat, non esse vnquam indicandum secundum opinionem Bart. quæ re vera falsa est, & reprobata, & dicit Bald. d. consi. 154.lib.pr.reperito, d.consi.471.lib. 3. quod de facto non obseruatur opinio Bartoli, & secundum istam opinionem, ego pluries votaui, simpliciter iubendo tales fures eijci de territorio,
5 in quo fuerunt capti sub aliqua pœna de amplius illud non ingrediendo secundum practicã Senatus Mediolani, de qua attestatur Clar. d.quæst.38.post d.versic.sed certe, ad fin.quam sequendam dicit Farinac. in loco citato, in versic.sed quid erit faciendum in fine, & meminit etiam Peguer.in d. versic. hæc quæstio, in fine, retentis tamen rebus furatis, vero Domino reddendis, quarum respectu potest Iudex qui-
6 libet etiam quod alias cõtra talem furem procedere non possit cognoscere, & restitui facere, vt per Bernard.de Plot.d.consi.133.ad fi.numero 46. vers. sed si loquamur, quem sequitur Bertazzol.d.consi.40.nu.4.versic.secundo, & si standum in fine, libr. pr. qui loquuntur etiam,
7 quando fine rebus furatis fuerunt reperti, vt adhuc illas, vel æstimationem restituere cogantur, quod est summè notandum, quæ tamen vota mea, ut plurimum non fuisse sequuta scio, quoad punitionem furum, sed illos fuisse criminaliter punitos secundum opinionem Bar. quam etiã uidi in uariis Italiæ Prouinciis seruari per Iudices. Bene autem fuerunt exequuta, quoad res furatas, quæ etiam data pro vera opinione contra Bar. quod contra furem non possit procedi, non tamen per hoc permittitur ipsi furi recedere cum rebus furatis, sed illæ retinentur vt dentur earum dominis.
8 Posset tamen opinio Bart. procedere, quando, fur

do fur, cum re furata per spatium vnius diei ad minus moram traxisset in loco, cui non erat suppositus ratione delicti, nec originis, nec domicilii, quasi quod tunc possit cadere noua cõtrectatio rei, secus autem si minori spatio steterit in dicto territorio cum dicta re furata, cum tunc cessante nona contrectatione, cesset noua actio, & per consequens non possit ibi molestari, & puniri, secundum Bald. in l. qui furere in prima lectura post princ. in lib. meo. ff. de statu homin. quem sequuti sunt Mattin. Garat. Laudens. d. cons. 61. nume. 8. ad fi. vers. & intelligo residentiam, cui subscripserunt Ruber. de Tortis, Ludouic. de Curte, & Iac. de Puteo, vt dictum fuit supra August. de Arim. in additionib. ad Angel. de malefic. in loco citato sub num. 16. vers. item septimo intelligas Boer. in d. decis. 13. nu. 48. Mars. singul. 677. a tenuis vsque annis post prin. & Bertazzol. d. cons. 40. nume. 5. vers. tertio opinio Bartoli limitatur, quã tamen limitationem non habuit pro vera, nec voluit in contingentiis facti attendere Consil. Neapolit. sed distincte seruauit opinionẽ Bart. etiam quod fur, cum rebus ablatis non stetisset per diem in loco, vbi cum illis fuit inuentus, & captus, vt refert Capyc. d. decis. 104. sub nu. 2. 3. quam limitationem ipse etiam scio nõ fuisse obseruatam, & fures captos cum rebus alibi furatis eodem die fuisse punitos propter opinionem Bart. quæ vbi seruanda sit, non videtur recipere hanc restrictionem de residentia furis cum re ablata in loco contrectationis saltem per vnum diem, vt bene considerat Capyc. cum quo postea uidens obseruãtiam curiarum opinionis Bartoli indistincte, ego sæpius transiui mutato in melius proposito.

EPITOME.

Quod relegatis, & confinatis in aliquo loco potest iustæ cõminari pęna mortis naturalis, si reperti fuerint extra fines eis assignatos, & non obseruare confinia.

SVMMARIA.

Condemnandus ad triremes in perpetuum, si existat inhabilis, & inutilis atq; etiã pœnæ pecuniarię sit incapax ob paupertatem, relegatur in certo loco, cum hoc quod, vbi extra illum locum reperiatur, capite puniatur ad mortem nu. 1.

Condemnatis ad triremes addi potest, quod quandocunque reperiantur triremibus soluti illico vltimo supplicio afficiantur. nu. 2.

Deportato in insulam comminari potest in sententia, quod insula recesserit, mortis pœnam sustineat, numero 3.

Condemnari quis potest a Iudice in pœnam pecuniariã, ea conditione apposita, quod si intra certum tẽpus illam non soluerit corporali pœna, aut membri mutilatione, vel etiam decapitatione puniatur, nu. 4.

Seruatur istbæc conclusio in Vrbe, & in statu Ecclesiastico. nu. 5.

Pęna corporalis cum in defectu pecuniariæ imponitur, Iudex animaduertat, ut iusta sit, & boni Viri arbitrio conueniat, iuxta facti, & personarum qualitatem. num. 6.

CASVS CENTESIMVS SEXAGESIMVS QVARTVS.



1 INCONVENIENS alias non putaui, vt is, qui ex delicto in pœnam triremium in perpetuum condemnari debuerat, & ad remigãdum inhabilis erat, & penitus in triremibus inutilis, & pœnæ pecuniariæ ob paupertatem incapax, relegaretur, seu confinaretur in certo loco cum hoc, quod vbi extra locum illum reperiretur, & fines confinii non seruaret, capite puniretur ad mortem, cum alioquin frustratoria, & inanis esset relegatio, seu confinatio, & fere impune sperni posset, cum in pœnam non obseruatæ condemnationis nulla alia pœna illi posset imponi, quæ effectum sortiri deberet quam carceris, quæ ab initio fuit visa nimis mitis, vltra quod fuit considerarum quod carceratus potuisset fame perire, si enim in supremis tribunalibus solet con
2 dẽnatis ad triremes addi dicta qualitas quod quandocunque reperiretur liberatus a dictis triremibus illico vltimo supplicio afficeretur, vt habetur per Thomam Grammat. decis. octaua, In causa Regii fisci in princ. & per Vincen. de Franch. decis. 140. Ex vsitata pęna sub numero decimo, post versicu. coeteri domini in prima parte, nescio videre, cur etiam addi nõ possit relegatis, & confinatis talem pænam triremium eorum vita durante, merentibus, licet in eam condemnati non fuerint ob illorum inhabilitatem, & incapacitatem, sed in aliam mitiorem, Et magis ad rem facit idem Vincent. de Franch. d. decis. 140. in finalibus verbis, vbi refert conclusum fuisse per sacrum consilium, deportatos in Insulas aufugientes ab eis redire in pristinam causam, & pæna mortis non puniendos, nisi Iudex in sententia cõmina-
3 tus fuerit pœnam mortis, si a dictis Insulis eis assignatis recedant, vt sic aperte velit etiam aliis, quam condemnatis ad triremes posse dictam pænæ comminationem apponi, Nec longe distaut varia Italiæ statuta, quibus condemnati in pænas pecuniarias, si eas intra certum tempus non soluant, pæna corporali, & plerunque membri alicuius mutilatione, & quando etiam decapitatione puniuntur, quod
4 ipsum, & Iudicẽ circumscriptis statutis facere

posse satis constat ex his, quæ notat Bald. in l. quid ergo. §. pœna grauior in repet. numero 15. vers. tertio restat in fine, & nume. 17. vers. item supplet in fin. ff. de his, qui notant. infam. & in l. si, seuerior. nume. 28. vers. quinto quæro, C. ex quib. caus. infam. irrog. & est text. in l. agraria. §. 1. ff. de term. moto, late tradit Aret. in tract. de malefic. in verbo, quas si non soluerit, & ibi dem Augustinus in additionibus in variis locis, & sub diuersis numeris, quos sequuntur Clar. in pract. crim. q. 93. nu. 3. vers. quæro nunquid valeat sententia, Flamin. Cartar. in tract. de execut sentent. contumac. capto bannito c. fin. num. 288. vers. potest etiam contingere, & Farinac. lib. 1. quæst. crim. tit. de delict. & pœn. q. 26. num. 13. & 14. vers. amplia quarto, qui testatur in Vrbe, & statu Ecclesiastico ita seruari, &
5 sæpius vidisse Reos in pœnam pecuniariā condemnatos fuisse, & ad triremes transmissos, ac in arcem Hostiæ relegatos, ex eo, quod in termino illis præfixo dictam pœnam non soluerunt, quod & tradiderunt plures alii, qui consulto omittuntur, & faciunt aliqua, quæ dixi supra casu octauo in pluribus locis. Debet tamen
6 men in hoc Iudex esse multum circumspectus, & in defectum dictæ pœnæ pecuniariæ apponere pœnam corporalem, quæ iusta sit, & boni viri arbitrio conueniat, cum pœna sit commensuranda delicto, vnde iuxta facti, & personarum qualitaté debet conditioné apponere, & Reum non soluenté in termino assignato cōdemnare in pœnam exilii, vel relegationis, vel fustigationis, vel ictuum funis, vel alicuius membri abscissionis, vel triremium, pro vt sibi æquum uidebitur, vt per Farinac d. quæst. 26. num. 17. uers. sic. amplia quinto, & alias grauiter reprehēdi quendam Iudicem, qui condemnato per eius sententiam in mille aureis conditionem apposuerat, quod si intra mensem non solueret, capite trūcaretur. fuit enim mihi primum, & postea aliis visa inhumana, & bestialis conditio, quæ merito fuit reiecta, & condemnatio pecuniaria etiam moderata.

EPITOME.

De pœna testis falsum testimonium perhibentis in causis criminalibus, tam ad offensam, contra reos, quam ad defensam contra fiscum.

SVMMARIA.

FALSI crimen grauissimum est, & nullum aliud crimen æque hominis famam uituperat, estq; pœna mortis simile, nu. 1.

Falsitas est adulterio, homicidio, & ueneficio detestabilior, nu. 2.

Nobilitas amittitur ob crimen falsi num. 3.

Testis falsum deponens in causa capitali ad offensam tenetur pœna mortis num. 4.

Testis dolo malo deponens falsum in causa homicidij cōtra innocentem punitur tanquam homicida numero 5.

Testes, qui in causa capitali aduersus Reum falsum dicunt testimonium furcis suspenduntur, & ita seruatum fuit. num. 6.

Vt testis falsus pœna mortis teneatur, duo copulatiue requiruntur uidelicet, quod crimen sit publicum, & quod sit capitale secundum opinionem glossæ relatam, num. 7.

Sed re uera sufficit, quod crimen sit capitale licet nō sit publicum, nu. 8.

Iason, & Clarus declarantur, dum generaliter loquuntur de teste falsum deponente in causa criminali, num. 9.

Testis falsum dicens in causa criminali eadem pœna debet puniri, qua puniretur reus contra quem falsum dixit testimonium, nu. 10.

Falsum quando est ualde graue punitur pœna capitali, num. 11.

Testis propter attestationem falsam tāquam homicida punitur etiam si Reus cōtra quem falso testatus est, fuerit absolutus. num. 12.

Testis falsus de consuetudine non punitur pœna mortis, nisi cum propter falsam depositionem illius subsecuta est condemnatio, & executio contra Reū, atque istha sententia ab Authore probatur. numero 13.

L. 1. in §. præterea. ff. de sicar. intellectus uarij secundū Doctores, nu. 14.

Testes in causis capitalibus falsi ad triremes plerunque in perpetuum damnantur, & mithra ignominia afficiuntur, quando Reus fuit absolutus. numero 15.

Mithra pœna tanquam exemplaris est multum in usu, & inter pœnas corporales numeratur, atque etiam infamat non secus, ac fustigatio, & catena. numero 16.

Testis ex cuius falsa depositione Reus fuit capitaliter condemnatus non excusatur a pœna mortis etiam si ex gratia non exequatur condemnatio cōtra Reum. num. 17.

Testis falsum dicēns in causa non capitali, non tenetur capitaliter, sed pœna ordinaria falsi. nu. 18.

Falsi pœna in persona nobili est deportatio cum publicatione bonorum, in Plebeo damnatio in metallum, in seruo vltimum supplitium. nu. 19.

Iudices tamen maleficiorum constituunt duos gradus tantum. nu. 20.

Et prædicta pœna hodie non est in vsu, sed deficiente prouidentia statutorum est Iudici arbitraria. numero 21.

Falsi Reorum bona non publicantur. nu. 22.

Testis falsum deponens in causa capitali ad defensam contra fiscum non punitur pœna mortis, sed alia mitiori. num. 23.

Item testis incidit in pœnam falsi, quæ hodie arbitraria est, & damnatur ad triremes ad tempus, uel in pœnam fustigationis aut exilij, uel relegationis temporalis, & quādoque etiam in pœnam pecuniariam iuxta

iuxta facti, & personarum qualitatem numero 24.

In arbitrarijs certa regula constitui non potest, sed variatur determinatio secundum circunstantias delictum aggrauantes, vel minuentes, & secundum temporum conditionem. nu. 25.

Iudex monetur, vt in imponenda falsi pœna animaduertat ad qualitatem causæ, an scilicet capitalis sit, an non, & si capitalis non sit, an leuis an grauis, numero 26.

Testis falsus tenetur erga partem, quam grauauit de omni damno contingente propter illud falsum testimonium. num. 27.

Corrumpens testes ad hoc ipsum tenetur. nu. 28.

CASVS CENTESIMVS SEXAGESIMVS QVINTVS.

1 FALSI crimē grauissimum esse, & nullum aliud reperiri, quod ita famam, & statum hominis vituperet sicut istud, in tantum, quod pœnæ mortis simile sit, dixit elegāter Paulus de Castro cons. 130. videtur dicendū, quod dictus Presbiter post prin. lib. 1. quē sequuti sunt Marsi. in Rubr. ff. ad l. Corn. de fals. nu. 17. vers. & dixit, & Boss. in pract. crim. tit. de fals. nu. 72.
2 vers. & in hoc crimine falsi, & falsitatē esse adulterio, homicidio, & veneficio detestabiliorem recenset Ange. de Perus. in §. minores. nu. 12. in auth. de nupt. quem refert Menoch. de arbit. Iudic. lib. 2. casu 306. nume. 33. vers. hinc Angel. & subdit Menoch. ob illius crimen nobilem amit
3 tere nobilitatem, secundum Luc. de penna in l. mulieres. col. 4. vers. vlt nota, quod priuilegium nobilitatis perditur, C. de dignitat. lib. 12. quē locum voluit allegare Menoch. & non alium in libro meo adductum, vt ideo mirandum nō sit, si cōtra testes in criminalibus causis falsum deponentes grauis admodum iure communi imposita sit pœna.

4 Si enim causa sit capitalis, & testis falsum testificetur ad offensam contra imputatum, tenetur, pœna mortis, ita est tex. in l. prima, §. præterea, ibi, quiue falsum testimonium dolo malo dixerit, quo quis publico iudicio rei capitalis damnaretur. ff. ad leg. Cornel. de sicar. per quem text. dixit Bald. in cap. primo, §. iniuria punitur in fin. num. 20. de pace iuram. firm. in vsib. feud. quod falsus testis in causa homici
5 dii punitur tanquam homicida, si deponit contra innocentem dolo malo, idem uoluit ipse Bald. in l. 2. numero 6. versic. si autem. C. de reb. credit. & in l. & si legibus sub nu. 2. vers. interdum obrepitur deierando. C. si contra ius, vel vtilit. publ. Alex. in addition. ad Bart. in d. l. prima, in princ. in apostilla in verbo lege Cornelia sub litera a. post medium, & cons. 55. in causa inquisitionis in princ. nume. 1. lib. septimo, Guid. Pap. decis. 44. testis in princ. Ias. in l. & si legibus in fine nume. 6. vers. secundo quia testis. C. si contra ius, vel vtilit. publ. Marsi. in d. §. præterea in secundo not. numero 2. & in l. 1. in prin. ff. ad leg. Cornel. de falsis, & cons. 27. super dubitatione præmissa, nume. 1. Grammat. uot. ct im. 5. num. 1. Conar. lib. secundo, variar. resolut. cap. 9. sub nume. 1. ad fin. & in relectio. cap. quamuis de pactis in sexto in 1. pa. §. 7. sub nu. 6. vers. sed si quis in causa capitali Boss. d. tit. de fals. num. 138. vers. item adde, quod dicens falsum, & iterum, num. 169. vers. & aduerte, Fely. in c. sicut nume. 2. ver. nota tertio de testib. Corset. in suis singular. in verbo testis. nu. 12. incip. falsus testis Clar. in §. falsum num. 8. vers. testis, qui falsum testimonium deponit in iud. vbi ait, quod ita in facti contingentia seruauit senatus
6 Mediolani, qui instit. furcis suspendi duos testes, qui in causa criminali falsum testimoniū ad offensam deposuerant, & refert etiam Papon. attestantem sic pluries fuisse seruatum per parlamentum Parisiense, Addition. ad Salyc. in d. l. secunda. C. de reb. credit. in addit. in verbo similitudine supplicii sub litera C. dicens ita ipso præsente in sacro senatu Parisiensi pronuntiatum contra quendam nobilem nomine Balthasarem patriæ prouinciæ, qui in causa capitali Marchionis de Trent. eiusdem prouinciæ fuerat falsus testis, & fuit eodem anno in festo Diui Claudii securi percussus, Don Ludouic. de Peguer. in suis decisionibus, seu quæst. crim. c. 19. per totum, & præcipue. nume. 5. vers. atq; ideo, vbi subdit, ita fuisse conclusum in sacro Regio criminali cōsilio Cathaloniæ, & laqueo in alta furca suspensum testem, qui falsum testimonium in capitali causa aduersus reum dixerat Cacheran. decis pedamont. 19. testis examinatus. num. 1. Menoch. de arbitr. Iudic. lib. 2. cent. 4. casu 306. nu. 2.

Et licet tex. in d. § præterea loquatur in perhibente falsum testimonium contra Reum in crimine publico, & capitali, & proinde glo. ibi. velit, quod ad hoc, vt falsus testis pœna mortis ex illa, l. teneatur, opus est, quod duo copulati
7 ue concurrant, quod scilicet crimen sit publicum, & capitale, & alias non procedat ille tex. sed locus sit pœnæ ordinariæ falsi per l. prima, in princ. ibi testimoniaue falsa inuicem dicenda dolo malo coierit, ff. ad leg. Corn. de fals. & eam gloss. sequuntur Salyce. in d. l. secunda, sub numero 4. in fin. C. de reb. credit. Marsi. in d. §. præterea ad fin. versicu. venio igitur & Boss. d. tit. de fals. sub numero 169. vers. & aduerte, & tit. de periuriis in princ. sub num. 1 versic. vide breuiter, & vltra eos Guido Pap. d. decis. 44. post prin. Tamen veritas videtur, quod sufficit
8 crimen esse capitale licet non sit publicum, ita enim loquitur Bald. in d. lege, secunda, C. de reb. credit. & in d. l. & si legibus. C. si contra ius vel vtilit. public. dicens vbique testem falsum in causa capitali contra reum puniri lege Cornelia de sicariis, In causa autem non capitali

teneri lege Corn.de falsis,& ita etiam loquun-
tur Alex.d.cons.55.num.1. Gramma.d.voto.5.
Menoch.d.casu 306.Couar.d.cap.9.& d.§.7.&
Don Ludouic.de Peguer.& ita etiam intelligē
9 di sunt Iason,& Clar.licet videantur loqui ge-
neraliter in causa criminali,cum alioquin ma-
le loquerentur quia si causa non est capitalis,
testis falsus capitaliter non punitur, sed pœna
ordinarij falsi tātum,vt supra diximus,& infra
tractabitur,vbi etiam qualis sit hæc pœna falsi
explicabitur.

Et quod satis sit ad puniendum pæna mor-
tis testem dicentem, falsum testimonium con-
tra imputatum,quod crimē sit capitale, etiam
quod non sit publicum, probatur authoritate
Baldi in c.1.in princ.col.pen.sub num.21.vers.
scias qnod de iure communi de pace tenend.in
vsib.feud.vbi dicit, quod falsus testis in causa
10 criminali debet puniri eadem pæna qua puni-
retur Reus de crimine intentato contra quem
deposuit,si crimen illud probaretur, puta pæ-
na capitis,vel furcarum per d.l.1.d.§.præterea,
& illum sequuntur Alex. in allegata addit. ad
Bart.in d.l.1.in princ.& d.cons.55.sub nu. pri-
mo,lib.septimo,Mars. in d.§.præterea in secun
do not.num.2.& d.cons.27.sub nume.1.& in d.
l.1.in princ.ff.ad leg.Corn.de fals.Gtammatic,
d.uoto 5.sub n um.1.Ias.in d.l.& si legibus ad fi
nem,num.6.vers.secundo quia testis,C.si cont.
ius,vel vtilit.publ.Boss.d.tit.de fals.nume.169.
vers.& aduerte,Don Ludouic.de Peguer.d. ca.
19.per totum,& præcipue sub num.5.post ver.
atque ideo,& idem tenuit ipse Bald.in l.presbi
teri octaua ante nu.11.ver.extra quia materia
est vtilis quæto,C.de Episcop. & Cleric. & in l.
data opera,num.20.vers.falsus testis.C.qui ac-
cusare non poss.& in l.secunda,nu.6.versi.si au
tem,C.de reb.credit.Cacheran.d. decis.19.nu.
1.Couar.d.§.7.sub nu.6.ver.sed si quis in causa
capitali,si enim falsus testis ad offensam puni-
tur eadem pæna,qua puniendus esset Reus, si
de crimine cōuinceretut,vt præfati dicunt Do
ctores,necessario sequitur, quod si capitale sit
delictum, licet non publicum, testis teneatur
capitaliter,pto vt teneretur Reus, quia alias
non adesset eadem pæna,nec supplicii, simili-
tudo. Ad idem facit dictum elegans Angeli in
l.vbi pet illum text. in fine. C. ad leg. Corn. de
fals.quod quando falsum est valde graue puni
11 tur capitali pæna, refert, & sequitur Capyc.
decis.Neapol.130.in tertio dubio sub numero
21.post.vers. sed altius aliquantulum repeten-
do materiam.

Quod procedit nedum quando propter at-
testationem talis falsi testis Reus fuit capitali-
12 ter punitus,sed etiam quando fuit absolutus,
nam nihilominus dictus testis tanquam homi-
cida tenetur ita dixit expresse Felyn.in d.ca.si-
cut num.2.in tertio not.extra de testib.& idem
aperte tradit Guid.Papæ.d.decis.44.post prin.
sub nu.1.& 2. dicens ita de facto fuisse per Del
phinale Parlamentum decisum,& sequitur ibi
Additio in verbo damnaretur, sub litera D.
quæ plura comprobādi allegat, & optime col
ligitur ex traditis per Marsil. d.cons.27.sub nu
mero quinto,& seq.uer. nec obstat si diceretur
& est de mente aliorum Doctorum supra alle-
gatorum,qui indistincte loquuntur, nec se re-
stringunt ad casum,in quo Reus ex falsa testi-
ficatione fuerit condemnatus, imo videntur
apette loqui etiam sequuta abso lutinne, dum
inquiunt teneri fallum testem eadem pæna,
qua teneretur Reus,si crimen uere contra eum
probatum fuisset,& est verissima, & certissima
opinio de iure,vt ostendit Cacheran.decis.pe-
dam.19.testis examinatus numero primo,& 2.
qui tamen subdit nume. 3.vers.in contrarium,
quod de consuetudine non obseruatur, vt tam
13 rigorosa pæna imponatur,nisi quādo propter
depositionem huiusmodi testis subsecuta fuit
condemnatio,& exequutio contra Reum,quo
casu bene procedit text. in d.§. præterea, qui
exigit capitalem condemnationem Rei,nec ex
tenditur ad alios casus, ut aduertunt Marsil.in
d.§.præterea,sub numero 6.vers.sed quæri po-
telt ad fin.& Grammat.voto crimen.5. sub nu-
mero 2.vers.quibus non obstantibus in fine,ex
quorum,& aliorum dictis concludit ipse,quod
hanc sententiam veluti mitiorem sequutus est
senatus condemnando testem, qui deposuerat
falsum contra imputatum de vxoricidio per
sententiam absolutum, in amputationem ma-
nus cū publicatione bonorū iuxta formā decre
ti Ducalis, quæ opinio multūmihi placet,licet
in casibus Guid.Papæ.& Don Ludouic. de Pe-
guer. fuerit de facto seruatum contrarium, &
ad mortem punitus falsus testis contra Reum
postea innocentem repertum ex propria eius-
dem testis assertione, & text. in d. §. præterea
14 possit in contrarium ponderari, vt per Guid.
Papæ.vbi supra,& rigorosa opinio i ure defen-
di possit, quia semper melius est, sequi beni-
gniorem opinionem, vbi de hominis vita agi-
tur. Hinc dicit Clar.in d. §. falsum sub numero
octauo,versicu.testis,qui falsum,quod licet Se
natus in contingētia facti fecerit suspēdi duos
falsos testes, vt supra retuli, quod tamen non
solet semper hac seueritate vti,sed quandoque
mitius agere,& in pænam triremium, vel fusti
gationis eos damnare, quam opinionem ego
quoque sum sæpe sequutus, quando Reus fuit
absolutus condemnando in causis capitalibus
15 huiusmodi falsos testes ad triremes,& vt plu-
rimum imperpetuum, mittendo etiam quan-
doque eosdem mithratos, & cum nota, quam
breue vocant continente executionis causam
per loca publica ad maiorem eorum infamiā,
& ignominiam & ad aliorum terrorem, & exē
plum, Est enim hæc pæna mithrationis, tan-
quam exemplaris multum in vsu maxime in
Tuscia, & connumeratur inter pænas corpo-
16 rales, quia continet corporis coërctionem,
& infamat non secos,ac fustigatio, catena, vel
quid simile,vt dicit Diaz.in practic.crimin.ca-
non.

non.c.146.in verbo corporalibus,nu.2. sequi-
tur Menoch.in d.tract.de arbitr.Iudic.lib. 2.q.
80.in 16.casu.nu.40.& 41. qui alios refert,qui
bus addi possunt dicta supra casu 28. ante fin.
vbi de fustigatione egimus,probando eam , &
corporalem esse, & infamiam irrogare. Sane
vbi ex depositione talium testiũ Reus fuisset ca
17 pitaliter condemnatus, semper condemna-
rem testes ad mortem , nec illos excusarem, si
ex gratia contra ipsum Reum condemnatio
non exequeretur,quem casum tamẽ nunquam
habui in facto.

Quod si causa capitalis non sit, sed minoris
18 pænæ testis falsus ad offensam capitaliter non
tenetur,sed pæna ordinaria falsi d.l. 1. in prin.
ff.ad leg.Corn.de fals.Bald.in d.l.& si legibus,
nume. 2.vers.interdum obrepitur deierando.
C.si contra ius, vel vtilit.publ.& in d.l.2.nume.
6.ver.si autẽ.C.de reb.cred.& sentiunt a fortio
ri Salicet.ibidem sub nu.4.in fine,& Boss.d. tit.
de fals.sub nu.169.vers.& aduerte,& alii,de qui
bus memini supra in vers.& licet tex.volentes,
quod etiam si crimen sit capitale , dummodo
non sit publicum talis testis non puniatur pœ-
na capitali,sed de falso tantum , & facit tex.in
d.l.vbi in fi.C.de fals.

Est autem pæna falsi in persona nobili, uel.
19 in dignitate constituta deportatio cum publi
catione bonorum.c.l.1.§.fin.ff.ad leg.Corn.de
fals.In Plebeo,dãnatio in metallum.d.l.si quis.
aliquid.§.qui viui testamentum. ff. de pœn. In
seruo autem,ultimum supplicium,d l.1.d.§. fi.
ff.ad leg.Corn.de fals ubi Bar.hoc modo intel-
ligit dicta iura,& sequitur Capyc.decis.Neapo
lit.153.Notarius,num. 1.qui tamen subiungit.
quod Iudices maleficiorum faciunt duos tan-
20 tum gradus,videlicet , quia in libero homine
ponunt deportationem cum publicatione bo-
norum , & in seruo ultimum supplicium iuxta
distinctionem,d.l.1.§.fin.ff.de fals. & §. item lex
Cornelia de falsis Instit.de public.iudic.. quam
tenent Albertus de Gandino in tract. malefic.
tit. de falsariis sub num. 3. vers.est autem pœna
falsi Bonifac.de Vitalin.ibidem in tract.male-
fic.tit.de fals.nu.3.uer.pœna autem falsi est, &.
post istos Marsi.in rubr.ff.ad l.Corne.de fals.nu
me.3.uers.& 1.dico Alex.d.cons.55. sub nume.
1.in fine Menoch.d.casu 306.num.2.uers.regu-
lariter, & sub num. 3. ver.quo circa,Additio ad
Guid.Papæ dictam decis.44.in verbo,sed inci-
dit in crimen falsi sub litera c. Couar.d.§.6.sub
num.7.post vers.testis autem,& uidetur tex.in
l.ubi in fine secun. vnum intellectum iũcta ibi
glossa in uerbo commissi. C.de fals.

Sed quia hæc pena in libero homine non est
hodie in usu, vbi adsint statuta super hoc prui
21 dentia stabitur ipsis statutis, illis autem defi-
cientibus,pæna erit arbitraria Iudici, ut in pũ
cto dicunt Gand.d.tit.de falsar.sub num. 3. ver
sic.sed hodie, Alex.d.cons.55. num.2. uers.ue-
rum quia lib.7.Capyc.d.decis. 153. nu.2.Clar.
in d.§.falsum.nu.40.vers.sed quæro quæ sit pæ
na falsi Menoch.d.casu 306.sub nu.8.post vers.
legibus lõgobardorũ. Nec talium delinquen-
22 tiu bona publicãtur per Auth.bona damnato
rum.C.de bon.damnat. ut in indiuiduo tradũt
Bonifac de Vitalin.d. tit.de fals.sub num.3.ver.
sed iure nouo.Alex.d.cons.55.sub nu.1.in fine,
Additio ad Guid.Papæ d.decis.44.in d.verbo,
sed incidit in crimen falsi litera. C.in fi.Capyc.
d.decis.153.nu.4.Menoch.d.casu 306.sub nu.3.
vers.quo circa & est glos.in d.l.1.d.§.fin. in ver
bo publicatio.ff.ad leg.Corn.de fals.

23 Si vero testis falsum deponat ad defensam
rei contra fiscum, etiã quod causa sit capitalis,
non punitur pæna mortis,sed alia mitiori cum
fiscus tractet de lucro, & nihil ei realiter aufe-
ratur,vt in terminis concludunt Mars.in d.l.1.
d.§.præterea.nu.6.vers.sed quæri potest,ff.ad l.
Cornel.de sycar.Boss.d.tit. de fals.sub nu. 138.
vers.itẽ adde quod dicens falsum Gram.d.vot.
5.nu.2.& seq.vsq; ad finem, referens talem te-
stem fuisse cõdemnatũ ad triremes ad tempus,
licet prius fuisset condemnatus ad manus mu
tilationẽ,Alex.cons.55. supra allegato, in fine,
lib.7.Clar.in d.§.falsum.num.8.post vers.testis,
qui falsum testimonium deponit post prin. vbi
inquit quod hoc casu incidit in pænam falsi ,
24 quæ hodie cessat, & in eius locum succedit pæ
na extraordinaria arbitrio Iudicis , & refert,
ita consuluisse Alex. sup.citatum, & ita etiam
iudicando tenuisse consilium Neapolitanum,
qui talem testem condemnauit ad triremes ad
tempus,vt per Grammatic.etiam sup.relatum,
Menoch.d.casu 306. in fine sub nu.37.vers. huc
etiam pertinet,qui sequitur Alex. & Gramma.
in dictis locis,& ita vidi seruari , & multoties
ipse seruauit,vt scilicet falsus testis ad defensã
reorũ contra fiscũ in quacunq; causa etiã capi
tali semper condemnetur citra mortẽ, puta in
pœnam triremiũ ad tẽpus,vel fustigationis,vel
exilii,aut relegationis temporalis,& quando-
que etiam in pecuniariã pœnam iuxta facti, &
personarũ qualitatẽ,cum in arbitrariis nõ pos
25 sit certa cõstitui regula, sed determinatio va-
riari debeat secundũ circũstantias delictũ ag-
grauantes,vel minuẽtes,& secũdũ temporũ cõ
ditionem,quæ quandoq; minorẽ, quãdoq; ma
iore exigit eorundẽ criminum punitionẽ. De-
bebit tamẽ Iudex rectus,& discretus in primis
26 animaduertere ad qualitatẽ causę,in qua falsi
tas commissa est,vt nõ eandẽ in omni causa im
ponat testibus pænã, nã alia exigitur in capita
li, alia in non capitali,& rursus in nõ capitali,
alia in graui,alia in leui , ne ipse Iudex de ini-
quo redarguatur arbitrio,sed omnibus pẽsatis
iustũ proferat iudiciũ,cũ proprium sit iustitiæ
punitiuæ,vt pæna iuxta sceleris mẽsurã ĩponat.

27 In omni tamẽ casu testis falsus in foro con-
tentioso tenetur erga partem quã grauauit de
omni damno contingẽte propter illud falsum
testimonium Clar.in d.§. falsum sub nume. 19.
post vers. pæna autem testis,& vltra eum Bald.
in l.Præsbiteri sub numero 13. versicu. quid in

eo.in fine. C. de Episcop. & Cleric. & multum clare Ias.in l.Diuus num.29.uers.in glo.sibi cō tra testes.ff.de re iudic.vbi idem dicit de cor-
28 rumpente ipsos testes.

EPITOME.

Accusatores falsi, & calumniosi in causis criminalibus, quibus sint afficiendi pœnis, cum hodie sublata sit talionis pœna.

SVMMARIA.

ACCVSATORES olim talionis pęna puniebantur si in accusatione deficiebant,nu.1.

Hodie pœna talionis non est in vsu, & Iudicis arbitrio puniuntur.num.2.

Accusatores calumniosi grauiter puniuntur, & quandoque etiam morte mulctantur, cuius rei referuntur exempla.nu.3.

Punitur ad similitudinem supplicij, qui aliquem facit capere, qui postea appareat innocens.nu.4.

Accusatores falsi damnātur ad triremes in perpetuū, vel ad tempus, & incedere debent per loca publica, cum mithra in capite & nota in pectore secundum sententiam Authoris.nu.5.

Et ibidem refert iudicium de quodam calumniatore, qui de corruptela imputauit duos Iurisconsultos.

Corruptelæ crimen inter magnas, & capitales causas reputatur, et in multis delicto lesæ maiestatis assimilatur nu.6.

Iudex corruptus ex legibus Municipalibus Magni Ducis Etrurię punitur pœna pecuniaria, & priuatur officijs, & inhabilitatur in perpetuum ad alia obtinenda, & insuper infamia notatur.nu.7.

Fama cunctis rebus, & propriæ etiam vitæ antefertur.nu.8.

Infamiæ pœna morti æquiparatur.nu.9.

Accusato calumniosus inducens falsos testes ad probandam accusationem tenetur de falso, & maiore pęna, quam ex simplici calumnia, punitur. numero 10.

Calumniator solitus calumniari acrius puniendus, est quam is, qui semel tantum calumniatus est. numero 11.

Calumniari solitus puniri potest in pœnam amputationis, & capitis, & in executione præcedit decapitationem, lingua bmputatio nu.12.

Accusatores in causis non capitalibus, vel alias non grauibus cōdemnantur, vel in pœnam fustigationis, vel merlinæ seu catenæ infamis, aut exilij, vel relegationis ad tempus vel aliter iuxta facti, & personarum qualitatem.nu.13.

Accusatores condemnandi sunt semper ad refectionem expensarum, & damnorm reo absoluto. numero 14.

Accusator non excusatur a condemnatione expensarum, etiam quod excusetur a pęna calumniatorum, quia sufficit temeritas, & quod non ad sit legitima, accusatione, & iusta causa accusandi.nu.15.

Accusator quando dicatur calumniari, & quando a calumnia excusetur traditur nu.16.remissiue.

CASVS CENTESIMVS SEXAGESIMVS SEXTVS.



1 CCVSATORES olim regulariter se inscribebant ad pænam talionis, seu ad similitudinem supplicii, si in accusatione deficerent, & ita iure puniebantur.l.si cui. ff.de accusat.l.qui crimen.C.qui accusar.non poss.l.2. vers.ex longinquo.C.de exhibend.rei. l. fin. C. de accasat.l.2.§.fin.C.de his qui latron. occult. l.prima, §.penult.cum glo.in verbo capitali. C. de famos.libell.l. tertia, §. nam Diuus Hadrianus iuncta glos. in verbo relegaretur in fine, ff. de testib. cap. tuæ de procurat. & vbique scribentes, gl.in l.athletas.§.item præuaricator in verbo ex vtraque ad finem.ff.de his qui not. in fam.& in c. cum dilectus in verbo calumniandi circa medium de calumniator. glos. & Doctores in c.super his.de accusatio. Angel.Aret. in tract.malefic.in verbo, & ad querelam Titii num. 5.vers.secundo requiritur, & ibi Angust. de Arimin.in addit.late Clar.in practi.crimin. q.12.numero 15.vers.dixi quoque sed cum hodie moribus receptum sit, eam inscriptionem
2 non esse necessariam, & pænam talionis, seu simile supplicium calumniatoribus non inferri Bart.in d.l.si cui.nume.2.in fine, & in l.pen.§.ad crimen col. 1.nume.2.ff.de public.iudic.Gand. in tract.de malefic. in Rubr. qualiter fiat accusatio: num.6. vers.nec immerito Salycet. in d.l. qui crimen.sub num.4. Felyn.in d.cap.super his col.4.sub nu.5.vers.vltimo nota de accusat.Angel.Aret.& August. de Arimin. in loco citato, & diffuse Clar.d.q.12.nu 17.vers. cæterum hodie, & latius, q.81.num.3.vers.sed nunquid hæc pæna talionis Didac. Couar.& Menoch.statim citandi erit arbitrio iudicis puniendus accusator, qui in probatione criminis defecerit, vt est text.optimus in d.cap.super his, & in l.& in priuatis.ff.ad senatusconsult.Turpill. & tradit gloss.in d.c.tuæ in verbo effectum. de procuratorib. & ita pet aliqua ex prædictis iuribus, & authoritatibus decidunt Didac.Couar.lib. secundo variar.resolur.ca.9. sub numero primo, vers.olim sane, & Menoch.in tract.de arbitr.Iudic.lib.1.q.79.numero 5.& latius lib. secundo, cent.quarta, casu 322.nume.3.& ante eos Boss. in pract.crim.tit.de accusat.sub num. 17.versi. quinto quæro in fine, & tit.de præuaricator calumniator. & tergiuersator.nu.8.ver.itē scias, & sentit Clar.d.quæst.81.sub nu.3. circa finem, vers.scias tamen, cum quibus concordat Farinac. post hæc scripta visus lib.primo, quæst. crimin.tit.de accusat.quæst.16.numero 5.vers. calumnia-

lumniatoris pęna, & Mascard. pariter his scri-
ptis visus de probat. lib. 1. concl. 24. num. 2. post
Roma. in l. 1. nu. 6. ver. item nota. C. de aduoca.
diuers. iudiciorum.

Sed & si sublata est pœna talionis, & similitu
dinis supplicij, contra huiusmodi accusatores
3 calumniosos, puniuntur tamen grauiter, & quã
doque, etiam pœna mortis, refert enim Boss. ti.
de falsis nume. 171. vers. quod volui cõmemo-
rare, quod dum alias, quidam magnus Vir fuis-
set accusatus apud Cæsarem, quod recepisset
stipendia pro pluribus equis, & militibus, quã
haberet, comperto, quod accusatio fuerat ca-
lumniosa, accusator morte mulctatus fuit, &
dicit Bald. in l. & si legibus ad finem nu. 3. vers.
secundus intellectus. C. si contra ius, vel vtilit.
publ. quod vidit de facto decapitari quendam,
qui ex inimicitia, quam cum vno habebat, fe-
cit illum incarcerari tanquam capitaliter ban-
nitum, & in libro publico bannitorum descrip
tum, cum adesset identitas nominis, licet non
esset ille, qui erat bannitus, sed alius, propter
quod fuit in magno periculo ammissionis vitę,
& vix potuit probare de diuersitate corporis,
vnde tali improbitate comperta, Potestas ius-
sit illud accusatorem decapitari, & Bald. sequu
ti sunt ibi Paul. de Castr. in fine nu. 2. & Ias. ibi-
dem nume. 2. vers. item per istam legem, & Ma-
scard. his scriptis visus d. conclus. 24. in fine num.
18. & idem dixit ipse Bal. in l. 2. in fi. nu. 4. C. de
his, qui latr. vel alijs criminib. reos occul t. vbi
notat, quod qui facit aliquem capi, qui postea
4 apparet innoceus debet puniri ad similitudi-
nem supplicij, & subdit, quod pro hoc fuit deca
pitatus quidam Perusij, propter quod vltimum
dictum Baldi dixit Clar. immemor primi d. q.
81. ad finem vers. scias tamẽ, quod quamuis su-
blata sit pœna talionis, si aliquis faceret, capi
aliquem pro crimine capitali, qui esset inno-
cens, & appareret quod per calumniam id fe-
cisset, vt illum decapitari faceret, forte ipse nõ
euitaret similem pœnam, & subiungit simul vi-
disse in facti contingentia quod quædam mu-
lier, quæ accusauerat quosdam, quod illam per
vim, & præpostera venere cognouissent, & de-
inde fassa fuerat quærelam esse falsam, vix eua-
sisset pœnam vltimi supplicij, nisi fuisset præ-
gnans, qua re attenta, fuit tantummodo con-
demnata ad catenam infamem, & subnectit,
quod alius propter falsam notificationem fuit
triennium ad triremes condemnatus, & Clar.
sequitur, Farinac. dicta quæstio. 16. sub nume-
ro quinto post dictum versic. calumniatoris pę
na, qui ideo concludit, modo esse pecuniariam
modo corporalem iuxta facti, & personarum
qualitatem.

Ego sane pluries in causis capitalibus, vel
alias grauibus fui in voto, quod huiusmodi fal
si accusatores condemnarentur ad triremes in
5 perpetuum, vel saltem ad tempus nonmodi-
cum, & ante transmissionem ad triremes in-
cederent per loca publica cum mithra in capi-
te, & nota in pectore, quam breue vocãt cau-
sam continente, quod nuper obseruaui contra
quendam, qui calumniose imputauerat duos
iure consultos non mediocris nominis, quod
cum essent Iudices delegati in quadã eius cau
sa ciuili, ipsa lite pendente ab eodem et litiga-
tore, & delatore accepissent, vnus centum quin
quaginta scutos, & alter torquem auream vn-
ciarum quindecim, vel sexdecim, licet iure il-
lum ad mortem condemnare potuissem, cum
iure cõmuni huiusmodi causa dicatur grauis,
6 & crimen corruptelæ reputetur inter magnas,
& capitales causas, & in multis delicto lesæ ma
iestatis assimiletur, vt per Gramatic. cons. cri-
min. 35. In causa magnifici Antonij num. 1. cum
seq. & ex legibus municipalibus magni Duca-
7 tus Hetrurię Iudici corrupto imposita sit pœ-
na pecuniaria, priuationis officij, in quo repe-
ritur, & inhabilitatis ad omnia alia officia pu-
blica, Magistratus, & dignitates in perpetuum
& notæ ignominiæ, & infamiæ publicæ, & sic
tractaretur de honore, fama, & existimatione
insignium, & nobilium Virorum, & in docto-
rali dignitate constitutorum, & in publico
etiam Gymnasio legentium, quæ non modo
8 cunctis rebus, & propriæ vitę ante fertur. Me-
noch. de arbitr. Iudic. libro secundo, casu 377.
num. 19. & casu 496. nume. 7. per l. illi quidem.
§. penult. ff. quod met. causa, vt non inmerito
pęnam infamiæ morti equiparari dixerit idem
9 Menoch. in eodem tract. libro, primo, quæstio.
80. in decimosexto casu sub nume. 41. de quo
est tex. cum gloss. in l. iusta. in princ. ff. de ma-
numiss. vind. quem ad hoc adducit Claud. in
additionib. ad cons. Bertaz. Patris cons. 198.
litera A. vers. sed datur in fine lib. primo crimi-
nalibus, & non solum falsam imputationem
proposuisset, sed etiam pro ea sustinenda fal-
sos testes induxisset, quo casu etiam de falso te
neri eum, & maiori pęna, quam ex simplici
10 calumnia puniri, voluit Bald in l. quicunq; col.
fin. num. 31. vers. deinde nota gloss. C. de seru.
fugitiu. Sentit. Boss. d. tit. de accusation. sub nu.
17. vers. quinto quæro circa medium, & aper-
tissime tradit August. de Arimin. in addition.
ad Angel. de malefic. in d. verbo, & ad quære-
lam Titij, in Apostilla ad vers. quæro aliquis
produxit falsam accusationem sub nu. 92. quæ
falsi pęnam qualis sit constat ex dictis in proxi
me precedenti casu, Et in tali admixtione fal-
sitatis testium cum falsitate accusationis pos-
se pęnam mortis arbitrari dixit Farinac. d. q.
16. sub nu. 7. ad fin. ver. aliquando tñ post Gi-
gant. per eum relatum ita in contingentia fa-
cti fuisse seruatũ attestantem, eo addito, quod
erat solitus in similibus delinquere nã qui ca-
11 lumniosas consueuit propone imputationes,
acrius puniendus est, quam qui semel tantum
calumniatus est, vt Farinac. dicit d. quæst. 10.
nu. 6. vers. si enim aliquis post Boss. d. tit. de ac-
cusat. sub num. 17. in fine In tantum vt propter
hoc in pęnam amputationis linguæ, & capi-
tis

tis puniri potuisset, vt dicit Bald. in l. data ope-
ra nu 49 post vers. reuettor ad thema nostrum
C. qui accus. poss. & post eum Franc. Marc.
decis. 738. in 1. parte, qui alios idem tenentes
refert, & subdit, quod in executione præcedet
amputario linguæ, & postea sequetur de capi-
ratio, & incipit d. decisio, quæritur, quando
quis facit falsam accusarionem, & est valde no
tabilis, & modernis Criminalistis ignota. In
non capitalibus autem causis, vel alias non gra
uibus mitius egi semper cum huiusmodi accu-
13 satoribus, eos condemnando, vel in pœnam
fustigationis, vel merlinę, seu catenæ infamis,
vel exilij, aut relegationis ad tempus, vel ictuũ
funis, & quandoque etiam in pœnam pecunia-
riam tantum, iuxta personarum, & factorum
qualitatem.

Et vltra pœnam de qua supra condemnan-
14 di sunt semper ad refectionem expensarum, &
damnorum Reo absoluto Angel. in d. verbo, &
ad quærelam nume 73. vers. quæro an succum-
bens, & ibi August. de Arimin. & latius Hieron.
Cuchalon. in additionibus Boss. d. tit. de accu-
sar. sub nu. 19. 27. & 28 & d. tit. de præuaricato
ribus calumn. & tergiuersat. sub nu. 8. 10. & 11.
late Clar. in pract. crimin. q. 62. nume. 4. versic.
sed nunquid in istis causis criminalibus, Fari-
nac. d. quæst. 16. nume. 8. ver. tenetur insuper, &
Menoch. in d. tract. de arbitr. Iudic. lib. secun-
do casu 321. nu. 34. & est tex. in auth. qua in pro
uincia, vers. quod si desit. C. vbi de crimin. agi
oportet, a qua condemnatione non excusan-
15 tur etiam quod excusentur a pœna calumnia-
torum, quia sufficit temeritas, & quod non ad-
sit legitima, & iusta causa accusandi, vt per Bos.
in dictis locis, quem sequitur Menoch. d. num.
34. quicquid dicat Clar. vbi supra, cõtra quem
vidi sæpius seruari in practica, pro vt etiam ser
uari vidisse restatur Farinac. nuper visus post
plures per eũ allegatos, d. q. 16. nu. 13. vers. sed
vt ingenuè fatear. Et ita etiam ex facto consul-
tus a Iudice respondit Paul. de monte Rico. in
cõs. 29. Magnifice, & eximie Doctor nu. 12. ver.
nec obstat vltimum.

Quando autem dicatur accusator esse in ca
16 lumnia, vt condemnari criminaliter possit, &
quando ab ea excusari valeat, & quomodo Iu-
dex procedere debeat, me remitto ad Angel. &
August. vbi supra nu. 70. 71. 72. Boss. dictis tit.
de accusat. & de Præuaricat. Clar. d. q. 62. fere
in tota, & Menoch. d. casu 321. in toto, & ad
alios ab eis citatos, & nouissime ad Farinac. d.
q. 16. sub varijs numeris, & ad Mascard. de pro
bat. lib. primo concl. 24. 25. & 254. qui alios re-
ferunt.

EPITOME.

Quando pluries eodem impetu percu-
tiens alium in eodem in loco pluri-
bus pœnis sit puniendus, & non vna
tantum, quomodocunque lex lo-
quatur.

SVMMARIA.

PERCVTIENS aliquem eodem impetu bis in eodem loco punitur pro vno vulnere tantum, quãdo statum pęnam imponit pro vulnere, quia vnum est vulnus, & una scissura nu. 1.

Diuersi iuris est, quando statutum pœnam imponit pro percussione, quoniam tũc plures imponuntur pœnę, cum plures sint percussiones, & plures ictus ibid.

Vulnus ex repercussione eodem loco facta ampliatum punitur pœna bini vulneris secundum veriorem opinionem contra Bartolum. nu. 2.

CASVS CENTESIMVS SEXAGESIMVS SEPTIMVS.



AD cognoscendum, an qui aliũ
bis eodem tẽpore, seu impe-
tu percussit in eodẽ loco cum
ense, pugione, vel alio instru-
mẽto puniri debeat pro duo
bus vulneribus aut pro vno
tantu, pęna a statutio determinata, dicit Bar.
in l. si gemina. nu. 6. vers. sed quæro quid econ-
uerso ff. de arbor. furt. cesar. inspicienda esse
verba statuti, aut enim imponit pęnã pro vul-
nere, aut pro percussione. primo casu vna tãtũ
1 pęna imponitur, quia vnũ tantũ vulnus est, &
vna scissura, licet ampliata per secundã percus
sionẽ, Secundo casu plures pęnæ imponuntur,
quia plures sunt percussiones, & plures ictus,
quã distinctionẽ sequitur Angel. in tract. malef-
fic. in verbo, *Et* ipsum Titiũ percussit, & vulne-
rauit. nu. 4. vers. quid si insequar te in fine, sed
Augustin. de Arimin. in addit. ad ipsum Angel.
tenet cõtra Bar. in 1. casu quod imo etiã quod
statutũ loquatur de vulnere, locus sit pęnæ pro
duobus vulneribus, & non pro vno tantũ, quan
do ex secũda percussione illud idẽ vulnus am-
2 pliatũ est, licet alias secus, & dicit quod ita te-
nuit Angel. de Perus. in d. l. si gemina, & alle-
gat bonas rationes, cujus dicta ipse approbat,
quo fit, vt cum communiter vulnus ex reper-
cussione in eodem loco amplietur, & vix ali-
ter esse possit, raro, aut nunquam euitetur pœ-
na bini vulneris, & recte, nam si statutum de
percussione meminit, res clara est, etiam se-
cundum Bartol. cum bina interuenerit percus-
sio, quod si de vulnere loquatur, adhuc ve-
rius est contra Bartol. duplicem dandam esse
pęnam,

pœnam,& non vnam tantum,quia non est vulnus,prout erat ex vnica percussione,sed aliud differēs,& magis amplum,& a secunda percussione alteratū,& maiore cura,& impensa indigens,maioremq; dolorem patienti inferens,& maius vitę periculum habens,vt de se patet,& ipsa ratio naturalis dictat.

EPITOME.

Quod Domini terrarum, vel castrorum, aut aliorum locorum, quibus præstantur decimæ a subditis,possunt sub pœna prohibere ipsis subditis ne fructus colligant absque præsentia hominis per dictos Dominos deputandi, & custodes pro eorundem interesse apponere agris, & alia facere,per quæ prouideatur,ne decima defraudari possint.

SVMMARIA.

EDICTVM valet,quod subditi debentes decimas dominis non colligant fructus,absque præsentia hominis per ipsum Dominum destinandi. nume.1.

Vassallus,qui debet decimam Baroni prohiberi potest, ne trituret,& colligat messem absq; præsentia personæ per Baronem destinandæ.nu.2.

Atq; in re succurritur Vassallis per denūciationem dici factam Baroni,vel eius ærario ibidem.

Episcopus existens in possessione exigendi decimam potest pro suo interesse apponere custodes in agro pro custodia frugum,contradicente etiam debitore decimæ,nu.3.

Proprietario permittitur apponere saltuarios fundo, etiam contradicente vsufructuario, vel vsuario,numero 4.

Custodiam potest quilibet apponere in ea re,in qua habet ius aliquod.nu.5.

Castro in feudum concesso potest cōcedens ponere ibi milites ad custodiam nu.6.

Lite inter priuatos vertentē, quamuis fiscus non habeat interesse formatum in causa, si tamen dubitetur,quòd eius interesse possit, Aduocatus fisci potest assistere.nu.8.

Liti potest quilibet pro suo interesse assistere, quamuis lis non agitetur cum eo.nu.7.

Quoties ex lite inter priuatos vertente potest fieri prę iudicium fisco,siue instet procurator fisci, siue non, causa remittitur ad Iudicem competentem inter fiscum,& priuatum,nu.9.

Fiscus quando habet,vel habere potest aliquod interesse in causa,ea ipsa causa iudicatur per Iudicem cōpetētem inter fiscum,& priuatum etiam si lis inter priuatos sit.nu.10.

CASVS CENTESIMVS SEXAGESIMVS OCTAVVS.

1 IVSTIFICATIO proclamatis, seu edicti, quod subditi debentes decimas eorum domino, non recolligant fructus absque præsentia hominis per ipsum Dominum destinandi sub certa pœna, optime desumitur ex dictis per Vinc. de Franch. decis. Neapol. 117. In sacro consilio in princ. in 1. parte, vbi dicit quotidie iudicari in consilio,quod quando vassallus reddit decimam Baroni,pos-
2 sunt vassalli prohiberi, ne triturent, vel colligant messem,& fruges absque præsentia personæ per Baronem destinandæ, ne ipse Baro aliqua quantitate dictæ decimæ fraudetur,subdit tamen nu. 2. prouideri, quod facta denunciatione temporis, seu diei Baroni, seu eius ærario, si non transmittit hominem prædictum Baro, ne messis, seu fruges amittantur, vel corrumpatur,liceat vassallis triturare, & colligere messem, & alios fructus, pro quibus decima debetur,quod valde equum videtur, Ex
3 quibus dicit,se iudicasse Episcopum, qui erat in possessione exigendi decimam, posse apponere custodes pro eius interesse in agro, vel area pro custodia frugum etiam quod debitor decimæ contradiceret per tex. in l. si ita legatus §.dominus proprietatis. ff. de vsu, & ha-
4 bit.vbi permittitur proprietario apponere saltuarios, se custodes fundo etiam contradicente vsufructuario, seu vsuario, quia, vt ibi dicit
5 Bald.quilibet habens ius aliquod in re potest ei custodiam apponere pro suo interesse, Vnde infert, quod licet Comes concesserit militi Castrum in feudum, tamen potest ibi pone-
6 re milites ad custodiam per illum text.& per l. si vt certo. §. si de me petijsses. ff. commod. quod repetit in additionibus ad princ.dict.l.si ita legatus,& inquit vtrobiq; ita tenuisse Dyn. de Rosonis de Muxello, Et generalius subnectit Franch.vbi supra ante finē,quod vbicunq; alicuius interest non colludi in causa, quan-
7 tumcunque lis non agitetur cum eo,potest liti assistere pro suo interesse, & quod propterea consueuit sacrum consilium, quando lis est inter priuatos,& fiscus in causa non habet inte-
8 resse formatū, & dubitatur ex ea lite aliquod interesse posse oriri fisco, non remittere causam ad Iudicem competentem inter fiscum, & priuatum, sed prouidere, quod Aduocatus fisci possit assistere in tali causa, quæ decisio satis confert ad rem nostram, in qua tamen reperij postea eandem Franch. decis. 132.quando est lis, in eadem prima parte attestantem, quod cum vertitur lis inter priuatos in sacro
9 consilio,& apparet quod ex ea potest fieri præiudicium fisco, siue instet, siue non instet procurator fisci,causa ipsa remittitur ad Iudicem com-

competentem inter fiſcum, & priuatim, in qua ſacrum conſilium eſt Iudex penitus incõpetẽs, & quod idem ſit, quando dubitatur de colluſione inter partes priuatas ad inuicem litigantes, Quinimo plus volui in hoc propoſito Capyc. relatus per ipſum Franch. dicta deciſ. 117. in finalibus verbis, quod etiam iudicatur lis inter pri
10 uatos per Iudicem competentem inter fiſcum, & priuatum, quando ſolum fiſcus habet, vel habere poteſt ſimiles cauſa, ne ex deciſione per aliud Tribunal facta inter tales priuatos generetur aliquale præiudicium fiſco, & eius ius nõ fiat deterius, maxime ſi Tribunal eſſet magnæ authoritatis.

EPITOME.

Quæ ſit pœna exigentis, vel recipientis iterum debitum iam ſibi ſolutum, & quomodo ſuccurratur ſoluenti pro repetitione, quando vigore rei iudicatę denuo ſoluit.

SVMMARIA.

DEBITVM iam ſolutum petens, crimine Stellionatus, non autem falſi tenetur, nu. 1.

Diſpoſitio l. ſiquis obrepſerit. ff. de falſis in quibus terminis procedat, 2.

Stellionatus crimen non incurritur, niſi cum petitione adſit etiam exactio. 3.

Debitum ſemel ſolutum etiam abſque petitione iterum recipiens in crimen Stellionatus incidit. 4.

Bonæ fidei repugnat, vt bis idem debitum recipiatur. 5.

Stellionatus pęna eſt arbitraria. 6.

Debitum ſolutum iterum exigens, vel recipiens vltra pœnam Stellionatus ad ſoluti reſtitutionem etiam tenetur. 7.

Et hoc etiam ꝙ pro ſolutione facienda extaret res iudicata, eod.

Soluti repetitio facienda eſt condictione ſine cauſa, nõ autem rei iudicatæ authoritate. 8.

CASVS CENTESIMVS SEXAGESIMVS NONVS.

1 PETENS debitum iam ſibi ſolutum, tenetur crimine Stellionatus l. ſi fideiuſſor. 29. § in omnibus. ff. mandãt. vbi de hoc eſt rex. apertus, & ibi notant Bart. & Bald. in additione ad primam lecturam, & idem Bald. in l. prima, nume. 12. verſiculo ſecundo, reuoco in dubium, & nume. 14. verſiculo vltimo, aduerte C. de condict. in deb. & in l. ſub ſpecie ſub nume. 4. poſt verſ. ſed pone, & ibidem Salyc. ſub numero ſecundo, verſ. quæro ab extra. C. de re iudic. Roman. conſ. 105. viſo themate propoſito ſub nu. 1. ad finem, & eſt caſus, qui ſæpe euenit in facto, nec reperitur connumeratus a criminaliſtis inter caſus comprehenſos ſub crimine Stellionatus.

2 Nec tenetur crimine falſi iuxta l. ſiquis obrepſerit. ff. de falſis quia eius diſpoſitio procedit, quando vltra falſam ſuggeſtionem factam iudici cõcurrit etiam falſa probatio per Inſtrumenta, vel per teſtes, Secus autem quando falſa ſuggeſtio tantum facta eſt Iudici, & ſimplex tantum mendatium interuenit, quia tunc non poteſt de fal tractari, ſed locus eſt diſpoſitioni d. §. in omnibus, ita diſtinguendo dixit Bal. in d. l. 1. nu. 12. verſ. ſecundo reuoco in dubium C. de condit. indeb. quem ſequitur Alex. in addit. ad Bar. in l. qui duobus in 1. additione ſub litera A. in fine, verſ. & vtrum petens iterum debitum ſolutum. ff. de falſis, & idem tenuit ipſe Bal. d. §. in omnibus in additione ad primam lecturam in princ. vbi eandem facit diſtinctionem.

Quod quidem ſano modo intelligendum eſt, vt ſcilicet procedat non in eo, qui ſimpliciter petit debitum iam ſolutum, ſed in eo,
3 qui etiam exigit, quia ex ſola petitione ſine exactione Crimen Stellionatus nõ incurritur, vt decidit Bart. in d. §. in omnibus poſt princ. effectus enim videtur conſiderandus, qui conſiſtit in exactione, Vnde & is, qui debitum
4 ſemel ſolutum iterum recipit, etiam ſi non petierit a ſoluente, incidit in d. crimen Stellionatus, vt notat Bart. in d. §. in omnibus in 1. notab. nume. 1. per illum text. & optima quidem ratione, cum bonę fidei repugnet, vt bis idem debitum recipiatur l. bona fides non patitur. ff. de reg. iur. cum ibi notat. & in alijs locis vulgaribus, licet argui poſſit, quod etiam ex ſimplici petitione in iudicio facta quis dicto crimine teneatur ex his, quæ dicit Bal. in l. ſi tibi. 31. C. de liberal. cauſa. vbi quod qui ciuiliter per calumniam expreſſam trahit aliquem ad iu
5 dicium poteſt criminaliter accuſari, & puniri, & ſubdit eſſe notatu dignum, quod totum ſane intelligendum eſt in exigente, aut petente ſcienter, non autem ignoranter per l. ſi prætor verſic. Marcellus notat ff. de iudic. & per d. §. in omnibus in illis verbis propter ſuam calliditatem, & tradit Coraſi. in l. admonendi nu. 19. ff. de iureiurando.

6 Eſt autem pęna Stellionatus arbitraria, vt tradit Boſſ. poſt alios per eum relatos, in pract. crim. tit. de crimin. Stellionat. in princ. & poſt eum Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 4. caſu. 381. nu. 4.

Et vltra prædictam pœnam criminis Stellio
7 natus tenetur ſemper exigens, vel recipiens iterum debitum ſibi ſemel ſolutum ad reſtitutionem ſoluti per tex. in d. §. in omnibus, etiam ſi pro tali ſolutione facienda extaret res iudicata ſecundum glo. & alios ibi, intelligendo tamen quod hoc caſu fiat repetitio ſoluti non ſecundo loco authoritate rei iudicatæ contra

quam

8 quam venire non potest condemnatus, nec sen tentiam impugnare, sed 1. loco soluti, non con ditione indebiti, cum solutum non esset in debitum, imo debitum, sed vel virtute clausulæ si qua mihi iusta causa videbitur, vt Odofr. notat in d. §. in omnibus in fine, vel conditione sine causa, quia prima causa redata fuit ad non causam propter secundam solutionem, & sic ex noua causa fit repetitio, & non impugnatur senté tia vt tradit Bald. in d.l. sub specie sub nu. 4. ver. modo ego quæro, C. de re iudic. & in l. si fullo. in 1. lect. in princ. & ibi etiam Castr. nu. 7. & 8. ver. oppono pro declaratione, & expressius, & magis in terminis nostris nu. 9. vers. quid autem si contradiceret, & Corneus sub nu. 2. vers. in eadem, ibi vel dic ff. de condict. fine cauſ. Bar. in l. Iulianus verum debitorem nu. 12. vers. ex prædictis ergo, & ibi latius, & clarius Alex. in additio. in verbo iudicio sub litera N. & ibidem Castr. nu. 10. ver. tertio nota, & Iaf. num. 12. ver. tertio habes ex glos. & rursus nu. 16. & 17. ver. tertio habes diligenter notare. ff. de condict. in debiti ceteri Castr. in l. eleganter in prin. in vlt. notab. nu. 9. eo. tit. & conf. 357. in causa quæ vertitur Parmæ sub nu. 4. vers. & isto modo saluari potest gl. lib. secundo & copiose Felin. in ca. suborta col. 7. sub nu. 10. post ver. quartus est casus de Sent. & re iudic. nec ab his discrepare videtur Bar. in l. 1. §. & parui refert in fine sub nu. 10. ff. quod vi aut clam, & in l. si fine nu. 1. ver. venio ad ver. quod si procurator. ff. rem ratam haberi, si bene consideretur, & loquitur præcise in terminis d. §. in omnibus.

EPITOME.

De Tortura inferenda in causis criminalibus leuibus, pro quibus imponitur tantum pœna pecuniaria, vel alia corporis non afflictiua, & qualis debeat esse dicta Tortura, an grauis, & plena, an vero moderata, & leuis, & num hoc procedat in omni genere personarum.

SVMMARIA.

POENA qualibet corporalis quantumuis minima dicitur maior quacunque pecuniaria etiã maxima, nu. 1.

Torturæ locus esse non potest in delictis, pro quibus pecuniaria tantum imponitur pœna. 2.

Pœna pecuniaria dicitur, quæ aliquam continet quantitatem, vel patrimonij diminutionem. 3.

Tortura in delictis leuibus non infligitur. 4.

Delictum leue dicitur vbi pœna corporis afflictiua non ingeritur. 5.

Tortura etiam in leuibus delictis, & vbi de pœna corporis non afflictiua agitur, de consuetudine com. obseruata inferri potest. 6.

Imò etiam circumscripta Consuetudine idipsum de iure fieri potest, 7.

Et maximè, quando pœna pecuniaria est magna, 8.

Pecunia dicitur secundus Sanguis hominis, 9.

Torqueri in leuibus delictis possunt personæ viles, & abiectæ, non autem graues, nobiles, & indignitate constitutæ, 10.

Personæ viles pœnam pecuniariam magis timent, quã corporalem, 11.

Pecunia dicitur vita hominis, & omnium rerum regina eod.

Tortura pro leuibus delictis infligenda debet esse moderata, & leuis, 12.

Tortura leuis non dicitur maior quacunque pœna pecuniaria, 13.

Torturæ Appellatione nõ venit tortura moderata eo. in princ.

Tortura leuis quæ dicatur. eod.

Tortura in Regno Neapolitano non infertur, vbi pro Delicto non imponitur pœna vltra relegationem, nu. 14.

Statutum in certis tantum casibus disponens posse aliquem poni ad torturam, in non expressis prohibere censetur, 15.

Mediolani exiat Statutum prouidens torqueri aliquem posse in ijs tantum criminibus, pro quibus pœna ingeritur corporalis. 16.

CASVS CENTESIMVS SEPTVAGESIMVS.



1 DICTVM est vulgare, quod qualibet pęna corporalis, quantumuis leuis, & minima, maior est quacunque pecuniaria etiam maxima. l. in seruorum, in fine. ff. de pœnis Bart. in l. 1. §. fin. in fine eod. tit. Cępol. in l. iustissime numc. 5. ff. de edilit. edict. Aret. in §. penales sub nu. 13. vers. in glo. in verbo quam si non soluerit Instit. de action. Crau. conf. 287. sub nume. 5. post verf. ex premissis apparet. Gram. uoto crim. 17. nu. 17. Menoch. de arbitr. iudic. lib. 1. quæst. 90. nu. 39. & lib. secundo centur. 4. casu 305. nu. 11. & alij infra citandi, & alibi passim doctores.

2 Ex hac regula infertur, quod non sit locus torturæ in delictis, pro quibus pęna tantum pecuniaria imponitur, ne modus probandi talia delicta plus acerbitatis & vindictæ habeat, quam ipsa pęna principalis, & ne modus in quirendi ueritatem excedat modum condemnãdi ipsa ueritate reperta, esset enim absurdũ, quod si pęna delicti, eo probato, esset pecuniaria tantum, affligeretur corpus ad probationem talis criminis, cum corporis afflictio excedat omnem pecuniariam pęnam Crau. conf. 41. ad finem nu. 9. & latius, & elegantius conf. 137. nu. 11. & seq. uerf. secundo principaliter Bertaz. conf. crim. 116. nu. 6. & conf. 215. nu. 7. lib. 1.

lib.1.Marsil.in l.diuus pius nume. 1.& seq.& in
l.Maritus nu.4.vers. item nota etiam ff.de quæ
stion.& in pract.crim.§.expedita.num.58.vers.
vlterius quæri potest.Cattar.in tract.de inter-
rogãdis reis lib.4 cap.1.nu.17.cum multis seq.
vers.licet non in omnibus Farinac. lib. 2. quæ-
stion.criminal.quæst.38.nu.6.vers.limita quin
to,& latius quæst.42.nu.9.vers.idcirco torturę
locum non esse,& nu.14.& seq.vers.ratio qua-
re,& rursus nu.25.vers.quid dicendum, vbi ab
hac opinione inquit non esse recedẽdum,quia
magis communis,verior & rationabilior est, &
dicitur pœna pecuniaria illa,quæ continet ali-
3 quam quantitatem,vel patrimonij diminutio-
nem secundum Bald.in l.quid ergo.§.pœna gra
uior in 1.lectura ante nu.1.ver.ad euidentiam
præmittatis,ff.de his qui notant.infam.
4 Qua ratione etiam dicunt. DD.quod in leui
bus delictis tortura non infligitur l.edictum.ff.
de quæstion. & ibi scribentes Cason in Tract.
de Torment.c.8.nu.7.Vulpell.respons. crimin.
24.nu.13.Respons.33.nu.7.& Respons 95. nu.
37.Farinac.d.quæst.42.nu. 6.vers.secundus est
casus, vbi late insistit, quod idem est dicere,
quod quando pro delicto non ingeritur nisi
pœna pecuniaria vel alia corporis non afflicti-
ua, ad torturam deueniri non potest, quasi
5 quod huiusmodi crimen leue dicatur,sed in eo
tantum,pro quo pœna corporalis imponitur,
cum tunc leue non reputetur Clar. in pract.
crim.quęst.64.nu.4.vers.pręterea debet Iudex
Chart. d cap.1. nume. 17.& seq. vers.licet non
in omnibus delictis,Farinac.d.quæst.38.num.
6.vers.limita quinto,& d.quæst.42. nu. 9. vers.
idcirco torturæ,& nu.25.vers.quid dicendum,
vbi testatur de magis communi.veriori, & ra-
tionabiliori opinione,qui etiam nu 7.& 8.ver.
leuia autem, & vers. seq. declarat particulari-
ter quę dicantur leuia delicta,de qua re etiam
tractat Cason.d.cap.8.in fine nu.5.6.dicens cõ
clusiue,leue dici delictum quando de re parui
momenti agitur, pro qua conclus. faciunt
aliqua per me adducta supra Casu. 28. post.
princ.

Sed quicquid sit de iure, de Consuetudine
contrarium communiter seruatur,quod etiam
6 in leuibus delictis, & vbi de pœna tantum pe-
cuniaria, vel alia corporis non afflictiua agi-
tur, Tortura inferatur, vt testatur. Alberic.
de Rosate in d.l. edictum nu. 4.ff.de quæstion.
quem referunt Clar.d quæst.64.nu.4. vers.prę-
terea debet Iudex in fine, Chartar.d. ca. 1. nu.
32.& seq.ver.sed cõmuniter seruatur Farinac.
d.quæst.42.nu.19.& 20. vers. contrarium quod
imo, & de hac communi obseruantia in mul-
tis Italiæ locis adhibendi Torturam in causis
leuibus puta furti parui, vel alterius minimi
delicti,& etiam damnorum datorum testatur.
Ioseph.de Ludouic.de quo meminerunt Char.
& Farinac.supra citati in suis communibus cõ
clusionibus tit.de Consuet.concl.pr.illat. 106.
vbi etiam subdit,quod ipse torqueri fecit quẽ
dam imputatum de occisione duorum Bouum,
& ita in huiusmodi lenibus delictis quandoq;
vidisse per Iudices seruari asserit Farinac.dicta
quæst.42.num.25. vers.quid dicendum in fine,
licet subiungat scire eosdem ob id maxime re-
præhensos extitisse a prudentibus viris, dicit
etiam Clar.d.quęst.64.num.21. vers.quęrn nun
quid minores in fine,quod Senatus. Mediola-
ni iussit in eculeo eleuari quendam minorem
annis quatuordecim imputatum de percussio
ne tantũmodo facta cum lapidibus,ex qua nõ
erat secuuta mors,& propter quam aderat par
tis remissio, vt sic magnæ pęnæ locus esse non
posset,sequitur Chartar.vbi sup.nume.46.vers.
& Senatus Mediolanensis,& refert Don Ludo
uic.de Peguer.in suis decis.seu.quæstion.crim.
c.16.sub.nu.6.vers.præterea allegarunt, quod
secundum hanc opinionem practicatur in Re-
gno Cataloniæ, præsertim Gerundæ, licet ip-
se diuersi sit voti, vt ibi per eum. Quod & de
iure circumscripta Consuetudine fieri posse
7 docet Paul. Grilland. in tract. de quæstion. &
tortura quæst. 5.per totam,vbi latissime loqui
tur & respondet ad dicta l.edictum in contra-
rium facientem,& quæst.7.sub num.6.& 7.ver.
ego autem consideraui, vbi hanc adducit ra-
tionem,quod in materia torturæ non attendi
tur finis causę respectu pęnæ inferende, sed
principium, considerando naturam causæ, an
oriatur ex delicto,vel non,& primo casu infe-
ratur tortura quę fuit inuenta in causis crimi-
nalibus cõtra reos,vti remedium extraordina
rium quoties deficiunt plene probationes, se-
cundo autem casu non inferatur, & ita ego in
finitis vicibus practicaui, & per alios practica
ri vidi, vt etiam dixi supra d.Casu 28.ad finem,
vbi est videndum.

Quod maxime videtur procedere in cau-
8 sis pecuniarijs,quando ipsa pęna pecuniaria sit
magna, & non modica iuxta notata per Mar-
sil.in pract.crim.d. §.expedita nu. 60. vers.pos-
sunt tamẽ prædicta limitari,& in l.1.§.Seruum
municipium nu.9.& § pręterea nu. 22.vers. itẽ
Inimici dicuntur,& in l.diuus pius nu. 4. ff. de
quæstion.& optime facit vulgare dictum quod
pecunia est secundus Sanguis hominis vt per
Marc.Asin. alios citantem inter cons. crim. di-
uers.vlt.loco impressa in magna forma cõs. iii.
nu.11.lib.2.vers.vnde cum res.

Et fortius,& magis absq; dubio in personis
10 vilibus & abiectis, quæ in huiusmodi leuibus
delictis, & vbi agitur de pęna tantum pecu-
niaria,poterunt torqueri,licet secus sit in per-
sonis grauibus, & honestæ conditionis, aut no
bilibus, vel indignitate constitutis, vt per Paul.
Grillad.in d.tract.dicta,quæst. 5.sub num. 4. &
sequentibus vers. maxime. quando persona
rei,& d.quæst.7.sub nume.6.vers. quidam vero
dant aliam solutionem, quem sequitur Fari-
nac.d.quæst.42. num.21.vers et hanc eandem,
quicquid postea dicat in contrarium n.24.ver.
circa vero secundam declarationem, post Ca-

son.

son.in d.tract.de torment.d.cap.8.sub nu.3. &
4.versi.limitant tamen aliqui, pro qua conclu-
sione facit dictum Bart.in l.pr.§. fin. in fine, ff.
de pœn.vbi ait,quod regula dict.l.in seruorum
in fine, de qua initio diximus, habet locum in
personis nobilibus, non autem in vilibus, &
Bart.sequuntur Foller.in pract.crim.in quarta
parte principali in verbo pęnis debitis ferian-
tur nume.61. versicu. item non est prætermit-
tendum,Gram.voto crim.23.num.23.Ias. in §.
pęnales num 44.& 45.versicu.secundo,& mul-
tum singulariter, Instit. de action. Paul. Gril-
land.d.q.5.in fine sub num.6.& d. quæst. 7. sub
nu.6.versi. quidam vero dant aliam solutionē,
Farinac.d.quæst.42.nu.22.vrsicu.& etiam quia
regula,& ratio est secundū Foller.vbi sup.quia
viles personæ magis timent pęnam pecunia-
11 riam, quam corporalem, nec immerito, cum
pecunia sit vita hominis,& omnium rerum re-
gina, & ea carere sit maxima infelicitas vt per
Marsil. plura pulchra ad hoc dicentem in l. pr.
§.præterea nu.21.versi.item dicitur, seu presu-
mitur inimicus,ff.de quæstion.in l.furem nu.8.
versi.& facit glo.ff. de Sicar. & in l. si vt allegas
nu.5.versi.& facit C.eod.tit.de Sicar.
Verum tamen est, quod talis tortura de-
12 bet esse moderata,& leuis, non autem plena,
& grauis,vt dicunt Grilland.d.quæst.5. nu. 3.
versi.solutio verum est quod,& nu.4 versi. solu
tio dic quod plena,Chartar.d.c.pr.nu.45.vers.
licet leuis,& Farinac.d.quæst.42.nu.20. versic.
& declarat hanc contrariam opinionem,quic-
quid deinde dicat nu.23.versi. verum circa pri
mum, cui potest responderi verum non esse,
quod huiusmodi tortura censeatur maior qua
13 cūque pecuniaria,vel alia non corporali, quia
tanquam leuis non dicitur talis, nec appella-
tione torturæ venit, vt dicit Marsil. in d. l. fu-
rem n. 13.versi.& facit notabile verbum, ff.de
Sicariis,& in d l.si vt allegas n.8. itidem versi.
& facit notabile verbum. C.eod. tit. post Bald.
in l.2.sub n.3.versic. quæro quid si quis fuit tor
tus.C.quor.appellat.non recipiantur, & expe-
rientia docet paucos esse,qui nolent potius le-
uiter torqueri,quam pecuniam soluere aut re-
legari, vel in exilium mitti, vel aliam pœnam
corporis non afflictiuam pati,& dicitur in hoc
proposito leuis tortura, quando non excedit
secundum gradum Grilland.d.quęst.5. sub nu.
4.versicu.solutio dic quod plena,qui quidē se-
cūdus gradus est,cū reus ligatus eleuatur mo-
dicum super terram,& paruo momento detine
tur eleuatus arbitrio iudicis iuxta qualitatem
facti, & conditionem personarum, & deinde
deponitur absque aliquo impulsu, quassatio-
ne, vel tractu chordæ, vt dicit idem Grilland.
in eodem tract.quæst.quatta nu.4.versi.secun-
dus gradus torturæ est, vbi etiam subdit hanc
non dici tortutam,& ex hoc magnum resulta-
re effectū vt ibi, nec dissentire videtur Clar. d.
quæst.64.sub num.31.versicu.tunc de gradibus
ad finem, ibi secundum gradus.

In Regno autem Neapolitano cessat omnis
14 in hac re difficultas, quia ex legibus particu-
laribus infertur tortura tātum in delictis, pro
quibus imponitur pœna vltra relegationem,
& non infra, vt per Foller. in pract. crim. in se-
cunda parte secūdæ part. in princ. in verbo rei
indurati torqueantur n 12. versi. & in regnico
la,& nu.13.post versi. sed nunquid, & in tertia
part.tertiæ part.in princ.in verbo, & si confite
buntur nu.64.Gram.consi.crim. 15.nu. 4. & vo
to.15.nu.12.Chart.d.ca. primo nu. 14. versi. &
in Regno neapolitano, Farinac. d. quæst. 42.
sub nu.9.versi. idcirco torturæ ad finem, & alii
de quibus memini dicto Casu. 28. Pro vt etiam
cessat in aliis locis, de quibus prouisum est a
Statutis in quibus casibus quis possit poni ad
15 Torturam, tunc etenim in non expressis pro-
hibitum censetur deueniri ad eam, pro vt de-
terminat Chartar.loquens in statuto vrbis ve-
teris d.cap.pr.nu.36.cum seq.versi.& in hac pa
tria mea,& consimile Statutum viget Pontre-
muli lib.3.cap.9.sub rubrica ne aliquis de Pō-
tremulo, vel districtu ponatur ad tormenta,
nisi pro certis maleficiis, Et Mediolani extat
Statutum, quod solum in iis criminibus, pro
quibus pęna corporalis ingeritur,quis possit
16 torqueri.Ias.consi.188.col.fin.versic.quintum
Statutū lib.secundo,inferens propterea,quod
in aliis casibus tortura adhiberi non potest, se
quitur Chart.d.cap.pr.nume.27. versicu. & ita
etiam disponit.

E P I T O M E.

De Crimine lenocinij, quid sit, qui dicantur lenones, & qualiter puniantur de iure communi, & ex consuetudine diuersarum Prouinciarum.

S V M M A R I A.

Lenocinium quid sit, & quomodo committatur. numero 1.

Lenocinium faciens duo committit delicta. 2.

Lenocinij crimen dicitur horrendum, detestabile, pestiferum, ac legibus exosum. 3.

Lenones pęna mortis puniuntur. 4.

Id quod procedit etiam in alijs lenocinium quouis modo cooperantibus. 5.

Lenocinij pœna de consuetudine est quod cum mitra fustigentur, vel alia citra mortem iudicis arbitrio plectuntur pœna. num. 6.

Et quandoque etiam vltra dictam pœnam banniuntur, vel ad tempus relegantur. 7.

Lenocinium maritus, pater, vel frater committentes pœna mortis, & sic iuris communis puniuntur. numero 8.

Talis pœna in multis locis de consuetudine non imponitur.

Sed Asino versa vice insidentes per totam Ciuita-

tem ducuntur.nu. 9.
Lenocinium erga Mulieres sanguine coniunctas commissum, & maius est, & granius puniendum, quam si erga extraneas personas commissum fuisset. numero 10.
Leno quis dicatar. 11.
Puniri vt leno quis non potest, nisi tale crimen facere consueuerit. 12.
Maritus proprie vxoris leno ex vnico tantum lenociny actu punitur. 13.
Maritus quot modis dicatur leno vxoris, vt puniri possit. num.14.
Solicitans, & persuadens mulierem ad lenocinium etiam quod effectum non babuerit, pœna iudici arbitraria punitur. 15.

CASVS CENTESIMVS SEPTVAGESIMVS PRIMVS.



Enocinium facere non minus
1 est, quam corpore quæstum
exercere, l. palam, §. lenocinium, ff. de ritu nupt. immo
maius, cum duo committan-
2 tur delicta, unum in se, & al-
rum in alus, ut dicit ibi gloss. in uerbo, non minus, & in l. athletas, §. Pomponius, in uerbo, eum, qui in seruitute, in fine, ff. de his qui not. infam. Petr. Foller. in pract. crimin. in secunda parte, secundæ part. priucipal. in uerbo, item quod fuit leno, num. secundo, uersic. hinc dicit & clarius, num. 24. uersicu. optime quidem in fine, & Iodoc. in praxi. crim. cap. 91. tit. de lenocinio, numero secundo, uersi. quod quidem peccatum. Estque crimen graue, horrendum,
3 detestabile, pestiferum, & magnopere legibus odiosum, ut patet ex dictis per Imperatorem in Authent. de lenonibus, in princip. & per Iacob. de Bellouisu in pract. crimin. in rub. de lenonibus, numero primo, cum multis sequent. per Foller. in loco citato, num. primo, & alibi pluries in discursu illius particulæ, per Iodoc. d. cap. 91. ad finem, nu. 9. uersic. sunt nihilominus & per Don Ludouic. de Peguer. in suis decision. seu quæstion. criminal. cap. 1. nu. 1. & pluribus sequentibus Et tale, quod pro ea pœna
4 mortis imponitur, vt est tex. in auth. de lenonibus §. preconizamus, & tradūt Iacob. de Bellouisu in d. rubr. de lenonibus in princ. num. 1. in fine. Foller. in d. 2. part. secundæ part. principal. in d. verbo, item quod fuit leno n. 32. vers. septimo est sciendum, Iodoc. d. c. 91. nu. 4. versi. prætεrea quicunque Afflict. li. tertio constit. regni rubr. 45. de matrib. earum filias prostit. in fine, & rubr. 47. de pęna Mariti vbi adulter. aufugit in Constit. Maritum nu. 2. & rubr. 49. de lenonibus in constitut. lenas n. 2. in secundo notab. Clar. in pract. crim. quæst. 68. nu. 23. versi. lenones, & don Ludouic. de Peguer. d. c. 15. sub nu. 10. versic. tandem scias, vbi plura de hoc affert exempla, & dicit Iodoc. d. ca. 91. nu. 7. versi. por ro hoc vltimo supplicio, hoc procedere non solum in ipsis lenonibus, sed etiam in quibus
5 cunque, qui vllo modo, consilio, fauore, ope, & consensu huiusmodi lenocinia coadiuuerūt, & cooperati sunt, quod summe notandum est. Quę pæna tamen de consuetudine non seruatur secundum quam lenones nō puniuntur pæ-
6 na mortis, sed vel mitrhati fustigantur, vel aliqua alia pęna arbitrio Iudicis citra mortem afficiuntur, vt dicit Iodoc. d. cap. 91. n. 8. versic.
6 verum cum aliquando, & post eum Clar. dict. versi. lenones ad finem, & latius Peguer. d. cap. 15. sub nu. 13. versi. verum cum aliquando videatur, ubi etiam subdit nu. 14. talem Consuetudinem extare in illo Regio criminali consilio Ca
7 taloniæ, ex cuius Sententia, & iussu plures lenæ cum mitra fuerunt fustigatæ palam, & puplice per loca solita Ciuitatis Gerūdæ, & aliquando etiam ultra dictam pęnam bannitæ a certo territorio per quinquennium, quod, & ego sæpe uidi seruari, & ipse etiam seruaui relegando, uel exulare iubendo ad tempus tales delinquentes post fustigationem cum mitra. Nec unquam uidi aliquem fuisse ad mortem damnatum, pro ut, & Iodoc. attestatur se nunquā conspexisse, licet pluries interuenerit in huiusmodi punitionibus, ut ibi per eum.

Vbi tamen committens lenocinium esset maritus, pater, aut frater prostitutæ mulieris
8 forte obseruanda esset iuris communis pæna, quia ut dicit Iacob. de bellouisu ubi sup. nu. 11. & seq. uersicu. & committitur lenocinium, iste modus prosternandi uxores, filias, sorores, uel alias sanguine coniunctas, est ualde reprobatus a iure, & refert Foller. loco citato sub num. 8. uersi. maxime quia circa finem, quod quidā, qui suarum uxoris, & filiæ fuerat leno, fuit cōbustus, & dicit inferius nu. 28. uersicu. tertio est sciendum, quod maritus leno suę uxoris punitur pęna mortis naturalis, & ut testatur Gomez. adductus per Menoch. in tract. de arbitr. Iudic. lib. pr. quæst. 88. nu. 16. uxorum lenones in Hispania morte multantur, Quamuis, & hoc casu in multis locis ex consuetudine non
9 imponatur ista pęna, Nam in Alemania lenones vxorū insidentes Asino uersa facie per uniuersam Ciuitatem turpiter circunducuntur, acclamantibus sequacibus sic fit lenonibus, ut ex dict. Gomez. traditione refert Menoch. d. quæst. 88. nu. 16. quod ante eum latioribus uerbis dixit Foller. in sæpe citato loco nu. 7. uersi. ubi inferr. inquiens itidem ex aliorum relatione, quod Parisiis ducūtur uituperose super Asinū facie uersa ad caudam per totam villā uxore Asinum trahente, & precone ante eos, clamante, qui sic faciet, sic capiet.

Nec hoc casu arbitrarer ego iniquum dici Iudicem, qui tales lenones sanguine coniunctos duci faceret cum mitra super Asinum per loca solita, & ulterius ad Triremes condemnaret ad tempus, uel in perpetuum pro ut facti, & personarum qualitas exigere uidere-
10 tur; leuas vero eodem modo super Asinum mitteret,

mitteret, & fustigari faceret, & amplius relegatione, vel exilio aut carcere damnaret ad certum terminum, vel perpetuo, pro vt casus exigeret, cum uegari non possit maius hoc esse delictum, & grauius puniendum, quam leno cinium erga extraneas mulieres commissum, quam considerationem habuerunt conditores legum municipalium Regni Neapolitani, qui seuerius puniunt fœminas, quæ fuerunt lenæ fœminarum ipsis coniunctarum, quam alia rum extranearum, lenam enim coniunctam prima vice damnant pœna truncationis naris, lenam uero extraneam prima vice pœna fustigationis, & bullationis in fronte, secunda autem vice truncationis naris, vt in Constitut. illius Regni lib. 3. Rubr. 46. de Matribus earum filias prostituent. in Cōstit. matres, & rubr. 49. de lenonibus in Cōstitutione lenas, quos vtrobique eleganter aduertit Afflict. dictam rationem considerans, & notat etiam Foller. loco iā citato num. 29. & 30. versicu. quarto est sciendum, & versi. quinto est sciendum.

11 Est autem leno, qui quæstuarias mulieres prostituit l. athletas §. ait prætor in princip. ff. de his qui notanr. infam. & in l. palam. §. lenocinium versic. lenas autem, ff. de ritu nupt. Iodoc. d. cap. 91. in princ. Vinc. de Franch. decis. Neapol. 68. vtilis dominus num. 1. Peguer. d. cap. 15. in princ. nu. pr. siue principaliter, & ex professo hoc negotium gerat, siue alterius negotiationis accessione vtatur, vt si Caupo fierit vel Stabularius, & mulieres tales habuerit ministrantes, & occasione ministerii quæstum faciētes, siue Balneator fuerit, & in balneis ad custodienda vestimenta conductas habeat mu lieres hoc genus obseruantes, vt est tex. ad lite ram in dict. l. athletas. §. ait prætor versicu. siue autem, cui concordat tex. in dict. l. palam. §. si qua cauponam, vbi formaliter dicitur appellatione lenæ contineri, quæ cauponam exercēs in ea quæstuaria corpora habet, licet prætextu instrumenti cauponæ ea teneat, & tradunt Franch. d. decis. 68. nu. 1. & melius Peguer. d. c. 15. nu. 5. versi. & non solum.

Ad hoc tamen, vt quis leno dicatur, & vt talis puniatur, necesse est, quod tale crimen fa-
12 cere consueuerit, & sic quod ad minus per duas vices in eo deliquerit, nec sufficit quod semel tantum lenocinium commiserit, vt in puncto volunt Iacob. de bellouisu rubr. de lenonibus n. 14. versi. alius etiam modus lenocinii est Iodoc. d. cap. 91. nu. 6. versi. atque hic consuetudinem intellige Foller. in d. 2. part. secundæ part. princ. nu. 37. versi. in textu ibi vltimo supplicio Vinc. de Franch. d. decis. 68. num. 1. & seq. aiens ita tenuisse magnam curiam Vicariæ, & eius decretum a sacro consilio fuisse confirmatum Peguer. d. ca. 15. nu. 12. versic. atque hic, qui sequitur Iodocum supra citatum. Nisi quis pro-
13 priæ vxoris fuerit leno, quia tunc vt tanquam talis possit puniri, vnicus tantum sufficit actus vt dicit Vinc. de Franch. d. decis. 68. num. 7. Couar. in epitome ad 4. lib. decretal. de sponsalibus, & matrim. in secunda part. cap. 8. §. 11. sub nume. 5. versic. huic etiam folio mihi 248. & ad mittit etiam Peguer. d. c. 15. nu. 6. versicu. Icge etiam Iulia in fine, & est tex. in l. mariti lenocinium §. qui quæstum in illis, verbis, siue enim sæpius siue semel acceperit, non est eximendus, ff. ad leg. Iul. de adulter. Et quot modis dicatur
14 vir esse vxoris leno, & de tali lenocinio puniri possit, me remitto ad ea, quæ pleno calamo allegando iura rationes, & authoritates ponunt Iacob. de bellouisu in d. Rubr. de lenonibus n. 11. 12. 13. versicu. & committitur lenocinium, & iterum nu. 25. versicu. quintodecimo, quia, Afflict. lib. 3. Constit. regni. Rubr. 24. de adulter. & lenocin. in Constitutione quamuis vxorem nume. 1. & in fine nume. 3. & Rubr. 47. de pœna mariti, vbi adulter aufugit in Constit. maritū in princ. & ad finem, Foller. loco citato num. 5. & seq. vsque ad n. 28. versi. hæc enim probatio, Iodoc. in d. praxi crim. cap. 90. tit. de permissione adulterii n. 1. & multis sequentibus, Peguer. d. cap. 15. num. 6. 7. 8. 9. versic. lege etiam Iulia, de qua re etiam vnicum verbum tangit Menoch. d. quæst. 88. nu. 15. nihil prædictorum adducens, & non ex professo, sed per transennam loquens.

Nec prætermittendum est, quod, & si mulier lenonis, vel lenæ suasionibus, & solicita-
15 tionibus non consenserit, & sic lenocinium nō habuerit effectum destinatum, tamen sic tentans, & solicitans punitur, non quidem vera lenocinii pœna, sed alia arbitraria pro motu Iudicis, ita decidit Afflict. in dict. Rubr. 49. de lenonibus Constitut. lenas sub nume. 2. circa finem versi. sed si ex lenocinio, quem sequitur Foller. in d. 2. part. secundæ part. princ. nu. 31. versi. sexto est sciendum, & videtur tex. in l. pr. in princip. ff. de extraordinar. crimin. quem ad hoc allegat Foller. vbi sup. nu. 3. versic. hinc est, sufficit enim quod deuētum sit ad aliquem actum etiam verbi tantum, vt ipse subdit post Bart. in d. l. 1. sequentem glos. ibi in verbo propter voluntatem.

EPITOME.

An, & quando condemnatus actione famosa ad aliquam pænam temporalem, ea satisfacta remaneat infamis, & ad honores, & dignitates aspirare possit, & potissimum si condemnatio non fuerit sequuta in pæna ordinaria, vel consueta, sed in alia maiori, vel minori, seu arbitraria, in qua re multa ex varijs locis collecta, & distincte tractantur.

SVMMARIA.

INfamia relegati ad certum tempus pro furto in pœnam carceris, lapso dicto tempore cessat, numero 1.

Pœna temporalis infamiam irrogat temporalem. 2.

Sententia temporalis ad perpetuitatem non est trahenda eod.

Pœna delicti per sententiam diminuta, remissa etiam censetur infamia 3.

Pœna maiori quam debuisset, condemnatus super infamia dispensatus intelligitur. eod.

Seueritas pœnæ loco infamiæ subrogatur. 4.

Pœna irregularis ex arbitrio Iudicis alterata, perpetuam non irrogat infamiam, sed dimmeratur ex tēpore pœnæ principalis. 5.

Furti pœna dicitur extraordinaria. 6.

Siue simus in furto nocturno, siue diurno eod.

Iudex in pœnis arbitrarijs modum consuetum transgrediens, pœnam augere, vel minuere dicitur. 7.

Consuetudo in pœnis imponendis est attendenda, formā statutorum etiam transgrediendo. 8.

Infamis non videtur extraordinarie condemnatus, numero 9.

Condemnatus de furto infamis est. 10.

Infamia ex publico tantum crimine regulariter irrogatur. num. 11.

Infamia ex priuato etiam crimine quandoque irrogatur. num. 12.

Infamis dignitatem habere non potest. 13.

Infamia siue iuris siue facti notatus, a dignitatibus repellitur. eod.

Infamis ad Militiam aspirare prohibetur. 14.

Infamia non solum impedit, sed, & remouet a dignitatibus. num. 15.

Condemnatus de crimine famoso beneficia, & honores perdit, etiam quod de hoc non fuerit actum. numero 16.

Infamia etiam absque sententia honoribus priuat ipso iure, num. 17.

Condemnatus ex crimine famoso tam ad tempus, quam in perpetuum, infamis est. 18.

Pœna debita, licet temporalis, in actione famoso alicui imposita, perpetuam irrogat infamiam. numero 19.

Pœna per sententiam aliquo tempora duratura, duplicem infert infamiam, & tempore finito vna finitur, & altera remanet. 20.

Infamia ex famoso delicto resultans, satisfactione pœnæ temporalis non tollitur. 21.

Lex. 1. & 2. C. de his qui in exilium dati, cum alijs nu. 2. & 3. sup. citatis quomodo, & in quibus terminis procedant. 22.

Pœna delicti, vbi sine causa minoratur, finito etiā effecta Sententiæ durat infamia. 23.

Ratio habetur. nu. 25.

Facti quæstio, non iuris authoritas in arbitrio est iudicantis. num. 24.

Infamia quando dicatur perpetua, & quando temporalis. num. 26.

Causæ quenam sint, ex quibus alterari, augeri vel minui possit pœna statuta. 27.

Pœna pecuniaria si commutatur in corporalem, dicitur super infamia dispensatum. 28.

Infamia non tollitur, vbi pœna pecuniaria in aliam pecuniariam augetur, & eo magis si in pecuniariam conuertitur corporalis. 29.

Infamiæ pœna est corporalis. 30.

Pœna corporalis quæ dicatur eod.

Infamia maior est quæcunque pecuniaria pœna. 31.

Infamis etiam quando per alterationem maioris, vel minoris pœnæ tollitur infamia, remanet condemnatus duratu effectu sententiæ. 32.

Condemnatus pœnam alteratam illico subiens, nec interim est infamis. 33.

Infamia iuris, non autem facti cessat finita pœna, numero 34.

Infamia etiam in pœnis extraordinariis irrogatur, numero 35.

Iacob. de Bellouisu in pract. crim. tit. de diuers. pœn. capital. col. pen. sub num. 10. uers. & nota bonum arg. reprobatur, nu. 36.

Iudicium omne criminale secundum ius commune dicitur arbitrarium, nu. 37.

Iudex ex causa pœnas etiam statutorum augere, & minuere potest, nu. 38.

Infamis, an dicatur per Inquisitionem extraordinarie condemnatus, nu. 39.

Gl. in l. 1. C. de modo mult. male loquitur & in contrarium est communis opinio, nu. 40.

Statuta Religionis Diui Stephani infamem ad d. habitum non modo nō recipiunt, sed etiam receptum spoliari mandant, numero 41.

CASVS CENTESIMVS SEPTVAGESIMVS SECVNDVS.



QVæsitum est, an condemnatus pro furto in pænam carceris ad certum tempus, dicto tempore transacto diceretur esse infamis, & tanquam talis repelleretur a consequutione habitus æquestris militiæ Diui Stephani, & Commendæ patronatus, ad quam vocabatur ex pactis in illius fundatione appositis. Dicebat condemnatus, quod ad habitum & Commendam admittendus erat prædicta sententia non obstante ex infrascriptis.

Primo quia tempus standi in carceribus fuerat completum, post cuius lapsum cessat infa-
1 mia, quæ eo durante adesse poterat, l. prima, & secunda. C. de his, qui in exil. dati, vel ab ordine moti sunt, libro decimo, l. 2. in princip. & in §. alia causa est, & l. 3. versic. sed si quis, & ad tēpus, in fine, ff. de decurion. & l. falsi nominis, §. ordine, ff. ad leg. Cornel. de falsis, Bal. in l. quid ergo. §. pæna grauior, in pr. lect. nume. 8. versic. quæro, qualiter, & ad finem, versi. in gl sed quo modo, ff. de his, qui not. infam. ex pæna enim
2 temporali contrahitur infamia temporalis. Sicut ex perpetua contrahitur perpetua, vt ibi dicit Bald. & sententia temporalis habet effe-

ctum

ctum temporalem,& non est trahenda ad per-
petuitatem, vt idem Bald.ait, in l.etsi seuerior
in 5.&6.notab.sub num.pr.C.ex quib.caus.in-
fam.irrog.
Secundo, quia fuit punitus minori pœna,
3 quam debuerit,pro crimine commisso,quo ca
su dicitur cum eo dispensatum super infamia,
vt est text.in d.l.etsi seuerior.C.ex quib.caus.
infam.irrog. Sicut e conuerso dispensatum in-
telligeretur, si maiori pœna, quam debuisset,
condemnatus fuisset,l.ordine,ff.ad municipal.
l.quid ergo,§.pœna grauior,ff.de his qui no.in
fam.l.si possidonium.C.ex quib.caus.infam.ir-
roget.l.in seruorum, §.in personis,ff.de pœnis.
Nam Seueritas pœnæ subrogatur, & succedit
4 loco infamiæ,quia qui in vno grauatur, in alio
debet alleuiari Bald. in d. §. pœna grauior in
pr. lect. in pr. notab. & in repetit. etiam in pr.
notab. & ita in vtroque casu tradit eleganter
idem Bald.in d.l. si posidonium in secundo no-
tab.sub n. 1.aiens,quod pęna irregularis in ar-
bitrio iudicis alterata non irrogat perpetuam
5 infamia, sed diminueratur tempus infamiæ ex
tépore pęnæ principalis, licet secus sit in pœna
regulari, quę trahit secū perpetuam infamiam.
Nec dicatur, quod cum simus in pęna de iure
comuni arbitraria , cum hodie furti pęna ex-
6 tra ordinaria sit,& iudicis arbitrio imponatur
Menoch.de arbitr.iudic.lib. 2. cent. tertia ca-
su.295.nu.8.post glos.in l.subtractos in glos.vlt.
C.de furt.& alios,& est tex.in l.fin.ff.de furt.&
traditur generaliter in quocunque furto tam
nocturno,quam diurno in l. 1. in princ. & in l.
2. cum glos. in verbo ordinarium,ff.de furibus
balnearis; videatur cessare consideratio ista
augmenti,& diminutionis pęnæ debitæ, cum
sit incerta,quia responderi potest, quod etiam
pęna arbitraria potest augeri, & minui, licet
enim non habeat certa metam, tamen intel-
7 ligitur limitata iuxta consuetudinem, & qui
modum consuetum transgreditur,pęnam in ar
bitrariis augere,vel minuere dicitur glos. in d.
l.etsi seuerior in glos.fin.in fine, & ibi Bald. nu.
8.glos.in dict.§. pęna grauior in verbo oneras-
set post princ.versicu. item qualiter in extraor
dinariis,& ibi Bart.nu. 12.versi. quarto in crimi
nibus extraordinariis & Bal. in repetit. nume.
23.versi.quarto oppono,vbi etiā subdit, quod
& citra Consuetudinē pôt apparere transgres-
sio,& excessus modi, quando offenditur arbi-
trium boni viri, & sentit etiam Bart. ibi sup.
& verissimum est, quod fuit dictum de Con-
suetudine in arbitrariis seruanda, quia in pę-
8 nis imponendis habet vim Statuti, vnde lici-
tum est Iudicibus formam statutorū transgre-
di propter consuetudinem, vt per exempla do
cet Bal.in d.repet.sub nu.27.versicu.nota quod
Consuetudo.
Tertio quia in dictam pęnam temporariam
carceris fuit condemnatus extraordinarie, &
arbitrarie vnde non videtur infamis per di-
9 ctum Iacobi de bellouisu in praxi criminal.tit.
de diuers.pęn.capitalibus,& nō capitalib. col.
pen.sub nume. 10. versicu. & nota bonum argu
mentum,vbi inquit,quod si quis pro delicto fa
moso sit condemnatus extraordinarie, non est
infamis, quia vt quis per condemnationem sit
infamis requiritur, quod condemnetur pęna
ordinaria & allegat notata in l. 1. C. de modo
mulct. vbi glos. dicit infrascripta verba, & nota
pro condemnatis Bononiæ bonum argumen-
tum,quod non sunt infames cum extraordina-
rie condemnentur.
Contrarium in contingentia facti determi-
naui, quoniam circunscriptis Statutis dictæ
Religionis quæ clara sunt, & huiusmodi
personas ad tam honorificam, & insignem mi-
litiam non admittunt, & admissas exautho-
rant, & eijciunt, etiam iure communi atten-
to talis condemnatus ad dictam dignitatem
aspirare non poterat, nam cum ex causa furti
10 condemnatus esset, vtique infamis erat l.
athletas §. fin. & l. furti, ff. de his qui not. in-
fam. l. si furti, & l. si te, C. ex quibus caus. in-
fam. irroget. l. infamem in fine, ff. de public.
iudic. Et si enim furtum non sit publicum, sed
11 priuatum delictum, & regulariter ex publi-
co tantum crimine infamia irrogetur l. infa-
mem in princ. ff. de public. iudic. glossa in l.
ad tempus in glos. fin. in fine. C. ex quibus
caus.infam.irroget.& in l.falsi nominis.§. ordi
ne in glos. in verbo recuperare circa medium,
ff. de falsis,& in l. ad tempus in glos.pr. in prin-
12 cip. ff. de decurion. Tamen, & ex priuato irro-
gatur, quando ciuilis actio pro eodem priua-
to crimine competens infamat, vt dicit tex.
in dict. l. infamem in fine, qui id exemplificat
in damnato furti, vi bonorum raptorum, &
iniuriarum, & notant ibi Bart. & cæteri scri-
bent,& glos.in dict. l. ad tempus, ff. de Decu-
rion. Qui quidem infamis dignitatem aliquam
13 habere non potest vt est tex.in l.2.C. de digni-
tat. lib. xii. vbi glos. exemplificat præcise in
terminis nostri in condemnato pro furto, &
est alius text. in capitu. infamibus de regul.
iur.lib.6.vbi pariter Dyn.exemplificat in dam-
nato furti glos. in l. quid ergo §. quantum ad
infamiam in verbo sint eloquuta ad finem,
versicu.primus enim, ff. de his qui not. infam.
& in l. 2. §. alia causa est in glos. in verbo venit
circa princip. & in l. ad tempus in glos. pr. in
princip.ff.de decurion. & probatur in l. ordine
in princip. iuncta glos. in verbo haberi, ff. ad
municipal. & notat glos. in l. falsi nominis in
verbo recuperare, ff.ad leg.Cornel.de fals.& in
l. 2. §. miles in verbo Sacramento in fine, ff. de
his qui not. infam. Bart. in l. pr. C. de his qui
non implet. stipend. sacram. solut. sunt, & in
l. vnica. C. de infamibus lib. 10. vtrobique in
Summario, Aufrer. in addition. ad Capel. To-
losan.decis. 173. in princip. Nellus in tract. de
Bannit.in prima par.3.tempor.quæst.xvii. cir
ca princ.Siue quis notatis sit infamia iuris,si-
ue facti glo.in l.nullam in glo.pr. C. ex quibus

cauſ.infam.irrog.Dyn.de Muxello in d.cap. in
famibus nu.5.verſicu.de qualibet,de regul.iur.
in 6.Bart.in dict.l.2. in ſummario C. de digni-
tat.lib. 12. Præſertim autem a Militia repel-
14 litur, ad quam perſona ſimilis aſpirare prohi-
betur vt in l.2.§.miles,ff.de infamib.& in l. qui
cum vno.§.adulterii,ff.de re militari, tradit Pe
rrinus bellus in tract. de re militari in pr. par-
te,tit.8.rubr.qui militar.prohibent.in fine nu.
9. & non ſolum non conſequitur infamis di-
15 gnitates, ſed iã habitas amittit, repellit enim
infamia dignitatibus non ſolum habendis, ſed
etiam habitis, vt dicit Dyn. in d. cap. infami-
bus nu.6.verſi.adeo quod, Addent. ad Bart. in
dict l.2.C. de dignitat. & eſt tex. in l. infamia.
9.C.de Decurion. lib. 10. & ibi doctor. & præ-
cipue Luc. de Penna multa pulcra dicens, &
idem Luc. in dict.l.2.C. de dignitat. col. fin. ad
finem,in verbo patebunt, vbi hoc elegantibus
rationibus firmat,& tradit Roman.ſingul.693.
ſcis quod ex condemnatione ſub nume. 1. Fa-
cit optime ad rem noſtrã Bal.in l. quod ait prę
tor. §. miles in princ. ff. de his qui not. infam.
16 dicens quod infamis perdit militiam, & ſta-
tim cum eſt condemnatus de crimine famoſo,
conſequutiue ſequitur quod ipſe perdit bene-
ficia,& honores,etiam ſi ad hoc non ſit actum,
quia iſta eſt pęna conſequutiua, non autem eſt
propria pœna delicti. Et propterea dicit Ro-
man.Singul.510.fuit a me quæſitum, quod in-
17 famia priuat quem ipſo iure, nec requiritur
Sententia per d.l.infamia, & per d.§. miles, &
per alia per eum adducta. Et tanto magis cum
18 etiam infamis ſit tanquam condemnatus ad
carceres pro pœna delicti ſecundum quoſdam
per l.1.& ibi not.per Bart. C. ex quib. cauſ. in-
fam. irrog. licet Bart.loquatur in condemnato
ad carcerem perpetuum tantum, quem ex hoc
ſolum infamem eſſe ait, pro vt & condemnatũ
ad triremes etiam pro certo tantum tempore
firmat Vinc.de Franch.deciſ. neapolit.139. la-
ta Sententia nume. 3. in tertia parte, quod in
preſenti caſu nullum recipit dubium, cum con
demnatio procedat a crimine famoſo, etiam
quod non ſit perpetua ſed temporalis tantum,
vt ſupra probaui.

Nec obſtant in contrarium adducta,imo po
tius opitulantur, vt infra patebit, ad primum
enim reſpondetur,quod quando in actione fa-
19 moſa imponitur delinquenti debita, & ſtatu-
ta pœna, licet ea temporalis ſit, infamia ta-
men eſt perpetua, & durat etiam finito tempo
re pœnæ, ita eſt tex. ſecundum vnam lecturam
in l.ad tempus.C.ex quib.cauſ. infam. irroget.
& ibi Doct.& præcipue Bal.& Salyc.et eſt alius
tex.in l.ad tempus in princ. ff. de decurion. &
tradit gl.in d.l. ſi poſidonium, in verbo, opor-
tet,in fine.C.ex quib.cauſ.infam. irrog. & in d.
l. 2. §. alia cauſa eſt, in verbo venit in princ. ff.
de decurion.& in dicta l.ordine,in verbo, quo
crimine, in fine,verſi.ſed quid ſi conueniẽs im-
ponitur,ff.ad municipal. nec tunc pœna acceſ-
ſoria dinumeratur ex tempore principalis pę-
næ,vt per Bal.in d.§.pęna grauior, in pt.lect.in
fine,verſi.& ibi quantum,& in repet.nume.29.
verſicu.in eadem glo.ibi non remittitur. Licet
enim vbi ex genere pęnæ vna eſt infamia, fini-
ta pęna ipſa quoque infamia finiatur, Tamen
20 vbi duratura eſt pęna aliquo tempore per ſen
tentiam lata, duæ ſunt infamiæ, prima ex Sen-
tentia,ſecũda ex pęna, vnde finito tempore fi-
nitur vna, & altera remanere poteſt vt per glo.
in d.l.ad tempus in glo.pr.in fine, verſi. dicunt
quidam ff. de decurion. idem tenet Nellus de
Bannit.in pr.parte 3.tempor.quæſt.15. ante fi-
nem verſicu. hoc puto verum, inquiens, quod
cum ex famoſo delicto duplex pęna irrogata
21 fuerit, vna temporalis, puta relegationis a Iu
dice,alia perpetuæ infamiæ a lege, ex ſolutio-
ne, & ſatisfactione d.pęnæ temporalis non pur
gatur infamia, ſed remanet, quia ſatisfactio
pęne inductæ propter delictum non tollit fa-
ctum, ex quo infamia ſequitur.

Nec huic cõcluſioni aduerſantur iura in cõ-
22 trarium allegata,quia l.1.& 2.C. de his qui in
exil.dati, vel ab ordin. moti ſunt, procedunt,
quando pęna ordinaria fuit aucta, vel cum co-
gnitione cauſæ diminuta, quo caſu verum eſt,
quod lapſo tempore maiori vel minori nõ du-
rat infamia, & condemnatus ad honores aſpi-
rare poteſt, & ita ibi innuit glo. dum dictas le
ges intelligit ſecundum terminos d. l. ordine,
d.l.& ſi ſeuerior.d.l.quid ergo §. pęna grauior,
& d.l.2.§. alia cauſa eſt, quæ iuxta hunc patiun-
tur intellectum, vt in reſolutione ſecundi con-
trarii docebitur,& ita etiam eaſdem leges pr.
& ſecundam intellexit glo.in d.l.ordine,in ver
bo,ad honores, & in d. §.pęna grauior,in ver-
bo, oneraſſet,ante finem,verſi.ſi temporalem.
Vnde etiam non nocet l.2.in princ.& in §. alia
cauſa eſt,& in l.3.verſicu.ſed ſi quis, ff.de decu
rion. quia in dictis iuribus pęna fuit minorata
ex cauſa, vt dicit gloſ.in dict. §. alia cauſa eſt,
in verbo,venit,& in d. verſicu. ſed ſi quis in ver
bo,redire,& in d.l.ad tempus in gloſ.pr.ad me
dium,poſt verſi.item nec obſtat ad primum, ff.
de decurion. & in dict.§.pęna grauior.in d. ver
bo, oneraſſet, poſt medium, verſic.ſed ſi quæra
tur an relegatus. Sicut etiam negotium non fa
cit dict.l.ad tempus in fine, ff.de decurion.quia
ſecundum glo.primam poſt princ.verſic.dic er
go, fuit ibi pęna aucta, vt ideo mirum non ſit
ſi tranſacto tempore pęnæ infamia ceſſat. Ad
dict.l.falſi nominis.§.ordine,ff.de falſ. reſpon-
det gloſ.in dicta l.tempus in gloſ. pr. circa me-
dium,verſi.item nec obſtat,quod ibi fuit minu
ta pęna ex cauſa, vnde merito non durat infa-
mia poſt finitum tempus pœnæ, & ita etiam re
ſpondet glo.in d.l.3.verſicu.ſed ſi quis, in ver-
bo redire in princ.ff.de decurion.& in d. l. or-
dine, in verbo ad honores in fine, ff. ad muni-
cipal.& ſic etiam videtur intelligere gloſ.final.
in ipſa l. falſi nominis. §. ordine, ff. de falſ. &
ſecundum prædicta intelligitur etiam Bald. vt
infra

infra ex ipsis met authoritate videbitur.

Ad Secundum respondetur, quod in pœnis corporalibus verum est, quod dicitur in contrario, quia quando pęna delicti ordinaria etiam sine causa augetur, vel cum cognitione causæ minuitur, tunc super infamia censetur dispensatum, & ita loquuntur in contrarium allegata, in quibus relegatus, vel remotus maiori, vel minori tempore, quam damnari debuisset, translacto illo tempore non est infamis. Secus autem quando pęna minoratur sine causa
23 ex mero iudicantis arbitrio. quia tunc nō tollitur infamia, sed perpetuo durat, etiam quod effectus Sententiæ sit finitus, ita probat tex. in d.l.& si seuerior, cum glo. in verbo remisisse, in princip.& post versic.sed quidam distinguunt, & in d.l. ad tempus. C.ex quibus caus.infam.irrog. secundum lecturam glos. quam ibi sequitur Salycet.& tex. in d.ordine cum glo.in verbo, subiectos, ff.ad municipal & in d.l.ad tempus, in princip. cum glo.pr. versic. vel fuit minuta sine causa, ff. de decurionibus, & text. in d.l. generaliter, 3. in princip. cum glo. in verbo, decurionatum, ff. de decurionibus. Et ratio est,
24 quia in potestate iudicātium quæstio facti est, non autem authoritas iuris, vt ait Iurisconsultus in d.l.ordine, & in l.pt.§.sed non vtrique, ff. ad Senatusconsult. Turpillian. Et hanc distinctionem probat d.l. ordine, cum glo. in verbo, quo crimine, in verbo, affectos, & in verbo subiectos, glos. in d.l. ad tempus, ff. de decurion. in glo.pr. versic. dic ergo, & magistraliter, in d.l. quid ergo, §. pęna grauior in verbo, oneraflet circa medium, versic.& vt hoc plene habeas, & in d.l. in Seruorum, §. in personis, in verbo, infamis, ff.de pęnis, & in d.l.2.§. alia causa est in verbo venit, ff.de decurionib. Bald. in dicto §. pœna grauior, in pr. lect.num. 7. versic. deinde gl. ponit, & in repeti. sub num.4. versic. iuxta hoc, & in d.l.& si seuerior, num.22. versi. conclude, quod quadruplex. Blanch. in pract. crimin. in §. postquam vidimus, num.54.& seq. versi. iis præmissis venio ad discussionem. Folio 70.& 71. Et ratio quare si minoretur pæna sine causa, non
25 tollatur infamia, vbi vero augeatur sine causa, tollatur, ea est secundū Bald. in d.l.& si seuerior, versic. statim citato, & num.24. versic. expeditus, & num.25. versic. secundo quæro, quia per minorem pęnam sine causa non purgatur delictum, vnde non debet reus per hoc ab infamia releuari. Sed quando causa cognita minorata est pęna, plenè purgatur delictum, ideo, & infamia tollitur, & actus est ordinatus ad diminuendum, & infamia tunc dicitur pęna accessoria, vnde minuitur ex tempore principalis pęnæ, cum alteratio facta causa cognita in principali, videatur & ipsum accessorium alterare; quando autem aggrauatur pœna, infamia uenit ut sequela pœnæ principalis, vnde cessante pęna principali per dispensationem Iudicis, cessat infamia, & cum reus grauetur per augmentum pænæ corporalis, debet in alio releuari. Vltra quod Iudex uidetur noua re genus pęnæ, in qua nouatione non censetur repetita infamia, & ut latius prosequitur Bal. in dictis locis, & istud est, quod dicitur in l. qui cum vno, §. ad tempus, ff. de re militar. quod sci licet ad cognoscendum, an relegatus ad tempus, eo finito militare possit, inspicienda est condemnationis causa, ut si perpetuam contineat infamiam, repellatur; si uero temporalem, admittatur, quia tunc de ea transactum dicatur.

26 Nam perpetua est, quando imponitur pęna ordinaria, uel sine cognitione causæ diminuitur. Temporalis uero quando est aucta, uel causa cognita minorata, ut per gl. ibi, & in d.§. pæna grauior, in d. uerbo, oneraflet, & in d.§. alia causa est, in d. uerbo, uenit, & in aliis locis citatis, & secundum prædicta intelligitur Bal. allegatus in contrarium in d.l. si posidonum.

Quæ autem sint causæ, ex quibus pęna sta-
27 tuta alterari possit, & augeri, uel minui, licet in proposito isto quando augetur pęna, nulla exigatur causa, sed tantum, quando minuitur, vt dictum fuit, & infra etiam dicetur, ponit gl. in d.l.& si seuerior, in uerbo, certis rationibus, & in dicto §. pęna grauior, in uerbo, oneraflet, post princ.& ibi pulchre Bat. nu.9.& seq. versi. quæro, quæ sit causa augmenti, & diminutionis, & ibidem Bal. in repet. nu.22. versic. tertio quæro, & nu.26. vers. in gl. vlt.& nu.27. in fine, & nu.28. vers. ego credo, & in d.l.& si seuerior, nu.4. cum seq. vet.& antequam veniam ad contrarium. Blanch. vbi supra, nu.58. versic. sed melius videtur sensisse.

Et quod dictum est in pęnis corporalib. auctis, vel cum causa diminutis, procedit etiam in pecuniariis, quando de pęna pecuniaria fit commutatio in corporalem, quia tunc semper
28 dicitur super infamia dispensatum, cum quælibet pęna corporalis etiam minima sit maior quacunque pecuniaria, ita probat tex. ad literam in d.l. in Seruorum, §. in personis, ff. de pæ. & ibi uo. gl. in verbo, infamis, & melius glo. in dicto §. pæna grauior, in verbo, oneraflet, versic.& vt hoc plene habeas, quæ ait hoc procedere indistinctè, & ibidem Bald. in repetit. in 2. notab. num. secundo, glo. in d.l. ordine, ff. ad municipal. in verbo, affectos, inquiens, non exigi tunc causam pro vt nec quando corporalis conuertitur in aliam corporalem maiorem, & glo. in d.l. qui cum vno, §. ad tempus in verbo, fit, ff. de re militar. quod dictum principale seu tire videtur Bal. in d.§. pęna grauior in pr. lect. num.7. versic. deinde gl. & in repetit. sub num. 4. versi. iuxta hoc, & in d.l.& si seuerior, nu. 22. versi. conclude quod quadruplex.& apertè notat Blanch. vbi supra, num. 54. post vers. iis præmissis in primo casu, qui Bal. itidem firmat expresse nullam tunc requiri causam, quod & in d. repet. iterum firmat, sub num. 29. vers. in eadem gl. ibi, sine distinctione.

Secus autem quando ipsa pecuniaria augetur

29 tur in allam pecuniariam pęnã, vel minuitur
ex causa, vel etiam & mulro magis, quãdo cor
poralis commutatur in pecuniariam, quia bis
casibus infamia non aboletur, vr probatur in
d.§.pęna grauiot, & ibi tradit Bald. in repetit.
in 3, notab. num. 3. & ante eum gl. in verbo, o-
netasser, versic. & vt hoc plene habeas, & in d.
§. in personis, in verbo infamis, & in d.l. ordine
in verbo, effectos ad finem. Er Rario est, quia
30 pęna infamiæ corporals est: Boss. in pract. cri-
min. tir. de carcet. fideiussot. commir. nume. 8.
versicul. & eadem tarione, & vlrta eum dicirur
cotporalis cum corporalis ea sit, quæ afficir ip
sum corpus, & est duplex, quædam afflictiua,
vt quæcunque cohertio in corpus, quædam pri
uatiua, ut infamia Bal. in dicto §. pæna grauior
in prima lectuta, ante numerum primum, uer.
ad euidentiam præmirraris, unde meriro pæ-
na pecuniaria non ptoportionarur infamiæ,
quia infamia maiot est qualibet pecuniaria pę
31 na, ut idem Bald. notar ibidem, num. 4. ubi e-
tiam subdit quod propterea infamia uocatur
atrox iniuria, idem dicit in repet. sub nu. 27. ad
fincm, uers. in eadem gl. ibi non aboletur, di-
cens quod aboli rio non fit minori, sed a maio-
ri, cùm pecuniaria pæna sit minor pæna infa-
miæ, & nullam habeat cum ea similitudinem,
nr eius loco subrogari, uel succedere possit,
quod latius idem demonstrar in d. l. ersi seue-
rior, num. 21. ucr. quarto oppono, ubi hanc es-
se rationem ait, quia pęna pecuniaria est æsti-
mabilis, fama autem inestimabilis, ideo nõ re-
cipiunt muruam compensationem, quod secus
est quando agitut de commurarionem pęnarũ
cotpotalium, quia omnes sunt inestimabiles,
& ideo recipiunt compensationem cum fama,
quia habent quandam similitudinem cum ip-
sa, cum unumquodq; sit inestimabile, unde in-
aduertenter loquutus fuir Blanch. in §. post-
quam uidimus, num. 57. & 58. uersi. similiter e-
tiam in rerrio, & quarto casu, alrerarionis, dũ
uidetur uelle, quod si pęna corporalis commu
tetur in pecuniaria, uel pecuniariam in aliam
pecuniariam minotem ex causa, cesser infa-
mia, quod ucrum non est per prædicta, cũ qui-
bus concordat Nell. de Bannir. in pr. par. 3. tem
por. q. 15. in fine.

Hoc tamen semper intelligendum est, quod
in omni casu, quo tollirur infamia per altera-
tionem maioris pęnæ, uel minotis cum cogni-
32 tione causæ, ut dictum fuit supra, condemna-
tus remaner infamis durante effectu Senten-
tiæ, & sic quousque durar condemnario, & pę-
næ execurio, ut dicir gl. in d.§. pęna grauior, in
uerbo onerasser, post medium, uers. si quæras,
an interim dum paritut, & in d.§. in personis,
in uerbo infamis, ante finem, uers. interim ta-
men dum durat pęna, & in d. l. etsi seuerior in
verbo transacto, & in d. l. 2. §. alia causa est, in
uerbo, uenit, uers. si ueto remporalem, ff. de de
curion. & in l. ordine, in uerbo, postea, ff. ad mu
nicipal. Bal. in d.§. pæna granior, in pr. lect. nu.
8. versicu. quæro qualiter, & hoc cum tempus
aliquod certum imponitur delinquenti ad pæ
næ satisfactionem. Secus autem quando con-
33 demnatus statim subit pænam, & ea statim fi-
nirur, puta, quia pro pecuniaria fustigatur,
quia runc nec interim est infamis secundum
gl. in dicto §. pæna granior in verbo onerasset,
ante finem, versic. si quætas, an interim, & in d.
l. ordine, in vetbo postea, vetficu. & hnc cum
ad tempus, & rradit Bal. ibidem in pr. lectura
nu. 8. versi. quæro qualiter, qui allegat rationẽ,
quod scilicet cum pęna non sir successiua in tẽ
pore, sed instantanea, non debet quis eodem
instanti esse infamis, & non infamis, cum fini-
ta pœna cesset infamia, & de instanti non sir cu
randum, quod repetir in reperitione nu. 29. ad
finem versi. in eadem gl. ibi fustigetur, vbi etiã
notandum inquit hoc casu non otiri infamiam
ex genere pænæ, quæ alias de per se solet infa-
mare, vt in l. ictus fustium cum glos. ff. eod. tit.
de his qui not. infam. & in l. fustibus, cum ibi
notaris. C. ex quib. caus. infam. irrog. quod ta-
men de infamia iuris videtur intelligendum
34 non autem facti, quæ ex tali pęna remanere vi
detur iuxta dictum glos. in l. nullam in glo. pri-
ma C. eod. titulo.

Ex quibus constare potest, quod cum pęna
hæc catceris ad tẽpus ex iudicis arbitrio impo
sita non fuerit vltra legem aucta, sed potius di
minuta, nulla ramen subsistente iusta causa, sed
ex mera iudicantis voluntate, tantum, tam ha-
bito respectu ad Ius commune quo extraordi-
naria est, quam ad id, quod ex consuetudine in
similibus fieri consueuit, seu porius ad id, q
a bono viro fieri debuisset, cum de certa Con-
suetudine non constet, nimine dicatur super
infamia dispensatum, sed porius quod infamia
perpetua sit, & duret etiam finito tempore
ipsius catceris enim videtur Iudex duriorem
sententiam dixisse, quam boni viri arbitrio cõ
ueniret, vel quam consuetum esset, Imo potius
mitiorem, de facto ramen, & sine cognitione
causæ, & sic inutiliter quoad propositũ rollen
dæ infamiæ, vt ex prædictis paret, quæ proli-
xiora fuerunt, quam initio cogitassem, non ta
men superflua, nec inutilia.

Ad tertium respondetur, quod & in pænis
35 extraordinariis, & arbitratiis irrogatur infa-
mia, vt sensit glo. in d. l. etsi seuerior in gloss. fi.
versic. nec dicas illud esse uerum, & in d. l. quid
ergo. §. pęna grauior, in nerbo, onerasset, versi.
irem qualiret in extraordinariis, & ibi Bar. nu.
12. versi. quæro in criminibus extraordinariis,
& Bal. in repet. num. 23. versi. quarto oppono,
& clarius probatur ex eo, quod condemnatus
furti efficitur infamis, & ramen pæna furti ar-
bitraria est, vt vtrunque dictum supra probaui
per apertissima iura, & Doctorum authorita-
36 tes. Nec refragatur dictum Iacobi de Bello-
uisu in contrarium allegatum, quia reptoba-
tur in specie per Decian. in tract. ctimin. tomo
primo, lib. 3. cap. 17. limitatione. 11. nu. 36. ver,
quinimo

quinimo plus, vbi inquit, quod hoc dictum nõ
admittit, quia hodie semper extraordinarie ꝓ
ceditur, l ordo, ff. de public. iudic. iuncta l. ho-
die, ff. de pęnis. Et bene, quia omne indiciũ cri
37 minale iure communi attento dicitur esse arbi
trarium subsistente causa, quæ suggerat arbi-
trium boni viri alterandæ pęnæ a iure imposi-
tæ, eam minuendo, vel augendo iuxta l. hodie,
ff. de pęn. Bart. in d. §. pæna grauior sub nu. 8. &
9. vers. ad istud oppono, & ibidẽ apertius Bald.
in prima lect. ante num. 1. versi. secundo ad eni-
dentiam pręmittatis, & nu. 4. ad finem, versi. se
cundo oppono, & nu. 6. versi. deinde dicit, & in
repetit. nu. 4. versi. quinto ex his omnibus, & n.
8. versi. qualiter ergo respondebimus, & in d. l.
& si seuerior num. 9. versicu. secundo oppono,
quod, & in pænis a Statuto limitatis procede-
re videtur, quia, & in his habet Iudex ex causa
38 arbitrium ab ipso Statuto recedendi, & eius
pænas augendi, & minuẽdi secundum Bart. in
d. §. pæna grauior, in finalibus verbis, quicquid
in contrarium sentiat ibidem Bal. in prima le-
ctura sub nu. 12. ad finem versi. hic quęro vtrũ,
& in repetit. n. 9. versi. iuxta hoc inciderer quæ
ro, qui tamen in d. l. & si seuerior nu. 10. versic.
ex prædictis, huic sententiæ inhæret. simile di-
ctum per ea, quæ notatur in d. l. 1. C. de modo
mult. quod scilicet non irrogetur infamia per
condemnationem ex indicantis arbitrio factã,
sibi non placere dicit Bald. in d. l. & si Seuerior
nu. 24. versic. expeditus sum in prima ratione,
videtur tamen Bal. loqui quando arbitrium est
a lege concessum Indici, cum tunc secundũ ip-
sam lege cõdemnare videatur. Præterea est ad
uertendum quod Salyc. in d. l. 1. intelligit dictũ
illud glo. ibi procedere, quando quis fuit con-
39 demnatus per inquisitionem, & se remittit ad
notata per ipsum in l. ea quidem. C. de accusa-
tion. vbi nu. 55. versicu. vlterius quæro, intelli-
git eodem modo dictam glos. ea ratione, quia
Iudex inquitendo plus debito aggrauat partẽ,
cum nemo sine accusatore debeat puniri, & sic
videtur cum infamia dispensare, In qua re ma-
le loquitur glo. & communis opinio est in con
40 trarium, vt ibi subdit Salyc. quia cessatio solem
nitatis, & ordinis non facit cessare pænam nec
per consequens infamiam, & quia non ordo,
sed causa, ex qua quis damnatur, consideranda
est, & quia Inquisitio succedit loco accusatio-
nis, & eius naturam assumit, vt ibi per ipsum,
alias etiam rationes adducentem, & hanc par-
tem de iure veriorem esse attestantem, quam
opinionem tenet nouissime Decian. d. lib. ter-
tio d. c. 17. nu. 37. versi. limitari posset Duode-
cimo, vbi adducit Bart. Imol. Fulgos. & Alex.
ita firmãtes, quibus addi potest Nellus in tract.
de Bannitis in pr. parte secundi tẽporis. quęst.
50. qui post longam disputationem idem con-
cludit, Dicit insuper Salyc. in dict. l. 1. in fine,
quod d. glo. loquitur in pænis pecuniariis tan-
tum, quod melius explicat in d. l. ea quidẽ sub
num. 55. ad finem versicu. non obstat. l. 1. sup. de
mod. mult. inquiens præcise quod intelligitur
in multis pecuniariis, non autem in personali-
bus, quia tunc ex genere pęnæ notaretur quis
infamia, licet non ex sola interloquutoria, ad-
eo quod in omnem casum tale dictum vbi ne-
rum esset, non procederet in terminis istis, in
quibus agitur de pæna infamiæ, quæ maior est
pecuniaria, & corporalis dicitur per superius
allegata.

Quæ omnia etsi superuacua sunt in termi-
nis propositæ quæstionis ob statuta Religio-
nis, quę nedum non recipiunt ad habitum mi-
litarem eum, qui aliqua infamiæ macula fuit
notatus, sed etiam receptum d. habitu spolia-
ri mandant, tamen cum, & de iure communi
militent, magis habitum, & commendam pe-
tentem excludunt.

EPITOME.

Quod accusatus, vel inquisitus de simplici facto, seu delicto sine qualitate illud aggrauante, & pœnam augente, possit probata post modum in processu tali qualitate, puniri de ea, ac si ab initio in accusatione, vel inquisitione proposita fuisset.

SVMMARIA.

Accusatus de simplici malefieio, probata in processu qualitate pęnam augente, condemnari secundum nonnullos non potest nisi de simplici facto, numero 1

Contrarium tam in Inquisitione, quam in accusatione communiter obseruatur, 2.

Condemnari in criminalibus, quis potest ad aliud, quã de quo actum est, nu. 3.

Sententia debet esse conformis libello, nu. 4.

Iudex in criminalibus intentionem agentis egredi ex causa potest. nu. 5. 7.

Conclusio partis in criminalibus potestatem iudici de iure publico concessam auferre non potest, numero 6.

Iudex egredi sicut potest inquisitionis formam, ita, & accusationis. nu. 8.

Accusationis, vel Inquisitionis forma non est attendenda, sed ipsa rei confessio, nu. 9.

Accusatus, uel inquisitus de vnico tantum delicto, si duo fateatur, condemnari de utroque potest, numero 10.

Accusationi, uel Inquisitioni de delicto simpliciter proposita addi ante sententiam potest qualitas aggrauans, & de ea in sententia ratio habenda est, numero 11.

Condemnatio virtute clausularum in accusationibus, vel Inquisitionibus apponi solitarum secundum probata in processu sequi potest, num. 12.

CA-

CASVS CENTESIMVS SEPTVAGESIMVS TERTIVS.



Nquisito aliquò de maleficio commisso certa die mensis, puta decima, absque aliqua expressione qualitatis, propter quam tali die pęna augenda erat, vel de simplici percussione, non dicendo, quod esset cum sanguine, vel facta cū armis, aut quod ex ea remansura erat cicatrix in facie, vel quod ex illa membrum aliquod erat remansurum debilitatum, quibus casibus maior imposita est pœna, si appareat postmodum in processu de tali qualitate, quæsitum fuit, an condemnatio fieri posset secundum dictam qualitatem pœnam alias statutam augentem, an vero attendendum esset simplex factum. In qua dubitatione variāt Doctores, Barto. in consi. 117.

1 Accusatio fuit instituta contra Martinum, numero tertio, versic. sed quid econtra lib. primo, dicit, quod in accusatione non potest sequi condemnatio, quia de hoc crimine nō fuit actum, & potestas iudicis vltra libellum non extenditur, in inquisitione autem sequi potest condemnatio super probato, quia inquisitio fit ex officio inquirentis, quod latissimum est, & maxime stante clausula super quibus, & aliis amplis verbis in inquisitione apponi solitis. Intellige tamen quod in accusatione secundum Barto. fiat absolutio, cum non possit sequi condemnatio, sed cum facultate iterum inquirendi, quia alia res est iux. l. Bebius, in fine. ff. de pactis dotalibus, Angel. de Malefic. in verbo, qui Dominus Iudex, il secondo, numero quarto, versic. quid si sine qualitate inquit, quod Bal. in l. edita, in versicu. sexta principalis, quæstio est ad finem, ibi, sed quid si est probata talis qualitas. n. mihi 30. C. de eden. tenet, quod in accusatione sequitur condemnatio de simplici facto sine qualitate probata, sed quod in inquisitione est dubium, in quo ipse Angel. tenet esse idem quod scilicet de qualitate non possit sequi condemnatio, sed de simplici facto tantum in libello deducto quod in lib. meo, aperte decidit. Bald. imo ait, quod hoc magis clarum est in inquisitione.

Alij volunt quod fiat condemnatio secundū
2 factam probationem, & sic in pęnam duplicatam, vel maiorem, non attenta narratione inquisitionis sine qualitate pęnam augente, & ita communiter vbique obseruari vidi, & ipse etiam millies seruaui, pro qua opinione allegatur Bartol. in l. quid ergo, §. pęna grauior. sub numero 15. versicu. vltimo, legas, ff. de his, qui no. infam. vbi dicit, quod in illo textu, fuit proposita actio furti simpliciter, non dicendo manifesti, vel non manifesti, & quod ideo debebat ferri sententia super manifesto, vel non manifesto, pro vt in processu fuerat iustificatum per probationes, licet de facto fuerit iudicatum super manifesto erroneè, cum de non manifesto tantum constaret, quæ sententia licet me ro iure valida sit, vti non continens expressum iuris errorem, tamen grauat partem, & per appellationem est rescindenda, idem tenet ibi Bal. in prima lectura, numero octauo, versic. secundo, reuoco in dubium, dum recitat opinionem Cyni dicentis, quod ibi erat generaliter actum, & reus non opposuit de generalitate libelli, quia libellus generalis concludit in qualibet specie, & ideo iudex debet condemnare, secundum probata, licet ibi non fecerit, sed dubius condemnauerit, & valeat sententia, quamuis contra ius partis sit lata, & refert Innoc. dicentem, quod ille, qui deducit factum, intelligitur generaliter agere, & potest prosequi factū qualificatum, subdit tamē ipse Bal. quod com. tenetur oppositum, quod ille, qui simpliciter factum deducit, nō videtur agere generaliter, sed specialiter secundum naturam simplicis facti, fatetur nihilominus, quod ille tex. multum facit pro dicto Innocent. & pro opinione Cyni, quam firmare videtur in repetitione, sub n. 12. versic. subsequenter reuoco in dubium, ad fi. inquiens, quod ibi libellus fuit informis, & generalis, quia fuit intentata actio furti, & facta mētio furti indefinitè, sine adiectione qualitatis augentis, vel diminuentis delictum, vnde licitum est libellum informem generaliter prosequi, & quod ibi iudex condemnauit in quadruplum, quia putabat fuisse probatum de furto manifesto, cum ista qualitas nō esset probata, testaturque hanc esse ipsam veritatem, quod fuit ibi informiter actum, vnde sub dic n. 13. versicu. ex illa autem lectura, quod ille, qui simpliciter agit non videtur agere detracta, nec adiuncta qualitate, sed generaliter, per singulare verbum Innoc. sup. relatum, & quod effectus est iste, quod aliud est dicere accuso Titium, quod me percussit de die, aliud est dicere, quod me percussit de nocte, nam vno probato non posset fieri condemnatio in alio, quia diuersa tempora distinguunt factum, & non dicitur idem factum probatum, & aliud est dicere accuso Titiū, quod me percussit de tali mense non exprimendo de die, & nocte, quia tunc si probo de nocte, augebitur condemnatio ratione noctis, quia videbitur libellus generalis, vt in illo textu, & licet subiungat, quod practica Aduocatorum aliter se habet, quia credunt, quod simpliciter agens videatur agere detracta qualitate, ita vt licet probata sit nox, tamē quia fuit simpliciter actum, est imponenda pœna simpla, & nō dupla, quæ alias imponeretur propter noctem, nihilominus dicit, quod precedens opinio de subtilitate iuris est verior, cum qua transire videtur in l. & si seuerior. C. ex quibus caus. infam. irrog. sub nu. 14 circa finē, ver. aut agitur de crimine, & latius, & expressius, sub nu. 29. vers. dicunt quidam, & hanc sententiam amplectitur Anton. Gomez. tomo tertio, variar.

variat resolution. cap. 11. tit. qualiter formetur accusat. sub num. 8. ante finem, versic. imo, quod magis est, vbi aperte concludit quod si in accusat. vel inquisitione deducatur delictū simpliciter sine qualitate ipsum aggrauante, nec ea postmodū addatur, seu cumuletur pendente processu, si tamen reperiatur probata, poterit Iudex reum condemnare pœna ordinaria, ac si qualitas ipsa apposita fuisset cum ipso facto, & delicto, pro vt dicit probari in dicto §. pœna grauior, & tenere multos, quos adducit, quibus addi possunt Augustin. de Arimino in addit. ad Angel. de malefic. in uerbo. Qui Dominus Iudex, il secondo, in princip additio. ad versic. quid si sine qualitate, ante numer. quintum, & Clar. in pract. crim. quæst. 90. num. 3. uersic. in hac autem materia, & faciunt plura, quæ dixi supra casu 56. post quartam illationem, in versic. an autem si qualitas negata, ubi probatur, quod econtra super accusatione, uel inquisitione proposita in iudicio cum aliqua qualitate, quæ non probetur, potest sequi condemnatio super simplici facto, quod constat in processu. Nec mirum de hoc esse debet, quia in cri-
2 minalibus, quis potest condemnari ad aliud, quam ad id, de quo actum est, ut ipse Bald. notat. in d. §. pœna grauior in pr. lect. num. 4. uersi. item nota quod iste, §. Nam etsi sententia de-
4 beat esse conformis libello, l. ut fundus, ff. commun. diuid. & l. fin. C. de fideicommiss. libertat. & libellus habeat conclusionem annexam, non tamen ea arctat iudicem, quin possit exercere
5 suum arbitrium, cum id possit facere etiam inuito actore ex causa tamen, qua mediante talem habet potestatem, per l. hodie, ff. de pœn. cū ibi notat, ut specialiter tradit Bald. in d. §. pœna grauior, in pr. lectu. sub num. 4. versi. secundo oppono, & nume. 12. uersic. tertia regula, & in repetit. in secunda oppositione, & præsertim sub nume. 8. ibi qualiter ergo respondebimus ad contrarium, qui propterea firmat, num. 10. vers. concludamus ex prædictis, quod in criminalibus iudex potest egredi intentionem agentis, & suo motu procedere ultra naturam libelli, tum quia in criminalibus non requiritur cōclusio in libello, tum quia conclusio partis in
6 criminali non potest auferre potestatem iudici non cessam, quæ publici iuris est, idem repetit postea sub nu. 14. versic. iuxta hoc quæro in fine, dum ait, quod in criminali licet qualitas astringat causam, non tamen astringit Iudicē, quo ad officium, & imperium illius. quod notatu dignum reputat, & hoc idem voluit in d. l. & si seuerior n. 11. & 12. in tertia, & quarta oppositione per easdem rationes. Et quia iudiciū criminale Rempublicam respicit, Vnde iudex
7 tanquam minister Reipublicæ ex causa potest vltra petita facere, & præsertim vt subdit nu. 13. quia in criminali lex concludit iudici, & nō accusatori, vnde non est necesse, quod in criminali concludatur in libello, nec iudex habet considerare modum concludendi ex libello, sed qualiter lex concludat secundum qualitatem delicti, hinc dixit idem Bald. ibidem sub nu. 29. versi. assignant ergo alii, quod in criminalibus iudex potest sequi proprium arbitriū, & punire pro vt sibi æquum uidetur nulla intentionis partis habita ratione ex facultate sibi a lege concessa, licet in suo casu contrarium tenere videatur, alias rationes adducit Gomez. d. capitu. 11. ad finem, & potiss. hanc, quod cum petitio simplex possit sub se compræhendere quamlibet speciem, vel qualitatem facti propositi, qualitas postea probata uidetur in petitione generica inclusa, maxime quia in hoc vertitur fauor publicus, ne delicta remaneant impunita, accedente eo, quod actor proponens petitionem dubiam, potest eam pendente iudicio declarare expresse, uel tacite per probationes, imo generalius dixit paulo ante, quod in criminalibus nō requiritur, quod sententia sit conformis libello, sed iudex potest condemnare, & pœnam imponere probato delicto, non attenta petitione, vel conclusione partis.

Et ista procedunt nedum quando iudex pro
8 cedit ex officio per inquisitionem, sed etiam quando proceditur per accusationem, quia, & tunc potest iudex egredi formam accusationis, per Bald. in d. §. pœna grauior, in repetitione, num. 9. in fine, ver. vlterius quæro, quando iudex, & in d. l. & si seuerior, sub nu. 11. versic. tertio oppono, & a pari procedere in his terminis accusationem, & inquisitionem, sentit ibidem paulo inferius, sub num. 29. circa medium, versi. antiqui aduocati hoc tenebant, & in d. l. edita, in 6. q. princ. nu. 3c. Angel. in d. ver bo, qui dominus iudex, il secondo, nu. 4. versi. quid si sine. Gomez. d. cap. 11. nu. 8. versicu. item etiam quæro. Clar. d. quæst. 90. nu. 3. versi. in hac autem materia.

Et magis absque dubio hæc admittenda sunt, quādo delictum, super quo iudex vult ferre sententiam, est probatum per confessionem rei, quia tunc cum non sit curandum de forma accusationis, uel inqsitionis, nec de eo, ad quod
9 actum fuit per partem, uel per Iudicem, sed attendenda sit ipsa confessio, clarum est, quod sequi potest condemnatio, ut per Bald. in d. l. & si seuerior, sub num. 26. uersic. ego confiteor, & in d. §. pœna grauior, in repetitione, sub numero 11. uersic. in contrarium ad finem ibi, sed in probatione per confessionem. Gomez. d. ca. 11. sub nu 6. uersi. quarto etiam limita. Augusti. de Arimin. in addit. ad Angel. de malefic. in uerbo, qui dominus iudex, il secondo, num. 5. uers. & prædicta limita, ubi etiam nume. 6. ampliat hoc procedere in delicto penitus separato, & extraneo ab intentato, nedum in qualitate ag grauante propositum delictū, ut si ageretur de
10 homicidio, & confiteretur reus etiam furtum, quia de utroque posset condemnatoria sequi, quod reputat notandum, quod latius postea probat in additione ad sequentem uer. sub nu. 10. 11.

10. 11. & sequen. versic. secundo limitabat.

Cessarent autem omnes difficultates, si post propositum delictum simpliciter in accusatione, vel inquisitione sine qualitate aliqua, quæ illud aggrauet, pendente processu ante senten-
11 tiam addatur d. qualitas aggrauans accusationi, vel inquisitioni, vt de ea in sententia ratio haberi possit, & est optimum, & tutum remedium, vt per Barto. in l. denuntiasse, §. quid tamen sub numero quinto, versic. videamus vltra vtrum adiectio, ff. ad leg. Iul. de adulter. ponit Anton. Gomez. tomo tertio variarum resolut. de delictis, cap. primo, sub num. 27. versic. item iuxta prædicta quæro, & melius, latius, & magis in terminis nostris, d. cap. 1. sub num. 8. versic. item etiam quæro, vbi dicit esse communem doctorum sententiam, & probari per tex. in l. in delictis, §. si detracta, in fine, ff. de noxal. act. Angel. in d. verbo, qui dominus iudex, il secondo, nu. 1. & 3. & ibi etiam August. in additio. & omnes scribentes communiter in d. § si detracta, & in l. edita. C. de eden. & ita pluries vidi per peritos fieri, & accusationes, & inquisitiones reformari, licet, vt dixi, & sine hac additione seu reformatione viderim deueniri ad sententiam condemnatoriam super probatis factum in iudicio deductum aggrauantib. & ita etiam ipse infinitis vicibus obseruarim.

Pro vt etiam videtur cessare difficultas propter amplas clausulas hodie apponi solitas tā
12 in accusationibus, quam in inquisitionib. quarum vigore secundum probata in processu, & non secundum deducta tantum in petitione sequi potest condemnatio, Gomez. d. capitu. 1. numero 6. versic. secundo etiam limita, & vers. tertio limita eadem ratione, & ibi Apostillator in vltima additione in finalibus verbis, & in puncto super omissis qualitatibus augentibus pœnam propositi maleficij tradit Angel. de malefic. in verbo, emergentibus, numero secūdo, versiculo secundo principaliter operantur, cuius dicta per alios approbari dicit ibi Augustin. in additione, in princip. qui eandem sequitur sententiam in d. verbo, qui dominus iudex il secondo, sub nu. 6. versi. sed quæro, iudex inquirit, & habetur etiam per Ang. in eodem verbo, sub nu. 17. post medium, vers. ego intelligo suum dictum, vbi tamē videtur velle istud procedere in inquisitione, non autem in accusatione & faciunt dicta per eundem Ang. in d. tract. maleficiorum in verbo, super quibus omnib. & singulis, num. 1. & seq. cum ibidem additis per August. & per Clar. loquentem tam in accusatione, quam in inquisitione in pract. crim. quæstio. 12. nu. 14. ver. sed quid si accusator in fine, quæst. 31. nu. 13. vers. super quibus omnib. post medium, & ad finem, & q. 66. nu. 4. ver. sed quid si pro parte etiam in fine, in quibus locis multa pulchra ex hoc colligit.

EPITOME.

De condemnato pro crimine famoso gratiam condemnationis obtinente mediante solutione alicuius quantitatis pecuniarum, quod ad famam restitutus non intelligatur, & successiue nō possit exercere ea, a quibus infamis repellitur, licet secus sit quando simpliciter gratiam reportauit.

SVMMARIA.

Restituere ad famam quis possit. num. 1. Cancellatus ex gratia superiores de condemnatione infamiam irrogante, ad famam restitutus intelligitur. numero 2.

Principis beneficia in dubio latissime sunt interpretanda eod.

Cancellatus de banno ob factam solutionem, ad famam restitutus non intelligitur. 3.

Pœnæ solutio infamiam non purgat, nec tollit factum ex quo sequitur infamia. 4.

Infamia pœna, vti corporalis, & maior quacunque pecuniaria, per solutionem pœnæ pecuniariæ non tollitur. numero 5.

Florentiæ extat statutum, quod abrasus de Matricula non possit amplius circa officia aduocationis, procurationis, & tabellionatus se exercere sub pœna quingentarum librarum. 6.

Principis rescriptum non extenditur ad id de quo in rescripto, & precibus facta non fuit mentio. 7.

Iuri quod ignoratur, derogatum nunquam censetur. numero 8.

Clausula non obstante in rescripto aduersus statuti casum emanato, necessaria est. 9.

Clausula non obstante in precibus nominata sat non est, nisi etiam posita sit in ipso rescripto. 10.

Rescriptum Principis contra legem prohibitiuam ex certa etiam scientia emanatum, non valet, nisi in rescripto dicatur non obstante tali lege. numero 11.

CASVS CENTESIMVS SEPTVAGESIMVS QVARTVS.

REVOCATVM fuit in dubium, An condemnatus pro crimine in pœnam pecuniariam confinij temporalis, ac infamiæ, & ignominiæ, condemnatione cancellata post solutam pœnam pecuniariam, & exequutā partem confinij ex gratia ab habente potestatem impetrata mediante solutione certæ quantitatis pecuniarum, dicatur restitutus ad famam, ita vt reuersus in patriam possit admitti ad actus, quos ante condemnationem exercebat,

cebat, a quibus infames repelluntur, & præsupposito quod gratia emanauerit ab habente authoritatem restituendi aduersus infamiā
1 iuxta ea, quæ late tradunt Alex. conf. 114. repetitus per totum lib. secundo, & Nellus in tract. de Bannit. in prima parte tertij temporis. quæstione 15. col. prima, & secunda post Bart. in l. fin. in fine nume. 12. C. de sent. pass. & plures alios, quibus addo Bal. in l. generalis, nume 2. eodem, titu. fuit dictum quod non censebatur restitutus, & quod ideo ad dictos actus non erat admittendus, quia & si quando quis ex gratia superioris caucellatus reperi
2 tur de condemnatione, quæ infamiam irrogabat, intelligitur restitutus ad famam, cum in dubio beneficia principis sint latissime interpretanda l. beneficium, ff. de constitutio. principum l. si quando. la prima C. de bonis vacantibus, lib. 10. cap. cum dilecti de donation. pro vt in puncto tenet Bart. in d. l. fin. num. 11. vers. circa hãc legem, qui etiam ad hoc allegat. l. 1. §. pen. ff. de quæstion. vbi illa verba Principis videlicet, Potes itaque decreti gratiam facere, intelliguntur de restitutione, & non de indulgentia simplici, & ita etiam clare dicit idem Bart. in l. non solum, §. fin. in fine. nume. 4. ff. de procurat. vbi etiam refert disputando sic determinasse Iacob. Butrig. quod & ibidem tenet Bal. sub nu. 4. ante finem, sequitur Alex. consilio 112. omissis argumentis in princ. lib. secundo cum qua opinione transit Nellus in d. prima parte tertij temporis quæst. quarta per totam, & d. quæstion. 15. ante finem vers. si vero fuit cancellatus, qui tamen de Alex. non meminit.

Tamen quando cancellatur, quia aliquid sol
3 uit non intelligitur ad famam restitutus, non enim tunc cancellatur, quia bannum sibi remittitur, sed quia condemnationem soluit, vnde condemnatio ad eam causam restringitur, nec alium effectum producit, quam liberationem respectu solutæ quantitatis, vt declarat Bart. in d. l. non solum, d. §. fin. in fine & ibidem Bal. num. 4 vers. quærit hic Bart. & idem Bal. in d. l. generalis in fine num. 3. C. de sent. passis, & in l. emancipationem etiam in fine nu. 5. & 6. C. de fide instrumento, quos sequitur Alex. d. consi. 112. ad finem, & magis in terminis nostris hoc tenuit Nellus d. quæst. 15. ante finem ver. idem etiam puto, vbi clare inquit quod si Bannitus rebannitur, seu cancellatur de banno propter quod effectus fuerat infamis, soluendo certam quantitatem, non dicitur restitutus ad famam quia non cancellatur ex eo, quia restituatur sed quia soluit quantitatem diminutam, & sic vi solutionis diminutæ pœnæ, idem vltra eum notat Bal. in l quid ergo. §. pœna grauior in repetitione num. 31. vers. item extra quæro ff. de his qui not. infam. vbi vult, quod solutio banni non habet vim restitutionis in integrum, & non tollit infamiam, quia tenebatur reus duplici pœna, vna scilicet condemnationis a iudice facta, altera infamiæ a iure irrogatæ, vnde licet soluat vnam, altera remanet, & solutio magis detegit crimen, & idem subdit in vers. sequē. in eo, cuius condemnatio est cancellata ratione solutionis totius, vel patris, & bene, quia, vt ibi dicit Bald. solutione & satisfactio-
4 ne pœnæ, non purgatur infamia, sed magis elucescit, & confirmatur res iudicata, quam ratione itidem adduxit ipse Bald. in d. l. generalis, & in d. l. emancipatione, Alia etiam reddi potest ratio, quod scilicet satisfactio pœnæ inducta propter delictum non tollit factum, ex quo infamia sequitur, vnde merito remanet ipsa infamia, nisi restitutio aduersus eam concessa reperiatur, vt dicit Nellus vbi sup circa finem vers. hoc puto verum, & bene facit Alex. consi. 32. viso processu inter Ioannem de Placentia nu. 6. ver. alius est testis ad finem. lib. 6. Addi etiam potest quod cum pœnæ infamiæ
5 corporalis sit, & proinde maior quacunque pecuniaria pœna, merito pecunia non tollit infamiam, vt probaui supra casu 172. in vers. secus autem quando ipsa pecuniaria agitur in aliam pecuniariam, vbi iura & authoritates ad duxi, & secūdum prædicta alias practicaui Florentiæ quodam abraso, seu delecto, & cancellato de Matricula Collegij vniuersitatis iudicum, & notariorum dictæ ciuitatis ob condemnationem de eo sequutam iuxta dispositionem statutorum d. collegij lib. quarto rubrica. 9. de condemnati a matricula abradendis, qui obtenta gratia partis pœnæ, quæ exequenda supererat, mediante solutione certæ pecuniarum quantitatis prætendebat posse exercere officium procurationis, & tabellionatus, pro vt ante condemnationem & abrasionem exercebat, tanquam quod ad matriculam fuisset restitutus, & in ea reponendus, & describendus esset, fuit enim resolutum per magnificos Dominos Proconsulem & Consules cum interuentu meo, quod non erat iusta prætensio condemnati, qui per illam gratiam redempta condemnatione per pecuniam nō intelligebatur restitutus in integrum aduersus abrasionē, & infamiam ex delicto incursam; Quod indubitãter dicebatur procedere in terminis d. sta-
6 tuti, quo expresse cautum est, quod abrasus de matricula modo aliquo se amplius exercere non possit circa officia aduocationis, procurationis, & tabellionatus, vel aliquod ipsorum, vel quomodolibet dependentia sub pœna, quingentarum librarum, nec possit amplius ad dictum Collegium recipi, vel restitui, quamuis condemnationem sibi factam soluerit, vel aduersus eam quomodolibet fuerit restitutus sub pena recipientibus imposita, & nihilominus restitutio, & noua admissio non valeat, & pro non facta habeatur, & talis sic cōtra prædicta admissus pro non admisso in omnibus & omnia habeatur & vt in d. statuto latius cōtinetur, Cōtra quod Serenissimus Princeps aliquid fecisse, aut disposuisse non intel-

7 ligitur cum de eo nec in Rescripto, nec in præcibus mentio facta fuerit cap. cum ordinem extra de rescript. cum ibi notatis, & in alijs locis vulgaribus, nec iuri, quod ignoratur, dero
8 gatum vnquam censeatur argumento l. mater decedés. ff. de inofficio. testament. Nec ad fit in gratia clausula non obstante, quæ necessaria vi
9 debatur stante d. statuto in contrarium, Nec satis fuisset quod de ea mentio facta esset in pre-
10 cib. sed poni debuisset in ipso rescripto Alex. cons. 136. nu 4. ver. vltra hoc lib. 2. & sine dubio cum de certa rescribenti scentia nó constet ex dictis per Dec. cons. 588. viso puncto & dubijs, nu. 3. quimmo dicit Bart. in l. omnis. 6. in fin. C. de acquæduct. lib. 11. quod quando lex expresse aliquid prohibet, rescriptum Principis con-
11 cessum super tali negotio etiam ex certa senteтia non valet ipso iure, nisi Princeps rescribat, & in rescipto dicat, non obstante tali lege, verum tamen est, quod exiode ex noua Clementissimi Principis gratia fuit restitutus ad Matriculam.

EPITOME.

Quod Pax, & remissio delicti simpliciter & in genere facta sine expressione qualitatis ipsum delictum, & eius pœnam aggrauantis, prodest accusato, vel inquisito ad obtinendum beneficium propter pacem in pœnæ diminutionem a statuto concessum.

SVMMARIA.

PAX de delicto, nulla qualitatis penam d. delicti aggrauantis, habita mentione, simpliciter facta delinquenti proderit ad penæ diminutionem stante statuto penam minuente propter pacem, nu. 1.

Pacis instrumentum referens se ad processum super delicto factum, efficitur certum per relationem ad illud. 2.

Delictum licet sit reiterabile, non tamen præsumitur pluralitas & reiteratio, nisi probetur. 3.

Principali sublato, accessorium quoque sublatum dicitur etiam quod de eo nihil dictum sit. 4.

Dici appellatione Nox etiam venit. 5.

Contrarium tenent nonnulli. 6.

CASVS CENTESIMVS SEPTVAGESIMVS QVINTVS.



STATVTO grauante Pœnam delicti commissi de nocte, minuete autem propter pacem, dubitatum fuit, si facta si Pax simpliciter de delicto cómisso tali die puta de vulnere in facie, vel in pectore, aut in alia corporis parte, nulla noctis facta mentione, an d. Pax prosit vulneranti ad diminutionem pœnæ ex beneficio statuti, quamuis in instrumento pacis non fuerit facta mentio de tempore noctis, hanc quæstionem ponit Bald. cons. 378. videtur mihi Baldo lib. quarto vbi concludit pro inquisito vt ei pax prosit, licet in ea omissa sit quali-
1 tas delicti de tempore noctis, quam decisionem refert & sequitur Perrin. Bellus in tract. de bello parte decima tit. 2. num. 110. ad finem vers. quæritur si statutum, quod cons. factum fuisse per ipsum Baldum & Romanum communicato inter eos colloquio nuper reperij, vt patet in consilijs Roma. cons. 449. inquiritur contra Iacobum Petruccij, vbi ad verbum repetitur.

Mouentur Bal. & Roman. primo quia instru
2 meotum pacis, se referens ad processum super offensione factum efficitur certum per relationem ad aliud, & sic dicitur cófectum super causa in eo processu contenta, & nó super alia l. in summa. ff. de re iudic. & l. hæc sententia la primo C. de sentent. quæ sine cert. quantitate profer. secundo mouêtur, quia licet delictum, de quo agebatur, esset reiterabile & propterea contentum in pace posset esse aliud, quam illud, de quo processus erat formatus, tamé rei-
3 teratio non præsumitur, nisi probetur iuxta notata in l. eum qui. 9. in popularibus. ff. de iureiur. & in c. cum Ioannes eremita de fide instrum. vnde non potest intelligi pax facta de alio, quam de ipso delicto argumento l. fundus qui locatus. ff. de fund. instr. & istrum. legato, quod dictum ad probandum quod pluralitas delictorum non præsumitur, nisi probetur, licet delictum illud sit reiterabile adducit Aymon Cranet. cons. 6. nu. 35. vers. secundum est fortissimum, vbi etiam refert idem tenere Corn. consi. 134. in causa magistri Pauli in fine. nume 9. lib. tertio cum quibus conuenit Gomez. tom. 1. variar. resolut. cap. 11. rubr qualiter formet. accusat. sub num 6. ad finem vers. confirmatur, quia in actibus hominum. tertio mouentur, quia remisso delicto, licet non sit facta mentio de qualitate, videtur & qua-
4 litas remitti, quia qualitas est accessoria, & quando sublatum est principale, & accessoriú, est sublatum, licet de accessorio, vel de qualitate non fuerit aliquid dictum l. in delictis. §. si detracta ff. de noxal. action. & l. cũ principalis. ff. de regul. iur. Dyn. & alij in cap. accessorium de regul. iur. in 6. & late Tiraq. in tract. de constit. possessor. in 3. parte limitatione 7. num. 40. vers. confirmatur, vbi etiam in specie approbat hanc Baldi & Romani rationem, pro qua addit. l. 4. C. depositi. quarto addi. posset, si fas est dicta supplere Baldi, qui nihil intactũ reliquit, & maxime confirmata a Romano summi ingenij viro, quod pax loquens de delicto commisso certa die, includit illud, quando commissum est de nocte, quia diei appellatione

5 ne venit nox, et intelligitur pax de die naturali viginti quatuor horarum in quibus includitur tam lux, quam nox, non autem intelligitur de die artificiali a mane ad vesperas, qui lucē tantum compræhendit l. more Romano. ff. de ferijs, et ibi Doctor. et præserrim Ias. in princ. sub nu. 1. et licet alij alitee dicant, et diem 24. horarum lucem et noctem comprehendentem ciuilem potius et artificialem vocari velint, naturalem vero eum, qui verum diem tantum, et nihil de nocte cōtinet, vt per Catellan. cottam in suis memorabil. in verbo diem ante finem, vers. et in his quæ superius retuli, tamen satis est, quod in commemoratione factorum de die simpliciter, potiùs facta de nocte compræhendit, quod multa ex traditis per Cottam dicto loco ostendunt, licet et alia in contrarium facientia existant, de quibus in præsentiarum agere non expedit.

EPITOME.

De pœna asserentis se falso Militem, seu Equitem alicuius religionis, Doctorem, Clericum. Procuratorem, Comitem Palatinum, Notarium, Ministrum, aut Officialem, vel alium honorem, aut dignitatem habentem, vel etiam priuatum, & pro tali se gerentis, & nomen, & habitum mentientis, vbi plura notatu digna, & in contingentia facti obseruata referuntur.

SVMMARIA.

MILITAREM, seu Equestrem habitum deferens, cum nō sit, in crimen legis Corneliæ de falsis incidit, nu. 1.

Doctorem se gerens, & actus Doctori cōgruentes exercens, cum non sit, falsi pœna tenetur. 2.

Clerici nomen falso aßumēs, & actus clericales faciēs crimine falsi tenetur, 3.

Procuratorem alterius falso se faciens, falsi crimen committit, 4.

Ratificatio principalis subsequens gesta per falsum procuratorem & conualidat, & falsi crimen etiam tollit eod. vbi de communi.

Comitem palatinum se gerens, & actus tali Comiti congruētes exercens, cum non sit, de falso punitur. 5

Notarium se faciens, instrumenta & alia tabellioni cōuenientia conficiens, cum non sit, de falso & ipse punitur eod.

Gerens se pro Comite palatino, in Principem delinquere dicitur, & ob id pœna mortis tenetur 6.

Quod etiam procedit in gerente se pro notario, qui nunquam tabellio creatus fuit eod. post princ.

Superioris iurisdictionem vsurpans pœna mortis & confiscationis bonorum damnatur eodem circa med.

Dignitatem & honorum illicite vsurpans Sacrilegij penam incurrit. 7.

Nobilitatis falsum nomen sibi assumens de falso punitur eod.

Falsi pœna est deportatio cum bonorum publicatione. 8

Deportationis pena in vsu amplius non est, & eius loco successit pœna iudici arbitraria. 9.

Iudex in causa falsi condemnare potest ad penam triremium eod.

Militem, doctorem, Clericum, vel alium dignitatem aliquam habentem simpliciter se faciens absque aliquo actu tali dignitati congruenti, pœna tātum extraor. punitur. 10.

Nomen sibi, & habitum citra fraudem vnicuiq; mutare licet, 11.

Nomen sibi in fraudem mutans, vel habitum mentiens pœna falsi punitur. 12. & 13. vbi exempla ponuntur.

CASVS CENTESIMVS SEPTVAGESIMVS SEXTVS.



GERENS se pro Milite, seu Equite alicuius religionis aut militiæ, & habitu militarem, & equestrem talis ordinis de
1 ferens, cum nō sit, nec vnquā dicta dignitate insignitus fuerit, in crimen legis Corneliæ de falsis incidit l. eos. §. qui se pro milite. ff. de fals. vbi est de hoc tex. clarus Felyn. in proem. decretal. sub nu. 37. vers. & idē est, Capyc. decisione 130. incip. primum dubium iu tertio dubio sub nu. 21. Tiraquell. in tract. de nobilit. ca. 13. nu. 2. idem est in eo, qui gerit se pro doctore
2 & actus doctori conuenientes exercet, cum nō sit doctor, quia pœna falsi tenetur Bart. in d. l. eos. d. §. qui se pro milite, & ibi Alex. in addit. idem Bart. in l. reddatur. nu. 1. C. de professor. & medic. lib. decimo Addition. ad Bald. in l. fin. in vlt. apostilla in verbo dignitas longo tempore tenta C. de his qui a non domino manumit. Dec. in ca tertio loco nu. 22. extra de probat. & in c. tuarū. nu. 42. extra de priuileg. Vāt. in tract. de nullitat. rit. de nullit. ex defect. mandati nu. 69. Franc. Claperius in Centurijs causarum fiscalium in summa curia prouinc. decisarum causa. 28. quæst. prima nu. 6. fol. 109. Felyn. in d. proem. decretal. sub d. nu. 37. & in d. cap. tertio loco nu. 1. Tiraquel. d. c. 13. nume. 2. Aufrer. ad decision. Capel. Tolosan. decisione 401. in fine additionis Boss. in pract. crim. ti. de falsis nu. 131. vers. ille, qui se facit, Menoch. de arbitrar. iudic. lib. secundo cent. quarta casu. 318. nu. 22.

Et idem in eo, qui gerit se tanquam Clericū
3 actus clericales faciendo, cum non sit clericus, quia etiam is crimine falsi tenetur Bald. in

l. qui sub prætextu in fine sub nu. 9. C. de sacro-
sanct. eccles. Dec. in d. c. tuarum nu. 43. extra de
priuileg. Bernard. Diaz. in pract. crimin. cano-
nica cap. 12. in verbo cum laici essent sine ordi
nibus ministrar. ac celebrar. sunt ausi nu. 2. Cla-
peri. d. causa. 28. d. quæst. prima nu. 7. Felyn. in
d. procem. decretal. nu. 38. vers. & facit, & in d.
c. tertio loco nu. 1. Menoch. d. casu. 318. nu. 21.
Et pariter in eo, qui gerit se pro procuratore
alicuius & actus procuratori cōgruentes in al-
4 terius præiudicium fallaciter facit, nam & iste
falsi crimen cōmittit, vt tradit Vant. dicto titu.
de nullitat. ex defect. mandat. nu. 68. vers. quini
mo vltra præmissa, Boss. d. ti. de fals. nu. 173. vers.
procurator etiā, qui tamen subdit nu. seq. quod
subsequens ratificatio tale crimen tollit, & ge-
sta conualidat secundum communē opinionē
doctorum.

Et eodem modo in eo, qui gerit se pro Co-
5 mite palatino creando Notarios, & exercen-
do alios actus tali Comiti congruentes, cum
non sit, quia & iste de falso punitur Bald. in l.
data opera sub nu. 50. vers. dubitatur de eo, qui
asserebat Comitē sacri palatij. C. de his qui ac-
cusat. poss. vel non vbi etiam sub eodē. nu. 50.
vers. & idem in eo, qui facit instrumenta, idē
esse inquit in gerente se pro notario faciendo
instrumenta, & alia tabellioni conuenientia,
cum talis non esset, & Baldū in vtroque dicto
sequitur Dec. in d. cap. tuarum nu. 44 extra de
de priuileg. Felyn. in d. procem. decretal. nu. 38.
& in d. ca. tertio loco. nu. 1. & in gerente se pro
notario Aufret. ad d. decis. capel. tolosan. 401.
in princ addition. Boss. d. ti. de fals. nu. 131. post
d. vers. ille qui se facit, & Menoch. d. casu. 318.
sub nu. 23.

Quinimo hunc gerentem se pro Comite
6 Palatino pœna mortis teneri, veluti delinquen
tem in ipsum Principem, a quo fingit se autho-
ritatem habere dixit Bal. in d. l. data opera sub
d. nu. 50. vers. sed dubium est, vbi etiam subdit
idem esse in d. gerente se pro Notario, qui
nunquam tabellio creatus fuit, & Baldum se-
quutus est Franc. Claperi. d. causa 28. quæst. pri
ma nu. 5 & incertus author in lecturis Bart. in
l. 1. C. de dignitatibus lib. 12. ad finem vers.
& vide Baldū, quod comprobari potest ex di-
ctis per Capyc. d. decisione 130. in 3. dubio nu.
21. & quamplur. seq. vbi pœna mortis, & con-
fiscationis bonorum damnandum esse osten-
dit eum qui superioris vsurpans iurisdictionē
propria authoritate facit se officialem, & ma-
gistratum suscipit, cū sit persona priuata, quod
etiam tradit Decian. in tract. crim. tomo secun
do lib. 7. capitulo nono de varijs modis, qui-
bus lesæ maiestatis crimen committitur nu. 5.
versiculo sic & qui, cum sit hoc crimen lesæ
maiestatis, vt dicunt Capyc. decis. 130. in
primo dubio nu. 9. & in d. tertio dubio nu. 21.
& seq Tiraquell. d. cap. 13. nu. 1. Capella tolosa
na d. decisione 401. Guido Pap. decisione 423.
nu. 2. Ias. in l. imperium sub nu. 20. vers. secun-
do, quia. ff. de iurisdict. omn. iudic. & Decian.
d. cap. 9. d. nu. 5. & videtur tex. per omnes alle-
gatus in l. 3. in fine. ff. ad leg. Iul. maiestat. fa-
cit Crauet. cons. 18. Andreas iuuenis nu. 2. vo-
lens iudicem inferiorem intromittentē se de
eo, quod pertinet ad solum Principem, & d.
superioris authoritatem assumentem, esse reū
lesæ maiestatis, ad quod plura allegat.

Et dicit etiam Bart. in l. 1. in princ. per illum
7 text. C. vt dignitat. ordo seruet. libro 12. quod
vsurpans honorem & dignitatem illicite, incur
rit pœnam Sacrilegij, quod dictum sequuntur
Claperi d. quæstion. pr. nu. 4. & incertus author
in lecturis Bar. ad d. l. 1. C. de dignitat. ad finē,
vers. adde tex. & Bartolum, & Tiraquellus di-
cto, c. 13. nu. 3. vers. & facit, Hinc dixit Menoch.
d. casu. 318. sub nu. 25. vers sic in eo, quod qui
sibi assumit falsum nomen nobilitatis, de fal-
so tenetur, vnde etiam secundum Boss. dicto ti.
de falsis sub nu. 131. vers. sic etiam qui non me-
rebatur, & iterum nu. 152. vers. falsum etiam
committitur, & qui propter vilitatem non po-
terat obtinere dignitatem, & tacita eius con-
ditione nobilem se fecit, & ideo eā obtinuit,
de falso tenetur per l. vnicam. C. ad leg. Viscel-
liam, & ibi notata ex prædictis, cum alias qui
dā Villalta Dauolos Hispanus in terra Libur-
ni, & in alijs locis magni Ducis Hætruriæ fal-
so se gereret quandoque pro Milite Sancti Ia-
cobi de spata, quandoque pro milite Sancti
Ioannis Hierosolomitani, seu Rhodi, hodie
Melitæ, faciendo, & nominando se talem, ha-
bitum modo vnius modo alterius militiæ pa-
lam, & publice deferendo, dixi eum esse con-
demnādum in pœnam tritemium in perpetuū,
quia inciderat in crimen falsi per dicta, l. eos.
8 d. §. qui se pro milite. ff. de falsis cuius pœna est
deportatio cum publicatione bonorum §. item
lex cornelia de falsis instit. de publ. iudic. & l.
vbi falsi in fine. C. ad leg. Corn. de fals. cum vtro
bique notatis per gloss. & doct. et est tex. ma-
gis expressus in l. pr. §. fin. ff. eod. titu. de falsis,
Clar. in §. falsum nu. 40. vers. sed quæro quæ sit
pœna falsi, & alij de quibus dixi late supra ca-
su. 165. cuius loco, cum amplius non sit in
vsu, cessante particulari iuris municipalis di-
spositione vel certa consuetudine super huius-
9 modi delicti punitione, succedit pœna arbi-
traria iudicis vt per Clarum vbi sup. & per Me-
noch. in terminis istis d. casu. 318. nu. 20. vers.
quæ sane, et per plures alios a me adductos in
proprijs terminis falsitatis d. casu 165. quæ po-
tissimum damnationem ad triremes comple-
ctitur, vt ibi tetigi, et antea etiam demonstra-
ui casu 8. post. vers. ipse autem detentus in car-
cere, et audiui a magnis criminalistis, quod
alij ob tale delictum fuerunt missi per loca pu-
blica Ciuitatis mitrati insidentes asino, et in-
super condemnati ad triremes, & cum alias
quidam Io. Andreas Angelus falso ex Flauia fa
milia Principem, et magnum Magistrum asser-
ta religionis Sancti Georgij se verbo, et scri-
ptis

ptis palam, & publice assereret, & equites sub d. prætenso titulo sancti Georgij de facto, vti assertus magnus Magister dictæ prætensæ Religionis crearet, & per diuersas mundi partes etiam vltra Montes potestatem alijs dictos assertos Equites creandi concederet, instante Illustri & Eccellentiss. Don Ioanne Iacobo Nerotto procuratore fiscali generali in vrbe, sic etiam requirentibus ministris Sacræ, & Illustrissimæ Religionis, & Militiæ Diui Stephani, ob Crucem, quam de falso creati Milites deferebant omnimodam similitudinem habentem cum ea, qua eius veri, & insignes equites vtuntur fuit in vrbe lata sententia anno. 1593. die octaua Augusti per admodum Magnificum & Eccellentem Dom. Valerium Panzochum locomtenentem in Criminalibus Illustriss. & Reuerendiss. Dom. Vicarij generalis Sanctiss. Dom. N. Papæ Clementis Octaui, per quam d. Io. Andreas tunc in vrbe degens fuit condemnatus in pœnam perpetui exilij ab ipsa vrbe, et toto statu ecclesiastico, confiscationis omnium bonorum vbilibet existentiũ, priuationis omnium, et quorumcunque, assertorum priuilegiorum, si quæ obtinebat, et inhabilitatis ad alia in posterum obtinẽdum, et triremiũ ad arbitrium, seu beneplacitum, Quę sententia mox de anno. 1594 die 26. septembris confirmata fuit per aliam sententiam instante eodẽ D. Nerotto Procuratore fiscali, et alijs vice, & nomine de Sacratiss. Religionis Sancti Stephani pro omni suo iure et interesse latam per admodum magnificum et Eccellentem Dom. Marcum Aurelium de Domo Spoletinum locuntenentem criminalem Illustriss. et Reuerendiss. Dom. Gubernatoris dictæ Almæ Vrbis.

Hæc tamen intelligenda sunt, quando, vt dictum fuit, quis in aliquo actu gerit se pro Milite, pro Doctore, pro Clerico, pro Procuratore, pro Comite Palatino, pro Notario, vel alio aliquam dignitatem, vel honorem habente, cum talis non sit, quia punitur pœna falsi & quandoque mortis vt sup. secus autem quan
10 do simpliciter & verbo tantum quis se allegat Militem, Doctorum, Clericum, Procuratorem, Comitem Palatinum, notarium, vel alium dignitatem aliquam vel honorem habentem, cum non sit, quia tunc non pœna falsi, sed alia mitiori extraordinaria punitur, ita notabiliter in Clerico distinguit Bald. in l. qui sub prætextu in fine sub nu. 9. C. de sacrosanct. eccles. quem sequuntur, Diaz. in pract. crim. canonica d. c. 12. num. 2. Felyn. in d. proœmio Decretal. nu. 38 vers. & facit, & in d. cap. tertio loco sub nu. 1. vers. idem in clerico, Menoch. d. casu 318. nu. 23. & Claper. d. quæst. prima nu. 7. loquentes, vt ipse Bald. in clerico, Alex. in addit. ad Bart. in dicta l. eos, d. §. qui se pro milite Felyn. in d. c. tertio loco sub nu. primo & ibi etiam ad dit. in verbo falsarius, & Dec. sub nu. 22. ver. & hoc intellig. Menoch vbi sup. nu. 22. qui loquũtur in Doctore, & Apostillator ad Deciũ in d. c. tuarum sub nu. 43. in verbo cũm non sit litera 1 dicens generaliter, quod qui huiusmodi dignitates verbo tantum sibi ascribit, non tenetur pœna falsi, sed punitur pœna extraordinaria, quod & pariter scripsit Tiraquel. in d. tract. de nobilitat. d. c. 13. nu. 4. vers verũ quod diximus, vbi & ipse generaliter loquitur in quocunque falso sibi dignitatem aliquam vsurpante.

Memini tamen quod alias fuerunt reperti quidam seculares deferentes habitum fratrum ordinis sancti Francisci, & tales certo cuilibet nomine imposito se esse dicentes, qui ducti ad carcere, & comperto quod non fraudulenter, nec ad malum finem id faciebant, euntes Lorettum, & Romam ad visitandum domum Beatissimæ Virginis Matris Mariæ, & limina Sanctorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac alia Sacra loca, sed ad hoc tantum, vt a nemine cognoscerentur, & vt eum maiori libertate, & securitate iter illud facerent, fuerũt impune dimissi, nec tanq; mentientes nomen, & habitum fuerunt reputati, quod & iterum vidi obseruari in quibusdam mulieribus secularibus honestis, inuentis incedere in habitu Monialium, dum deuotionis, vel voti causa peregrinatentur per varia Italiæ loca, nam & ipsæ fuerunt libere relaxatæ, & optimo quidem iure, cum talis mutatio nominis & habi-
11 tus ex bona causa, & sine aliqua fraude, & suspitione mali non sit punibilis gloss. & Bart. in l. falsi nominis in princ. ff. de falsis, Bonif. de Vitalin. in tract. de malefi. titu. de pœna mutant. sibi nomẽ sub nu. pr. Menoch. d. casu. 318. in princ. & in pluribus alijs locis in discursũ d. casus, Felyn. in d. proem. decretal. num. 36. vers. tertia conclu. Socyn. consi. 63. in præsenti consultatione num. 3. vers. tertio hæc conclusio, & nu. 7. ver. ad vltimam rationem, lib. primo Boss. in pract. crimin. tit. de mutat. nomin. in princ. & videtur tex. in l. vnica. C. de mutat. nomin. & ibi notatur per omnes scribentes & ponit exẽplum Bonifac. vbi sup. nu. 2. & 3. in faciẽte hoc pro defensione sua, vel rerum suarum vel apud hostes, aut latrones.

12 Quod si fraudulenter, & ad malum finem, vel ad quempiam decipiendum quis habitum mentiretur, vel nomen sibi mutaret, pœna falsi puniendus esset per text. in d. l. falsi nominis in princ. ff. de fals. notat glo. in d. l. vnica in verbo fraude C. de mutat. nomin. & alij supra citati, & potissimum Bonifat. nu. 1. & 4. & Menoch. d. casu. 318. nu. 16. & 27. Vnde cum preteritis annis Florentiæ comparuisset quidam nuncupatus Sperantia de terra Nursiæ, qui fraudulenter fecit se alium, & quidem nobilem, & sanguine coniunctum illustribus & notæ famæ viris, & eo pretextu eũ talis crederetur, multos decepisset, mutuam pecuniam accipiendo, vestimenta habita fide de pretio emendo, cibaria sine præsenti pecunia percipiendo, & alia quædam similia faciendo, comperto, quod non erat ille nobilis, quem se fingebat,

sed alius,& vilissime cōditionis,fuit missus pu blice mitratus super asinum per magnam partem Ciuitatis,& postea trāsmissus ad triremes in quibus,vt audiui,nō multos post diesobijt, & sic debitas luit pęnas ill- homo, quem vulgus Barrum vocat, nec desunt similes ei, qui per diuersas mundi partes vagantur, & modo vnum,modo alium decipiunt,dum se alios esse mentiuntur, de quibus exempla quędam tum antiqui,tum moderni temporis recenset Menoch.d.casu.318.nu.28.& seq.vers.nunc de secundo,vbi in fine testatur eos hodie pœna arbitraria plecti,Consimilem & grauiorem casum posuit Boss.in pract.crim.tit.de delict.nu.37.ver. & potest exemplum poni,de quodam filio legitimato,qui mortuo patre se supposuit in lecto loco patris iam mortui,& vocatis Notario, & testibus,qnos decepit,quia credebant eum patrem esse, tanquam pater fecit ab eo Notario fieri testamētum,& se ipsum hæredem instituit quem dicit Boss.non euasurum pœnam obreptionis falsi,si hoc modo aliquid cōsequutus est, imo nec pœnam falsi,quia fraudulenter fecit se alium per d.l.falsi nominis in princ. & d. §. qui pro milite,cum vtrobique notatis per scribentes,& per Socyn.d.cōs.63.quod & generaliter
13 in quocunque,qui contrahendo cum alio nomen sibi fraude, & dolo mutat,procedere ait Menoch.vbi supra nu.23.ver.ita dicimus.

EPITOME.

Quod Giuntatores, seu Saccularij, & alij vendentes fraudulenter res falsas, vel corruptas pro veris, vel bonis, aut aliter emptores in substantia, & qualitate ipsarum rerum venditarum decipientes,acrius, quam fures, puniuntur.

SVMMARIA.

Givntatores acrius, quam fures puniuntur nu.1.
Giuntatores appellantur fures atrociores.2.
Piratæ vbi furati sunt,laqueo suspendi debent.3.
Mercatores fraudulenter merces vendentes seuere puniuntur.4.
Fraudem in rerum substantia,& qualitate committēs acriter puniendus est num.5. vbi varia recensentur exempla.
Merces falsas pro bonis vendens pœna iudici arbitraria plecti debet,6.

CASVS CENTESIMVS SEPTVAGESIMVS SEPTIMVS.



IVNTATORES euntes per Ciuitates, & terras & diuersas mundi partes vendendo gemmas falsas, & minimi valoris magno pretio, fingendo eas fuisse derobatas alicui Principi, vel Nobili, & certo modo ad eorum manus peruenisse, pu-
1 niuntur tanquam fures, & acrius, vt dicit Marsil. singul. 318. fui interrogatus a iudice maleficiorum, qui allegat text. in l. Saccularij in princ. ibi plusquam fures puniendi sunt. ff. de extraord.crimin.& Ioan.Bapt. de sancto Seuerino hoc expresse tenentem in l. cunctos populos. C.de summa. Trinit. & fide catholic. in repetitione, idem post prædictos tenet Iacobus Nouellus in tract.crimin.post formam inquisit. contra fures nume.29.vers. & an Giuntatores folio mihi 124. Hos etiam atrociores fu-
2 res appellat tex.in l.prima §.simili modo.ff. de effract.& expilator.& dat exemplum glo.in dicta l.saccularij in verbo subducunt in vetitas merces supponentibus bonis, quas ostendunt, & subdit Nouell.vbi sup.nu.30.& 31.idem esse
3 in Piratis,quos plus quam fures puniendos esse,& laqueo suspendendos versus eam locum, vbi furati sunt, asserit ex Bal.in cap.1.§.iniuria sub nu.9.post vers.item famosi de pace iuram, firman.quod & colligitur ex dictis per Petrum Santernam lusitan.per eum allegatum in tract. de assecurat. & sponsion. mercator.in 4.parte, nume. 50.& multis seq.vers.decisio huius quæstionis, vbi plura contra eos ponit,quæ per lectorem videri possunt. Et si mercatores seue-
4 re puniuntur, quando merces cum fraude, & machinatione vendunt, defectus, & vitia occultando,qualitates non existentes ostentando, & varijs mendatijs, & artibus ementes decipiendo, & seducendo, & hoc modo thesauros iniquitatis sibi ipsis parando, vt habetur per Afflict.lib.3.Constit.regni rubrica 35. de fide mercator. in vendend. mercib. in Constitutione mercatores in 4.& vlt.notabili nu.3.vtique acrius agendum erit cum istis praui ho-
5 minibus qui in ipsa rerum substantia, seu specie, & qualitate fraudem committunt, vt notat Io. Nider suo compendioso tract. de Contract. mercator. cap. primo num.10. versiculo in substantia,& num.11. vers.in qualitate, vbi exemplificat in dante auricalcum loco auri, aquam pro vino, aurum, vel argentum ab alchimista factum veram speciem auri, & argenti non habens, pro auro, & argento vero, vinum corruptum, vel aqua mixtum pro vino sano, vel puro, falsam monetam pro bona,vel aliquam aliam rem non veraciter talem, qualem fraudulenter asserit, vt ibi per ipsum & meminime alias acriter condemnasse quendam,

qui

qui ad diuersas mundi partes mittebat in non modica quantum crocum, seu Zaffaranum falsum,& illum tanquam bonum vendebat,quem etiam ipse fabricabat,non succurrit tamen mihi nunc,quam pœnam ei dederim pro veritate, licet credam quod fuerit transmissus ad triremes, & forsan etiam ante transmissionem ductus publice super asinum mitratus, nec nimis seuera sententia esset,cum acrius quam fur cõdemnandus veniret & crimen etiam falsi commisisset, & vtrũque delictũ simul concurreret, unumquodque de per se graue sit,& pœna arbi
6 trio iudicis statuenda coherceatur,vt de primo est tex.in d.l.saccularii in princ. ff.de extra ord.crimin.& in d.l.1.§.simili modo.ff.de effra ctor.& expillat.quod & in furibus ipsis constitutum esse constat ex textu in l.fin.ff de furt. & in l.1.in prin.& in l.2.cum gl. in verbo ordinarium.ff.de furib.Balnear.& not.glo.in l.subtra cto in glo.vlt. C.de furt.& de secundo est communis doctorum traditio,cum propria falsi pœna in desuetudinẽ abierit,vt dixi proximo præcedenti casu 176. versic.ex prædictis & in aliis locis ibi citatis.

EPITOME.

De Vagabundis, Erronibus, Birbonis, Ganeonibus, Nebulonibus, Cinganis, Mendicantibus validis, & alijs similibus otiosis, & vitiosis hominibus, reprobatione eorum,& pœnis, quibus subijciũtur, maxime per edicta & Bannimenta Principum terræ, & de illorum validitate,& obseruantia.

SVMMARIA.

VAGABVNDI, & otiosi a creatione hominis reprobati fuerunt.nu.1.
Vagabundis pœnas imponunt Principes.2.
Vagabundis in prouincia Cathaloniæ imposita est pœna fustigationis, aut seruiendi in Regijs Triremibus ad quinquennium eod.
Edictum contra vagabundos tempore carestiæ,ae suspitionibus pestis,pro vt & alijs temporibus de disgombrando territorium, & illic non redeundo sub pœna etiam triremium fieri potest.3.
Florentiæ extant Banna contra vagabundos, & Cingaros de discedendo a dominio, & ad illud sub pœna triremium non redeundo eod.
Vagabundus quis proprie dicitur.4.
Vagabundi Mendicis æquiparantur eod.
Mendicantes validi,ganeones,& nebulones legibus cõtra vagabundos inductis suppositis sunt.5.
Mendicantes validi panis varijs per Principes seculares subijci possunt.6.
Edictum Florentiæ contra vagabundos et birbones existens comprahendit etiam validos mendicantes.7.
Mendicantes validi etiam de iure communi puniuntur.8.
Mendicantes validi artibus sese infirmos facientes iudicis arbitrio grauiter sunt puniendi.9.
Debilitans se ipsum, uel alium ad habilius mendicãdum seueriter puniendus est.10.
Officiali,& priuato cuilibet permissum est inuestigare, an mendici infirmitas sit uera,uel simulata.11.
Mendicantes indebite absque tamẽ fictione,mitius sunt puniendi.12

CASVS CENTESIMVS SEPTVAGESIMVS OCTAVVS.

VAGABVNDORVM, erronum,atque otiosorum hominũ sine certis sedibus passim vagantium,reprobationẽ a creatione hominis inicium suscepisse ex pluribus sacræ
1 paginæ,& variis Sanctorum Patrum authoritatibus docet Don Ludouic. de Peguer. in suis decision.seu quæstion.crimin.cap.3.nu.1. cum multis seq.vt propterea mirandum nõ fit, si humanæ leges huiusmodi homines,qui absq; domicilio,& habitatione per varias orbis Ciuitates,& loca diuagando discurrunt, & oberrant, odio prosequuntur abhorrent,& deiiciunt,cõtra eosque Principes terræ in eorum Regnis,&
2 prouinciis pœnas statuunt,vt subdit Peguet.d. c.3.num.8.vers.si igitur. in Prouintia siquidem Cathaloniæ contra hos vagabundos ex particulari Sanctione imposita est pœna fustigationis, vel seruiendi in regiis triremibus ad quinquennium,vt testatur Peguer.loco citato num. 12.subdens, quod eam locumtenentes generales eiusdem Prouinciæ in eorum præconiis & edictis generalibus contra vagabundos, soliti sunt statuere cumulatiue,& ita eam imponere, non autem alterutram tantum secundum naturam alternatiuæ in d.Sãctione positæ,refertq; num.13.pluries in Regio illo criminali cõsilio fuisse iudicatum contra tales vagabundos pro pœna fustigationis & condemnationis ad seruitium Regiarum triremium simul, quamuis in aliquibus pœna triremium fuerit temperata,vel ratione minoris ætatis,vel alia causa,& ad triennium tantum loco quinquennij reducta,fustigatione tamen semper exequuta.

His cõueniunt tradita per Iodoc.in praxi crimin.c.151.de Relegatis ad ergastula, seu vincula nautica sub nume.9.& seq.vers.diplomata igitur,qui meminit de edictis Principum contra tales errones, & vagabundos publicari solitis,quoties eis opus est comparare,& instruere certum aliquem numerum triremium ad expeditionem bellicam.

Hinc alias dixi iure improbati non posse edicta,quæ tempore carestiæ, & tempore suspitionis

spicionis Pestis in magno Ducatu Hætruriæ fieri vidi contra huiusmodi vagos & vt vulgus appellat vagabōdos & birbonos forenses tamē, & de alieno territorio, quod intra certum statutum tempus exeant territorium, & in illud de cætero pedem non inferant sub pœna triremium, vel fustigationis, aut catenæ infamis arbitrio iudicis habita ratione ætatis, & sexus personarum, vt in eis. iustificantur enim per supra allegata, & melius per inferius dicenda in versicu. & quæ de vagabundis diximus, & tanto magis cum etiam aliis temporibus, & cessante causa penuriæ, vel pestis id fieri possit, vt in d. versicu. dicam, & probat Ripa in tract. de Peste titu. de remed. præseruatiuis contra pestem nume. 160. vers. quinimo mendicantes validi, & exemplum habemus in d. magno Ducatu Hætruriæ, in quod die 21. Iulii anno 1590. publicatum fuit bannum generale contra vagabundos, birbonos, parabolanos, cerretanos & similes personas de excundo de dominio intra certum terminum, & ad illud non reuertendo sub pœna triremium ad beneplacitū masculis maioribus quindecim annis, minoribus uero fustigationis, & itidem mulieribus 2
de quo etiam statim dicam in proxime seq. versic. licet semper adsit causa hos homines eiiciē di, & ad laborandum cogendi, & ad publica seruitia damnandi, cum sine labore otiose ex mera voluntate, & nulla cogente necessitate viucte non sint permittendi, nec vere egenis, & pauperibus panem auferre tolerandi. vt dicetur in d. versicu. & quæ de vagabundis diximus.

Eodem modo iustificari potest bannum, seu edictum in eodem magno ducatu publicatum die. 3. Nouembris anno. 1547. cōtra Egiptios, vernacula lingua Cinganos nuncupatos, de intra certum terminum recedendo a dominio, & amplius ad illud non redeundo sub pœna triremium ad beneplacitum, quod denuo statutum fuit per aliud bannum publicatum die 21. Iulii anno. 1590. paulo ante memoratum, in quo etiam de Cinganis habetur specialis mentio sub iam d. pœna triremium masculis maioribus quindecim annis, minoribus vero fustigationis, & itidem mulieribus, quæ amplius sint ducendæ super asinum, & puniende pœna abscissionis narium, & auricularum secundum quod recto iudicantis arbitrio videbitur. Vagatur enim semper hoc genus hominum huc, & illuc discurrendo, & nullam vnquam certam habitationem tenendo, varia, & grauia damna vbique inferendo, furtaque plurima committendo, & sine labore & industria terram otiose occupando, & de alieno viuendo, vt merito illis prouintiam expurgare expediens fuerit, cū idem alibi factum docuerimus in vagabundis, quorum appellatione hos Cinganos contineri palam est, quia vagabundus is proprie dici-
4 tur, qui per mundum vagatur, nec certum habet domicilium in quo habitet glo. in l. eius qui manumisit, §. celsus in verbo domicilio per illum tex. ff. ad municipal. & de incol. & ibi etiā Bart. in finalibus verbis, & apertius in l. 4. §. pretor ait numero 24. versic. vlterius dicitur. ff. de dam. infect. & ibidem gl. ante eum in verbo habitationem Iodoc. in praxi crim. cap. 33. de remissione in materia criminali numero 15. Boss. in pract. crim. ritu. de foro compet. numero 70. qui refert Socinum dicentem esse communem conclusionem Clar. in pract. crim. quæst. 39. numero 8. versicu. sed hic quæro, vbi ait ita communiter teneri Peguer. d. c. 3. numero 9. vers. & ideo a scribentibus, & alii per eos allegati, quibus addimr Farinac. lib. 1. quæst. crimin. tit. de inquisitione quæst. 7. num. 15. ver. sublimita tertio, sensit Sigism. Scac. in tract. de indic. caus. ciuil. criminal. & hæretic. lib. primo, cap. 34. de citatione, quæ fit per edictum numero 14. versic. quartus casus est; Nec ad istos eiiciendos aliqua exigi videtur causa, quemadmodū nec in mendicis, quibus, vt infra dicetur comparantur Ripa in tract. de Peste titu. de Remed. præseruat. contra Pest. num. 160. vers. quinimo mendicantes ualidi, inquiens eos etiam nulla subsistente peste, nullaue alia causa explodendos esse, vel ad aliquod publicum ministerium exercendum cogendos puta ad purgandas plateas viasque publicas, quod tamen vltimum postea num. 177. & seq. ver. aduerte, videtur restringere, vt procedat in rustico, vel alias ad laborandum assueto, secus autem in mendico nobili, non consueto laborare, maxime si latrociniis, aut calumniis, aut seditione populari, aut tirannorum oppressus fuerit, & non sua culpa ad eā infelicitatem deuenerit, cum tunc ei sit miserandum & non de vlteriori afflictione cogitandum.

Et quæ de vagabundis diximus, procedunt
5 etiam in validis, inertibusque mendicis sine pudore uiatim mendicantibus nec nō in ganeonibus, nebulonibus, similibusq; Reipublicæ fecibus, & inutilibus ponderibus terræ, vt tradit Iodoc. d. c. 151. sub. nu. 9 & seq. vers. diplomata igitur, & longe diffusius, & elegantius antea c. 110. de furto nu. 55. cum plur. seq. vers. ad hoc capitulum, de quo etiam hominum genere latissime scripsit Don Ludouic. de Peguer. in dictis quæstio. seu decisionibus Criminalibus capit. 4. per totum, vbi postquam loquutus fuit 3
de mēdicitate licita descendit ad hanc validorum mendicantium, qui vel cupiditate habendi diuitias vel victum otiose, mendicant, & sine labore volunt viuere, cum habeant aliunde vnde viuant, & ex proprio labore, si vellent, victum parare possent, gerentes se quasi non habentes artem, cum habeant, & fingentes se debiles cum sint fortes, quam mendicitatem illicitam esse reprobatam ostendit, numero 5. & seq. versicu. illicita tamen, ne prætextu elemosinæ otiosorum hominum foueatur inertia, & ne ab illis panis vere debilibus, & infirmis auferatur, vt ibi per ipsum, cuius dictis conuenit;

uenit.l.vnica. C. de mendicant. validis lib. 11. cum ibi notat.per gl.in verbo inertibus, & per Bart. Angel.& Luc. de Penna & per Iodoc. d. c. 110.numero 57.& 58.verſ.hic mihi. Quo fit, vt
6 non iniuria humanæ leges, & Principes ſeculares tales mendicantes variis ſubiiciant pœnis vt dicit Iodoc.d.c.110.nu.58. verſ. prodierunt prӕterea, & latius per plura exempla demonſtrat Peguer.d.cap.4. ſub nu. 7.& 8. vbi variarum Prouinciarum Statuta recẽſet, quibus mãdabatur, vt caperentur, & ad opera, ſeu ſeruitia publica, puta ad foſſas purgandas, vel ſimilia opera condemnarentur, vel aliter ſeuere, & in exemplum & terrorem aliorum punirentur, dicens tandem quod in Prouincia Cathaloniæ ſemper cũ publicis & Regiis præconiis vetitum fuit,ne vtentibus proſpera valetudine, quibusque ob corporis integritatem labor conuenit, liceat hoſtiatim mẽdicare ſub pœna, quod ſi publico præconio moniti non abſtineant,banniantur a Prouintia,vel per ſolita loca fuſtigentur,quinimo ſubdit nu.9.verſic.attamen quod cum multi validi,integri corporis,ad laboremque apti, & idonei, frequenter incedant per d.Prouintiã,& multoties coadunati mendicando vt ſolum otioſe,& ſine labore viuant,atque vere exurientibus & inualidis panem auferant, gerentes ſe quaſi non habentes artem,cum habeant,& fingentes ſe debiles, cum ſint fortes, imo ficitiie ſibi apponentes herbas, & alia ſuppoſitoria, per quæ appareant infirmi, claudi, & contracti pedibus uel aliud, propter quod faciunt ſibi tumeſcere tibias,uel aliam apparere infirmitatem, in maximam Reipublicæ pernitiem, & iuſtitiæ dedecus,ſolet illos Regium criminale conſilium ſeuerius quam ſit in regiis præconis ſtatutum, punire,& tanquam errones,& uagabũdos tractare,& propterea teſtatur nume.10.pluries ui diſſe,etiam ipſo referente, eos puniri pœna fuſtigationis & triremium ad quinquennium licet aliquando ob minorem ætatem, uel aliam cauſam quinquennium temperatum fuerit ad triennium.

7 Vnde merito & Edicta magni Ducis Hetruriæ contra uagabundos, & birbonos, de quibus ſup.memini, comprehendunt etiam mendicantes ualidos eandem contra omnes imponentia pænam, quaſi quod hi mendicantes ualidi ſint etiam uagabundi,licet ut Peguer. ſubdit d. capit. quarto ad finem poſſit eſſe, quod aliquis ſit ualidus mendicans, & non uagabundus, quamuis raro contingat, ut puta quando quis integri, ſanique corporis artem habet, et in ea laborat, et ſine neceſſitate hoſtiatim mendicat,ut abundantius uiuat,et diuitias acquirat,quo caſu inquit Peguer.eos quidem puniri, ſed non tam acriter, quam ſi mendicarent ob hoc ſolum, quod otioſe, & ſine labore & tanquam errones viuerent, & ita refert fuiſſe concluſum in Regio criminali conſilio Cathaloniæ a quo quidem habentes artem, & in ea laborantes, & incedentes per viam hoſtiatim mendicando, fuerunt condemnati, vt ducerentur veſtiti palam, & publice per loca ſolita, & bannirentur a Prouintia in perpetuum.

Nec quidem de talibus edictis, & præconi-
8 zationibus mirandum eſt,cum & de iure communi mendicantes validi puniantur per tex.in d.l.vnic.C.de mendic.valid.libro 11.per quem notat ibi Bart.in fine num. 8. quod qui fingunt cauſas mendicitatis puniuntur criminaliter extra ordinem a Rectore ciuitatis, quod iiſdem verbis tradit ibidem Ange.de Peruſ.itidem in fine, ſequitur Rip.in tract. de Peſte titu. de Remed.præſeruat.nu.173.inquiens, quod mendicantes validi vtentes herbis & ſuppoſitoriis, quibus ſibi faciunt tibias vel manus intumeſce-
9 re,vt claudi, vel manibus contracti videantur, cum non ſint, graui pœna iudicis arbitrio taxanda puniantur,& dicit Aufrer.ad Capellam Toloſã.deciſ.401.circa finem additionis,quod iſti mendicantes validi, qui palidos ſe fingunt fucatis coloribus, & exhibent ſe vulgo infirmos cum non ſint,vt extorqueant eleemoſinas, tenentur pœna falſi, ſequitur Hippolit. Bonacoſſ.in ſuis quæſt.crim.in verbo venenum circa medium verſ.& de vxore. folio mihi.200.facie ſecunda,& refert Iodoc.d.cap.110.ſub numero 56.verſ.huic exemplo ad finem, quod in ciuitate Brugenſi quidam mendicus iuxta eſternam ſpeciem miſerabilis, ulceroſus, & deformis, uere autem ſanus,validiſſimus integer,& nitidiſſimus comperta fraude fuit iuſſu Senatus ductus in medio ſatellitum ornatus eo modo, quo mendicabat a carcere per forum publicum ad domum Senatoriam,& coram Magiſtratu ſtans condemnatus ut ad ſemihoram ita ornatus, palo affixus in theatro oſtenderetur populo, deinde a carnifice omnes faſciæ, forfeſque tollerentur, ut cunctis nitor cutis, & ſanitas corporis innoteſceret, deinde uirgis ad effuſionem ſanguinis acriter cæderetur, & tandem extra terminos Flandriæ decem annorum exilio ſub pœna ſuſpẽdii relegaretur,& ſubdit Rip.loco citato nume.174. quod qui ſe ipſum,
10 uel filiũ,uel alium nere debilitat, ut habilius poſſit mendicare, acceritme eſt puniendus & quodram conſentiens, & patiens debilitari, quam agens eadem pęna tenetur, cum nemo ſit dominus membrorum ſuorum,& num.175. quod medicus,uel barbitonſor,uel alius docẽs qualiter quis debilitari poſſit,ſæuerillimæ pænæ uenit ſubiiciendus.

Et adeo lex tales odio habet,ut nedum per-
11 mittat officialibus ſed etiam cuilibet priuato, ut poſſit inueſtigare tactu,vel alio experimenti genere,an infirmitas mendici ſit uera, uel ſimulata,ut probat tex.in d.l.unic.C.de mendicant.ualid.& ibi notant.Bart.num.4.uer. quæro dicitur hic, Angel.poſt.princ.nume.1.& 2.& Luc.de penna.col.1.in uerbo inſpectis, Rip. in in loco alleg.nu.176.uerſ.itẽ ſcias,& Peguer.d ca.4.

c.4.sub num. 7. quod in contingentia facti obseruari vidi, & fraudem detegi, Minus tamen delinquunt, qui simpliciter indebite mendicāt
12 nihil aliud fingentes, quam qui mendicant, & fingunt infirmitatem, apponendo herbas, vel aliud propter quod infirmi videantur & propterea etiā minori pœna per iudicem, in cuius pectore reposita est, afficiendi erunt illi, quam isti secundum Bar. in d.l. vnic. circa principium sub nu. 1. & bene, cum qui plus delinquit plus puniri debeat, & qui minus delictum facit, minorem pœnam sustinere ex generalibus & notissimis traditionibus.

EPITOME.

Quod Meretricem per vim carnaliter cognoscens vel rapiens, punitur non quidem pœna ordinaria legis vel Statuti de huiusmodi delicto loquentis, sed alia mitiori arbitrio iudicis.

SVMMARIA.

COITVS cum meretrice etiā nupta punibilis de iure ciuili non est nu. 1.

Meretricem etiam per vim carnaliter cognoscens pœna aliqua puniri non potest. 2.

Bal. in l. fi. ff. de rer. diuis. communiter reprobatur. eod. in princ.

Rapiens meretricem pœna raptus, vel alia non tenetur. 3.

Meretricem libidinis causa clausam retinens de priuato carcere, uel iniuriarū crimine damnari nō potest. 4. declaratur postea. nu. 7.

Meretrix in lupanari existens, & meretricio more viuens ad coitum inuita compelli potest. 5. sed cōtra 8.

Aduocati, procuratores, Notarij, & artifices ad eorū exercitium faciendum compelli possunt eod. in princ.

Coitus cum meretrice violentus, vel ipsius raptus, pœna tantum extraordinaria puniendus est. 6. & 9. ubi quod procedit maxime si virum habet.

Dec. & Cagnol. in l. inuitus nemo. ff. de regul. iur. reprobantur. 8.

Meretrix quæ proprie dicatur, remissiue. 10.

CASVS CENTESIMVS SEPTVAGESIMVS NONVS.



1 COITVM cum meretrice habitum impunibilem esse iure ciuili indubitatum est, siue ea soluta sit, siue nupta, vt de primo habetur per Clar. de communi attestantem in §. fornicatio num. 2. vers. hoc autem, & tradunt Alex. conf. 13. num. 5. vers. pro hoc lib. 7. Gram. decis. vlt. nume. 6. vers. item potissime Alciat. resp. 11. opera mea nume. 1. & 6. lib. 7. tomo 2. & de secundo habetur per eundem Clar. in §. adulterium, nu. 3. ver. quæro nunquid, ad quæ dictā se remittit in d. §. fornicatio sub d. num. 2. in fine, vers. sed quid si sit nupta, & dixi sup. casu 123. vbi etiam egi an & respectu ipsius meretricis coniungatæ hoc procedat.

Quod adeo verū est, vt etiam si per vim quis carnaliter cognouerit meretricem, non possit
2 puniri, neque etiam crimine iniuriarum quicquid dixerit Bal. in l. fin. sub num. 3. ff. de rer. diuis. cuius opinio communiter est reprobata secundum Alciat. conf. 469. per totum, quod in libro meo est conf. 21. incip. quia suprascriptus lib. 7. tomo secundo quem sequitur Clar. in d. §. fornicatio sub d. numero 2. versic. & hoc adeo, qui etiam postea cum eadem opinione transit sub num. 24. post vers. cum carcerata, ibi quod si mulier cognita, quod & antea voluit expresse Boer. decisione 317. num. 8. vers. quia cum talibus meretricibus, quem miror non fuisse per eos allegatum, & habetur etiam per Neuiz. in Silua nup. lib. 4. sub num. 46. post medium vers. quarto limita non procedere fol. mihi 336. & latissime per Afflict. in Constit. regn. lib. primo Rubr. 20. de violent. meretr. illata, in Constit. omnes nostri in 3. not. nu. 3. & seq. & per Don Ludouic. de Peguer. in suis decis. seu quæstion. crim. cap. 43. nu. 14. vers. ab hac tamen pœna excusantur, idem tenet Albert. de Gandinis in tract. de malefic. tit. de aliquibus quæstion. variis in malefic. numero 3. vers. quæstio de facto fuit Mutinæ, vbi inquit, quod quidam armatus de domo Rangonum, intrauit domum cuiusdam fœminæ coniugatæ contra suam voluntatem, volens eam carnaliter cognoscere, & per eum non stetit, & hoc fuit confessus, & probauit ad suam defensionem quod illa mulier erat malæ conditionis & famæ, & a pluribus cognita, & quod ipse idem solitus erat eā cognoscere carnaliter, quibus stantibus quærebatur an d. armatus ex tali maleficio deberet puniri, & concludit secundum opinionem Dyni, qui consuluit, quod si d. mulier quæstum sui corporis faciebat, ille armatus non posset puniri, alias sic, quam decisionem Dyni refert etiam & sequitur Alberic. de Rosate de Statutis lib. 3. quæst. 52. cum quibus sentit Marsil. in repetit. l. vnicæ. C. de rapt. virgin. sub numero 44. ad finem versic. & vide omnino, dum simpliciter adducit Gandin. & Alberic. in dictis locis. Pro vt & si quis rapuerit meretri-
3 cem, non tenetur pœna raptus, nec alia, quicquid voluerit Bald. in d. l. fin. sub nu. 3. ff. de rer. diuis. qui proprie in his terminis loquitur ut per Clar. alios referentem, & de communi testantem in §. Raptus. nu. 5. vers. quæro nunquid quam opinionem etiam tenuerunt Bonifat. de Vitalin. in tract. de malefic. tit. de Raptor. sub nume. 3. versic. fallit in Meretrice, Marsil. in d. l. vnic. C. de rapt. virgin. num. 26. & seq. vers. modo

do quæri potest an rapiens meretricem,& Singul.34.incip.tu habes regulam post princ.verſ. & iſtis adde & in l.maritus,num.48.& 49.verſ. nec omittendum puto, ff. de quæſtion. Gram. deciſ.vlt.nu.5.verſ.ſuffragatur præmiſſis, Paul. Grilland.in tract.de pœnis omnifariam coitus quæſt.10.num.25.uer.vlt.in hac decima quæſt. quarto Caſtr. conſ.272.quæritur viſo dicto ſtatuto poſt prin.lib.ſecūdo.& Alciat.d. conſ.21. qui late inſiſtit contra illud dictum Baldi,& conatur oſtendere talem raptum minime puniri poſſe Peguer.d.cap.43.numero 14. verſicu. ab hac tamē pœna excuſantur,Cui ſimile eſt,quod & is, qui meretricem libidinis cauſa clauſam
4 retinuit,nec de priuato carcere, nec etiam iniuriarū crimine damnari poteſt,vt voluit Paul. Grilland.loco citato & tradunt etiā Neuizan. in Sylua nupt.libro 4. ſub d. numero 46.verſic. quarto limita non procedere poſt prin. Afflict. in d.Conſtitutione omnes noſtri in fine numero 14 verſicu.decimo,& vlt.nota & Marſi.in d. l.vnic.ſub numero 26.verſic.& ſubdit. Pro qua opinione facit,quod dicunt Dec.& Cagnol. in l.inuitus nemo.199.ff.de reg. iur. ille ad finem numero 7.iſte ſub numero 1.de Meretrice,quę
5 ſi eſt in lupanari, vt ad coitum cogi poſſit inuita, quemadmodum Aduocati,Procuratores, Notarii,Artifices,& hoſpites tenentes ſignum, co pelli poſſunt facere eorum exercitium,intelligendo tamen prædicta in ea, quæ vere eſt meretrix & meretricio more viuit, non autem in ea,quæ ſi nō eſſet inhoneſta ſit, quia ſi abſolute intellig... de muliere impudica, eſſet res malæ conſequentiæ,& iam omnis fere mulier poſſet apparere inhoneſta, & ita ſequi frequentiſſimus coitus violentus, & raptus impunibilis duobus teſtibus dicentibus talem mulierem cognouiſſe,vt tradit Boſſ.in practic.crimin.titu.de raptu mulier numero 10.verſi. ſed tamen.

Verumtamen quicquid dicant præfati Do-
6 ctores, veritas eſt, quod coitus violentus cum meretrice eſt punibilis,& ſic etiam raptus meretricis,non quidem pœna iure communi, uel municipali impoſita cognoſcentibus carnaliter per vim mulieres, vel eas rapientibus, ſed alia extraordinaria arbitrio iudicis pro crimine iniuriarum decernenda,pro vt determinat, Bal.in d.l.fi.ſub nu.3.ff. de rer.diuiſ.qui ſubdit, quod poſſet eſſe hæc iniuria tam atrox, vt etiā mors veniret imponenda, cuius opinionem tenent Matheſilan.notab.ſeu ſing.101.incipiente nota vnum Angel. Aret. in §.ſanctæ quoque res nume.3.inſtitu. de rer.diuiſ.Didac. Couar. lib.3.variar.reſolut.cap.14.ſub numero 2. ad finem, verſ.ſic quamuis, Neuizan. in Sylua nupt. lib.4.ſub nume.45.verſ.quarto lim. non procedere fol. mihi 335. & 336. Cotta memoral. in verbo meretrix ante finem verſ.& ideo in propoſito, Marſil.ſing.248 cōditio mulierum poſt princ.verſ. & facit dictum, dum adducit ſimpliciter Bal.in d.l.fin. Petr. a Plaza in Epitome Delictorum cap.34.num.9.ver. in inſignis eſt, Nicolaus Vigelius conſ. 59. ad finem in prima cēturia,& nouiſſime Menoch. de arbitr.iudic. lib.2.Cent.3.caſu.291.qui bene loquitur,licet non omnes prædictos,citet,& reſpondet adductis per Alciat. & teſtatur hanc eſſe receptam magis & veram opinionem ſecundum quam plures practicant,& per alios practicari vidi, puniendo per vim cognoſcentes carnaliter meretrices,vel eas inuitas rapientes,non quidem pœna ordinaria a lege,vel Statuto cognoſcentibus vi, vel rapientibus mulieres generaliter & indiſtincte impoſita, ſed alia mitiori arbitrio iudicis,& non ſine ratione,Cum magna videatur facienda differentia inter mulieres honeſtas, & meretrices. Nec obſtant authoritates in contrarium adductæ, quia maior pars videtur ſimpliciter dicere, quod non punitur coitus violentus vel raptus, pœna a lege communi , vel municipali ſtatuta contra cognoſcentes vi, vel rapientes mulieres, quod & nos fatemur , ſed dicimus eos puniri mitiori tamen pœna arbitrio iudicis indicenda,quod non uidentur negare præfati Doctores, qui de hoc non loquuntur licet, nonnulli hoc inficiantur & velint eſſe actū penitus impunitum. Et hoc modo etiam reſponderi poteſt ad id quod dicitur de exclutione pœnæ carceris priuati, quia
7 verum eſt,quod tenens clauſam meretricem libidinis cauſa non punitur de carcere priuato, ſed per hoc non ſequitur quin alia pœna mitiori teneatur pro motu iudicis, cum actum minime licitum,ſed prohibitum faciat,quia opinio Dec.& Cagn.d.ſup relata, quod meretrix
8 inuita compellatur facere copiam ſui corporis,eſt falſa, & diuerſa ratio eſt in Aduocato, Procuratore, Notario, artifice,& hoſpite , qui rei licitæ dant operam, meretrix autem mortaliter peccat,vnde ſine abſurdo diceretur,quod peccare cogenda eſſet, & ita in ſpecie tale dictum reprobando inquiunt Conar.d. cap. 14. in primo caſu ſub numero primo, & ſecundo, Addent.ad Matheſilan.d. ſing. 101. in fine additionis, Petr.a Plaza d.cap.34.ſub d. numero 9.Neuiz.d.lib. quarto,num.26.circa med.verſ. propterea credo fol.314. & ſub d.nume. 46. d. verſ.quarto lim.non procedere poſt medium, & Menoch.d.caſu 291.ſub numero 5.verſic. eſt etiam falſum,& optime colligitur ex dictis per Aff. & in d.Conſtit.omnes noſtri in 3. not.ſub numero 4. 5.& 6. vbi late inſiſtit, & pulchre loquitur.

Quæ opinio maxime admittenda eſt in me-
9 retrice maritum habente, in qua magis de plano puniri debet coitus violentus,vel raptus ſaltem pœna arbitraria,ſi non ordinaria legis,vel Statuti Marſil.in d l.vnic.numero 43.& 44. verſicu. vlterius redeundo & ſingul.248.incip.cōditio mulierum poſt princ.verſ.& facit dictum Baldi Roman.in repet.l.ſi vero,§.de viro,ff. ſolut.matr.num.23.verſ.aduerte quia,Capic.deciſ.44.ſub num.primo,& ſeq Boer.d.deciſ 317. num.

num.7.ad finem, vers. & idem Angel. Addentes ad Mathesilan.d.sing.101 circa medium additionis, Cotta d.memor.in verbo meretrix post princ.Io. Bapt. de sancto Seuerin. in Tract. de Debitor.suspect.& fugitiu.in 5 quæst prin, nu. 23 vers.vnde infe t, Nenizan sub d.num. 46.& Couar,lib.4 Decretal. tit. de Spōs. & matrim, in 2.pat.cap.8,§.vndecimo, sub nume.6.versic. hoc tamen, & optime faciunt dicta inferius Casu.184.ad finem, Dummodo non faciat quæstum publice secundum Neniz. vbi sup. ad finem ibi tertio modera, vel dummodo non habeat maritum lenonem infamē secundū Mars. in d.l.vnic.num.45.vers.sed tamen, Addent.ad Mathesilan.d.sing.101. ante finem additionis, vers.limita etiam, Io. Bapt. de Sancto Seuerin. d.quæst.5.sub nu.24, vers.illud opinor indubitanter, & Couar.d.§.11, sub d.nu.6.in finalibus verbis, quia his casibus matrimonium non habetur in cōsideratione, & de ea idem, quod de soluta dicēdum esset, vt per eos in dictis locis.

10 Quæ autem dicatur esse meretrix vere, & proprie dixi d, casu 123, ad finem vbi est uidendum,

EPITOME.

De confessione rei quod is, cui dederit venenum, mortuus fuerit ex illo, & an sufficiat ad pœnam mortis si aliter in processu non constet ex peritorum testimonio quod verè mors ex d. veneno fuerit sequuta, & quid in alijs confessionibus consistentibus in iure, & nō in facto, an & illæ præiudicent confitentibus veritate earum aliter non apparente ex actis causæ.

SVMMARIA.

CONFITENS venasse aliquem, illumque ex veneno mortuum, alio non apparente, de occiso condemnari non potest.nu.1.

Dubitant aliqui.2.

Primum dictum verius eod.

Confitens modo, quo supra extraordinarie punitur eod. in fine, & nu.3.pariter in fine.

Confessio sic vt sup. facta, ad hoc vt confitenti noceat, quid vlterius apparere debeat, nu.3.

Confessio de veneno dato, & morte sequuta, non præiudicat, Peritis attestantibus venenum sumptum sufficiens non fuisse ad mortem inferendam.4.

Confitens se publicum, & famosum latronem, condemnari ut talis non potest, nisi hoc ipsum in processu aliter appareat.5.

Testes non periti deponentes mortuum quem fuisse ex veneno sibi dato, non probant.6.

Testes de facto, nō autem de iure deponere debēt eod.

Testes alium blasphemasse asserentes, & verba blasphemiæ nō enuntiantes, fidem non faciunt eod.in fine, Blasphemasse simpliciter confitens alio non apparente, de blasphemia puniri non potest.7.

Fallit in perito, & sciente quid sit blasphemia eod.

Corpus delicti in veneno non probatur ex simplici medicorum relatione, asserentium mortuum quem fuisse ex veneno, nisi addant ex veneno dato & non ingenito.8.

CASVS CENTESIMVS OCTVAGESIMVS.

1 CONFITENS se venenum alicui dedisse, illumque ex eo mortuum fuisse, nō potest de occiso condemnari, nisi aliter de morte ex d. veneno dato sequuta legitime constet, quia est confessio impossibilis scitu confitenti, qui cum non sit peritus in medicina, non potest deponere de operationibus, quas in corpore mortuo facere potuerit venenum datum, & debet reus respondere super his, quæ in facto consistunt, an dederit venenum, vel non & an ille, cui dedit, sit mortuus, vel ne, non autem an ex d.veneno obierit, vel ne, quia hoc spectat ad judicium medicorum, & peritorū, non autem ad cognitionem ipsius rei, ita in puncto tradunt Alex.consilio 115. in causa inquisitione numero tertio, & seq. versicu. istud an sit lib, tertio Gomez, tomo tertio var. resolut.cap.3.tit.de homicid. nu, sub 8. versicu.dubium tamen est, Marsil.in l.1.§. præterea num. 33.vers.& inquantum ff. ad leg. Cornel. de Sicar.Boss.in pract. crim.tit.de delicto num.8. ibi & in specie, Io.Franc. Ponzinibius in tracta de Lamiis sub nu.70.vers.septima quod licet ad finem, Foller. in pract.crimin.in secunda par. secunde part, prin, in verbo item quod sororem uenenauit nu.15.vers.in tantum ut.& nu.27.ad finem versic.tertio ex alio non obstat, & in prima, part, 3.part.in princ. in uerbo & si confitebuntur.num.37. uers.& pro prædictis facit, & in tertia parte.3.part.princ.in eodem uerbo & si confitebuntur num.86, uers.uigesimo octauo requiritur, Ludoui.Carer.in prac.crim.§.sexto quæro numero 35.uers.& nota in hac materia fol.mihi.115.a tergo, & nouissime Farinac. lib. primo quæstion.crim.titu. de inquisit.quæst.2. num.25.uers.sed quid siquis confiteatur, Et licet Boss.d.titu.de Delict.sub eod.numero octa-

2 uo, subdat quod casus pro amico esset periculosus, præsertim ubi incōtinenti, uel paulo post susceptum uenenum datum suscipiens decessisset, tamen eius dictū nō procedit de iure, quia mors potuit sequi ex alio, quam ex ueneno dato, quod non potuerit aliquid operari, ut præ-

cise

esse dicit Marsil. in d. §. præterea, nu. 34. & 35. sequitur Farinac. d. q. 2. ad finem, sub d. nu. 35. inquiens tamen hoc de pœna ordinaria intelligendum, non autem de extraordinaria, in quā sic confitentem incidere non dubitatus. Opus est ergo, ut d. confessio suum operetur effectū,
3 quod aliter constet de hoc delicto, debetq; apparere de signis, vel extrinsecus in corpore, vel intrinsecus aperto cadauere, per quæ signa ueneatio arguatur, & mors ex illa sequuta ex attestatione Medicorum & peritorum probetur, vt patet ex cōgestis in hoc proposito per Boss. d. tit. de delict. nu. 4. & multis seq. per Carer. in d. pract. crim. §. vigesimum quartum, indicium ad finem, nu. 3. per Afflict. lib. 3. Constit. Regni, rub. 41. de malis & noxiis medicamentis in Cōstit. mala noxia, sub num. 3. post vers. & est sciendum in fine, per Foller. in d. pract. crim. in secūda par. princip. in princ. in verbo, capiat informationem, num. 16. vers. memoriæ mandaui, & in secunda part. d. secundæ part. princip. in verbo, item quod Sororem venenauit fere per totum, & in tertia parte, tertiæ partis princip. in verbo, & si confitebuntur, nu. 86. ver. vigesimo-octauo requiritur per Clar. in pract. crim. quæst. quarta, ad finem, sub nu. 5. vers. sic etiam in eo, per Gomez d. tit. de homicid. nu. 8. vers. dubiū tamen est, & per Farinac. d. q. secunda, nu. 30. & plur. seq. ver. limita decimo, in crimine veneni, alias autem, vt dictum est, confessio cōfitenti non nocet, & ita in contingentia facti alias votaui non attendendo confessionem rei de morte eius, cui venenum datum erat, ex ipso veneno dato sequuta, cum hoc aliunde nō constaret, quem propterea a pœna ordinaria homicidii excusandum putaui, pro ut postea excusatus fuit, & citra mortem punitus; Multo autē magis talis confessio non præiudicaret, si ex
4 Medicorum, & peritorum attestationibus constaret, quod venenum sumptum non fuisset efficax, & sufficiens ad mortem inferendam defuncto, cum tunc erronea appareat confessio, vt per Alex. d. consi. 115. sub nu. 1. & 2. per Ponzinib. in tract. de Lamijs, sub nu. 70. vers. septima, quod licet, ad finem, & per Boss. d. tit. de lict. sub d. nu. 8. in princ.

Pro quibus optime facit Ang. de Perus. quē
5 a nemine in hac materia allegatum inueni cōsi. 493. formata fuit inquisitio per totum, vbi tenet, quod reus confitens se esse publicum, & famosum latronem, & derobatorem Stratarum non potest, vt talis puniri furcarum pœna a iure huiusmodi delinquentibus imposita, quando in Accusatione, vel inquisitione, aut processu non fuit deducta tot crimina, quæ eum faciant publicum, & famosum latronem, & derobatorem Stratarum, sed pauciora quam requirantur, quia quem esse talem non est facti, sed iuris, consistit enim in dispositione iuris, licet istud ius ex facto trahat originem, substantiam, & effectum, ac esse, cum ille sit publicus, & famosus latro, & aggressor stratarum, qui furari, & ad stratam derobare consueuit, vnde licet, quis confitendo se fecisse varia, & diuersa furta, & plures aggressuras stratarum sibi præiudicet, quia factum confitetur, tamen, qui confitetur se publicum, & famosum latronem, & stratarum aggressorem, confitetur ius, idest iuris diffinitionem, non factum, quamuis, vt diximus, dictum ius resultet ex facto, & confessio iuris non nocet, neque prodest, nec probat aliquid esse, vel non esse tale, quia partis confessio non alterat iuris cēsuram, nec ius inducit, aut inductum abolet, ex quibus concludit Angel. quod cum in casu suo de vnica ageretur aggressura, & vnica hominum captura, & vnica præda, & ea omnia reputarentur vnum factum, ex quo plura resultant crimina diuersa, & ex vnico facto, quis non fit publicus, & famosus latro, aut Stratarum aggressor, confessio facta inquisitioni, quod talis esset, sibi non præiudicat, vt tanquam publicus, & famosus ad furcas damnari debeat, & dicit in fine, quod idem consuluit Petr. de Ancharan. aiens, quod quando ex facto resultat iuris effectus, non sufficit deponere super illo iuris effectu, nisi quis explicite factum narret, ex quod effectus ille resultat, & quod ideo cum quem esse publicum, & famosum latronem, & stratarum aggressorem, ex iuris dispositione, & diffinitione colligatur, & a facto causetur, & oriatur, debet de hoc facto explicite constare, & non rudem & simplicem confessionem habere pro explorato facinore, si nulla probatio religionem cognoscentis instruat.

6 Et quod de confessione dictum fuit, procedit pariter in depositionibus testium, qui itidem in terminis nostris debent deponere de facto, ex quo ius resultat, & non de ipso iure, vnde debent testificari de signis tantum, quæ in corpore uiderunt, ut ex illis ius eliciatur, vt per Foller. in d. a. par. princ. in princ. in uerbo, capiat informationem, nu. 16. in fine, post uers. memoriæ mandaui, & si dicerent, quē esse mortuum ex ueneno sibi dato, non probarent, nisi essent periti, quia ad ipsos idiotas, & in similibus non expertos non pertinet de hoc iudicare, quod non cadit in eorum scientiam ut dicit Foller. in d. secunda par. secundæ par. princi. in d. uerbo, item quod sororem uenenauit, nu. 14. vers. præterea ij testes, sequitur Farinac. d. quæstio. secunda, num. 33. uer. testes autem, cū quibus concordat Gomez. loco sæpius citato, & idem eadem ratione dicendū esset in casu Angeli de quo sup. dixi, nam & tunc testes debēt deponere de facto, & de furtis, & aggressuris, ex quibus iuris dispositio resultat, non autem de ipso iuris effectu, unde non probarent asserendo, quem esse publicum, & famosum latronem & stratarum aggressorem, nisi essent periti in iure uel aliter id ex processu appareret, quia ad eos tanquam illiteratos, & horū ignaros non spectat de hoc discernere, & iudicare. Quod & generaliter in aliis terminis

procedere videtur, quia debent semper testes deponere de his, quæ consistunt in facto, & nō in iure, alioquin fidem non faciunt pro vt si di cerent quem blasphemasse, quia non per hoc probant blasphemiam, sed debent testificari de verbis prolatis per ipsum reum, vt illis consideratis iudex possit discernere, an sapiāt blasphemiam, vel ne, cum nō omnia verba in Deū, Beatissimam Virginem, & Sanctos prolata, dici possint blasphemia, vt omnes Summistæ tradunt in verbo, blasphemia, & ita pluries in contingentia facti votaui per superius allegata.

7 Quibus hoc addo, quod & si quis confiteretur simpliciter se blasphemasse non exprimendo verba per ipsum prolata, nec ex processu aliter constaret de verbis blasphemiam importantibus, non esset de blasphemia puniendus ex his, quæ supra dixi, in princip. & in ver. pro quibus optime facit, nisi esset ita peritus, vt optime sciret quid sit blasphemia, & quibus uerbis committatur, quia tunc sibi præiudicaret, & eius dicto staretur, cum sit delictum, quo solo uerbo, perficitur. Ponzinius in dicto tract. de Lamijs, numero 70. in princip. uersic. septima quod licet, Io. Nicol. Arelatan. in tract. de hæretic. in secundo notab. num. 2. versic. in crimine, & alii per eos allegati.

8 Plus dicit Farinac. vbi supra, num 34. ue rs. & in relatione medicorum, aduertendum scilicet esse, quod & ex medicorum, & peritorum attestatione simplici, quod quis ex ueneno sit mortuus, non dicitur probatum legitime in hoc crimine corpus delicti, nisi addatur, quod ex veneno dato, & non ingenito sit mortuus, quia sæpe contingere potest, quod quis moriatur ex veneno in corpore ex humorum malitia, & non ex bibito, & quod signa ueneni ingeniti a natura sint eadem, ac illa ueneni dati, quod vltra eum antea latius, & elegantius uoluit Boss. dicto ti t. de delictis, numero quinto, & seq. uer sic. ad quod magis adducebat, quo in casu inquit Boss. & post eum Farinac. non possunt Medici firmare iudicium, ex quo ueneno defunctus obierit an scilicet ex ingenito, an ex dato, nisi alio aliquo extrinsecus apparente, puta si post assumptionem cibi, in quo uenenum datū dicebatur, immediate, quis incidisset in maximam mutationem status sui, quia tunc posset iudicare fuisse uenenum introductum, & non per se ortum, ex quo uenenum in corpore natum non tam repente operatur, sicuti uenenū datum, & ex quo cibus ille sumptus non potuisset ex se producere tale accidens.

EPITOME.

De modo procedendi & deueniendi ad bannum, & sententiam condemnatoriam contra reos absentes, & contumaces in quocunque crimine tam de iure communi, quam municipali, & consuetudinario.

SVMMARIA.

Absens de iure communi, an, & quando pro crimine diffinitiue condemnari possit. nu. 1.

Absens, & contumax vigore Statutorum, & de generali totius Italiæ consuetudine in quocunque crimine habetur pro cōfesso, & coniunctio, & diffinitiue condemnari potest etiam in pœnam mortis, numero 2.

Inuentarium, & annotatio bonorum imputati de crimine, pro quo imponi potest confiscationis bonorum pœna, fieri debet. num. 3.

Banniri contumax secundum nonnullos potest cum expressione pœnæ. nu. 4.

Contumax in respondendo accusationi, vel inquisitioni absque expressione pœnæ banuitur cum termini assignatione ad comparendum, & se defendendum. eod.

Bannum contumacibus cum termino ad denuo comparendum datum, dicitur Sententia interloquutoria, & reuocari potest. 5.

Bannum sic vt supra contumacibus datum, ipso reo ante sententiam quantocunque comparente, resoluitur in vim simplicis citationis. 6.

Bannitus post terminum banni, & ante Sententiam comparens ex sola contumacia torqueri potest eod.

Bannum pro pœna delicti contumacibus datum dicitur Sententia diffinitiua, & reuocari non potest, sed exe eutioni demandatur. 7.

Bannum pro delicto alicui datum, pœnam delicti continere debet. eod.

Sententiæ forma contra reos absentes, & contumaces qualis esse debeat. 8.

Bannum dicitur eiectio & separatio a bono publico ad similitudinem excomunicationis. 9.

Reus contumax lapso termino banui condemnari statim potest. nu. 10.

De cōsuetudine tamen, & equitate triduum expectari solet eod.

Reus contumax citari de iure ad Sententiam debet. numero 11.

Contrarium de generali consuetudine obseruatur eod.

Cautela ad euitandas difficultates pro omittenda citatione. 12.

CASVS CENTESIMVS OCTVAGESIMVS PRIMVS.



ONTRA imputatos de crimine abentes ad sententiam diffinitiuam, & condemnationem iuris communis dispositione attenta deuenitur, quando pro crimine, de quo tratur, venit tantummodo reo imponen-

imponenda pęna relegationis vel relegatione minor; Secus vero si agatur de alia pœna, quæ relegatione sit maior, quia tunc absens cõ demnari non potest, nec tanquam contumax a Iudice haberi pro confesso, & conuicto, sed eo casu, si reus legitime citatus in termino sibi ad comparendum assignato non comparet, iudex facit eius bona annotari, & postea facit eum denuo citari per edicta vt veniat ad se excusandum, illi etiam notificando qualiter eius bona sunt annotata, & si tunc reus comparet infra annum, & se defendit ab imputatione, absoluitur, & ei restituuntur bona annotata, quę non erant effecta fisci, sed descripta, & in loco tuto, vel pœnes idoneam personam reposi-
1 ta. Si vero comparet post annum, & se defendit ab imputatione criminis, absoluitur, sed bona illi non restituuntur, sed fisco remanent in pęnam suę contumacię, ita ex communi scribentium voto tradunt Boss. in pract. crim. rit. de requir. reis, & absent. damnand. col. 1. & 2. sub nume. 1. Clar. in pract. crim. quæst. 44. num. 2. versicu. videamus nunc, & ante eos Albert. de Gandin. in tract. malefic. in rubr. quid sit agendum reo absent. & contumac. in princip. nume. 1. & in fine sub nume. 3. Alberic. de Rosate de Statut. li. quarto quæst. prima in princ. Angel. de malefic. in verbo qui dominus iudex videns sub num. 4. post versicu. & tene menti, & ibi etiam Augustin. de Arimino in addition. in princ. & nu. 7. & nouissime Prosper Farinac. lib. primo quæstion. crim. quæst. 11. num. 1. & 2. in primo, & in secundo præmissis. Flamin. Cartar. in tract. de execut. sent. contum. capt. bannit. cap. primo nume. 1. cum quamplurimis sequentibus. Sigismund. Scac. in tract. de iudic. caus. ciuil. criminal. & hereticar. lib. primo cap. 97. tit. de processu contra reum contumac. in caus. crim. in princip. nume. 1. & in tertia quæst. nume. 5. & 6. & alii per eos relati, quos recensere non curo.

2 Cęterum hodie ex generali iure municipali, & consuetudinario totius Italię etiam in pęnis vltra relegationem, & in quantuncunque graui crimine contra absentem proceditur, & ad sententiam diffinitiuam deuenitur, isque pro confesso, & conuicto ex contumacia habetur, & non solum bannitur, sed in quancunque pęnam etiam mortis damnatur, & condemnatio exequitur. Gandin. d. Rubr. quid sit agend. reo absent. & contumac. nume. 3. versicu. sed hodie. Alberic. de Rosat. d. quæst. prima post princ. Boss. d. tit. de requir. reis nu. 2. versic. circa uero obseruantiam. Clar. d. quæst. 44. nu 4. versicu. licet autem de iure communi. Farinac. d. quæst. 11. nume. 3. in tertio premisso, Cartar. d. cap. primo nu. 9. & plur. seq. versi. sed hodie ex generali consuetudine, Scac. d. cap 97. num. 16. versic. si loquimur de modo consuetudinis, Nec obseruatur illa bonorum annotatio, quæ in pęnam contumacię fiebat, & per annum in suspenso stabat, quia cum fieret ex eo, quod reus absens a relegatione supra diffinitiuè nõ poterat condemnari, hodie merito non est facienda, neque reus expectandus per annum, cum contra eum ad sententiam condemnatoriam deueniri possit etiam ad mortem, vt dictum est. Sed cum solemniter citatus fuerit, & in termino sibi assignato non comparuerit ad respondendum accusationi, vel inquisitioni, ponitur in banno communis, & potestatis, & postea super accusatione, vel inquisitione, & banno sequuto condemnatur. Gandin. vbi supra, numero 3. Clar. d. quæst. 44. numero 3. versic. sed hodie. Cartar. d. cap. primo, num. 17. & sequen ver. nec illud quod dictum est de annotatione, & rursus, nu 426. & seq. versic. sed præ dicta. & Scac. d. cap. 97. nu. 16. versi. si loquimur de modo consuetudinis, & latius, nu. 21. & pluribus, seq. versi. rebus, vt supra, & est de mente Farinac. d. quæst. 11. sub num. 3. in quarto præ-
3 misso. In casibus tamen, in quibus pro delicto imponenda sit pæna confiscationis bonorum ad dictam annotationem deuenitur, quam inuentarium vocant, sed ad alium finem, ne scilicet rei facultates in fisci damnum occultentur vbi de crimine sequatur condemnatio, & per eam bona fisco deferantur, sine qua non quam illa consequitur, vt per Clar. in d. ver. sed hodie, quem sequuntur Cartar. d. c. 1. nu. 19. & seq. versic. sed ne in damnum fisci, Farinac. d. q. 11. nu. 4. in quinto præmisso, & Scac. d. c. 97. sub d. nu. 16. post medium, ibi, alii vero, & quidem melius distinguunt, & nu. seq.

4 His stantibus vidi ego dubitari, quomodo non comparente reo in termino citationis ad respondendum accusationi, vel inquisitioni cõ tra eum institutæ, formandum sit bannum, in quo diximus absentem cõtumacem poni posse in quocunque graui crimine, cuius pęna relegationem excedat vigore generalis iuris municipalis, & consuetudinarii totius Italiæ, Angel. in d. verbo, qui dominus iudex videns, in princip dicit, quod iudex viso, quod rei non comparuerunt, & sunt contumaces, & in eorũ contumacia perseuerant, debet committere præconi communis, vt eos, & quemlibet eorum banniat pro tali pęna, vel pro tanta quantitate pecuniarum, & eisdem assignet terminum tot dierum ad comparendum, & se defendendum a dicto banno, & inquisitione, & contentis in eis, vel alio ipsorum, & sic vult Angel. quod in banno exprimatur pęna, in quam pro contumacia incurrit reus, idem sensit postea, sub num. 53. versic. aduertas tamen, quod etiam tenere videtur Cartar. d. c. primo, n. 426. & seq. vers. sed prædicta, quæ diximus, & num. 448. vers. & propterea bannũ hoc, & ante istos Bal. in l. 1. nu. 22 & seq. vers. & sic apparet. C. de hæred. instit. Sed Sigism. Scac. d. cap. 97. nu. 38. versi. quarto quæro, ad finem, tenet contrariũ, dicens, quod in illo banno non exprimitur pęna, quæ bannito imponitur, quia illa impositio pænæ est species condemnationis, quæ

fieri non potest, nisi post lapsum terminum bāni, & post sequutam declarationem, quod reputatus sit pro confesso, & conuicto, & ita vidi obseruari a prudentibus, & ita etiam ipse seruaui, licet sciam alios aliter facere, & defendi posse ex dictis authoritatibus, & quia ut ait Cartar. ubi supra numero 428. in multis locis solet in ipso banno taxari, & declarari pęna de licti, pro quo quis bannitur, quod tamen forte fieri non deberet, Nam banna, quæ in causis criminalibus dantur reis, duplicis sunt generis; Vnum enim est illud, in quo communiter ponuntur rei contumaces in respondendo accusationi, uel inquisitioni in termino eis assignato, cum termino ad denuo comparendum, & se excusandum, & cum comminatione quod alias habebuntur pro confessis, & conuictis de crimine, & omnibus in accusatione, uel inquisitione contentis; Et istud, cum aliam post se expectet sententiam, non sapit naturam
5 diffinitiuæ, nec imponitur pro pœna delicti, sed est interloquutoria, & datur propter contumaciam. Bald. in dict. l. 1. d. numero 22. & seq. C. de hered. instit. Nellus in tract. de Bannitis in prælud. seu præfat. ante medium, uersic. quidam etiam pro maleficio, Angel. in dict. uerbo Quidominus iudex uidens, in princip. nume. 1. & nume. 53. uersicu. aduertas tamen, & ubique Augustin. in addition. Boss. tit. de Bannit. num. 3. uersi. scias etiam. Cartar. d. cap. primo n. 441. & plur. seq. uersi. quando tamen post bannum, Scac. d. c. 97. n. 38. uersi. quarto quæro in princ. Et ideo potest reuocari, & alterari vt per Bal. Angel. Boss. Cartar. & Scac. & per simplicem rei comparitionem tollitur, & in uim citationis re
6 soluitur. Angel. in loco citato nu. 4 uersic. & tene mēti. Boss. ubi sup. nu. 4. uersi. uiso quid sit bānum, late Bald. & Alberic. de Rosat. in locis citatis, Castr. consi. 3. in princ. lib. 3. & ibi etiam Quinct. in addit. Cartar. d. ca. primo nu. 125. & seq. uersi. primum caput, & nu. 459. uersic. nam si in termino banni, & Scac. d. uersicu. quarto quæro, & n. 69. uersicu. redeo ad bannum, etiā post terminum in ipso banno assignatum quandocunque ante sententiam, ut dicunt Bal. Angel. Boss. & alii, saltem quo ad effectum impediendi sententiam, si non euitandi iudicium ad Torturam, ut ibidem per Boss. & per Cartar. d. ca. primo n. 452. cum multis seq. versi. tametsi solum bannum, & per Farinac. d. quæst. 11. nu. 70. & sequentibus, & nouissime per Scac. d. cap. 97. nu. 76. uersi. quarta difficultas, & antea per Bal. in d. l. prima nu. 28. uersic. aliqualis tamen, quicquid aliqui dicant in contrarium, de quo dixi sup. Casu 110. ubi est uidendū, quia non est materia præsentis inspectionis.

Alterum bannum est illud, in quo contumaces puniuntur tanquam confessi, & conui
7 cti ui gore Statutorum uel generalis consuetudinis pro illa pœna delicti, quæ eis deberet im poni, si presentes fuissent, & hoc cum aliam non expectet post se sententiam, & transeat in condemnationem, dicitur Sententia iudicialis, & diffinitiua, & nō potest reuocari, nec resoluitur per comparitionem reorum, sed executioni mandatur. Bald. in d. l. 1. num. 20. uersic. his autem uisis, & d. nu. 22. & pluribus sequentibus, ubi pulchre loquitur, & exemplificat Angel. in d. uerbo qui dominus iudex uidens, nu. 51. & seq. uersic. quid si statuto cauetur, Alberic. de Rosat. d. quæst. prima nu. 8. & sequentibus, qui eleganter, & late loquitur, Nellus in d. præfat. circa med. uersi. quādoque diffinitiue. Boss. d. tit. de Bannit. sub nu. 3. post dictum uersi. scias etiam, Cartar. d. cap. primo num. 438. & seq. uersi. secūdo sentētia ipsa diffinitiua, & n. 450. & seq. uersi. & secūdū prædicta, & Scac. d. cap. 97. sub d. nu. 38. uersi. quarto quæro. & Quinct. in d. pr. addit. ad Castr. d. consi. 3. lib. 3. ad finē, & in hoc banno inquit Scac. esse ponendam, & specificandam pœnam delicti, pro qua datur ipsum bannum, quod habet uim, & effectum sententiæ diffinitiuæ, & est exequendum, non autem in primo quod est simplex interloquutoria, & comminatio quædam, quæ potest reuocari, & mutari, & quæ per comparitionem extinguitur, & sententiam diffinitiuam condemnatoriam post se desiderat, quod vt clarius, & vnico verbo explices, dicas, quod cum quandoque quis ponatur in banno propter cō tumaciam, quādoque propter delictum vt pluries habetur per Bald. in d. l. 1. C. de hæred. instit. per Alberic. d. quæst. prima per Nellum infra citandum per Boss. d. tit. de Bannit. sub nu. 1. & 2. & in tit. de bonor. publicat. sub n. 56. vers. sed respōdeo altero de duobus modis, si ob cō tumaciā bānitur, nō est opus expressione pœnæ; si vero ob delictum bannitur, pœna exprimēda est, & ita puto voluisse dicere d. Scaciam.

8 Formam autem sententiæ condemnatoriæ quæ fertur contra reos absentes, & contumaces ponunt Angel. de malefic. in d. verbo Qui dominus iudex videns sub nu. 45. versic. nec obstat quod dicit Imol. Clar. d. quæst. 44. num. 15. versi. videamus, & quæst. 93. nu. 2. versic. fuit aliquando dubitatum, & Scac. d. ca. 97. sub nu. 64. versi. sed dato, & non concesso, ad quos poteris recurrere, vbi non habebis practicam particularem loci, a qua non discedas.

Est autem bannum, secundum Bald. in dict.
9 l. 1. sub nume. 10. & seq. versicu. nunc venio ad quæstiones. C. de hæred. instit. quædam species pœnæ per se, que nec est deportatio, nec relegatio, licet habeat aliqua similia cum vtraque, & dicitur bannitio quasi ictio, siue iectio a bono publico, quia per bannitionem eijcitur a bono publico, idest separatur, & eijcitur, & est adinuenta ad similitudinem excommunicationis, per quam in foro ecclesiastico quis eiicitur extra communicationem ecclesiæ, & exinde dicitur excommunicatio, quæ & dicitur agrimonia, idest a gremio ecclesiæ separatio, Vnde sicut excommunicatio quandoque a iure quandoque a iudice infertur, & quā doque

doque propter contumaciam, quandoq; propter delictum, sic exbannitio, quandoque fit à lege, quandoque ab homine, & quandoq; propter contumaciam, quandoque propter delictum, & quemadmodum excommunicatio eijcit hominem extra communionē Ecclesiæ quę ad Spiritualia, ita Bannitio eijcit hominem ex tra bonum publicum Reipublicæ, vt gaudere non debeat eius auxilio, nec publicis officijs, nec adiuuetur iurisdictione iudicis, cum quib. conueniunt latè tradita per Alberic. de Rosat. d.quæst.prima, qui amplius dicit, sub num.4.& seq. quod dicitur bannum a banno, seu banderia, idest paruo vexillo, quod est publicum signum militare, quo vtuntur Imperatores in prælijs, & est publica deiectio ab honoribus, & officiis, & Statutis Ciuitatis, & extra bonum publicum, vnde dicitur bannio, idest publice contra eum eo, & procedo, & quia processus, qui fiunt contra contumaces, communiter publice fiunt, deijciendo eos quandoque per denegationem iurisdictionis, quandoque loci, vel officii, vel facti, ideo tales processus, quia publice fiunt, & maxime per publicam præconizationem præconis, & cum Vexillo, seu banderia bannum appellatur, pro vt etiam quando talis eiectio fit propter delicta, quia cum & ipsa fiat publice, & cum publica proclamatione, appellatur bannum, subditque, nu.8.& multis sequentibus varios horum bonorum effectus, pro vt ex variis causis procedunt, nec essentialiter videtur in proposito nostro discrepare a dictis per Baldum vbi supra. idem etiam diffuse tradit Nellus in d.tractat. de Bannit. in prima parte, secundi tempor. q.3. per totam. sequitur Boss.d.tit.de bannit. sub nu.pr.

An vero reus positus in banno propter con
10 tumaciam & in ea perseuerans non comparendo in termino ipsius banni, statim sit diffinitiue condemnandus, & ad sententiam prædictā sit citandus, disputant doctores. Veritas est, quod statim lapso termino banni potest condemnari, licet de consuetudine, & ex æquitate quadam soleat expectari triduum, & eo decurso ferri sententia. Afflict. libro secundo Constit. regni, rubrica 12. de desistent. ab accusatio. in quarto notab. sub num. 8. versic. quid autem si actor comparet, & alij, de quib. meminit Clar. d.quæst.44.num.14.versic. vidi quandoque dubitati, qui tamen inquit in ducatu Mediolani hoc non seruari, sed plerunque in ipso terminō peremptorio condemnationes fieri, de qua re etiam loquitur Scac.d.cap.97.num.65.ver. quęro nono, qui sequens Clar. idem dicit, & quod Neapoli expectantur illi tres dies, sed non alibi, quod mihi non placet, quia cum etiam post terminum comparere possit reus, & quandocū que ante sententiam, & contumaciam purgare, & suam innocentiam ostendere, æquissimū semper iudicaui, expectandum esse vel triduū, vel aliud longius tempus, pro vt iudici videbitur, ne ex nimia festinatione irreparabile præiudicium inferatur reo, qui post sententiā amplius non auditur. Citatio autem ad sententiā necessaria est de iure licet de generali consue-
11 tudine omittatur, secundum Doct. relatos per Clar.d.quæst.44.nu.13.versic. item quæro, cum quibus nouiter concordant Carr.d.capit.1.nu.430.vers.& solet, Farinac.d.quæst.11.sub num. 44. versic. nec prætermittendum duxi, & Scac. d.c.97.nu.25.vers.eoque sic declarato, ego sentio cum Claro in versi. item quæro, quod a iudicibus sit seruandum illud, quod consuetum est fieri in loco, vbi proceditur, & sententia proferenda est, siue agatur de citatione speciali, siue de generali per sonum Tubæ, Campanæ, vel Cornu, aut per vocem præconis, vel aliter iuxta dispositionem Statutorum, vel stilum Curiæ, & ita etiam residet Scac. vbi supra nec dissensit Carthar. loco citato.

Quod si non adsit Statutum, nec certus sti-
12 lus, ad euitādas difficultates, cautela est, quod in banno assignetur terminus finalis, vltimus, & perēptorius reo ad cōparendum, & successiue d.termino elapso, ad audiendum sententiā quandocunque singulis dieb.& horis absq; aliqua alia citatione, vel requisitione generali, vel speciali de ipso facienda, & cū declaratione, quod sententia sic ferenda, habebitur pro valida, & rite & seruatis seruandis lata, & tanquam talis executioni mittetur, & ita alias me mini me in quadā causa maximi ponderis obseruasse, quam practicam, licet non tam pinguem habes apud Farinac. & Scac. in locis statim allegatis, & licet non videatur multum placere ipsi Farinac. tamen non potest iure displicere, vt considerat Scac. ad cuius d.lectorem remitto.

EPITOME.

De confiscatione bonorum feudalium, quæ sint illa, quæ in fiscum transire possunt, & quomodo transeant, & quæ sint, quæ in eum non possunt transire, & pænes quem remaneant, & quo modo, & de pluribus aliis hanc materiam respicientibus.

SVMMARIA.

Vasallus in quibus casibus feudo priuatur. numero 1.
Tenor Feudalis inuestituræ est inspiciendus ad ipsius feudi naturam, & qualitatem dignoscendam. 2.
Feudum nouum quod dicatur. 3.
Feudum nouum per delictum vasalli in quemcunque commissum deuoluitur ad dominū excluso fisco, & aliis in inuestitura vocatis, ipso Vasallo etiam viuente. num.4.
Feudum antiquum, vel paternum quod dicatur. nu. 5.
Feudum simpliciter hæreditarium quale sit. nu.6.

Feudum quod de sui natura, vel ex tenore inuestituræ in extraneos hæredes transire potest, in fiscũ etiam transit, nu. 7.

Feuda libere alienabilia propter Vasalli delictum, trãseunt in fiscum. 8.

Feudum ob vasalli delictum an, & quando in fiscum in alienum, vel in dominium directum transeat. numero 9.

Feuda in fiscum transeuntia apud eum perpetuo remanent cum onere suo 10.

Feudum ex pacto, & prouidentia concessum transit in filios & descendentes etiam quod non sint hæredes. numero 11.

Feudum ex pacto, & prouidentia in fiscum transire nõ potest. numero 12.

Feuda ad extraneos hæredes non transitoria in fiscum etiam non transeunt. 13.

Feudalia non compræhenduntur in generali dispositione nec in statuto generaliter loquente. 14.

Feudum ex pacto, & prouidentia cõcessum an, & quãdo ad Dominum directum, vel ad alios in inuestitura comprahensos ob ipsius vasalli delictum transire debeat. 15. vbi pulchre.

Feudum informe quod dicatur. 16.

Feudum propter vasalli proditorium homicidium etiã in proprium fratrem commißum ad comprahensos in inuestitura defertur, & non ad Dominum directum numero 17.

Confiscatis pro homicidio bonis vasalli, confiscari non potest feudum ad eum spectans, sed ad vocatos in inuestitura defertur. nu. 18.

Feudo non priuantur Collaterales vltra tertium gradum per delictum etiam in dominum, vel contra legem feudi ab ipso Vasallo commissum. 19.

Contrarium vti verius communiter tenetur eod. in fine.

Feudum vbi non confiscatur, nec etiam confiscantur illius fructus, & commoditates durante vita feudatarij. nume. 20.

Contrarium tenent aliqui, sed male eod.

Feudum mixtum quod sit, & dicatur. 21.

Feudum mixtum bonis vasalli etiam publicatis in fiscũ non transit. nu. 22.

Vassallus delinquendo omnibus in inuestitura vocatis præiudicat in feudo mixto. 23.

Feudum mixtum, vel hæreditarium ob Vasalli delictum exclusis filijs, & descendẽtibus deuoluitur ad Dominum directum ipso vasallo etiam viuente. numero 24.

Vassallus delinquendo agnatis, & alijs in inuestitura vocatis tunc præiudicat, quando de eius delicto constat per veras probationes, secus si per eius solam contumaciam. 25.

CASVS CENTESIMVS OCTVAGESIMVS SECVNDVS.



IN facto dubitari vidi, an confiscatis bonis feudatarij ex delicto per eum commisso, feudũ amittatur, & an ad fiscum pertineat, an vero ad Dominum directum reuertatur, vel comprehensos in inuestitura, & post ipsum delinquentem vocatos deuoluatur.

Pro eius rei dilucidatione sciendum est in primis, quod Vasallus feudo priuatur non so-
1 lum in illis casibus, in quibus specialiter cautum est eum illud amittere, de quibus habetur in vsibus feudorum, quibus modis feud. amitt. tit. quinto, & tit. 17. libro primo, & rursus in quibus caus. feudum amittatur, tit. 23. & tit. sequen. quæ fuit prima causa benefic. amitten. libro secundo, sed etiam in aliis casibus, in quibus propter aliquod delictum criminaliter cõdemnatus fuit in pęnam confiscationis bonorum, vel in aliam pænam, taliter quod honeste stare non potest in Curia Domini, nec officia, & iura vasalli implere, ita probat tex. in capit. primo, an ille, qui interfecc. fratr. domini sui feud. amittat, & ibi not. Bal. sub numero secundo, in fine, versic. vel aliter dici potest, & num. sequen. & ibi etiam Addent. ad eum in prima apostilla, in fine, idem volunt Barto. in l. prima. ff. de interdic. & relega. in sua distinctione, sub numero secundo, Alexand. in l. si finita, §. si de vectigalibus, ff. de damn. infect. numero vigesimoquinto, versi. item addit, & versic. item contra & nu. seq. vers. sed puto, Boss. in pract. crim. tit. de bonor. publicat. nu. 53. versic. prosequendo materiam. Crauet. 128. columna fin. versic. si vero feudum, Clar. in §. feudum, quæst. 84. in fine, versic. aut vero est alius fiscus. Roland. consi. 78. num. 4. & sequen. lib. 4. & Peregr. de iure fisci, lib. 5. tit. primo, de publicat. bonor. nume. 112. & seq. vers. cum autem feudum, vbi etiam aliam adducit rationem, quod scilicet per publicationem bonorum condemnatus fuit redditus incapax ad retinendum feudum, ex quo quantum ad se illud delinquendo alienauit in extraneam personam, idest in fiscum, vnde merito ab eo auferendum est.

Hoc præmisso vt sciatur, ad quem feudum pertineat, an scilicet ad fiscum, vel ad Dominum directum, vel ad agnatos, consideranda
2 est natura, & qualitas feudi, ad quam cognoscendam recurritur ad inuestituram, cuius tenor semper inspicitur. cap. primo, in fine, titu. de duob. fratr. a capitan. inuestitis. Alciat. cons. 132. nu. 41. ver. in primis enim, lib. quinto. Roland. consi. 78. nu. 12. lib. quarto, & alii per eos allegati, si. n. feudum est nouum, idest de no-
3 uo concessum delinquenti, & initium habens in persona ipsius, qui de eo fuit inuestitus secũdum Clar. in d. §. feudum, quæst. octaua, in prin.

Doctor.

Doctor. videntur tenere, quod cuiuscunque na
4 turæ, & qualitatis illud existat, etiam si nullo modo sit hæreditatem, sed simpliciter ex pacto, & prouidentia, deuoluatur ad dominum in præiudicium tam fisci, quam vocatorum in inuestitura, & etiam si delictum non commissum in ipsum dominum, sed in alium, & sic generaliter, & indistincte glo. in cap. primo, § denique in verbo, non ad proximos, tit. quæ fuit prim. caus. benefic. amit. & in capit. primo, §. si vasallus culpam, in verbo reuocabuntur in fine tit. si de feud. defunct. cont. sit inter domin. & agnat. & in capi. primo, in gloss. prima, si vasal. feud. priuer. cui deferatur, Alexand. consi. 19. num. 15. vers. & per hæc lib. quinto, & in d. §. si de vectigalibus, num. 26. ad finem, & num. 27. ver. addit etiam hic Imola, Boss. d. tit. de bonor. publicat. sub nu. 55. post vers. & adde quod si delictum, & iterum, sub num. 56. vers. aduerte etiam quia Alexander, quicquid postea dicat, quando est ex pacto, & prouidentia tantum, sub nu. 58. vers. adde etiam, Alciat. consil. 19. sub nu. 1. lib. 3. & melius consi. 132. num. 42. vers. rursus in feudo nouo, lib. 5. Clar. in d. §. feudum, quæst. 8. num. 4. vers. sed circa hanc concl. & quæst. 66. nume. 5. vers. aut vero vasallus, vbi ait, quod in hoc nemo discrepat, & rursus, sub nu. 7. vers. alii vero aliter distinguunt, inquiens esse claram, & expeditam conclusionem, & q. 84. circa medium, versic. secundum autem genus feudorum, Roland. d. consi. 78. nu. 8. lib. 4. Farinac. d. quæst. 25. in prima limit. primę sublimitationis nu. 72. & in 2. sublimitat. num. 74. & 75. Peregr. d. tit. primo de publicat. bonor. nu. 107. versi. item intellige, & sub n. 112. versi. alii vero dixerunt, & sub nu. 113. ad finem versicu. & idem in feudo nouo, vbi asserit, quod est cōmunis opinio, Barth. Bertaz. consi. cri. 368. nu. 2. lib. secundo, & alii per præfatos doctores allegati, qui consulto omittuntur; Nec ad consequutionem feudi expectanda est mors naturalis uasalli delinquentis per ipsum Dominum directum, quia etiam eo viuente feudum, & illius fructus, & commoditates sibi dominus acquirit, vtileque dominium cum directo consolidatur, vt per Crau. d. consi. 128. col. vlt. ad finem per Clar. d. quæst. 84. post medium, versic. secundum autem genus feudorum, per Farinac. d. quæst. 25. in prima limit. primæ sublimitat. num. 72. & per Bertaz. consi. crim. 369. nu. 22. versi. quarto loco dubitatur, lib. secundo, & optime faciunt dicta inferius versic. quæ concl. adeo vera est.

Si vero feudum est antiquum, seu paternum,
5 idest concessum patri, vel alteri ascendenti delinquentis secundum Clar. in dict. §. feudum. quæst. 8. post princ. ad aliam recurrendum est distinctionem; aut enim est mere, & simplici-
6 ter hæreditarium, idest, concessum pro se, & heredibus, vel successoribus quibuscunque vel cum Clausula, quibus dederit vel simili, quod transit in quoscūq; hæredes etiam extraneos. Boss. d. tit. de bonor. publicat. nu. 54. versicu. fallit quando feudum, qui exemplificat in feudo emptitio, Clar. d. §. feudum. quæst. 9. n. 12. vers. hoc præmisso, qui referens alios restatur hanc esse magis communem, veriorem, & in practica obseruatam opinionem, & tale feudum transit in fiscum ex regula generali quod feuda, quæ
7 de sui natura, vel ex tenore inuestituræ transeunt in extraneos hæredes, trāseunt in fiscum. Clar. in d. §. feudum. d. quæst. 84. post medium, versicu. aut vero, & hoc est tertium genus feudorum, & versicu. seq. & in pract. crim. quæst. 78. nume. 7. versicu. nunc videamus. Boss. d. tit. de bonor. publicat. sub nu. 19. ad finem, & nu. 54. versi. fallit quando feudum. Crau. d. consi. 128. col. fin. uersi. circa primum, & infra vsque ad finem. Peregr. d. tit. primo de public. bonor. nu. 71. versi. tertio infertur, Farinac. vbi sup. in quarta ampliat. nu. 70. Cui regulę optime congruit alia communis doctorum traditio, quod
8 feuda quæ libere alienari possunt tam in præiudicium Domini, quam Agnatorum compræhēsorum in inuestitura de iure, vel ex consuetudine propter Vasalli delictum, transeunt in fiscū. Clar. d. quæst. 84. ante finem versicu. aut vero & hoc est tertium genus feudorum, Bertaz. dict. consi. 368. nu. 18. 19. versicu. sic etiam, & consi. 369. nu. 15. & multis sequentibus versi. in ... mgitur tertio loco, exemplificans in feudis Mantuæ, sequitur Claudius eius filius in addit. ad consi. 281. eiusdem lib. secundi in addit. sub lit-
9 tera B. in versicu. secunda est limitatio. Aduertendum tamen est, quod si fiscus non est idem qui dominus directus, sed alius, & diuersus ab eo, si delictum est commissum directo contra ipsum Dominum, vel contra conuentiones feudi, Dominus præfertur fisco: alias vero si in alium, & non aduersus legem feudi perpetratum sit maleficium, fiscus pręfertur domino, vt in puncto decidunt Clar. d. quæst. 84. ante finem versicu. aut vero, & hoc est tertium genus feudorum, & versicu. seq. Farinac. vbi supra nu. 7. versic. si vero feudum & Crauer. d. consi. 128. col. vlt. versicu. circa primum, & versicu. circa secundum, sentit Alex. in dict. §. si de vectigalibus numero 30. faciunt dicta inferius in feudo ex pacto, & prouidentia in versicu. quis autē hoc casu præferatur. & uersi. quæ conclusio adeo vera est in fine; Et hęc feuda ad fiscum transeun-
10 tia penes ipsum remanent, non in uita delinquentis tantummodo, sed perpetuo, cum onere tamen seruitii debiti domino directo, vt cōtra Alex. concludit Crau. d. consi. 128. col. ult. ad finem, quem sequuti fuerūt Peregr. vbi sup. nu. 71. in uersi. tertio infertur, & Farinac. d. q. 25. sub nume. 70. uersicu. sed quod imo, & ita etiam uidetur sentire Clar. d. quæst. 84. in fine, uersicu. aut non erat tale, nec uidetur dissentire Boss. loco citato sub n. 53. uersicu. quæ dicta Alexandri, & sub nume. 54. maxime ad finem uersi. sed quia.

Aut est ex pacto, & prouidentia, idest concessum

11 cessum pro se, filiis, seu liberis, & descendentibus simpliciter, nulla hæredum facta mentione, quod transit ad filios seu liberos, & descendentes, etiã quod non sint hæredes. Alex. consi. 19. num. 4. & sequ. lib. 5. Clar. in dict. §. feudum, quæst. 9. nu. 3. versi. quandoque vero, & iterum sub nu. 6. versi. & in hoc proposito ad finem. Roland. d. consi. 78. ad finem num. 13. lib. quarto,
12 Et huiusmodi feudum confiscatis bonis Vasalli non confiscatur, nec ex quocunque vasalli delicto in fiscum transire potest, sed vel ad dominum feudi, vel ad alios in inuestitura compræhensos, & vocatos pertinet. Clar. in dict. §. feudum, d. quæst. 84. post princ. versicu. primum est. Ludouic. de Molina in trac. de Hispanorum primogen. lib. 4. cap. 11. num. 3. versic. secundo quia. Farinac. d. quæst. 25. nu. 62. versi. lim. tertio, & n. 67. versi. amplia tertio, & nu. 71. versi. sublimita primo, & nu. 74. versi. sublimita secũdo. Est enim regula generalis, quod feuda, quę
13 non transeunt ad extraneos heredes, nõ transeunt in fiscum. Clar. d. quæst. 84. in princip. & in pract. crim. quæst. 78. num. 7. versicu. nunc videamus. Boss. d. tit. de bonor publicat. num. 53. versicu. prosequendo materiam, Crau. d. consi. 128. ante finem versicu. si vero feudum non sit transitorium ad extraneos hæredes. Peregr. d. tit. ptimo de publicat. bonor. nu. 106. versi. quinto ex premissa regula infertur, Farinac. ubi supra in secunda limitatione n. 51. Iulius Ferret. in tract. de re, & disciplin. militar. tit. de astu, & tacito bellor. princip. consilio nume. 26. versic. quarto de audace feudatario fol. 194. Quod
14 procedit etiã, quod lex, vel Statutum per verba ampla, generalia, & vniuersalia mandet bona delinquentis confiscari, quia non dicitur compræhendere feudalia, quæ in extraneos hæredes transire non possunt, & proinde nec in fiscum, qui pro extraneo habetur, vt late in puncto consuluit Bertaz. d. consi. 368. & 369. quod, & colligitur ex Dec. consi. 152. sub nu. 5. versi. præterea dato, & ex Peregr. vbi sup. sub nu 112. post versi. cum autem feudum.

Quis autẽ hoc casu præferatur in d. feudo,
15 an scilicet Dominus directus, an filius, vel agnatus compræhensus in inuestitura, facile percipitur, Nam si delictum commissum fuit in ipsum Dominum, vel contra conuentiones feudi, feudum applicatur domino, ut suæ iniurię vltionem consequatur: si vero commissum sit in alium, & conuentionibus non sit contrafactum, defertur vocatis in inuestitura post ipsum delinquentem, ita est tex. in cap. 1. §. denique. tit. quæ fuit prima caus. benefic. amitt. & in ca. 1. tit. an ille qui interfic. fratr. Domin. sui. glo. in c. 1. §. si Vasallus culpam. in verbo reuocabuntur, tit. si de feud. defunct. contr. fuer. inter domin. & agnat. & in cap. 1. in glos. 1. tit. si Vasall. feud. prioet. cui defetatur, & hanc distinctionem facit Bart. in d. l. 1. ff. de interdict. & relega. quam communiter a Doctoribus receptam dicit Alex. in d. §. si de vectigalibus in pluribus locis, & maxime à nume. 21. vsque ad 34. & d. consi. 19. num. 15. versic. & per hæc. lib. quinto. quam etiam amplectũtur Crau. d. cõsi. 128. col. fin. versic. circa primum, & infra, Farnac. d. quæst. 25. nu. 75. 77. & 78. versicu. si uero feudum, & versi. si autem offensa; Boss. dict. tit. de bonor. publicat. nu. 55. versi. & adde quod si delictũ, & nu. 57. & 58. dixi, & versic. videor, Clar. in d. §. feudum, quæst. 66. num. 1. & 5. Roland. d. consi. 78. nu. 4. & seq. lib. quarto. Cuius distinctionis primum membrum, quod scilicet quando Vasallus delinquit in Dominum, vel aduersus legem feudi, delictum eius præiudicet omnibus sequentibus in gradu, & feudũ reuertatur ad dominum, tenet Alciat. d. consi. 19. nu. 1. lib. tertio, & consi. 28. nu. 7. versicu. nec obstat quod ius lib. 6. Claud. ad Bertaz. ad d. consi. Barthol. patris. 281. in secunda additione sub littera B. in princ. dicens esse magis communem sententiam, late Molina d. ca. 11. num. 35. & 36. uersic. non etiam obstat illud, quod septimo loco adducebamus, aiens esse communem, & veram, atque ex communi feudorum natura, & obseruatione detiuari, quam iterũ firmat nu. 39. & 40. versi. hæc autem opinio, Peregr. loco citato, nu. 108. versic. rursus intellige, vnde ita in crimine lesæ maiestatis in ipsum feudi dominum commissum, vltra Boss. vbi sup. respondent Roland. d. consi. 78. num. 8. Alciat. consi. 132. nu. 42. versic. idem quoque lib. quinto, Molina d. ca. 11. nu. 28. versi. septimo, quia, iunctis postea dictis nume. 35. 36. & 40. Claud. in dict. addit. ad consi. patris 281. versicu. confirmatur quia, & ad finem versi. addamus quod quãdo, quod, & in crimine heresis dixetũt Molina vbi sup. & Claud. in eadem additione versicu. quarto limita, & in vtroque crimine Peregr. vbi sup. nu. 11 1. versic. sciendum tamen, & idem quando offenditur Cardinalis, voluerunt Alex. dict. §. si de vectigalibus, nu. 25. Molin. d. c. 11. nu. 32. versic. id ipsum etiam probat, & Claud. in d. additione versiculo tertio limita, vbi alios idem tenentes refert.

Secundum vero membrum eiusdem distinctionis, quod scilicet, si delictum commissum sit in alium, quam in dominum, & non sit contra conuentiones, feudum deferatur ad vocatos in inuestitura post delinquentem, tenent Boss. d. tit. de bonor. publicat. nu. 53. post versi. prosequẽdo materiã, Clar. in d. §. feudũ, quæst. 66. sub. nu. 5. versic. si vero est antiquum, & alii statim citandi, Nec excluduntur filii, & descendentes, nec Agnati transuersales intra quartum gradum, quando offensa non est in dominum, nec contra legem feudi Boss. in d. tit. de bonor. publicat. sub nu. 58. versi. sic etiã, qui recedit ab antea dictis ex mente Curt. nu. 55. vers. & adde quod si delictũ, Clar. in d. §. feudum, d. quæst. 66. nu. 6. versic. sed quæro an hoc casu, Peregr. d. tit. de publicat. bonor. sub num. 112. ad finem, versi. sed contra in feudo paterno, & nu. seq. qui de communi testatur, Bertaz. d. consi.

d.consi.281.num.16. versicu. tertio posito, vbi quod ita communiter tenent Doctores, & d. consi.368.num.1.3.& 4.& d.consi.369.num.primo, Anton. Thesaur. decis. Pedemon.167.nu.1. dicens ita determinasse Senarum, Roland. consi.78.in toto libro quarto, qui ait esse veram, & magis communem conclusionem. Farinac. d. quæst.29. num. 87. versic. limita quarto Dec.d. consi.252.sub num.6.

Nec obstat tex. in cap.1.§.si vasallus culpam titu.si de feud. defunct. cont. sit inter domin.& agnat.& in d.c.primo, tit. si vasal. feud. priuet. cui deferat, cum vtrobique nota tis per glo. & scrib.& per glos. in d.cap.primo, §.denique, in verbo, nõ ad proximos, & in verbo, sed ad proximos, tit. quæ fuit pr. caus. benefic. amit. in quibus locis. videtur probari, quod excludantur filij, & descendentes delinquentis, & etiã agnati trãsuersales vsque ad tertium gradum inclusiue, & admittuntur solum existentes in vlteriori gradu, q̃ sunt in inuestitura vocati. Quia respondetur, quod d. iura loquuntur in feudo 16 non ex pacto, & prouidentia, de quo nos loquimur, sed in feudo inform. Clar. d. quæst.66. num.6. post vers. sed quæro, an hoc casu, Pereg. vbi sup. sub num.113. versic. hæc tamen conclus. Farinac. d. quæst. 25. num. 81. vers. sublimita iterum, qui etiam post Clarum supra relatum inquit, quod tunc feudum dicitur informe, quãdo simpliciter est concessum alicui nulla facta mentione filiorum, neque hæredum, quod soleet transire ad eos, ad quos ex natura feudi regulariter transit nec personale cēsetur. Ferret. vbi supra, num. 28. Clar. in d.§. feudum, quæst. 9. nu.6. vers. sed quid dicendum. Natt. in addit. ad Alex. d. consi.19. sub nu.5. in verbo ex pacto in fine, lib. quinto, & ideo dicit gl. in d.cap. primo, tit. si vasal. feudo priuet. in glo.1. in fi. quod in feudo paterno si non delinquatur in dominum, æquior opinio est, quod filii, & descendentes non priuentur; Et propterea licet propter graue & proditorium homicidium, quis feudo priuetur, illud tamen non ad dominum directum, sed ad comprehensos in inuestitura de-
17 fertur, etiam si proprium fratrem quis occiderit, vt totam hæreditatem habeat, d. §. deniq; vbi etiam glo. in uerbo, qui fratrem suum, titu. quæ fuit prima caus. benefic. amit.& in d.ca.1. tit. an ille, qui interfece. fratr. domin. sui, & ita intelligendus est tex. in ca. 1. §. item si fratrem suum occiderit, tit. quib. mod. feud. amit. tit. 5. libr. primo, dum dicitur, quod qui fratrem sui ipsius, vel fratris filiũ occidit, feudo priuatur, nam illud quidem amittit, sed ad agnatos, nõ ad dominũ defertur quod ibi clare notat Bald. legens, d.§. cum præcedenti, incipiente similiter si dominum, nume.3. vers. quæro, ista dictio suum, licet glo. ibi in meo libro uideatur confuse loqui, & aliter etiam uidcatur uelle Bald. consi.282. in 2. dub. num. 4. lib. primo, concludens, quod quando unus ex feudatariis interficit alterum, qui erat germanus, uel patruelis ipsius, feudum reuertitur ad dominum, quē sequi uidetur Bertaz. d. consi.368. nu.17. uersic. quod autem in dubiis, ea autem ratione in eo textu inducitur feudi priuatio, quia delictum non est sine proditione aduersus proprium sanguinem, nec proditorem decet retinere feudum, & stare in Curia, ut air Bald. in d.§. item si fratrem suum, sub d. nu. 3. post gl. ibi, & latius in d.c.1. sub nu.1. in fine, cum aliis sequ. an ille, qui interfec. fratr. domini sui, Alex. in d. §. si de vectigalibus, sub nu.25.26.& seq. Cum alias ex simplici homicidio, quis feudo non priuetur, etiam si in fratrem domini committatur, vt per gl.& Bal. in locis prædictis, & per Alex. ubi sup. nu.21.& seq.& est tex. expressus in d.c.1. an ille, qui interfec. fratr. domini sui, ex lege scilicet feudi, & si ciuiliter agatur, cum si criminaliter quis de homicidio condemnetur, & bona eius publicentur, feudum etiam amittere debeat, ut infrio diximus.

Ex quibus alias in causa homicidii per vnũ
18 ex pluribus feudatariis sacri imperii commissi in loco ipsius feudi, ubi extabat Statutum, quod bona omnia homicidæ publicarentur, dixi portionem spectantem ad homicidam, non esse confiscandam, nec ad alios feudatarios, seu Condominos feudi applicandam, etiam quod haberent ex inuestitura plenum ius utilis dominii cum omnibus iuribus loci infeudari, & etiam cum regalibus, & iuribus fiscalibus & proinde haberent ius bona delinquentium in feudo confiscandi, & Cameræ eorum applicandi, ut per Crau. d. consi.128. nu.3.& 4. vers. sed præmissis non obstantibus, neque sacro imperio applicandam, tanquam domino directo, vel vti iura Fiscalia, vbi feudatariis cõcessa non essent, retinenti secundum Crauet. d. consi.128. ad finem, sed ad alios in inuestitura vocatos deferendam indistincte, siue sint filij, vel descendentes, siue transuersales in quocunque gradu, cum feudum esset antiquum, seu paternum, & familiare, & ex pacto, & prouidentia simpliciter, & ita in propriis terminis homicidij per feudatarium commissi, propter quod eius bona confiscata fuerant, consuluerunt Dec. d. consi.252. num.5.& seq. vers. solum superesse videtur vna difficultas, Roland. d. cõsi.78. & Bertazz. dictis consi. 368. & 369.& tenuit Thesaur. d. decis.167.& Ferret. loco citato, num.26. vers. quæro, de audace feudatario, & colligitur ex Alex. in d.§. si de vectigalibus, sub nu.25. vers. item addit hic Imola.

Quod eo libentius respondendum putaui,
19 cum viderim non deesse non mediocris nominis Doctores, qui velint etiam si delictum commissum sit in dominum, vel aduersus legem feudi, priuari quidem filios, & descendentes delinquentis, ac agnatos collaterales intra tertium gradum; alios autem in quarto, vel vlteriori gradu existentes admitti, vt per Clar. d. quæst.66. num.3. uersicu. sed si feudum sit antiquum, per Pereg. loco citato, sub n.108. ver. sed

aduerte, per Molin. d. c. 11. sub num. 53. versicu lo, quod comprobatur ad finem, qui etiam dicit eo casu viuentibus filiis, & descendentibus, vel agnatis intra dictum tertium gradum feudum ad dominum reuerti, & transuersalibus non deferri, nisi prædictis deficientibus, & per Alciat. d. consi. 19. sub nu. primo, ad finem, libr. tertio. Quorum tamen opinio & aliorum per eos relatorum vera non est, & communiter reprobatur, cum hoc casu in præiudicium omnium vocatorum, tam descendentium, quam collateralium feudum domino applicari debeat, vt supra diximus, versic. Quis autem hoc casu præferatur, & probat etiam Claud. ad d. consilium patris. 281. in secunda appostilla, vers. primo limitatur.

Quæ concl. adeo vera est, vt nec talium feu-
20 dorum fructus, seu commoditas eorum durante vita naturali Vasalli delinquentis pertineat ad fiscum, nec ad Dominum directum, sed ad ipsos filios, & descendentes vel alios agnatos in inuestitura comprehensos, ad quos feuda perueniunt, quia debent fructus, & commoditates feudi ad eum pertinere ad quem ipsum feudum defertur, ita in puncto decidunt Boss. dicto titu. de bonorum publicatio. numero 53. post versicu. prosequendo materiam, vbi dicit esse communem opinionem, & Mediolani seruari. Crauet. consi. 128. colum. vlt. in fine Fatinac. d. quæst. 25. num. 68. & sequen. versic. amplia quarto, qui dicit non esse ab ea recedendum, quia est communis, & seruatur in practica, & plures alij relati per Peregr. d. tit. de publicat. bonor. sub nu. 114. versic. retenta autem hac conclus. & nouiss. Thessaur. d. decis. 167. numero secundo, versicu. sed maius erat dubium, qui testatur, quod hanc sententiam tenuit Senatus in contingentia facti, cui opinioni etiã adhæret Bertaz. d. consi. 369. num. 23. versic. vo de quando non succedit, qui tamen prædictos non adducit. pro qua concl. faciunt dicta superius, dum egimus de feudo nouo, in versic. Nec ad consequutionem feudi. Contrariam tamen sententiam defendit Peregr. vbi supra, nu. 115. versic. contra autem pro fisco, qui etiam testatur sic iudicatum, & exequutum vidisse, refert que plures ita tenẽtes, & magis absque dubio fiscus sit etiam dominus feudi, & non diuersus, quia tunc absolutum esse inquit fructuum commoditatem in vita delinquentis ad ipsum fiscum, eundemque feudi dominum spectare per cap. 1. §. fin. tit. de capit. Conrad. vbi ob delictum Prælati feudum ipsi, & Ecclesiæ concessum, ad dominum pertinet prælato viuente, eo autem mortuo ad successorem eius reuertitur. Sed per hoc non recedas a prima opinione, cui non obstat ille tex. quia, vt ibi dicit Bald. in summ. & sub numero primo loquitur quando Prælatus deliquit contra dominum, & propterea locus erat priuationi feudi, & eius deuolutioni ad ipsum dominum simpliciter, & absolute, vt supra diximus, licet fauore Ecclesiæ viuente tantum delinquente amittatur, & eo mortuo recuperetur, & sic nõ videtur ille tex. seruire in proposito nostro, quia non loquitur de fisco, sed de domino feudi, & aliud est dicere, feudum pertinere ad fiscum, aliud ad dominum, ibi enim spectat ad dominum tanquam Dominum, non tanquã fiscum, licet in eadem persona concurrat vtraque qualitas, quod probari videtur ex dictis per Crauet. d. consi. 128. col. fin. vbi hanc differentiam faciens, vult in casibus in quibus feuda ad fiscũ transire possunt, illa ei deberi excluso domino feudi, nisi ipse Dominus principaliter fuisset offensus, vel nisi haberet iura regalia, & fiscalia loci infeudati, quia tũc ad eum pertineret, quod etiam colligitur ex Claro d. quæst. 84. ante finem versic. aut vero il primo, & versicu. seq. Adeo quod quando agitur de confiscatione nulla est differentia an fiscus sit idem, qui, & dominus feudi, an vero alius diuersus, quo ad fauorem Domini, quia tanquam fiscus, licet sit idem, qui etiam Dominus, nõ habet maius ius, quam haberet alius fiscus diuersus, qui non esset Dominus, licet vti dominus ob propriam iniuriam excluso fisco diuerso, feudum, vbi cõfiscari posset, a Vasallo delinquente auferat, vt supra ostẽdimus 10 vers. aduerte eodẽ tamen est.

Aut etiam mixtum, id est non absolute hære-
21 ditarium neque simpliciter ex pacto, & prouidentia, sed de vtroque participans, pro vt est quando conceditur alicui pro se, & filiis, seu liberis, & descendentibus, & hæredibus, quo casu requiritur quod ille, qui vult in tali feudo succedere, sit filius, vel descendens, & etiam hæres, ita vt in eo vtraque qualitas habeat concurrere, nec vna sine altera sufficiat. Boss. d. tit. de bonor. publicat num. 20. versi. nam aliquando. Clar. dicens hanc esse opinionem veriorem & communiorem, eamque semper vidisse in practica obseruari in d. § feudum, quæst. 9. num. 4. versi. quandoque, & tertio, vel quando conceditur alicui simpliciter pro se, & hæredibus, cum, & tunc, licet verbum hæredibus intelligatur de filiis, & descendentibus, requiratur tamen, quod etiam sint heredes, & alias non admittantur ad feudum. Alex. d. consi. 19. nu. 4. & seq. & iterum nu. 16. lib. quinto aiens quod huic opinioni communiter adhæret doctores, late Crau. alios adducens consi. 131. sub nume. 7. versicu. rursus videtur obstare, & consi. 197. sub nu. 5. versi. hoc tamen fundamentum, vbi pariter testatur de communi. Clar. d. quæst. 9. nu. 7. versic. nunc prosequendo eandem materiam, & quæst. 83. nu. 2. versi. sed quid si feudũ, vel quando conceditur alicui in forma communi videlicet pro se, suisque hæredibus ex suo corpore legitime descendentibus, quod in personas descendentium dicitur hereditarium, vt per Ferret. loco citato nu. 26. fol. 195. dicentẽ ita pluries iudicatum vidisse Neapoli.

Et huiusmodi feuda, publicatis bonis Va-
22 salli, cum nõ transeant in extraneos hæredes,

vt de se patet, & notat Clar. in dictis locis, non transeunt in fiscum, qui loco extranei hæredis habetur, ex regula generali, de qua superius memini in versicu. aut est ex pacto, & prouidentia, & tradit punctualiter Boss. d. tit. de bonor. publicat. nume. 20. versicu. nam aliquando feudum, Sed quia in illis delinquens præiudicat filiis, & descendentibus, ac aliis vocatis,
23 qui ad ea aspirare non poterant, nisi ex eius persona, & tanquam eiusdem hæredes. Alciat. d. consi. 132. sub nume. 42. versicu. sic, & in feudo hæreditario, & late tradit Roland. a Valle d. consi. 78. nume. 8. & plur. seq. lib. quarto, & ante eos Bart. in dict. l. 1. ff. de interdic. & relegat. sub nume. 2. & Alex. d. consi. 19. nume. 15. versicu. & per hæc lib. quinto, & est de mente Bossi vbi supra sub numero 19. & 20. si recte consideretur, dicta feuda exclusis ipsis fisco,
24 & compræhensis in inuestitura ad Dominum directum deuoluntur, vt dicit Alciat. loco citato, & tradit Farinac. d. quæstione 25. in quarta limitatione secundæ conclusionis numero 88. versicu. secus si feudum, qui dicit ita voluisse Bart. in dict. l. prima, ff. de interd. & relegat. in sua distinctione, quam communiter sequuntur doctores, & ita etiam sentiunt alii sup. citati, volentes fiscum, & compræhensos in inuestitura non admitti, nam si isti excluduntur necessario a sufficienti partium enumeratione ad dominum pertinere debent, cum semper vel ad fiscum vel ad vocatos in concessione, vel ad dominum feudi pertineant iuxta premissa, & hoc etiam si delictum non sit commissum in ipsum Dominum, nec contra legem feudi, cum enim feudum non possit transire in fiscum, quia non est ad extraneos hæredes transitorium, nec possit deferri aliis vocatis in inuestitura, quia eis præiudicatur per delinquentem, a quo illud consequi debent tanquam eius successores, ad dominum deuoluitur capitque alia feuda dominus statim etiam viuente ipso Vasallo delinquente cum fructibus, & omni eorum commoditate per ea quæ supra diximus in versicu. Nec ad consequutionem feudi, & in versicu. quę concl. adeo vera est.

Ad vnum tamen aduertendum est, quod in omnibus casibus, in quibus dictum est ob delictum Vasalli præiudicium fieri filiis, & descendentibus, vel agnatis, aut aliis in inuestitura vocatis, propterea que feudum applicari Domino directo, vel fisco secundum distinctionem premissam, id intelligitur procedere,
25 quando de delicto constat per veras probationes, secus autem si per fictam confessionem, vel probationem ex contumacia resultantem, quæ vigore Statutorum habeatur pro legittima confessione, vel probatione, quia talis contumacia, & condemnatio eius uigore sequuta non præiudicat compræhensis in inuestitura, nec egreditur personam cōtumacis, vt in istis terminis dicunt Boss. dict. tit. de bonor. publicat. sub nu. 56. vers. aduerte tamē, Alciat. consi. 19. nu. 3. & seq. li. 3. Peregr. vbi supra num. 110. versi. limita secundo Bertaz. d. consi. 368. nu. 7. uersicu. quibus additur. & Farinac. d. quæst. 25. nu. 79. versi. limita. primo præcedentem secundam sublimitationem. Quod locū habet etiam quod in illo processu, in quo Vasallus in contumaciam condemnatus fuit, essent examinati testes, qui deponerent de ipso delicto, cum sint examinati parte non citata, & vbi cum citatione repetantur lite non contestata, vt subdit Boss. loco citato versi. Aduerte etiam quod prædicta conclusio. de quo tamen dubitat, & recte, Peregr. vbi supra, quia iustificato crimine per testes idoneos, intentio domini vel fisci remanet fundata, & reus condemnatus dicitur potius ob delictum, quam ob contumaciā, vt etiam aduertit Farinac. in dicta prima limitatione ad finem.

EPITOME.

An testes instrumentarij dicentes non interfuisse instrumento, vel aliter contradicentes illi, sufficiant ad conuincēdum instrumentum falsum, ita vt Notarius possit de falso puniri.

SVMMARIA.

Instrumentum reprobatur quando testes in eo descripti negant se illi interfuisse nu. 1.

Testes instrumentarij de directo contradicentes instrumento notarium de falsitate non conuincunt, sed indi ei datur materia ad inquirendum de falso in alterutrum. 2.

Teste negante se pro vt notarius scripsit, dixisse, notario autem contrarium asserente, neutri eorum quo ad puniendum de falso creditur. 3.

Testes tres, vel plures omni exceptione maiores instrumento aliunde non coadiuuato vt sup. contradicentes satis an sint ad ipsum Notarium de falso puniē dum, num. 4.

Testes plures instrumento se non interfuisse simpliciter asserentes, & in contestes se non vocantes tanquam singulares non probant contra instrumentum. numero 5.

Contrarium vti verius a Doctoribus communiter recipitur, numero 9.

CASVS CENTESIMVS OCTVAGESIMVS TERTIVS.



Dicentibus duobus testibus, qui soli, & non plures adhibiti fuerant per Notarium in quodam instrumento donationis inter viuos, quod coram ipsis celebratum non fuit dictum instrumentum, nec illi

illi interfuerunt, nec tempore in eo contento interuenerunt in loco, in quo dicitur fuisse stipulatum, & aliter non probata eorum absentia, Notario autem contrarium dicente, & instrumentum sustinente, aliter tamen illud non coadiuuante, fui in voto, quod instrumentum non diceretur reprobatum tanquam falsum, nec proinde Notarius posset puniri de falso sed quod solummodo posset Iudex inquirere de falsitate, & deuenire ad Torturam, tam co-
1 tra Notarium, quam contra testes; Nam, & si instrumentum reprobetur per duos testes in eo descriptos, qui illi contradicunt, asserendo illi non interfuisse, vel contenta in eo non esse vera, Bal.consi. 303. sub num. 3. versi. nō obstat secunda ratio, iunctis antea dictis sub n. 1. versi. secundo probatur sic lib. quinto pulchre Salyc. in l. in exercendis in tertia quæst. num. 4. versi. quid dicemus. C. de fide instrum. & infiniti alii, quos refert, & sequitur Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. Centuria secunda casu. 105. nu. 9. versic. primus est casus. Tamen hoc intelligitur quo ad fidem non adhibendam d. instrumento, non autem quo ad conuincendum
2 notarium de falsitate, illumque de falso puniē dum, quia quo ad hoc non sufficiunt d. testes cum in criminalibus exigantur probationes luce meridiana clariores licet sufficiant vt per iudicem fiat acerrima indagatio de falso, & procedatur ad torturam, ita in puncto decidit Salyc. in d. l. in exercendis d. quæst. 3. sub nu. 4. ad finem, versic. dico igitur quem sequitur Felyn. in c. cum Ioannes nu. 45. versi. sexto, & vlt. declara de fide instrum. & nouissimè Natt. consi. 394. n. 30. quibus addi potest Ias. in l. duo bus reis §. idem Pomponius nu. 17. versic. tu ad de. ff. de iureiur. dicens, quod si testes instrumentarii de directo contra dicant contentis in instrumento nemo potest propterea de falso puniri, nec Notarius propter testes, nec testes propter instrumentum, licet detur materia iudici ad inquirendum in alterutrum, quod dictum refert, & sequitur Gram. voto crim. 26. exorta lite n. 16. & 17. & decis. 60. in causa excellentis Comitissæ Gulisani nu. 4. & seruiunt multa, quæ Bald. ponit in consi. 37. quidam Tabellio num. 2. & seq. versi. in contrarium videtur lib. 1. His conueniunt dicta per Clar. in §.
3 falsū nu. 15. ver. pone testis negat, vbi ex cōmuni Scribentiū sententia notat, quod si testis negat se dixisse, pro vt Notarius scripsit, Notarius vero asserit testem dixisse, pro vt scriptū est licet quo ad effectum probationis magis stetur Notario, quam testi, tamen quo ad condemnationem de falso neutri creditur, nec Notario contra testem, nec testi contra Notariū, sed omnes absoluuntur, quod etiam tradiderunt Roman. in l. prima §. eadem. nume. 17. & plur. seq. ff. de verbor. obligat. Felyn. in d. cap. cum Ioannes sub numero 45. in sexta declar. ad finem versi. similiter dicit Speculator, Alex. consi. 65. in toto lib. 2. & Capyc. decis. 94. in causa Ioannis Pauli scribæ per totam, qui inquit ita sacrum consilium iudicasse, fatendo tamē in fine, seu verius non negando, quod quoad inquirendum, & torquendū detur materia iudici ad inuestigationem veritatis, quod etiā procederet si tot essent testes quibus magis quam Notario standum esset, nam adhuc quo ad puniendum ipsum Notarium de falso non sufficerent, vt per Felyn. & Capic. vbi supra. Bene verum est, quod dicit Salycet. in d. versic. dico igitur, quod si essent tres testes, vel plures
4 omni exceptione maiores, qui sic instrumento aliter non coadiuuato contradicerent, vtique sufficerent ad hoc, vt Notarius de falso puniretur, quam decisionē refert, & sequitur Natt. d. consilio 394. numero 31. eam etiam refert Felyn. in d. capit. cum Ioannes, sub numero 45. in d. sexta declaratione, versic. postea subdit Salycet. & dicit notandum, si vera est, contra quam plura adducit, ex quibus de ea parum curandum esse putat, quia etiam in casibus, in quib. standum esset quoad probationem, & fidē testibus, & non Notario, non tamen idem esset quo ad puniendum eū de falsitate, vt ibi per ipsum & per Capic. supra citatum.

Considerari etiam in præsenti casu poterat, quod cum d. testes dicant simpliciter se instrumento non interfuisse, & vnusquisque deponat de se solo, ita quod vnus nescit de altero, & non testificentur, quod ambo simul fuerint eo tempore alibi, & non in loco, vbi celebratum
5 dicitur fuisse instrumentum, videntur singulares, & propterea non probant plene contra instrumentum, cum negatiua debeat ad minus probari per duos testes contestes, vt per Bald. d. consi. 37. sub numero primo, in fine, & numero secundo, versic. in contrarium videtur, li. primo, per Salyc. in d. l. in exercendis, sub numero quinto, versicu. aut dicunt se non interfuisse, & per Felyn. alios adducentem in d. c. cum Ioannes, num. 49. versic. secundo limita. Cui tamen rationi alii non assentiunt, volentes, quod imo non dicantur singulares, sed probent, quia concordant in dicto, quod instrumentū sit falsum,
6 & sunt contestes in eadem intentione, vt pulchre ostendit Felyn. sub dicto numero 49. versic. sed quod isti non dicātur singulares, quem sequuti fuerunt Crau. consi. 56. numero 17. versic. non obstat, vbi ex aliorum mente dicit esse communem, & Menoch. d. casu 105. numer. decimo, versic. nec hoc loco, qui asserit opinionē contrariam esse falsam, cum quibus & ipse sentio, qui propterea in d. consideratione non feci fundamentum, licet de ea meminerim, quia doctores hinc inde loquuntur valde subtiliter procedendo per philosophicas rationes, quas referre non expedit.

EPITOME.

De meretricibus, & inhonestis mulieribus expellendis de vicinia, in qua personæ honestæ habitant, & in lupanar relegandis.

SVMMARIA.

MERETRIX a vicinia expelli de iure potest. num. 1.
Ratio habetur. 2.
Meretrix nupta, & cum eius uiro cohabitans expelli fauore matrimonii a uicinia non potest. 3.
Limitatur si quæstum publice faciat, & maritum lenonem, & infamem habeat. 4.

CASVS CENTESIMVS OCTVAGESIMVS QVARTVS.


ERETRICEM posse ex iu-
ris cómunis dispositione ex-
1 pelli a vicinia, in qua personę
honestæ habitant, voluerunt
Castr. in l. nullus. num. 5. C. de
summ. Trin. & fide cathol. Cæ-
pol. in tracta. Seruit. rustic. præd. cap. 9. titu. de
Seruit. iur. pascen. nu. 21. Couar. in quarto lib.
decretal c. 8. §. 11. sub nu. 5. post vers. hinc etiam
deducitur, Petr. a Plaza in Epitome delict. cap.
34. nume. 10. versic. illud constitutissimum est,
Don Ludouic. de Peguer. in suis decision. seu
quæstio. crimin. cap. 12. per totum, & Vinc. de
franch. decis. Neapol. 516. Mulier inhonesta in
prin. part. secunda vbi subdit nume. 2. hác iuris
communis prouisionem per gratiam Neapoli
tanis concessam fuisse extensam ad scolares,
& exteros, quia habitant Neapoli sine mulie-
ribus, & secundum hanc partem alias consului
Pontremuli vsque de anno. 1574. quod consi-
lium qualecunque sit, & admodum in iuuenili
ætate confectum hic inserere placuit, & est vt
infra videlicet.

Integerrime & Excellens Domine Prætor.

Intentio Sindicorum & Procuratorem, ac Con
sulis vniuersitatis, & hominum Villæ Careggio
læ ad expellendam e d. villa tres meretrices, &
inhonestas mulieres de quibus in actis, vltra
Decretum dominii Mediolani lib. quarto Con
stit. titu. de meretric. & lenon. §. & eo amplius,
quod eis sufficeret, fundata est in iure commu-
ni, Nam meretrix, & quælibet alia mulier inho
2 nesta non debet de iure habitare in loco hone
sto, in quo habitant mulieres, & aliæ personæ
honestæ, ne ex ipsarum meretricum, & inhone
starum mulierum malis, & inhonestis moribus
honestæ mulieres corrũpantur, vt in indiuiduo
tradit Luc. de Penn. in l. si qua in verbo adnota
re col. 2. & 3. C. de Spect. & Senio. & lenon. lib.
11. per illum tex. qui hoc bene probat, pro qua-
re ipse adducit dictum Prophetæ in psalmis,
Nequaquam habitabit iuxta re malignus, ne-
que permanebunt iniusti ante oculos tuos, &
alterum, Aduerte oculos meos, ne videant vani
tatem, & aliud, Si videbas furẽ, simul currebas
cum eo, & cum adulteris portionem tuam po-
nebas, & illud cum sancto sanctus eris, & cum
peruerso peruerteris, & dictum Catonis cum
bonis ambula, & aliud. Quod oculus nõ videt,
cor non affectat, per quæ dicta facile cognosci
tur quam iustus sit timor, ne mulier honesta ab
inhonesta corrumpatur, Ad quod etiam facit
illud Virgilij Morbida facta pecus totum cor-
rumpit Ouile, & ne videat ex præmissis solum-
modo sententiam meam firmare, quod recla-
mantibus vicinis meretrix debeat expelli de
vicinia, voluerunt Ripa in tract. de Peste in pri
ma parte vlt. partis principal. tit. de remed. præ
seruat. contra Pestem. num. 164. vers. nam vici-
nis, vbi alios allegat, nullam tamen de Luc. de
Penn. mentionem faciens, & Anto. Gomez. lib.
variarum resolut. tomo tertio, de Delict. cap. 6.
rit. de iniur ad fi. vers & ex superioribus, vbi iu
ra & authoritates adducit, & rationé esse ait, 2
ne occasione dictarum mulierum inhonestarũ
oriatur rixa, & Scandalum inter vicinos in lo-
co illo habitantes, & eorum filii, & familiæ in-
ficiantur a talibus mulieribus, & habetur etiã
succincte per Cæpol. in tract. Seruit. vrban. præ
dior. tit. de secunda specie seruitutum mixta-
rum de Seruitute vsus, cap. quinto num. 5. vers.
sed in specie, quẽm Gomez. allegat, Hactenus
dictum consilium.

Quam tamen conclusionem intellige in mu
liere tantum soluta, non autem in muliere nu-
3 pta, quæ si cum viro habitat quantumcunque
sit meretrix, expelli non potest, vt ex multis fa
uore matrimonii censuerunt Palatius Rubios
in c. per vestras. § 21. sub nu. 21. & seq. ver. adde
etiam de dona. inter vir. & vxor. Duen. reg. 312.
in verbo fæmina, in prima limitatione, versicu.
quod tamen, Io. Bapt. de Sanct. Seuerin. in trac.
de debitor. suspect. & fugit. in quinta quæstio-
ne princ. num. 23. vers. vnde infert, Roman. in l.
si vero, §. de viro num. 23. vers. aduerte quia ff. so
lut. matrim. Capic. decis. 44. nu. 1. 2. 3. Couar. d.
c. 8. §. 11. sub num. 6. vers. hoc tamen simul cum
Regia lege, & alii, de quibus memini supra ca-
su 179. ad finem vers.

Quæ opinio maxime admittẽda est, nisi for-
4 te faceret quæstum publice & haberet maritũ
lenonem, & infamem, cum tunc côiugium non
habeatur in consideratione & tanquam soluta
sit tractanda, vt ibi dixi per plures doctorum
authoritates quas hic non repetam.

EPITOME.

An nominatus a duobus, vel tribus, aut pluribus socijs criminum in Consocium, dicatur conuictus, ita vt cōdemnari possit, & quid quando concurrūt alia adminicula, & inditia, & maxime si de pœna mortis agatur.

SVMMARIA.

Nominatvs a quampluribus socys, criminis, condemnari ex eorum dicto, alijs non cōcurrentibus, non potest, sed tantum torqueri. nu. 1.

Limitatur vbi cōcurrunt alia adminicula et inditia. 2.

Socii criminis dictum non iuratum fidem non facit, nec etiam inditium ad torturam. 3.

Iuramentum socio criminis alium nominanti quando sit deferendum. 4.

Socius criminis absque tortura in testem non admittitur, & quid de consuetudine. 5.

CASVS CENTESIMVS OCTVAGESIMVS QVINTVS.



SI duo, vel três, aut plures Socii Criminis deponant contra aliquem, & nominant illum in consocium eiusdē criminis, dubitatum fuit an talis nominatus dicatur conuictus, ita vt contra eum deueniri possit ad condemnationem, quæ sequi deberet, si per aliorū testium depositionem conuictus esset, in qua dubitatione Boer. decisione 319. sub numero 4. & seq. vsque ad finem, cōcludit pro parte ne-
1 gatiua, quod scilicet plures socii criminis non faciunt plenā fidē sine aliis adminiculis, nec ad condemnationem sufficiunt, sed tantummodo operantur, vt nominatus in consocium possit torqueri, & ita inquit in facti contingentia fer uasse Senatum Burdegalensem in quodam Notario, contra quem deposuerant duo testes asserentes, se ab eo corruptos fuisse, qui non fuit habitus pro conuicto, sed tantū positus ad torturam, quam cum substinuisset, fuit relaxatus & absolutus, & iterum in quodam alio imputato de homieidio pensato, contra quem deposuerant tres testes Sociis criminis, qui solūmodo fuit tormentis subiectus, & purgatis inditiis ex illa quæstione, quam substinuit, impunitus euasit, sequitur Clar. in pract. crim. quæst. 21. numero 9. versicu. sed pone quod non vnus tātum, vbi etiam refert ita per alias Curias seruarum fuisse, & nouissime idem concludit Don Ludouic. de Peguer. in suis decis. seu quæstion. crimin. cap. quinto numero 37. versieu ex prædictis ergo, concordat Blanc. in tract. de indit. sub numero 384. ad finem versicu. demonstratur etiam, & numero sequen. vbi in specie tradit, quod si ex quatuor reis tres nominēt quartum, non per hoc probant contra eum, quod delictum commiserit, nec illum conuincunt, & faciunt dicta per Marsil. in practic. crim. §. diligenter num. 68. vers. adde etiam quod dictum socii criminis.

Et hęc conclusio de plano procedit, & absq; controuersia quando cum depositione pluriū Sociorum criminis non concurrunt alia adminicula, pro vt videntur loqui Doctores præcitati, Secus autem si dicta talium sociorum cri-
2 minis adiuuentur aliis indiciis, seu adminiculis, quia tunc fides adhibetur attestationibus sociorum criminis, non secus ac aliis testibus, & ex illis nominatus condemnaretur pœna ordinaria delicti, etiā mortis naturalis saltem ex Curiarum consuetudine, & ita inquit d. cap. quinto, numero 38. seruare Regium Criminale Consilium Principatus Cataloniæ, in quo indistincte dictis Sociorum criminum adhibetur tanta fides ad condemnandum nominatum in Consocium pœna ordinaria delicti, concurrentibus aliquibus indiciis, quanta adhiberetur quibuscunque aliis testibus, etiam omni exceptione maioribus, ea ratione, quia experientia docuit Regium Consilium, maiorem semper veritatem inesse in dictis Sociis, quam in aliis, eo quod melius sciūt factum, & illius circumstātias commemorare, quam alii, & per eorum dicta alios consocios manifestantia pluries fuit Prouinciæ saluti succursum, per sequendo dictos consocios famosos latrones, & stratarum publicarum Grassatores, ac alios Reipublicæ pacem perturbātes, & illos captos pœna ordinaria puniendo, cum expediat Prouinciam malis hominibus purgari; Non inficitur tamen Peguer. quod si reperirentur alii testes de veritate facti deponētes tutius esset ex illorum dictis condemnare, eum eorum fides infamia aliqua diminuta non existat, sed tamē, quod eum delicta quæ in ea Prouincia frequentantur, aliter probari non possent, quam dictis Sociorum, ideo in d. Regio Cōsilio receptum est eis, concurrentibus tamen aliis adminiculis tantam adhiberi fidem, quantam aliis etiā ad condemnandum pœna ordinaria, & subdit numero 29. sic pluries vidisse multos fuisse ad mortem condemnatos ex solis Sociorum Criminum dictis, concurrentibus aliis indiciis, seu infamia, vel præsumptionibus cōtra eosdē, cuius rei duo recenset exempla, in quibus exrabant depositiones duorum sociorum Criminis, aliis indiciis adminiculatæ, & coadiuuate, propter quas fuerunt nominati consocii vltimo supplicio affecti, & ipse alias memini votasse pro pœna furcarum contra quendam in quampluribus furtis, & latrociniis nominatū, in con-

in consocium a tribus eius sociis, licet ille sem per in negatione perseuerasset, etiam in confrontatione de more facta, concurrentibus dif famatione, paupertate, & quibusdam alijs præsumptionibus, licet remotis, quod votum fuit approbatum & exequutum.

2 Ad hoc autem, vt dicta sociorum criminis si dem faciant contra consocium nominatum, si ue vt inferatur Tortura, siue vt sequatur condemnatio, duo necessaria sunt, Primo enim re-
3 quiritur quod d. socii illud deponant cum iuramento, qui licet quo ad se ipsos sint Rei, nec propterea exigatur de iure iuramentum, tamē dum deponunt contra alium funguntur vice testis, & ideo non est eis credendum, nisi cum iuramento Marsil. in pract. crim. §. diligenter numero 62. & seq. vers. aliud etiam Clar. d. quæst. 21. numero 10. vers. quæro nunquid ad hoc, Peguer. d. c. 5. num. 34. vers. vltra tamen ea, Quod quidem iuramentum sufficit quod præstetur
4 vel antequam socii ponantur ad torturam, vel postea præsente eo, quem nominat, pro vt seruatur in confrontatione, in qua qui alium nominauit ductus ad eius præsentium, vt illum ne gantem inducat ad confitendum, iurat dicere veritatem vt per Boer. d. decis. 319. sub num. 4. post vers. & ideo siue loquamur, quem sequuti fuerunt Clar. d. quæst. 21. nume. 10. vers. quæro nunquid ad hoc in fine, & Peguer. d cap. 5. nume. 35. vers. sed hic conuenit, ut quæramus, cū quibus conuenit Marsil. in d. §. diligēter sub nu mero 66. ad finem vers. & ideo quando tu eris iudex, & in practica vidi apud peritos iudices seruari, quod Rei cum iuramento ab initio præ stito examinentur tanquam principales in se ipsos, & vti testes in alios, & cum nominauerint aliquem in consocium, & is neget, cum eo confrontentur, & in confrontatione deferatur eis iuramentum ad præsentiam d. consocii nominati negātis, & hoc modo tollitur omne dubium, quia interuenit iuramētum ab initio & postea repetitur præsēte parte, & sic etiam ego semper solitus sum obseruare, & in confrontatione deferre iuramentum nominanti de veritate dicenda coram nominato negante licet nominans in suo examine iurauerit, quod fortius esset seruādum in illis locis, in quibus Rei inquisiti solent deponere sine iuramento, ne in cidant in periurium quodammodo certum, cum verisimile sit, quod non sint dicturi veritatem contra se ipsos, nam vt dicto eorum præstetur fides contra consocium, necessarium est iuramentum, cum tunc vice testium fungantur, quia absque iuramento non probant, vt supra diximus, quicquid in contrarium dicat Blanc. in tract. de inditi. nu. 383. & seq. vers. quæstio, & difficultas oritur, quam expresse improbant Clar. & Peguer. supra citati.

Secūdo requiritur quod dicti socii criminis
5 confirment eorum depositiones contra consocium factas in tormentis, qui a cum ex proprio delicto confessio effecti sint infames, non admittuntur in testes sine tortura, per quam talis infamia purgetur, ita notant Marsil. in d. §. diligē ter nu. 61. & 62. vers. item teneas etiam menti, Blanc. in tract. de indit. nu. 380. & 381. vers. requiritur hoc tamen primo. Boer. d. decis. 319. sub num. 3. ad fiu. ibi etiam requiritur quod ta lis con fessio fuerit facta in quæstione, & tortura, Clar. d. q. 21. num. 11. vers. scias etiam quod dictum socii criminis, inquiens ita Mediolani seruari, & Peguer. d. cap. quinto. num. 36. ver. requiritur præterea, aiens fere omnes in hoc cōcordare, bene verum est quod in aliquibus Curiis hoc non obseruatur vt testatur Clar. ex mē te Cassan. & Siman. licet ipse putet consuetudinem Mediolani esse magis iuridicam, consulēs nihilominus iudici, vt obseruet quod ibi seruatur, vbi ius dicit, testatur etiam Peguer. d. ca. 5. ad finem, numero 38. 39. ver. contrariam tamē opinionem, quod in illo Regio criminali consilio Cataloniæ adhibetur fides dictis sociorū Criminū cum iuramento contra consotium nominatum, etiā nulla eis adhibita tortura, in qua re varie processum fuisse vidi, sed tamen vt plurimum in casibus grauibus ad torturam deueniri, & in ea nominationis confirmationem desiderari, & sic ipse pluries practicaui, & est tutior opinio, quam semper exequerer, vbi certa non reperiretur in contrarium consuetudo dicunt tamen Boer. Blanc. & Peguer. quod sufficit, quod nominatio fiat statim deposito reo de Tortura, licet non fuerit facta in ipsa tortura, quod est notandum.

EPITOME.

De reuocatione confessionis tam sponte factæ, quam per torturam extortæ, & exinde legitime ratificatæ, & pluries geminatæ, & repetitæ, ac iuratæ, & etiam alijs inditijs adminiculatæ, & quomodo ad eam sit deueniendum, quiduè allegandum, & probandum.

SVMMARIA.

CONFESSIO criminis spōte facta vti erronea reuocari potest, num. 1.

Confessio erronea licet geminata, & iurate reuocari potest. 2.

Confessio erronea etiam post terminum datum ad deliberandum facta, reuocari secundum magis communem potest. 3.

Confessio criminis, inditijs tamen ad torturam præcedētibus, sponte facta reuocari verum possit prætextu erroris, nec ne. 4.

Confessio criminis in tortura facta, & deinde legitime ratificata, vti erronea reuocari potest. 4.

Ampliatur etiam quod esset geminata, & ratificata et iurata.5.

Confessio criminis in tortura facta, & legitime ratificata erroris prætextu reuocari non potest, vbi vrgentia præcedebant inditia.6.

Contrarium errore tamen probato de iure verius est, & ita in practica seruatur.7.

Confessio principalis potest per specialem procuratorem reuocari.8.

Confessionem vti erroneam reuocans, errorem & allegare, & probare debet.9.

Error confessionis qualis esse, & quomodo probari debeat.10.

Confessus crimen, & post simpliciter negans, probata eius innocentia absoluitur.11.

CASVS CENTESIMVS OCTVAGESIMVS SEXTVS.

1 CONFESSIO rei sponte facta de crimine potest reuocari, si error allegetur, & eius probatio offeratur Clar. dicens esse communem doctorum opinioné, & Mediolani obseruari in pract.crim quæst.55.num. 18.vers. sed pone quod reus idem postea tenet q.65.in princ.vbi ideo monet iudicem, vt tali confesso assignet terminum ad se defendendum, ne condẽnetur indefensus; Quod procedit etiá quod
2 confessio esset geminata, & sæpius repetita, ac iurata vt per Gram.voto crim.7.num. 3. & seq. vsq; ad finem, & voto. 10. nu. 33. cũ seq. Carer. in pract.crim.§.Tertius casus est nu.23.vers.limita etiam fol. 10.& §.vndecimo excusat ignorantia, nu.20.& seq.vers. an autem cõfessio fol. 189.Boss.in pract.crim.tit.de confess. sub num. 61.vers.in his etiam Alex. in l.1.sub nu.2. C. de error.calculi.Augustin.ad Ange.de malefic.in verbo comparent dicti inquisiti in termino defensionis num.2.& 3. & etiam quod confitenti
3 statutus esset terminus ad deliberate respondédum secundum opinionem Ioãnis Andreæ, quem referr & sequitur Gram.voto. 16. nu.12. & 13.ver.imo plus, vbi ait, quod ea seruaretur in practica, licet habeat contradictores, sensit Boss.in d.vers.in his etiam, & est magis communis opinio & sequenda, vt attestatur Anto.Gabri.tit.de confess.concl.5.in fine, vbi alios refert, quibus adduntur, Alexand. in d. l.prima, sub num 2.C.de error.calcul.& August. ad Angel.vbi supra sub num.2.

Si tamen confessio emanasset præcedẽtibus inditiis ad torquendum, esset in arbitrio iudicis audire, vel non audire ipsum reum, & reuocationem admittere, vel reijcere prætextu erroris allegati vt per Boss.tit.de confess.num. 79 & 80.versicu. in reo vero confesso sine tormentis, qui subdit, quod possent aliquæ coniecturæ innocẽtiæ militare pro reo quæ forte iudicem inducerent ad eum audiendũ sed absq; illis nescit ipse, an illum exaudiret, Tutius tamen puto eum audire omni casu, errorem tamen plene per testes probandum, nec sufficere torturam quicquid ibi dicat Boss. quia si non sufficit tortura in confessione extorta in tormẽtis, & postea ratificata extra tormenta vt infra dicetur in vers. vbi tamen confessionem hanc, multo minus sufficere debet in cõfessione spontanea, quam præcedunt inditia, & quæ maiorem veritatis præsumptionem habet ob cessationem metus, & tormentorum, & ita videtur tenere idem Boss.tit.de Tortura num.49. versi. non etiam omitto.

Idem est in confessione per torturam extor-
4 ta, & postea extra tormenta ex interuallo legitime ratificata, quæ, & ipsa ex erroris allegatione, & eius, probationis oblatione reuocari potest vt per Boss.d.tit.de confess.num.59.vers. tamen quia & numero 60.vers. conclusio est igitur & sub numero 79.vers.vult tamen, & tit.de Tortura num.49.vers.nõ etiam omitto.Clar.d. quæst.55.sub num. 18.dicto ver.sed pone quod reus in fine, & tradit postea expresse quæst. 64. num.44.vers.sin autem reus, vbi propterea instruit iudicem, quod dicto confitenti statuat aliquem breuem terminum, puta duorum dierum, vel trium ad producendum & allegandũ omnes suas defensiones, quas facere intendit contra suam confessionem, quia alias tanquam indefensus non posset condemnari ut ibi per ipsum multa allegantem. Quæ conclusio locu
6 habet etiam quod talis confessio pluries fuisset geminata, & ratificata, ac iurata vt per Grãmatic.& Carer. in locis superius allegatis, & est de mente Boss.d.titu.de confess.sub d.num. 61. quorum opinionem in practica sæpius obseruatam vidi.

Vbi tamen confessionem hanc factam in tor-
6 tura, & postea seruatis seruandis extra tormenta ratificatam præcederent extraiudicialis confessio, vel alia inditia, & adminicula vrgentia, sunt qui putant reuocationi minime locum esse sub erroris prætextu. sed ex ea iudicem alio non expectato ad condemnationem deuenire debere Care.in d.§.tertius casus est nu.20.vers. imo tunc, & iterum num.23 in fine, folio 10. & ante eum Gram.cons.crim.40.numero 19. seq. vsq; ad finem vers.item offerimus promptu, facit Paris de Puteo in tracta. Sindicat. in verbo tortus cap.1.sub numero 29.post uers.quæ confessio, vbi quod confessio facta in tormentis ex præcedentibus inditiis, si reuocetur, & in ea confitens non perseueret, facit semiplenam probationem, propter quam cogitur reuocans persistere in confessione cum nouis tormentis, & dixit Boss.in practic.crim.d.titu. de confess. per torturam numero 3.quod confessio in tortura cum perseuerantia, vel cum alio adminiculo sufficit ad veritatem, quod iterum explicat nume.17.vers. hinc est. Quæ tamen opinio
7 vera mihi non videtur, nec eam probant Do-

ctores

ctores ad illam comprobandam per Carer. adducti. Bal. n. in l. in bonæ fidei sub num. 20. vers. item quarto de confessione facta in tormentis. C. de reb. credit. & iuretur. dicit simpliciter, quod si confessio facta in tormentis præcedente aliquo indicio reuocetur, remanet semiplena probatio, & ideo nisi reuocans probet contrarium compellitur perseuerare in confessione per repetitionem tormentorum, idem in l. fin. num. 3. & 4. vers. & ex quo, C. de probat. inquit quod confessio in tormentis extorta non per se, sed ex perseuerantia, vel fama, vel verisimilitudine facti, vel aliis adminiculis, inducit veritatem iudici, ita vt nihil prosit confitenti ipsam confessionem reuocare, cum sint contra se alia inditia coniuncta con confessione veritatem inducentia, nisi reuocans probaret contrarium clare, vel per inditia euidentia alia inditia contraria, quod dictum Baldi sequitur, Paris de Puteo in d. tracta. Syndicat. in verbo Tortura il primo cap. primo num. 4. & 5. versic. & dixit Baldus Adeo quod non negant Bald. & Paris. quod dicta confessio possit reuocari tanquam erronea, sed potius volunt oppositum, quando contrarium probetur, & sic de errore ostendatur, & cum prædictis concordat, Boss. tit. de confess. sub num. 57. 58. 59. & 60. versic. & vt rē a fundamentis percipias, vbi tradit, quod quando reuocata confessione per reum remanet inditium sufficiens ad torturam, puta quia erat deuentum ad quæstionem propter confessionem extraiudicialem, vel aliud inditium, in qua reus erat confessus, sed nondum ratificauerat extra tormenta, & sic non erat sufficiens d. confessio ad condemnandum, tunc quia reuocata confessione remanet adhuc primum inditium contra ipsum reum, repetitur tortura, & cogitur perseuerare in confessione. Si vero reuocata confessione remanet plena probatio, vt quia sequuta erat legitima ratificatio, vel quia non erat opus ratificatione, necessaria est clara erroris probatio, nec alias releuatur reuocans etiam si reuocationem in tormētis vellet sustinere, & fatuus esset iudex, qui tunc reū torqueret, cum adhuc remanserit sufficiēs probatio ad condemnandum, vnde postea dicit idem Boss. nu. 65. vers. item est necessariū, quod confessio legitima nulla ex parte eliditur, si nō probetur error, ita vt nec sufficiat tortura, nec ab his discrepat inferius num. 78. 79 & 80. ver. & hæc quo ad primum exemplum, & de hoc late etiam tractat. Ange. de malefic. in d. verbo cō parent d. inquisiti in termino defensionis, numero primo, vbi tandem concludit omni casu posse reuocari confessionem, etiam si concurrant alia inditia vrgentia inducentia iudicem ad credulitatē, dummodo probetur error per reuocantem, & sic inquit indistinctè vidisse practicari, & ita ipse quoq; seruari non semel vidi, & secundum hoc intelligenda sunt in contrarium adducta, procedūt etenim, nisi aliud probetur per reuocantem.

Debet autē reuocatio confessionis siue sponte facta, siue in tormentis extorta, & exinde ratificata fieri per ipsummet confitentem, vel per procuratorem specialem, & non per alium, qui de facto proprio confitentis non potest esse bene informatus vt colligitur ex Gramma. d. voto. 16. in fine, nu. 14. uers. nec militatet. Debeque reuocans errorem confessionis allegare, il-
9 lumque se probaturum offerre, vt doctores supra in materia dictæ reuocationis allegati præsupponunt, & fatentur in specie Gram. d. uoto. 7. in princ. & num. 1. & seq. Carer. in d. § vndecimo excusat ignorantia in fi. num. 24. folio 189. Boss. d. tit. de confess. nu. 64. 65. versic. est etiam, vbi ait, quod alias si simpliciter reuocaret confessus non esset audiendus.

Qualis autem debeat esset iste error, & quo-
10 modo probetur, diffuse ostēdit Claud. Bertaz. ad cons. crim. Barthol. patris cons. 103. lib. 1. in vltima apostilla vers. error poterit probari, & vers. seq. ad quem sufficiat remittere lectorem.

Sed & quando non reuocaret reus suam cōfessionem modo præmisso, sed simpliciter nega-
11 ret id, quod fassus fuerat, & sic erraret in non reuocando, tamen vbi admitteretur ad probādum innocentiam per testes, absolueretur illa ostensa & patefacta vt tradit Boss. tit. de defension. reor. nu 4 vers. tertio debet aduertere ad finem, & ita alias considerabam ad fauorē quorundam carceratorum, quorum nomine producebantur capitula in termino defensionis, continētia factum aliter se habuisse, quam ipsi confessi fuissent, nominando plures testes, per quos illud probari posse asserebatur.

EPITOME.

Hospitia voluptatis causa retenta, & in quibus proprias domos, & habitationes habentes ad bibendum & manducandum recipiuntur citra necessitatem Reipublicæ perniciosa esse, ob idque prohiberi posse pœna indicta, tam contra ea tenentes quam contra ad illa accedentes etiam graui, & ignominiosa.

SVMMARIA.

HOSPITIVM tenens hospites recipere cogitur. nu. 1.

Hospitia voluptatis causa, & pro ciuibus, & habitantibus facta, Republica sunt perniciosa, & incontinentiæ fomenta. 2.

Mulier prostitui prohibita, retineri in caupona non potest. 3.

Filium, vel seruum in popinam dicens patri, & domino

domino iniuriam facere dicitur.4.
Hospitia, & tabernas voluptatis causa tenentes, ac ea frequentantes ab antiquis & detestabantur & varys etiam afficiebantur pœnis.5.

CASVS CENTESIMVS OCTVAGESIMVS SEPTIMVS.



ICVTI hospitia, seu diuersoria, & alia loca ad recipiendum viatores instituta, humano generi necessaria sunt, ad ipsorum itinerantium debitam quietem & alimoniam, ideoque quis, postquam incepit tenere hospi-
1 tium, & semel id officium suscepit cogatur hospites recipere nec eos expellere possit Bar. in l.1.§.cura carnis nu.1.in fi.ff.de off.præfect.vrb. & in l.1.§.1.ff.naut.caupon.& stabular.& in l.1. §.serui.n.3.ff.furt aduers.naut.caupo.& stabul. per illū tex.in vers.nāq; viatoré, Dec.in l.inuitus nemo,n.5.ff.de regu.iur.Couar.lib.3. variarum resolur.c.14.sub nu.1.vers.sic & caupo, cō digna tamen mercede pro receptatione recepta ut in l.nauta,ff.naut.caupon.& stabular.

Ita ea hospicia, quæ voluptatis ca... & pro
2 ciuium, & incolarum, aliorumque ... ha-
bitationes habétium, & caupones, ... que
ac propinas vitiose frequen. antium ... i-
nentur. Reipublicæ perniciosa sunt, cum in illis
versantes domesticam familiam, & sæpe pene
fame perientem, tempus ociose consterendo
& Cereri. & Bacco incumbendo, gulæ, luxuriæ,
ludorum, aliorumque diuersorum malorum vi
tia nutriant, facultates dissipent, occasiones fu
randi. infinitasque fraudes faciendi, multaque
alia perperam agendi captant, sunt enim hæc
loca fomenta intemperantiæ, & incontinentiæ
vt inquit tex. in l.quæ adulterium in prin. C.ad
leg.Iul.de adulter. vbi glos. adducit dictum il-
lud vulgatum, Nolite inebriari vino, in quo est
luxuria, quia venter vino afluens facile despū-
mat in libidinem, nec in illis inhonestæ desunt
mulieres, quæ sub specie ministrādi prostituū-
tur vt in eadem l. probatur & in l.athletas, §.ait
prætor, ff.de his qui not.infam. & in l. palam. §.
si qua camponam, ff. de ritu nupt & in l.fina. C.
si mancip.ita venier.ne prostituat.vbi etiā pro-
pterea cauetur, quod quæ ex pacto non debet
3 prostitui, non potest etiam in caupona retine-
ri, ne sub specie ministrandi fraus legi fiat. Qua
rōne non immerito dicitur in leg.si quis seruū
4 meum, ff.de iniur. quod iniuria fit patri, aut Do
mino per eum, qui filium, aut seruum in popi-
nam duxerit, quasi quod ibi non nisi malá age
re vitam possit ob lusorum, & aliorum vitioso-
rum hominum concursum; Hinc quoque est,
5 quod huiusmodi tabernas non necessitatis sed
voluptatis causa tenentes, easque frequentan-
tes nō iniuria ab antiquis detestari, docemur,
qui etiam plures in ea materia leges conscri-
pserūt, quibus & Caupones, & Cauponarii prædicti variis afficiebantur pœnis, vt post longā & sane elegantem præfationem in talia loca præbentes, & ea frequentantes recenset Don Ludouic.de Peguer.in suis decis.seu quæst.crimin.cap.44.nu.10.& seq.vers.quare cum intellexisset Plato, vbi postea eandem detestationē prosequendo, ostendit vitium hoc admodum turpe censeri in laicis turpissimum vero in clericis, ob idque bonos, & vigilantes Episcopos, prouidosque prouinciarū, & ciuitatum Rectores, & gubernatores solitos esse in eorū iurisdictione huiusmodi vitia prohibere, & vetare per edicta pænalia, subditque ad finem sub nu. 15.in Gallia diuersoria viatorum causa instituta in Gallicis ciuitatibus, & oppidis singulis annis repetitis Constitutionibus vxoratis, & Ciuibus, & oppidanis voce præconis prohiberi, & in Prouincia Cathaloniæ Edicto præcipi per Præsides re cum Regio criminali consilio participata, ne in cauponis aliqui præter Viatores, & illos, qui in loco propria habitatione carēt, hospitentur pœnam tam contra Caupones prædictos homines in hospitium recipientes, quā cōtra ipsos ad dictas Cauponas voluptatis causa accedentes exilii & ignominiæ imponēdo, ego sane indignum semper existimaui citra necessitatem in Cauponis bibere, aut comedere, vel aliter versari, prouisionesque iam relatis similes valde Reipublicæ proficuas esse, quas vigere scio in multis Italiæ partibus, & si forte male obseruentur, Nec ab his distāt quæ supra diximus Casu.178.circa Edicta Principii secularium contra ociosos, & uitiosos homines, hic frustra non repetenda.

EPITOME.

Quod Vsura est delictum mixti fori, & de ea cognosci potest per iudicem Secularem inter laicos indistincte, siue sit quæstio facti, siue iuris, etiam criminaliter procedendo, & ex officio per viam inquisitionis, maxime quādo statuto, vel decreto laicorum prohibita est, & pœna aliqua contrafacientibus imposita.

SVMMARIA.

VSVRAE crimē est mixti fori, & per iudicem secularem & inter laicos cognosci potest, nu. 1. vbi de magis communi.
Statutum laicorum vsuras prohibens ualidum est.2.
Statuto vsuras prohibente, si laicus contrauenerit puniri per iudicem potest.eod.
Iudex secularis super usuris criminaliter & procedere, ac punire potest.3.

Index

Iudex secularis super vsuris ex eius etiam mero officio procedere potest.4.
Vsurariorum pœna est Iudici arbitraria.5.
Vsurarij legitimis contra eos existentibus inditijs torqueri possunt.6.
Vendens egeni merces cariori pretio ob dilatam solutionem,& mox viliori pretio reemens graui pœna puniendus est.7.
Contractus sic vt supra initi in Hetruria nuncupantur scrochi,Barocholi,& Ritrangoli.8.
Florentiæ extant leges pro dictis contractibus illicitis dignoscendis,eosque ineuntes puniendis eod

CASVS CENTESIMVS OCTVAGESIMVS OCTAVVS.

1 VSVRA est delictum mixti fori,& propterea cognosci potest per iudicem secularem inter laicos indistincte, siue sit quæstio facti,sine iuris, quicquid aliqui senserint in quæstione iuris Caballin.in tract.de Vsur.nu. 15. vers.quod autem Canonistæ,vbi pulchras allegat rationes, Couar. lib. tertio variar. resol. cap.tertio col.secunda vers. ego vt libere, dicens hanc esse verissimam opinionem & contrariam licet forte communem, &hactenus obseruatam sententiam esse pœnitus erroneã, vt ibi ex pluribus demonstrat Vulpel responsf. crimi. 140.num.1.& seq.Cacher. Decis.pedem. 137.nu.6.cum plur.seq.ostendens hanc esse veram,&magis communem opinionem doctorum.D.Io. Baptista Lupus mihi carissimus, & max.& intrinseca amicitia coniunctus in tracta.de vsur.in quarto Comeng.ad c. quãquam. de vsur.§.4.nu.66.vers. videndum nunc restat, vbi post longam disputationem dicit esse verissimam sententiam, &vbique vsu receptam & potissimum in ciuitate Florentiæ, vbi Magistratus secularis Conseruatorum legum de causis vsurarum cognoscit,& verum est, quod & Senis obseruari scio, vbi itidem huiusmodi causis præest Magistratus secularis Regulatorum, nouissime Farinac.lib. primo quæstiou.crim.quæst.8.num.134.vers.secundam,& contrariam opinionem,& nu.135.& seq. vers. verum,quia & nu.140.vers. Quarta sit conclu. inquiens esse sententiam veriorem, &magis in praxi receptam,& quod eam seruaret, si esset Iudex,& Decian.in tract.crimin. tomo primo lib quarto cap 26.sub nu.3.vers. Vsurarum quoque causa,aiens in practica obseruari,præsertim in dominio veneto,quod etiam coram iudice seculari agatur de annullandis contractibus Vsurarijs, & de imponendis pœnis infamiæ, & alijs iure ciuili statutis contra vsurarios, &latissime Don Ludouic.de Peguer. in suis decis.seu quæstion.crim.cap.30. sub nu. 19.& seq. vsque ad finem,vers.& quamuis, concludens hanc opinionem teneri per omnes recentiores Doctores, & comprobari etiam ex antiquissimis & grauissimis viris tam iuris ciuilis, quam Pontificij, & secundum eam fuisse declaratum in Cathalonia sępius in causis contentionum iurisdictionis inter Curiam secularem Regiæ Audientiæ ex vna parte, & Curiam Ecclesiasticam ex altera, Quæ Conclusio planius, & absque difficultate procederet, quando ex decreto, vel constitutione alicuius Principis secularis, vel Statuto laicorum Vsuræ sub aliqua pęna prohiberentur, si
2 cuti fieri posse pulchrę ostendit Lupus in dict. Comment.quarto ad cap.quamquam in præfatione nu.19.& 20.post vers.neque huic conclusioni aduersabitur,& voluntalij statim citandi, nam tunc iudices seculares possent laicos decreto, constitutioni, vel statuto contrauenientes punire sine aliquo dubio Caballin. in d.Tract.de Vsur.num.143.post vers.Postremo pro stilo,& num.156.ad finem post vers.hic occurrit quæstio.Vulpel. dicto respon. & crim. 140.nu.7.Cacher.d.Decisione 137.nu.12.vers. quinto opinio hæc,subdens, quod huiusmodi prohibitiones vigent in Regnis Francię, Hispaniarum,Neapolitano,& Marchionatu Mótis Ferrati,sequitur Farinac.d.quæst.8.nu.140. vers. tertia sit conclusio, & tradit etiam Decian.d.cap.26.sub nume.3.vers quo vero ad annullando contractus vsurarum, Peguer.d. cap. 30.sub num.20.ver.imo penitus,ad latius cap. 31.nu.21.& 22.vers octauo denique vbi etiam meminit de prohibitio existente Ferrariæ, & sensit Bertaz.cons.crim. 251.& duobus seq. lib. secundo qui consulit pro quadam Illustri Domina condemnata per Cap. Iustitiæ Mantuæ ob contractum Vsurarium in pęnam decreti Ducalis Mantuæ Vsuram sub grauissima pęna prohibentis, præsupponens indistincte iudicis secularis competentiam, diffuse Lupus in d.prȩfatione nu. 18.& seq.vers.exoritur nũc illa difficilis,& valde controuersa quæstio, vbi recenset Florentiæ,& aliorum locorum prouisiones, dantes secularibus facultatem de vsuris cognoscendi, dicit tamen Farinac.dicta quęstione octaua sub nu. 140.post versiculum tertia sit concl.ex Roland. consi.75.num. 55.lib. primo hoc procedere, dummodo hæc decreta,vel statuta laicorum sint a Romano Pontifice confirmata, & non alias, quod ab alijs sup.relatis tactum non vidi, nec obseruatur, si quidem Pontifex ipse mandat principibus secularibus,vt vsurarios cohibeat,vt probat Vulpel.d.respon. 140.nu.6.

3 Et non solum potest iudex secularis de vsura contra laicos cognoscere, sed etiam contra eos criminaliter procedere & ad pęnam deuenire,non solum pecuniariam, sed etiam corporalem pro admissi qualitate,vt expresse tradunt Clar.in §.vsura nume. 5.vers.& ex hoc infertur, vbi dicit Senatum Mediolani pluries ita obseruasse, puniendo vsurarios extraordinaria pęna, pro vt etiam illos puniat Parlamen

tum Parisiense vt infra dicetur, & ita praxim
obseruare dicit idem Clar. in practic. criminal.
quæst. 17. nu. 2. vers. quæro igitur. Dec. in l. roga
sti. §. si tibi in finalibus verbis. ff. si cert. pet. &
ibi Appostilator ad eum, & idem in addit. ad
eundem Dec. cons. 170. Lupus in d. præfat. nu.
18. vers. exoritur nunc, Caballin. vbi supra num.
156. vers. hic occurrit quæstio, asserens ita quã
doque fieri vidisse a Senatu Parisiensi, idem te
net Peguer. d. cap. 30. nume. 18. versicu. ex su-
pradictis constat euidenter, inquiens vidisse in
Regio Consilio criminali Principatus Catha-
loniæ plures actitatos processus criminales cõ-
tra diuersos inculpatos de crimine vsurarum,
& super eis latas fuisse sententias condemna-
torias in pœnas per Regia edicta impositas, &
iterum cap. 31. sub num. 21. & 22. versiculo octa
uo denique, vbi latius quam priore loco insi-
stit, Cacher. d. decisione 137. sub nu. 11. versicu
lo quarto hanc opinionem, & Decian. dicto,
cap. 25. sub nu. 3. vers. & licet Baldus, vbi affir-
mat ita vidisse obseruari, & refert. Cacher. d.
decisione 237. sub nume. 17. vers. Postremo in
fine, quod hanc opinionem communi voto, in
facti contingentia sequutus etiam Senatus Pe
demont. stante maxime dispositione decre-
torum Ducalium expresse omnes vsuras pro-
hibentium.

Quod non solum ad partis læsæ instanciam,
4 seu quærelam, vel accusationem, sed etiam
ex mero officio & per uiam inquisitionis, etiam
nulla præcedente diffamatione Iudicem face-
re posse affirmãt duo insignes moderni videli-
cet Decian. d. cap. 26. sub nu. 3. vers. & poterit
etiam per viam inquisitionis, & diffusius Don
Ludouic. de Peguera in suis Decision. seu quæ-
stion. crim. cap. 35. per totum. qui tamẽ plures
casus videtur distinguere, & non ita simplici-
ter hoc asserere.

Est autem pœna hæc criminalis vsurariorũ
5 arbitraria iudici secundum Clar. d. §. vsura nu.
10. vers. sed quæro, & Decian. d. cap. 26. sub nu.
3. vers. & licet Bald. ad finem, ac Peguer. d. cap.
30. sub nu. 18. ad finem, vers. solet etiam crimẽ
hoc, & cap. 31. sub nu. 21. vers. octauo denique
Lupus in d. præfat. sub d. nume. 18. ante mediũ
vers. sed aduerte idum est, scilicet vbi non adsit
prohibitio particularis, certam, & limitatam
pœnam imponens, cum vbi specialia banna pœ
nam statuerent, ea obseruanda essent iudicis-
que arbitrium cessaret.

Et sicuti ad pœnam corporalem contra vsu-
6 rarios procedi potest, eodem modo & ad tor-
turam pro reperienda veritate deuenire licet,
vbi legitima extent inditia Caballin. vbi sup.
nu. 150. vers. hic occurrit quæstio Clar. in d. §.
vsura nu. 5. vers. & ex hoc infertur in fine, Pe-
guer. d. cap. 30. sub nu. 18. vers. ex supradictis
constat post princ. & rursus in fine vers. solet
etiam, & cap. 31. sub num. 21. post vers. octauo
deniq; Cacher. d. decis. 137. sub nu. 11. in quat-
to fundamento circa medium. vers. His acce-
dit, Decian. cap. 26. sub. nume. 2. vers. & poterit
etiam, Lupus in d. præfat. nu. 20. vers. ex quo in
fertur post principium.

Multo magis autem puniendi sunt faciẽtes
7 quosdam alios contractus appellatos in Hispa
nijs Mohatras, vera, & propria, ac formali
vsura detestabiliores vẽdendo merces egenti-
bus pecunia longe supra iustum pretium, præ-
textu modicæ dilationis, accepto interim ido
neo fideiussore, vel tuta cautione, & easdem
merces pro se, vel vicaria manu per interpo-
sitos suæ cupiditatis ministros, vel etiam eius-
dem artis, & fraudis consortes, mox vilissimo
pretio redimendo, deinde alijs iusto, aut ca-
riori reuendendo, tripliciter peccando, & su-
per fœnerando super eandem mercem eodem
fere tempore, vt eleganter tradit Appostilla-
tor ad Diaz in Pract. crim. canonic. in versicu.
vsurarij cap. 88. in addit. in verbo suspendun-
tur sub litera C. vers. illud autem notandum
censeo, concludens tandem conuictos de hoc
crimine grauissime magis, quam simplices vsu
rarios esse multandos, quin & grauioribus pœ
nis etiam corporalibus pro frequentia, & qua
litate commissi sceleris puniendos, quod lon-
ge pulcrius & elegantius antea tradidit Cabal
lin. in d. tract. de vsur. nume. 14. vers. & maxi-
me contra illos cuius verba præcisa, licet non
omnia, nulla illius mentione facta transcri-
psit Appostillator prædictus ad Diaz. & dicit
ibi Caballin. quod isti non formaliter fœne-
rantes, sed tali arte, & calliditate alios circum
uenientes, vt inique superlucrentur, dicun-
tur Piraticam artem terrestrem exercere, &
Barbaricam depredationem, quod & postea
approbat quæst. decima num. 156. vers. hic oc-
currit quæstio in fine, ibi, nec dubito, dum
simpliciter se remittit ad dicta de istis perfidis
superius sub d. nu. 14 & optime seruiunt quæ,
de quibusdam non dissimilibus illicitis con-
tractibus idem Caballin. tradit. in eodem tra-
ctatu quæst. 22. nu. 225. & seq. & quæst. 23. num.
229. & seq in quibus locis pariter meminit de
notatis per ipsum sub d. nu. 14. & quæ itidem
copiose de non differenti specie reprobat con
tractus notat Capyc. decisione 49. in causa
Nicolai Anelli per totam, idem dicit Bora-
cos. in prima parte com. opin. crimin. in verbo
vsurarius contractus, vers. item est contractus
vsurarius fol. mihi. 185. vbi exemplificat in ven
dente rem alicui, qui pecunia indiget vt sta-
tim reemat pro minori pretio, nam perinde
est, ac si mutuaret, & est contractus pessimus
qui vt ipse inquit, dicitur S. och, & Bisloch,
quia communiter plus vendit & sic vnum gla-
dium infingit, & alium gladium imponit. Et
in Hætruria tales illiciti contractus dicuntur
8 Scrocchi, Baroccholi, & Ritrangoli, de qui-
bus in statu Florentino plures extant leges par
ticulares, quarum meminit lex in eadem ma-
teria publicata anno. 1545. die 14 Aprilis, ea
rum siquidem vigore certi deputantur cogni-

tores

tores, & Iudices, designatur modus procedendi, & dictos illicitos contractus cognoscendi, & eos ineuntes, ac participes, & fautores & ministros puniendi, & sunt in viridi obseruantia, & de illis mentionem facit Lupus in dicto tracta. de vsuris Commentario tertio ad cap. nauiganti de vsur. §. 5. nu. 124. et seq. vers. deducitur etiam, qui earum dispositioni locum esse inquit, quando quis carius vendit merces egenti pecunia, et ab eodem eas per se, vel per alium reemit viliori pretio propter numerationem pecuniæ, vel quando aliter improbissimi Mercatores multipliciter volũt lucrum capere, seu potius latrocinium committere, vt in alio exẽplo ibi tradito.

EPITOME.

Si pax facta sit inter plures inimicos cũ promissione de se inuicem non offendendo neque in persona neque in bonis sub certa pœna toties committenda, quoties fuerit contrafactum, an secuta offensione per aliquos de vna parte contra vnum de altera parte, & in persona & in bonis, duplex pœna commissa dicatur, vna pro persona, & altera pro rebus, an verò vna tantum pœna debeatur.

SVMMARIA.

DELICTA plura plures inducunt pœnas nume ro 1.

Conuentioni pœnali duo capita habenti contrauenien s ad duplicem pœnam tenetur eod.

Pax, pro vt & pacis capitula morte finiuntur, nu me. 2.

Mortuus offendi, & Cadaueri iniuria fieri potest eodem.

Mortuus amicos, & inimicos habere dicitur, eodem.

Pacem cum alio faciens cum promissione de non offendendo in persona, neque in bonis sub certa pœna, & post alium ex comprehensis in pace occidens ac ipsius domum inuadens, an & quando de vtroque teneatur. 3.

Hæreditas iacens vim non patitur nec furtum eod. post principium Incontinenti factum quando dicatur, eod.

Pœna pacis ruptæ ob clausulam toties, quoties, commit ti sæpius potest contra violatorem. 4.

Pax etiam inter plures inita, vnica dicitur. 5.

CASVS CENTESIMVS OCTVAGESIMVS NONVS.



FACTA pace inter quosdam inimicos cum promissione de non offendendo in persona, neque in bonis sub certa pœna toties committenda, quoties contrafactum fuerit, datis fideiussoribus, si illi de vna parte occidant vnum de altera parte, & eius domum postea inuadant, diripiant, & expolient, quæsitum est, an duplex pœna sit commissa, videlicet homicidij, & spolij, an vero vna tantum, in qua quæstione Bal. in cons. 387. pro ponitur quod inter lib. quarto pro prima opinione quod duæ pœnæ debeantur, arguit, quia sunt plura delicta, vnum homicidij, alterum robariæ, & numerus delictorum indu-
1 cit numerum pęnarum l. nunquam plura. ff. de priuat. delict. l. si quis homicidij. C. de accusation. & duo sunt capita in promissione, vnum de offensione personæ alterum de rebus, & in vtroque est contrauentum, vnde ex quolibet pœna debetur, cum actum sit vt sæpius committatur l. si duo rei sint. §. fina. ff. de arbitr. Pro altera vero opinione, quod vna tantum committatur pęna, argumentatur, quia defunctus comprehensus in pace fuit prius occisus, quam domus inuaderetur, & sic pax mor
2 te fuit finita, vnde non potuit amplius rumpi iam mortuo. §. deinceps in Authent. de nupt. Nam morte finitur contractus pacis vnde finiuntur omnia capitula contractus, & omnes pęnæ in futurum committendæ l. verum. §. primo. ff. de mino. licet dici posset, quod imo mortuus offenditur, & cadaueri fit iniuria. l. 1. §. quoties. ff. de iniur. l. qui sepulchra in verbo de mos defunctorum. C. de sepulc. violat. Et defunctus dicitur habere amicos, & inimicos. l. 1. §. eligitur autem. ff. de ventr. in poss. mitted. tandem distinguendo concludit, quod aut rapina
3 præcessit homicidium, & duæ debentur pęnæ, quia esset contrauentum duobus capitulis. l. si alius. §. est & alia vers quod si nullo orto incendio ff. quod vi aut clam, Aut primo est factum homicidium, & deinde ex interuallo est derobata domus, & vna tantum pro homicidio cõmissa est pęna, quia robaria postea subsequens non dicitur rumpere pacem, quia quod non est rumpi non potest l. nam & si sub conditione. §. post defectum. ff. de iniust. restam. l. decem. ff. de verbor. obligat. & facit l. 3. §. hæc verba in ratione sui. ff. de negot. gest. & l. pater. ff. de serui. lega. & defuncto non fit iam furtum, neque offensa, sed neque iacenti hæreditati, quæ nec dicitur vim pati l. 1. §. sceuola. ff. si quis testam. liber esse ius. fuer. l. a Titio, & l. hæreditariæ rei. ff. de furt. Si vero simul est facta occisio, & robaria, etiam quod præcedat homi-

homicidium, cui incontinenti adiuncta fit rapina, duæ sunt imponendæ pœnæ, quia totum vigente pace factum dicitur. l. qui duos. ff. de manumiss. testam. & l. nunquam actiones cum glos. ff. de act. & oblig. at & dicitur incontinenti factum, quando sine intervallo temporis sequitur, & in eodem loco, ita quod actus sint continui, & homicidæ non divertant ad extraneos actus vt est rex. elegans in l. quod ait lex. §. fin. ff. ad leg. Iul. de adulter. qui hoc probat etiam quod quis persequendo inimicum immoraretur per spacium horæ, cum eadem semper dicatur durare rixa, & idem factum, quem tex. poterat allegare idem Bald. hoc ipsum notans consilio 412. nu. 5. vers. quinto consideran dum lib. quarto quod cons. Baldi tanquam famosum & elegans refert Petrin. Bellus in tracta. de re milit. in decima parte tit. secundo num. 111. vers. tractat aliam nobilem quæstionem, qui tamen inquit in hac quæstione crede re latius distinguendum, nam si sint multi contrahentes ex vtraque parte, prout præsupponit Bald. in narrationes facti, si vnus occiditur, ceteri offenduntur etiam ex rapina morte sequuta etiam ex interuallo, ex qua offensione occidentes contrafaciunt capitulo, quo promissum est etiam in bonis non offendere, vnde est æquius, & istius dicere vtranque pœnam commissam, nec est concludens ratio dicere, ruptam, & sublatam pacem propter homicidium, & consequenter illi iam vltra non posse contra fieri, Quia propter clausulam illam
4 quod toties pœna committatur, quoties fuerit contrafactum, potest pœna sæpius committi. d. l. si duo rei. §. fin. ff. de arbitr. & ibi scribet. maxime contra ipsum violatorem secundum Alex. consi. 115. num. 9. vers. hic. nec his lib. quarto Corn. cons. 40. num. 10 & 17. lib. secundo, & cons. 248. in fine nu. 11. vers. nec obstat d. clausula lib. quarto Vulpel. in tract. de promiss. de non offend. quæst 103 num. 3. Muscatel his iam scriptis visus in pract. fideiussor in prima parte in §. modo sub nu. 7. & 8. vers. imo ampliari potest, & alios per me adductos supra casu. 101. insuper dicit quod in d casu Baldi erat considerandum, qualiter pacis fœdera essent concepra, quia vbi ex offensa facta in personam aut bona vnius ex vna parte, fieret offensa omnibus illius partis, quod facti series innuit, tunc etiam si non committeretur pœna propter bona rapta ex interuallo post mortem, eo respectu quod in eis neque furtum, neque rapina committitur, cum hæreditas est iacens iuribus supra citatis, fieret tamen iniuria superextantibus ex illa parte offensa, & eorum respectu commissa esse pœna, cum vt sub-
5 dit num. 112. hæc sit vna pax quo ad omnes contrahentes, non autem sunt tot paces, quot personæ contrahentes secundum Corn. cons. 8. col. 3. sub nu. primo vers. sed quod etiam lib. 3. & cons. 248. col. pen. nu. 8. lib. quarto, Quæ quidem considerationes mihi magnopere placet, & palpabiles videntur, nec ab illis, si casus occurreret, recederem, & præsertim si qualitercunque colligi posset animus occidentium etiam derobandi, vt sensit Marcus Ant. Rouescal. in addit. ad d. consilium Bal. sub nu. tamen 378. vbi formaliter ait, quod & si rationes Baldi sint probabiles, ex facto tamen pensaret pœnas, puta, si homo vnius partis occisus esset, vt derobaretur, & constaret in quo plurimum cōsideraret qualitatem personarū, nec alia dicit.

EPITOME.

Quod fideiussor de iudicio sisti, vel de repræsentando reum de aliquo crimine imputatum, non tenetur illum repræsentare si postea ex alio nouo delicto fuerit bannitus, vel relegatus aut carceratus, vel alio simili modo impeditus, aut effectus clericus vel religiosus.

SVMMARIA.

Fideiussor de alium repræsentando liberatur à præsentatione eo postmodum affecto rebelle nu. 1.

Fideiussor bannitum ex alio delicto cum publicatione bonorum repræsentare non tenetur. 2.

Fideiussor bannitum absque publicatione bonorum non repræsentans ad pœnam promissam condemnari debet. 3.

Contrarium de iure verius, & communiter etiam seruatur eod.

Fideiussor de alium repræsentando liberatur eo facto clerico vel religioso. 4.

Fideiussor de alium sub certa pœna repræsentando excusatur eo post (ff. ff) relegato. 5.

Statutum obligans communitatem ad præsentandum malefactorem sub pœna, non procedit ipso post banni to. 6.

Fideiussor de alium certo loco præsentando liberatur eo alibi existente carcerato, vel aliter impedito. 7.

Fideiussor de alium repræsentando requisitus, non repræsentans eum licet postea ex eodem maleficio bānitum condemnatur. 8.

Et an offerendo solutionem pœnæ delicti euitet pœnam fideiussionis. 9.

CASVS CENTESIMVS NONAGESIMVS.



VAESITVM est, an fideiussor de iudicio sisti, vel de repræsentando reum de aliquo crimine imputatum sub certa, pœna, teneatur illum repræsentare, si postea ex alio nouo

nouo delicto fuerit Bannitus, & in rebelle habemus claram decisionem, quod non teneatur ex quo, cum sit rebellis, habetur pro mortuo, & morte ciuili finitur dicta fideiussio secundũ Doctores in l. si decesserit. ff. qui satisdar. cog. vt per Math. de Afflict. lib. secundo Constitut. Regn. Rubr. decima de his qui fideiussor. dare poss. ne carcerentur, in Constit. humanitate in quarto not. sub nu. 7. vers. iterum quæro, quem sequitur Petr. Foller. in pract. crimi. in fragmentis tit. de fideiussoribus num. 253. vers. sed pone quod re vera Idem decisum reperitur in Bannito capitaliter cum publicatione bonorum, vt scilicet fideiussor illum præsentare non teneatur, quia Fiscus & sic creditor succedit debitori, & habetur loco hæredis eius. & repellitur exceptione doli, cum si fideiussor solueret, deberet Fiscus ei cedere iura, & indemnem eum conseruare, & sic solutum restituere, Albert. Gandin. in tract. de malefic. in tit. de multis quæstion. dependent. a Statut. num. 33. vers. pone quæstionem de facto, idem vult Bart. in l. si vero nu. 2. vers. vlt. scias. ff. qui satisdar. cog. & & ibidem Alex ad finem sub nu. quarto & idem Bar. in l. capitis. nume. 2. vers. sed quid si Fiscus ageret ff. de fideiussor. Petr. Foller. loco citato, nu. 254. ver. sed finge quod nouo delicto est bãnitus, & pulchre Alberic. de Rosate de Statut. lib. quarto quæst. 64. dicens ita communiter teneri, & quod ideo cauti iudices prius quã procedant ad bannum, & petunt a fideiussoribus, quod præsentent reum, & si non præsentãt, eos condemnant secundum formam satisdationis, & postea procedunt contra principalem, & si non comparet, eum banniunt secundum Gandin. in loco citato sub d. nume. 33. vers. pone quæstionem de facto, quam tamen cautelam approbat Gandin. si bene videatur, & iudices ea vtentes pessime faciunt, cum requirant reũ pro prima causa, vt puniant fideiussores pro cadatos, scientes ex alia causa non posse eum comparere.

Difficultas consistit in repræsentatione eius qui simpliciter bannitus reperitur, & non est rebellis, neque in pœnam confiscationis bonorum damnatus, in quo Bar. in d. l. si vero sub d. num. 2. videtur tenere, quod fideiussor non excusetur, sed condemnari debeat, si non repræsentet, cum possit talis bannitus comparere, & contumaciam purgare, & etiam fidantiam, seu securitatem petere vt veniat, & se præsentet, vt dicit Alber. d. quæstion 64 credens hanc esse opinionem veram de iure, sed idem Bart. contrarium tenuit in d. l. capitis sub nu. 2. in fine & nu. 3. quia damnatus in vna causa non tenetur in alia sistere l. sed & si quis in princ. & §. illud sciendum in verbo damnato ff. si quis caution. & hanc vltimam opinionem tenuetunr Alberic. d. quæst. 64. inquiens eam vidisse communiter seruari, cum per commune factum sit reum banniendo quominus fideiussores possint eum præsentare Alex. in d. l. si vero in finalibus verbis. ff. qui satisdar. cog. alem. quod in hoc Bart. loquutus fuit melius in d. l. capitis, quam ibi, Foller. vbi sup. Marsil. in rubr. ff. de fideiussor. quæst. 12. sub num. 132. vers. facit etiam & latius quæst. 19. nu. 171. & plur. seq. vbi etiam videtur tenere idem esse in eo, qui accusatus de crimine capitali latitat, vel fugam arripuit, in quo tamen cõtrarium videtur colligi ex textu d. l. sed & si quis d. §. illud sciendum cum glo. in verbo vti non possit, & in verbo damnato ff. si quis caution. & Marsilium sequutus est Muscatel. in pract. fideiussoris in pr. parte in 19. modo nu. 16. & secundum hanc sententiam tenendum duxi, quando casus in facto successit, & bene, Quia mutatio hæc status & conditionis rei superueniens præcedentem obligationem fideiussoris alterat,
4 vnde si reus post præstitam per ipsum dictam
fideiussionem efficeretur Clericus, vel Religiosus, fideiussor non teneretur eum amplius representare, sed liberatus censeretur a fideiussione, ex quo principalis mutauit statum, & forum, nec coram seculari iudice conueniri potest, vt ex pluribus copiose ostendit Marsil. d. quæst. 12. num. 132. & multis seq. & sequitur Muscat. d. 19 modo num. 17. vers. similiter principalis, & ita memini me alias in contingentia facti dixisse. Quinimo, & simpliciter
5 relegatus & sic non capitaliter condemnatus
præstat fideiussori prędicto excusationem, cũ propter relegationem non possit reus stare in loco iudicij, & propterea non teneatur eum ibi pręsentare fideiussor, vt probat text. in d. l. sed & si quis & ibi glo. & omnes scrib. ff. si quis
6 caution. Hinc dixit Alberic. de Rosate d. lib.
quarto quęstion. 65. quod si ex statuto communitas teneatur præsentare malefactorem sub certa pœna, eo bannito potest allegare non teneri amplius præsentare, nec incidit in pœnam non pręsentando, quia per factum iudicis bannientis factum est, quominus eum pręsentare possit, atque ita sæpe obtinuisse Pergami, vbi erat tale Statutum, & quod ad excludendum talem defensionem additum postea fuit in Statuto, quod communia inciderent in pœnam, nisi pręsentarent infra quinque dies, vnde iudices permittebant eos labi, & sic committi pœnam, & postea procedebant ab banniendum malefactorem, & idem putat, si a Statuto non esset dies adiecta, sed a iudice præfigeretur, Et eodem modo si reus iussu al-
7 tertius iudicis, vel Magistratus retentus sit, aut
carceratus vel aliter sub custodia positus, fideiussor ad eum alibi pręsentandũ requisitus, exceptione se tueri potest, donec impedimentum cesset, cum proueniat facto iudicis, quod alteri nocere non debet l. 2. §. fin. & d. l. sed & si quis. §. illud sciendum est vers. plane si vinculis. ff. si quis caut. & vtrobique notant Doct. & tradit Muscatel. vbi sup. nu. 15. & ita vidi practicari, & decerni expectandum esse exitum nouæ causæ, pro qua reus detinebatur, & in-

terim

ærim fideiussorem prioris causæ non molestari,& quandoque etiam, vbi loca vtriusque iudicij sub eodem Principe existunt, vidi per iudicem veteris causæ, instante fideiussore litteras scribi iudici ipsius nouæ causæ, vt postquã debito fine processum terminauerit cõtra carceratum, illum ad ipsius instantiam retineat, vel ad ipsum transmittat pro alia causa coram se indecisa pendẽte; Sane vbi fideiussores fuis-
8 sent dati pro eo maleficio, pro quo reus postea bannitus esset,& requirerentur eum representare, non possent se tueri propter bannum qualecunq; illud esset, sed tenerẽtur presentare,& & non representãdo condemnarẽtur secundũ formam promissionis vt per Albe. d. quęst.64. sub num.2.vers.prædicta vera sunt,& ante eum Gandin.d.tit.de mult. quæstion. de pendent.a Statut.sub d.nu.33. ad finem, vbi etiam subdit, quod quando fideiussor non vult soluere,& nõ
9 potest reum repręsentare, vbi agatur de pœna delicti pecuniaria tãtum, potest se offerre defensioni rei,& sic nõ soluere nisi pęnam, in quã pro delicto condemnatur principalis, euitando pœnam fideiussionis de representando. Laus Deo & Virgini.

EPITOME.

De pœna tondentis, radentis, vel aliter minuentis monetas, vel eas tingentis, & colorantis.

SVMMARIA.

MONETAM tondẽs, radens, vel minuens qua pęna puniatur nu.1.

Monetam auream, seu argenteam, & æream tondens punitur.2.

Monetas dolose tingens punitur.3.

Damnatio ad bestias in vsu amplius non est, & qualis olim esset 4.

Monetas liber homo tondens, minuens, vel colorans decapitari debet hodie in locũ damnationis ad bestias eodem.

Contraria opinio quod pœnæ tantum arbitrariæ locus sit; tutior, & æquior est.5.

Florentiæ extat decretum contra tondentes, mutilãtes colorantes, vel aliter maculantes monetas.6.

CASVS CENTESIMVS NONAGESIMVS PRIMVS.

1 MONETAM tondens, radens, vel aliter minuens, vt sit minoris ponderis, si liber est, ad bestias damnatur, si seruus, vltimo supplitio punitur ita est text. clarus in l. quicunque.ff. ad leg. Cornel. de fals. vbi etiam gloss.& Bart.gloss.in l. 2. in gloss.fin. C. de falsa monet.& ibi etiam Salyc.in 2.opposit.nume.2. & sub nu.4.vers.qui autem monetam tondunt glo.in cap.quanto in gloss.ptima extr. de iureiur.Bonifac. de Vitalin.in tract.de malefic. in rubrica de pœna falsantis monetam sub nu.pr. Boss.remiss.in pract.crim.tit.de fals. monet. ad finem nume.9. Marsil.cons.71.num.13.vers.nec obstat,& in l.qui falsam nume.99.vers.illis visis ff.de fallis Menoch.de arbitr.iudic.lib.2. centur.4.Casu 316.nume.34.vers.secundum est Decian.in tract.crim. lib.7.cap.28. nume. 7. vers. supremo supplicio & nume.14 vers. ad bestias tomo secundo Clar.in §.falsum nu. 47.vers. radens autem,& dicit Menoch.vbi supra quod licet hæc pœna d.l.quicunque, alia posteriori lege immutata non reperiatur, ipse tamen reperit Constantini Sanctionem relatam in Codice Theodosiano lib.9.tit. 22. sub rubr. si quis solidi circulum exteriorem inciderit, per quam pœna mortis puniuntur qui ponderis quantitatem & circuli exterioris mensuram minuunt, de qua lege meminit etiam Decian. d.cap. 18. nu.6.vers.capite aut flammis, Sed Azo in summa tit.C.de fals. monet. tenet quod talis delinquẽs pœna deportationis puniatur, & eum simpliciter refert Bonifac. de Vitalin. in d. rubrica de pœn falsant.monetam sub nu. 1. in fine,& sic esset pęna arbitraria, vt infra dicetur, ad finem.

Et locum habet hæc pęna non solum in ton-
2 dente, radente vel aliter minuente monetam auream pro vt loquitur d.l.quicunque, sed etiã argenteam vel æream, vt bene aduertit Menoch.d.casu 316.nu. 35.vers. hæc iuris constitutio, motus ex verbis ipsiusmet legis quicunque, dum in ea dicitur quicunque nummos aureos partim raserint.partim tinxerint, quæ verba sub vno constructu sunt, & vnicam determinationem recipiunt, & propterea sicut illa verba partim tinxerint, omnino intelligi debent de argenteis, & æreis, qui colore aureo tinguntur, alioquin stulta esset prouisio, quia fatuus esset, qui nummos aureos argenteo, vel æreo colore tingeret, ita & illa verba partim raserint etiam de argenteis intelligenda sunt, in quibus eadem est ratio quicquid dicat Marsil.dicto cons.71.nume.13.& seq. volens eam legem non procedere in mutilante, seu tondente monetam argenteam, quem repræhendit Menoc. vna cum Didac.Couarr.Marsilium inconsiderate sequente, quorum sententia & si probari potest ex dictis per Cępol. cons.crimin.77.sub nume.7. qui videtur tenere dispositionem.dicta l.quicunque procedere in moneta aurea, pro vt etiam sentire videtur Clar. in d.§.falsum d. vers.radens autem; ego tamen sentio cum Menoch. per rationem per ipsum allegatam,& quia glo.& omnes alij Doctores supra relati loquuntur generaliter, & indistincte in tondentibus, radentibus, vel aliter mutilantibus monetas, quos inquiunt pęnæ d.l.quicunque suppositos esse, nec vim faciunt

an aureæ,

an aureæ, an vero argenteæ, vel æreæ sint, pro qua opinione faciunt ea, quæ statim dicam de eo, qui monetam tingit, qui eadem pęna tenetur, & si talis coloratio non cadat in monetis aureis, sed tantum in argenteis, vel æreis, vt de se patet.

Eadem pęna tenētur qui monetas tingunt,
3 vt quia sint de ære, & tingunt de argento, vel auro aut quia sint de argento, tingunt de auro, vt appareant argenteæ, vel aureæ, cum non sint, nam si liber est delinquens, ad bestias damnatur; si seruus est, vltimo supplicio afficitur, vt est tex. apertus in dicta l. quicunque, ff. ad leg. Cornel. de fals. & ibi etiam glos. & Bart. glos. in d. l. 2. C. de fals. monet. in glos. fin. & ibi etiā Salyc. sub nu. 2. in secunda opposit. glo. in d. ca. quanto in glos. prima extr. de iureiur. Bonifac. de Vitalin. in dict. Rubr. de pœna falsant. monet. sub nume. pt. Boss. d. titulo de fals. monet. ad finem sub nu. 9. Decian. d. ca. 28. nu. 7. & 14. Menoch. d. casu 316. nu. 42. versicu. tertium est caput, Marsil. in d. l. qui falsam num. 101. ver. modo quæro vlterius. Cępol. d. cousi. crim. 77. sub nu. 7. ad finem, & Cuman. consi. 139. in 2. dubio sub nu. 5. versicu. alia pœna punitur, & hoc si dolose id factum sit, & animo tales monetas sic deauratas, vel dealbatas tāquam aureas, vel argenteas, pro vt apparent, expendendi, vel aliter alios defraudandi: Secus autem si alio respectu, & ad bonum finem, puta causa ludi, vel pro vsu proprio, aut alia licita causa, quia tunc esset actus impunibilis iuxta notata per Marsil. in d. l. qui falsam nu. 98. versi. item vltra premissa, & latius per Menoch. dict. casu. 316. n. 62. & 63. in secūda declaratione, & nu. 64. & seq. in tertia declaratione qui in hoc iudicis arbitrium plurimum versari censet, & bene. Cum autem hodie damnatio ad bestias
4 non fit in vsu, & in desuetudinem abierit, liber homo monetas aureas, vel argēteas, aut æreas tōdens, radēs, aut aliter mutilans, seu minuens easue tingens, seu colorans contra dispositionem d. l. quicunque, quæ illum ad bestias dānat, decapitandus erit, nam vt dicit Clar. in pract. crim. quæst. 67. nu. 4. versic. non est etiam hoc loco omittendum, post Angel. in l. 1. §. legis Cornelię n. 1. ff. de Sycar. & Carer. in pract. crim. fol. 513. post num. 4. & Marsil. in d. §. legis Corneliæ nu. 1. in eius locum successit decapitatio naturalis, quod mihi durū videtur in terminis d. l. quicunque, quæ vult liberum hominē ad bestias damnari, seruum uero vltimo supplicio, & sic mitius puniri liberum hominem, & citra mortem naturalem, quod non esset, si loco damnationis ad bestias decapitatio naturalis succederet, quia damnaretur liber vltimo supplicio, pro vt, & seruus, nullaque inter liberum, & seruum esset differentia, quam tamen esse voluit lex prædicta, vnde in his terminis probabilius mihi videtur quod locus sit pœ-
5 næ arbitrariæ secundum quod iudici conuenire videbitur attenta qualitate facti, & conditione personæ pro vt in deportatione, quæ & ipsa non est in vsu, & recte ut ab aula, vt idem Clar. ait. eadem quæst. 67. nume. 8. versicu. deportatio etiam, & late ostendi supra casu octauo, & est opinio tutior, & æquior, maxime quia Angel. in d. §. legis Corneliæ l. 3. quam legit cum l. 1. ff. ad leg. Cornel. de Sycar. non loquitur in damnato ad bestias, sed in iis, qui bestiis subiiciuntur, quia proiiciuntur in lacū Leonum deuorandi, vt sunt humiliores in casu, quo alii honestiores vlt. suplicio damnantur, hec. n. pœna, vt Angel. dicit, non est in vsu, & eius loco successit decapitatio naturalis, quę vt re ipsa patet, minor est pœna, quia maior est pęna subiici bestiis ad deuorandum, quam decapitari, quod non est in damnato ad bestias, qui non est ab eis deuorandus, sed ludi causa cum eis ponendus, pro vt hanc differētiam de aliquo subiiciendo bestiis, vel condemnato ad bestias, vidi ego annotatam in quibusdam codicibus paruæ impressionis, in l. capitalium, in l. qui vltimo supplicio, & in l. ad bestias, ff. de pęn in annotationibus marginalibus, & facit gloss. in d. l. qui vltimo supplicio, in glos. magna, ibi, vel verius, licet in contrarium facere videatur d. l. qui vltimo supplicio, & l. si quis filio, §. sed & si quis. ff. de iniust. testamen. in quibus dicitur, quod condemnatus ad bestias, vltimo supplicio dicitur condemnatus, & mori debet, quibus tamen ex diametro contradicit d. l. quicunque, quæ longam constituit differentiam inter damnatum ad bestias, & condemnatū vltimo supplicio ad mortem naturalē, de qua re diffusius disserui supra casu 104. in toto, vbi etiam in aliis terminis tenui sententiam Clari, vt ibi videri potest, magis autem de plano esset admittenda hæc sententia de pęna arbitraria, si teneremus cum Azone su pra relato, quod huiusmodi delinquens pęna deportationis puniatur, cum, (vt diximus) deportatio non sit in vsu, & eius loco pęna arbitraria successerit.

Solent tamen per Statuta locorum determinari pænæ huiusmodi criminis, & Florentiæ
6 extat ordo in officio Zecchæ factus de anno 1496. 17. Septembris in consilio Dominorum Octuaginta, & approbatus postea in consilio maiori die 21. eiusdem mensis, quo tondentes, vel aliter mutilantes, aut tingentes, vel aliter maculantes in Dominio Florentino monetas cuiuscunque qualitatis, & cunii puniantur pœna pecuniaria, vel corporali etiam vsque ad mortem inclusiue, pro vt Dominis Zecchæ videbitur iuxta conditionem personarū, & qualitatem delicti.

EPITOME.

De homicidio per vnum ex pluribus vnico tantum vulnere commisso tam consulto, & ex proposito, quam casu, & accidentaliter, & tam constito, quam non apparente quis illorum plurium fuerit occisor, quid iudex agere debeat, & an ad condemnationem deuenire possit, & quomodo; & contra quos, & qualis ea esse debeat.

SVMM ARIA.

PLures ex proposito animo occidendi si alium aggrediantur, & vnico tantum vulnere illato occidant, omnes tenẽtur de homicidio n. 1. vbi de communi, & veriori.

Auxilium homicidio, vel alio delicto præstans, an, & quando eadem pœna, qua principalis delinquens, puniri debeat, nu. 2.

Auxilium consulto alium occidẽti præstans, etiã quod ipse non occiderit, pœna mortis, ac si occidisset, puniri debet, numero 3.

Rixæ casualiter interueniens non tenetur de facto alterius, sed de eo tantum, quod ipse fecit. 4.

Principalis tenetur de facto accessorij. 5.

Principalis non tenetur de facto auxiliatoris, nisi mandauit vel ratum habuit. 6.

Maleficio an quis in dubio casualiter assistere præsumatur, an ex proposito. 7. vbi pulchre.

Rei illicitæ operam dantes tenentur de eo, quod etiam præter eorum intentione sequitur. 8.

Contrarium verius esse dicitur. nu. 9.

Pocedit quo ad pęnam ordinariam, non autem quo ad extraordinariam. nu. 10.

Author rixæ quando certus est, & ignoratur quis vnico vulnere mortuum percusserit, ipse solis de homicidio tenetur. 11.

Homicidium, a pluribus in rixa vnico tantum, vulnere commissum, si non constat quis illud intulerit, pœna ordinaria homicidij non punitur. numero 12.

Author rixę, grauius est puniendus eod. in fine.

Torqueri debent omnes homicidio interuenientes vbi qui lætale vulnus intulit, ignoratur. 13.

Torqueri primo debent personæ malæ conditionis, & famæ, nume. 14.

CASVS CENTESIMVS NONAGESIMVS SECVNDVS.

SI plures consulto, & ex proposito aliquem animo eum occidendi, aggrediantur, & vnico tantum vulnere illato occidant, omnes de occiso teneri, veraque, & ordinaria homicidii pęna puniri certum esse videtur, siue sciarur percussor, quia vnus tantum fuit, siue ignoretur, ita volunt glos. in ca. si quatuor quod est vlt. in glos. prima in fine 23. quæst. finali, quæ est octaua, & in l. si in rixa, ff. ad leg. Cornel. de Sycar. in glos. finali in fine. quam sequitur ibi Bart. in princip. de bellouilu in pract. crim. tit. de quæstion. in fine nume. 232. & seq. uersicu. iuxta pręmissa quæritur, vbi late insistit, Albert. de Gandi. de malefic. tit. de pęnis reorum nume. 31. versicu. pone quod plures homines, & latius, & clarius tit. de homicidiariis, & eorum pęnis nume. 12. & 13. uersicu. pone quæstione quam ego multoties uidi de facto, Salyc. in l. quoniam multa in sua longa distinctione posita sub. nume. 17. col. fin. uersicu. sed supposito quod statutum, & infra usque ad finem C. ad leg. Iul. de ui public. & priuat. Felyn. in cap. significasti il 2. nume. 9. & 10. uersicu. sed difficilis quæstio est extr. de homicid. Angel. de malefic. in uerbo, & Andream Marci ianificẽ numero 21. uersi. si uero illatum sit unum vulnus, & ibidem latius & expressius August. de Arimino in addit. numero 23. uersic. intellige tamen prædicta, Menoch. de arbitr. indic. lib. 2. centuria quarta casu. 362. num. 25. & seq. uersicu. uonus casus est, Chartar. de execut. sent. contum. capto bannit. cap. fin. nume. 240. & 241. uersic. cęterum si compareant dicens de communi Gram. consi. crim. 4. nume. 1. 2. 5. 6. & 7. & consi. 5. nume. 1. & 4. Boss. in pract. crim. tit. de homicid. numero 20. & plur. seq. uersicu. dixi teneri Florian. in l. item mela §. sed si plures sub num. 5. uersicu. in glos. ibi, quid si unus, & in l. scientiam. §. si cum stramenta in fine, ff. ad leg. aquil. Gomez. tomo 3. uariar. resolut. de delictis cap. 3. tit. de homicidio numero 36. uersicu. item quarto principaliter quæro in prima conclusione Petr. a Plaza in Epitome delictor. cap. 12. in princip. sub nume. 1. inquiens hanc esse frequentiori doctorum calculo receptam sententiam, cum qua etiam postea transit in quinto casu sub num. 6. uersicu. quæ omnia intelligenda esse censeo, quicquid priore loco ex suo capite subdat in uersicu. cęterum hác de qua agimus, quæstionem, Carer. in pract. crim. §. quinto, quæro, nu. 1. & 2. folio 111. late Marsil. sing. 217. ter, uel quater ad finem, uersicu. item, limita etiam prædicta alio modo, Thessaur. decisione Pedem. 31. nu. 3. & seq. inquiens esse ueriorem, & communiorem, & uti talem illam sequutum fuisse Senatum, Don Ludouic. a Peguer.

guet. in suis decision. seu quæstion. crimin. cap. 14. sub num. 6. versicu. quod quidem verum esse censemus, & plures remissiue tamen relati per Tiraquel. in tracta. de pœn. temperand. vel remittend. causa. 63. numero secundo, versic. sed quia contra hoc, Clar. in §. homicidium, num. 37. versicu. alia etiam de defensio in primo casu, qui dicit esse absolutam, & indubitatam cõclusionem, quam sequitur Claud. in addit. ad consi. crim. Barthol. Bertaz. patris consil. 299. in versi. nec minus diligenter, lib. secundo, & secundum hanc opinionem pluries iudicaui, & Apostillator ad Alexand. versic. 15. lib. primo, in apostilla, in verbo, statutorum litera B. & in verbo, si plures sub litera E. qui hoc vult etiam in terminis statuti solum pœna mortis punientis occisorem, licet enim, vt præfati Doctores dicunt, vnicum tantum fuerit vulnus, & vnus solummodo percussor, tamen cum dictum vulnus datum fuerit ab vno mediante auxilio aliorum, debent, & ipsi, quamuis non percusserint, teneri de homicidio, in quo occidẽti præstiterunt auxilium, non secus ac si omnes occidissent iuxta l. vnicam, §. pęnas autem, C. de rapt. virgin. & in l. is qui opem, ff. de furt. cum similibus, & in nostris terminis est text. in c. sicut dignum, §. illi autem extr. de homicid. per quem constituitur regula, quod præstans opẽ
2 homicidio, tenetur, vt homicida, vt dicit Marsil. in d. l. si in rixa, num. 29. versic. & circa hanc materiam, ff. ad leg. Cornel. de sicaris, & singu. 15. incipiente statuta communiter extat in princip. & licet non semper opem præstans delicto teneatur eadem pœna, qua principalis delinquens, sed quãdoque mitiori, vt colligi potest ex traditis per Marsil. in locis prædictis, & per Dec. in cap. primo, num. 63. versic. secunda conclus. extr. de offic. & potest. iudic. delega. & per Clar. plures casus distinguentem in pract. crim. quæst. 90. num. 1. & 2. tamen quando delictum commissum est consulto, & ex proposito, indistincte auxiliator puniendus est eadem pœna, qua principalis delinquens vt ibi cõcludit Clar. sub nu. 1. vers. aut delictum cõmissum est præuio tractatu, volens hoc procedere nedum quando auxiliũ præstitum est in ipso delicto, sed etiam ante, vel post, quod etiam sensit in d. §. homicidium d. versiculo alia etiam est defensio, vbi se remittit ad tradita per ipsum d. q. 90. & seruiunt dicta inferius casu 198. in pluribus locis.

Nec conclusioni prædictæ obstat, quod cum ex generali consuetudine non puniatur effectus non sequuto effectu eadem pœna, illi, qui non percusserunt, non debent teneri pęna mortis, ex quo licet percusserint animo occidendi, non tamen de facto occiderunt: Quia respondetur, quod istud procederet, quando nõ
3 esset sequuta mors, secus autem quando mors realiter sequuta fuit, ut in quæstione proposita, quia tunc etiam qui non percusserunt, de ea tenentur, ex quo occidenti auxilium, & fauorem præstiterunt, & perinde est, ac si omnes mortem intulissent, ita punctualiter prædictæ obiectioni respondent Gomez. & Petr. a Plaza in locis supra citatis, quam responsionẽ approbant Thessaur. d. decis. 31. sub nu. 4. versi. & ita restringẽdo, in fine, & Apostilla ad Alex. supra relata d. consi. 15. lib. primo, & vt dicit Iacob. de Bellouiso loco relato, sufficit ipsorum non percutientium deliberata occidendi voluntas per alios ad id congregatos exequuta quod & iisdem fere verbis notat Gandin. d. tit. de homicidiariis, & eorum pœnis, sub num. 13. ver. sed si plures deprehensi dicãtur, vbi etiam addit rationem vtilitatis publicæ de tali pensato delicto puniendo.

Procedit autem d. concl. vt dictum est, quando dolo, & ex proposito, & habito tractatu de maleficio committendo, & ad hoc coadunati illi, qui non percusserunt, accesserũt ad rixam, in qua sequutum fuit homicidium, quia de eo tenentur tanquam auxiliatores occidentis, etiam si nihil fecerint.

Quod si non dolo, & non ex proposito, &
4 non præcedente tractatu, sed casualiter, & accidentaliter rixæ interuenerint, tenentur solum de eo, quod fecerunt ipsi, non autem de eo, quod alii fecerunt, & si nihil ipsi fecerunt in nihilo tenentur, vniuscuiusque enim ictus contemplandus est, ita clare distinguendo volunt Barto. in d. l. si in rixa, in princip. ff. ad leg. Cornel. de sicar. & ibidem Marsil. sub num. 25. versic. circa hoc dicebam, & antea in l. nihil interest, num. 16. uersic. & facit notabile uerbum eodem tit. & in repet. l. unicæ, num. 105. uersic. non tamen uolo. C. de rapt uirgin. & in singul. 400. incip. sæpius iudices, Buss. in d. titu. de homicid. numeris citatis Florian. in d. §. sed si plures, nu. 5. Bald. in l. non ideo minus, nu. 26. uer. iuxta hoc hic quæro, pone duo. C. de accus. Felyn. in d. c. sicut dignum, sub nu. 6. uers. & omnia ista limita extr. de homicid. Gandin. d. tit. de pęnis reorum, sub d. nu. 31 uer. si maleficiũ commissum fuit in rixa, & d. tit de homicidiar. & eorum pęnis, sub num. 12. ad finem, uersicu. item hæc omnia intelligas, Plaza, d. cap. 12. numer. citatis, & apertius, num. 5. uersi. proponitur quartus casus, Grammat. consi. crim 4. nu. 1. 2. 5. 6. & 7. & consi. 32. nu. 3. Carer. late in practi. crim. §. circa secundum quando, & quis de auxilio teneatur. num. 1. & plur. seq. folio 132. secundum impressionem Lugdunensem de anno 1589. Augustin. ad Angel. de malefic. in uerbo, d. Andreas armatus, sub nu. 5. post versi. intellige tamen prædicta & ipse Angel. in eod. tract. uerbo, dicto maleficio semper astitit, nu. 24. uer. & aduertas bene, Hyppolit. Riminald. inter cons. crim. diuers. vlt. loco impressa in magna forma cõsi. 134. in cã mihi commissa per Illustres Comites in 3. dubio. nu. 25. & seq. versi. & primo facit, & nu. 29. versic. ex quorum verbis lib. primo, & Iulius Scarlatin. eod. lib. cons. 112. nu. 26. & multis sequent. versiculo sed dato,

Hieronym.Gigas in addit. ad Dec, in d. cap. 1.
sub num.63. in verbo, puniatur sub litera B. de
offic.& potest. iudic. delegat. Hinc notabiliter
dixit Bald. in l. data opera, num.63. versicu. sed
pone. C. de his qui accusar. poss. quod si Titius
rixabatur cum Seio, & superuenit frater Seij,
& occidit Titium, licet videretur, quod Seius,
qui causam dedit rixæ, teneretur, quod d. homi
cidio, quia principalis tenetur de facto accesso
5 rij iuxta l. quoniam multa. C. ad legem Iuliam
de vi public. & priuat. & notata, in l. 2. §. si quis
homines. ff. bonorum raptor. & in cap. cum ho
mo. 23. questione quinta, tamen in contrarium
facit, quia frater non tenetur ex delicto fra-
tris, l. sancimus. C. de pæ. nec principalis ex de-
6 licto auxiliatoris, nisi mandauerit, vel ratũ ha-
buerit illud, iuxta cap. cum ad sedem, de resti.
spoliat. & subdit quod ista est veritas, vt nota-
tur. 23. quæstione finali, capit. finali, in glos. in-
cipiente: nam homicidæ, quæ est super verbo,
volẽtes, & hoc dicit expresse, & addit Bal. quod
si dicatur, quod ambo simul steterunt armati,
& ideo vnus dedit alteri opem, vt no. Innocen.
de cleric. percuss. capit. continentia; Responde
tur, quod hic contrarium constat, quod non e-
rat cum illo, nec in auxilio eum inuocauit pro
se, vt in l. si familia, ff. de iurisdictio. omnium iu
dicum, consulitque, quod fiat capitulum, per
quod appareat ordo facti, alias præsumeretur
contra astantem, vt det auxilium argumento
ad Syllanian. l. cum dominus, quod capitulum
secundum eum aliqui formant verbis negati-
uis, alij affirmantibus, quod res fuit absque eo
&cæt. sed quod tamen dictio, absque, est nega-
tiua, & exclusiua, licet alibi includat, sicut di-
ctio præter, firmando tandem, quod quãdo po
nitur aduersatiue, excludit, quando vero impli
catiue, includit, vt ibi per ipsum Baldum, cuius
dictum tanquam singulare referunt, & sequun-
tur Marsil. in l. nihil interest, numero 15. versic.
& adde Baldum, ff. ad legem Cornel. de Sicar.
& in repetitione l. vnicæ, sub num. 105. versi. &
pro illo dicto. C. de rapt. virgin. & in d. l. si in ri-
xa, numero 26. versic. & ideo dixit multum no-
tabiliter Baldus, ff. ad leg. Cornel. de Sicar. Ad-
dentes ad Dec. in d. cap. primo, de offic. & po-
test. iudic. delegat. sub nu. 63. in apostilla in ver
bo puniatur, sub littera B. Augustin. ad An-
gel. de malefic. in d. verbo dictus Andreas arma
tus, nu. 3. versi. vide tamen pulchra verba Baldi,
Foller. in pract. crim. in 4. parte prin. in verbo
pœnis debitis feriantur, nu. 67. versi. quid si ri-
xante Titio, Carer. in pract. crim. §. circa secun-
dum quando, & quis de auxilio teneatur nu. 4.
versic. facit etiam dictum Baldi folio. 132. & §.
circa secundum videlicet de mandante nu. 29.
versi. facit dictum Baldi folio. 143. late Gram.
d. consilio 32. nu. 1. Cacher. decis. pedem. 104.
in princ. ita & alias in facti contingentia vidi
practicari, excusando a pęna homicidii com-
missi per vnum qui superuenerat rixe inchoa-
tæ, consanguineos, & affines occisoris rixan-
tes, cum vere post cęptam rixam superuenis-
set accidentaliter audito rumore, absq; aliquo
mandato, & voluntate coniunctorum, qui pro-
pterea non debebant teneri de homicidio, cũ
illud non commisissent, nec committi man-
dassent, nec affini occisori auxilium dedisse di
ci possent, ex quo ille postea non vocatus ex
improuiso superuenit, vt prædicti doctores cõ
siderant. An autem in dubio quis præsumatur
7 assistere, & adesse maleficio casualiter, & ex ac-
cidenti, an vero ex proposito, non modicæ
quæstionis est. Nam quod pręsumatur casu, &
non consulto, & data opera interuenisse, volũt
Felyn. in d. capitu. sicut dignum num. 6. in fine,
versi. & omnia ista, Boss. ubi sup. num. 23. & 25.
Gram. d. consi. 32. n. 4. versi. imo plus dico, Mar
sil. in d. l. si in rixa nu. 28. versic. sed istis visis, ff.
de Sycariis Carer. in pract. crim. §. quinto quæ-
ro nu. 5. versicu. sed quid in dubio folio. 132. &
§. circa secundum quando, & quis de auxilio te
neatur nu. 9 uersi. sed an in dubio præsumatur
fol. 132. Riminal. d. consi. 134. nume. 93. opti-
me facit Baldus in l. nõ ideo minus n. 26. uersi.
iuxta hoc hic quęro C. de accusation. ubi quod
si sit probatum, quod plures simul fecerunt ma
leficium, non per hoc dicitur probatum, quod
vnus dederit alteri opem, & sic quod vnus te-
neatur de facto per alium, nisi clare probetur,
quod vnus alteri impendit auxilium, & Baldũ
sequuntur Augustin. ad Angel. in d. verbo dict.
Andreas armatus num. 4. & ipse Angel. in d. ver
bo d. maleficio semper astitit nu. 24. uersicu. &
aduertas, Marsil. in d. l. nihil interest nume. 16.
vers. & facit notabile verbũ, ff. de Sycariis, Ad-
dent. ad Bal. in d. l. data opera sub nu. 36. in ver
bo, & si dicatur, sub littera R. in fine, Carer. d.
§. circa secundum sub n. 2. & 3. folio. 132.

Contrarium vero quod non casualiter, sed
ex proposito, & deliberate præsumatur adfuis-
se, vult Bald. in d. l. data opera, super dicto il-
lo suo notabili supra relato, dum consulit, ut
fiat capitulum, per quod appareat superue-
nientia occisoris post inchoatam per alios ri-
xam, ex quo alias præsumeretur contra astan-
tem, ut daret auxilium, & sentiunt qui dictum
illud sequuntur, & Salyc. in d. l. quoniã multa
sub nu. 17. col. fin. ante medium uersi. hic quęro
de iure communi, Alii dicunt recurrendum es-
se ad coniecturas, ex quibus iudex arbitrari ha
bet, an quis interuenerit ex accidenti, & casu,
an uero causa ferendi opem. Felyn. in d. cap. si-
cut dignum d. uersi. & omnia ista, Carer. dict. §.
circa secundũ n. 10. uersi. Baldus autem. Gram.
d. consilio 32. sub n. 4. uersi. & plus dicebat, Au-
gustin. ad Angel. in d. uerbo d. Andreas arma-
tus n. 4. uersi. concludit tamen Baldus, Ego sa-
ne teneo cum Baldo in d. l. data opera, quia ne
gari non potest, quin ex assistentia magna sit
suspicio præcedentis tractatus uel scientiæ, &
propterea ubi de hoc dubitaretur, torquerem
tam primo rixantes, quam ipsum superuenientẽ
super dicto tractatu, uel scientia, ut reperta
ueritate

veritate possent primi rixantes puniri, vel ab-
solni de homicidio per dictum superueniente
cõmisso, & ita colligi potest ex dictis per Clar.
in d.§. homicidium sub num. 37. post medium
versi. & hoc quidem casu si esset dubium, & ite
rum paulo post, uersi. secundus est casus, & in
pract.crim.quæst.90.sub nu.2.versic. aut est du
bium nunquid precesserit tractatus, quem se-
quitur Carthar. vbi sup.n. 242. uersi. quamuis,
& nu. 244. versic. sed si ex processu, & ita etiã in
istis terminis ad torturam deueniendũ esse ex
coniecturis tamen, & processu resultantibus
censuit Gram.d.consi 5. nu. 5. & seq. vsque ad
finem, & de consilio 32.num.4.& infra vsque in
finem, dicens tamen vtrobique quod non fuit
ad ipsam torturam deuentum primo loco pro-
pter diuitias reorum, secundo vero ob iudi-
cum discordiam: & hoc quidem procedit, ni-
si qualitas facti, & personarum aliud suaderet,
& nulla alia esset suspicio de tractatu inter di-
ctos primos rixantes, & superuenientem occi-
sorem ex his, quæ Clar. subdit in dict.quæst.90.
sub nume.2.ad finem versi. sed hoc intellige, vt
procedat. Nec hic omittendum censui, quod
licet dictum illud notabile Baldi in dict.l. datæ
opera, a nonnullis intelligatur, vt procedat in
his, qui iuste rixabantur, & operam rei licitæ
dabant, puta se defendendo, quibus ideo impu
tandum non est homicidium, quod ab alio in
eorum fauorem superueniente cõmissum fuit
ipsis non mandantibus, nec consentientibus:
Secus autem in iis, qui iniuste rixabantur, &
8 operam dabant rei illicitę, & prohibitæ, qui-
bus imputatur, quicquid sequitur, etiam præ-
ter eorum intentionem vt per Felyn.in ca. Pe-
trus col.prima sub n primo vers. & adde quod
istud extr. de homicid. & per alios relatos a
Cacher.d.decis.104.sub nu.6. versicu. secundo
respondetur, tamen veritas videtur quod etiã
9 iniuste rixantes non tenentur pro homicidio
commisso per alium ad ipsorum fauorem abs-
que eorundem volũtate superuenientem per
illud dictum Baldi, & antea glos. in d.capit.vlt.
23.quæst.vltima, & sequacium; Quod nihilomi
nus intelligendum est respectu pęnę ordinarie
10 homicidii, in quo carent dolo, qui vere ad eã
pęnam infligendam exigitur, ita ut nec lata
culpa illi æquiparetur l. in lege cornelia 7. ff.
de Sicariis, non autem respectu alterius pęnæ
minoris arbitrio iudicis statuendæ, a qua im-
munes esse non possunt, ex quo dando ope-
ram rei illicitæ, causam homicidio præbuerũt,
cuius respectu saltem extraordinarie tãquam
culposi sunt puniendi, vt in l. lege Cornelia
quarta §. cum quidam, ff. de Sicar. præsertim
quia qui occasionẽ damni dat, damnum dedis-
se videtur l. qui occidit. §. in hac quoque, ff. ad
leg.aquil. per quæ iura, & alias rationes, & nõ-
nullas authoritates ita in puncto tradit Ca-
cheran.dict. decis. 104. numero 4. & 5. versicu.
tertio permittitur, & infra in prima responsio-
ne ad præfatum dictum glos. & Baldi, & refert
sub nu.8. in fine, quod sic in quæstione de facto
vertente communi voto Senatus iudicatum
fuit, puniendo arbitrarie huiusmodi rixantes
iniuste; qui prebuerant causam homicidio per
eorum coniunctum commisso, qui rixæ super
uenerat ex improuiso, tum hoc, quod in arbi-
trio habenda esset ratio personarum, & facul-
tatum, & citra mortem fieret condemnatio, &
istud mihi videtur sentire Fely. in d.c. Petrus,
sub nu. primo versi. & adde quod illud de homi
cid. qui loquens de dicto illo Baldi formaliter
dicit, quod illud teneret indistincte in laico
saltem ad hoc quod non teneretur, nisi de cul-
pa lata, quando sine causa incepisset iniuste
rixam; cum enim vt dictum est, in penis corpo
ralibus lata culpa non comparetur dolo, sequi
tur quod ipsa lata culpa, non vera, & ordina-
ria homicidii pęna quæ mortis est, puniri de-
beat, sed alia mitiori extraordinaria citra
mortem, & ita alias seruatu sequendo opinio-
nem Senatus Pedemontani, quod notandum
est pro limitatione dicti illius glossę, & Baldi,
quod absque distinctione soler esse in ore cri-
minalistarum, & hæc sententia vera est, & pro-
cedit quando certa est persona occisoris, pro
ut loquuntur glos. Bald. & alii sequaces; secus
autem vbi incerta est, & nescitur quis illo vni-
co vulnere percusserit mortuũ, an scilicet vnus
ex aggressoribus, an vero ille, qui in eorum fa-
uorem ex improuiso superuenit, quia tũc cre-
derem non dictum superuenientem teneri de
homicidio, sed ipsos aggressores, & rixæ autho
res de eo puniendos esse, licet vnus tantum fue
rit, qui percussit propter præcedentem delibe-
rationem, ex iam dictis initio præsentis quæ-
stionis authoritate plurium Doctorum in his
terminis loquentium, & quia vbi plures fue-
11 runt in rixa, & mortui sunt aliqui, vel vulnera-
ti, & nescitur a quibus, si apparet quis fuerit in
ceptor rixę, ille solus punietur de homicidio,
vel de vulneribus, ne delicta remãneant impu-
nita, nec hoc casu incertitudo ei prodest ad ef-
fugiendam pęnam ordinariam, vt in termi-
nis post Gandin. Iacob. de Belloui su, Bald. Ca-
str. Alex. Cepol. Vitalin. & alios concludit
Marsil. singul. 403. superioribus annis per to-
tum, & in repetit.d.l. vnicæ C. de rapt. virgin. n.
103. versicu. & tene menti, dicens esse singula-
re verbum, & perpetua memoria dignũ, & pro
bari in dict.l. quoniam multa C. ad leg. Iul. de
vi publ. & priuat. Carer. in dict. §. quinto quæ-
ro nu.6. uersi. tertio limita folio. 112. Angel. de
malefic. in d. verbo, & Andream Marci lanifi-
cem sub nu. 21. post versiculum si vero illatum
sit vnum vulnus ad finem, Natt. in addit. ad
Alex.consi.15.li. primo in apostilla sub num. 5.
in verbo, & Hostiens in summa tit. de homici-
dio in fine, versicu. illud minime, Petr. a Plaza
d.cap.12.nu.3. uersi. secunda subiicitur species.
qui etiam subdit, quod licet ille solus tenea-
tũr capitis pæna, alii tamen non liberãtur a pe
cuniaria, facit Anchar. in cap. 2. in princip. in

2.not.de sent,& re iudic,lib.6. inquiens per illum tex. quod auctor delictorum tenetur non solum de commissis a se,sed etiam ab aliis,qui sunt cum eo,licet,& ipsi etiam teneantur, & dicit Clar.post Roland.a Val.per eum adductum in d.§. homicidium nume.39. versicu. bene verum est,quod hoc secundum iuris rigorem procedit etiam quando homicidium ex improuiso, & in rixa fuit commissum, & quod ita a legum verticibus receptum est, sed in dominio Mediolani non seruatur, quia raro propter homicidium in rixa cõmissum aliquis condemnatur ad mortem, quod, & in casu mere rixoso tenuerunt etiam Menoch.d.casu.362. nume. 23. versicu.octauus casus,Carthar.d.cap.fin.nume. 250. & 251. versicu. quamuis si hoc casu, de quo tamen dicto multum dubito in puncto iuris quia dicta concl. contra inceptorem rixæ forte,vt infra dicam, procedit tantum quando casus fuit præmeditatus, & deliberatus in odium authoris rixæ,cui omne quod sequitur imputari debet, & ita loquitur dict.l.quoniam multa,quam ipsimet allegant, ibi in eum supplicium exerceri,qui vim facere tentauerit, & alterutri parti causam malorum prębuerit, & non iam relegatione,aut deportatione plectatur, sed supplicium capitale excipiat: Secus autem videtur, quando casus est mere rixo-
12 sus, nam tunc si qui vnico vulnere mortuum percussit, ignoratur, nullus pœna capitis punitur, neque ipse rixæ inceptor, sed omnes absoluuntur a pęna ordinaria propter incertitudinem,quia cum ille tantum, qui vulnus intulit, deberet pœna mortis teneri, & non alius, si non potest constare quis ille sit, nemo debet sic condemnari, alioquin innocens decapitaretur, quod est maius inconueniens, quam a tali pœna verum nocentem liberare iuxta l. absentem,ff.de pęnis, omnes tamen extraordinarie pro motu iudicis tenentur vt idem Clar. ex communi doctorum voto paulo ante tradit eodem loco num.38. versicu. aut enim vnicum vulnus,& idem tennerunt Cagnol.in l. fauorabiliores nu.10.versic.& ad hanc regulam ff. de regul.iur.& ibidem ante eum Dec.n.6. versi. & ad regulam nostram facit. Augustin. ad Angel. de malefic.in d.verbo,& Andream Marei lanifi cem nu.22.& seq.versi, sed dicatis, Menoch. d. casu.362.nu.19. versic. septimus est casus Petr. a Plaza d.ca.12.n.6.versi.alia subiicitur species propter incertitudinem,& iterum nu.7. versic. sextus casus,& Anton.Gomez. dict. tit. de homicidio sub nu.36.post medium,versic. quarta concl.quod si vnus tantum vulnerauit, vbi dicit, quod hunc casum habuit in practica in ciuitate Salmaticensi in personam cuiusdam pauperis, quem auxilio diuino, & maximo labore suo liberauit a pęna mortis,Carer.in dict. §. quinto quæro sub nu.1.folio.111. Marsil. in rubr.C.de probat.nu.416.& seq.versic.item redeundo ad materiam incertitudinis, & d. singul. 217.ter, vel quater in princip. qui quamplura adducit, & ante prædictos omnes Iacob. de bellouisu d.tit.de quæstion.ad finem num.232. & seq.versi.iuxta præmissa quæritur, cui copiose,& pulchre loquitur,& nouissime Carthar.d. cap.fin.num.245.versic.quando vero certo apparet,& Tesaur.dicta decisione pedem. 31.nu. 5.versi.ex his infertur,ac Don Lodouic. de Peguer.d.ca.14.nu.6.versi.ob quam quidem rem, Luchin.de Curte inter consi.crim.diuers. vltimo loco impressa consi.59.n.9.versi.ille autem lib. primo dicens hoc sequi omnes modernos practicos,& consulentes, & Iulius Scarlatinus statim citandus num.29.& seq.loquens in fortioribus terminis, & hanc opinionem sequutus sum multoties, nec vnquam aliquem rixantium stante dicta incertitudine in casibus non præmeditatis, nec animo deliberato commissis ad mortem condemnaui, sed extraordinarie tantum citra mortem, pęnam nihilominus grauiorẽ arbitrando in rixæ inceptorem, quã in alios,cum is omnium malorum occasionem pręstiterit,pro qua re faciunt dicta superius in versi.Nec hic omittendum censui, quibus conferunt dicta per Iuliũ Scarlat.inter consi. crim. diuers. vltimo loco impressa consi.112.nu. 27. & seq versi.quinimo fortius li.primo vbi videtur concludere opus esse animo deliberato ad aliquid illicitum committendum ad hoc, vt cõtra authorem rixæ locũ habeat d.l.quoniam multa, & is pęna capitis possit puniri, scio tamen contra eum extare opinionem Claud. ad d.consilium.299.Bertazol. in versicu. sed casus est,& versi.sequenti,sed non per hoc recedo ab opinione mea, pro qua inueni elegans consi. Petr. Ant. Angussolæ lib. primo consilio 23. per totum, vbi respondet authoritatibus contra authorem.rixæ adductis, inquiens tandem quod d.l.quoniã multa, loquitur in violẽtia facta conuocatis ad id hominibus, & quod cum sit pęnalis, non debet extendi vltra terminos, in quibus loquitur, vnde subdit nu.5. quod ad hoc vt d. l. dispositio procedat in homicidiis in rixa, credit duo de necessitate concurrere debere;primum quod homicidium fuerit commissum ab his, quos author rixæ conuocauerat, & sic quod præcesserit collectio hominum ab auctore rixæ facta; secundum quod vltra d. collectionem hominũ auctor rixæ fecerit, vel facere tentauerit aliquid illicitum, ex quo verisimiliter vulnera, & homicidia sequi possunt,quibus concurrentibus, & non alias, putat auctorem rixæ teneri de facto eorum,quos secum habuit, & non solum quando non constat quis ex illis occiderit, sed etiamsi occisor appareret, ita vt de occiso ipse rixæ auctor solus, malefactore ignorato, teneatur; eo vero apparente,idem auctor rixæ, & occisor, & sic duo vt ibi per ipsum,qui etiam ait,quod nõ sine ratione videtur dicendum d. l. quoniam multa, non procedere, nisi conuocatis hominibus quis facere tentauerit aliquid,per quod incurrit crimen legis Iuliæ de vi publica, vel

priuata

priuata, & in casibus tantum in dictis titulis expositis.

Quia tamen expedit, quod sciatur, quis ve-
13 re ex rixantibus fuerit, qui mortuum percussit, ad hoc vt iustitiæ locus sit, & is debitam pœnam ex aliorum persona propter occisoris incertitudinem non effugiat, cautela est, vt iudex ad torturam contra omnes deueniat, & per eam reperiat veritatem. Roman. in l. prima, §. si quis in villa ante finem, sub num. 9. versic. bene tamen verum est, ff. ad Syllanian. Ang. de malefic. in verbo, quod fama publica, num. 53. versicu. quid autem ad finem, & latè tradit Petr. a Plaza, d. cap. 12. sub num. 1. in fine, versi. cæterum hanc de qua agimus quæstionem, vbi alios refert, quibus vltra Roman. & Angel. adde Grammat. d. consi. 5. sub nu. primo, in fine, & nu. 2. versi. vnde punitionem, Menoch. d. casu 362. nu. 20. versicu. poterit tamen iudex noster. Carthar. d. capitulo fi. nu. 246. versic. poterit tamen & hoc, & addent. ad Bertazz. consi. crim. 335. libr. secundo, qui diffuse loquuntur, Thessaur. d. decisione 31 sub nu. 4. ad medium, versi. ego siquidem, Boss. d. tit. de homicid. nu. 28. qui pulchre loquitur; Et si inter eos aliquis
14 esset malæ conditionis, & vitæ, iudex ab illo torturam deberet incipere, vt expresse dicit Boss. sub d. nu. 28. & ante eum Augustin. de Arimin. in addit. ad Angel. in loco citato post medium, apostillæ ibi, non dubitarem si essent aliqui malæ conditionis, & tradit etiam Carthar. vbi supra, num. 248. versic. & ille præsertim tor quendus erit ex illis, & ostendunt etiam addent. ad d. consi. Bertaz. 335. & quamuis Hippol. de Marsil. in d. rub. C. de probat. nu. 438. ad finem, versic. non omitto tamen, & apertius d. singul. 217. ter, vel quater post princ. versic. ex quibus, & Ioan. de Arnono, cum sequens commentar. 25. incipien. reponas hoc, velint, quod stante incertitudine nullus possit torqueri ad veritatem inuestigandam, quando indicia nõ sunt magis contra vnum, quam contra alium, ne indebite innocens pro nocẽte torqueatur, nisi vnus ipsorum rixantium sit male conditionis, & famæ, vel alias solitus in similibus delinquere, quo casu non obstante incertitudine poterit ille ad veritatem eruendam torqueri, quod & voluisse videntur Dec. in d. l. fauorabiliores, num. 7. ff. de regul. iuris. Carer. in d. §. quinto, quæro, nu. 5. versic. limita secundo, folio 112. & late Petr. Foller. consi. 137. inter consi. crim. diuers. vltimo loco impressa in magna forma, num 9. lib. 1. & Bertaz. d. consi. 335. nu. 2. & 3. lib. secundo, tamen videtur, quod etiam data paritate indiciorum eodem modo cõtra omnes militantium iudex possit eos torquere, inchoando tamen torturam a magis suspecto, vt patet ex authoritatibus, sup. adductis, & potissimum ex allegatis per addentes ad d. consilium Bertaz. 335. qui impugnant Petrum Foll. loco citato, & Bursat. eum sequentem consilio 116. num. 11. bene, vltra quem his iam scriptis visum dico, quod perperam nititur, Foller. nu. seq. respondere dicto Romani, & allegare pro se Augustin. de Arimin. quia vterque loquitur clare contra eum, nec opus est aliqua eorum dictorũ interpretatione, & adsunt aliæ authoritates pro hac parte, vt sup. non allegatæ per dictos addentes, qui eandem opinionem sequi videntur ad eiusdem Bertaz. consi. crim. 299. in fine, quo ad torturam, lib. 2. & ita semper practicatur per iudices, quicquid sit in puncto iuris propter diuersas Doctorum sententias, & varias eorum rationes.

EPITOME.

Quod plura indicia remota a maleficio, singula non probata per duos testes, vt requiritur, sufficiant ad Torturam, etiam quod tales singulares testes non sint omni exceptione maiores, sed minus idonei; & aliquem patiantur defectum.

SVMMARIA.

Testis unus de remotis a maleficio deponens sufficiens indicium ad torturam non facit, nu. 1.

Indicia plura remota etiam per testes singulares probata indicium ad torturam faciunt, nu. 2.

Testes singulares ad eundem rei finem tendentes semiplene probant, nu. 3.

Probationes semiplenæ si plures sunt, coniunguntur ad faciendum indicium ad torturam, eodem, & numero seq.

Indicium unum etiam remotum per duos testes probatum ad torturam sufficit, nu. 5.

Testes plures singulares etiam minus idonei ad torturam sufficiunt, nu. 6.

Iudex habens arbitrium ex dicto unius tantum testis etiam minus idonei torquere potest, nu. 7.

Testium singularitas, quando sunt notabiles, non attenditur, nu. 8.

Probationes sunt iudici arbitrariæ, & ex eius arbitrio dependent, numero 9.

CASVS CENTESIMVS NONAGESIMVS TERTIVS.

1 Licet verissima sit Doctorum traditio, quod omne indicium remotum a maleficio probandum sit per duos testes, & vnus testis de eo deponens non sufficiat ad torquẽdum reum iuxta gl. in l. fi. C. famil. ercisc. quam esse singularem, & communiter approbatam dicunt Socin. consi. 54. sub nu. 2. versic. secundo indicium, lib. tertio, Franc. Brun. in tract. de indic.

dic. & tortura in prima parte, quæst. secunda, num. 4. versic. probatur etiam indicium Marsil. in pract. crim. §. diligenter, nu. 7. versic. scias etiam, & num. 71. & seq. versic. præterea contra, Clar. in practica crim. quæst. 22. in princ. & alij per eos allegati, negari tamen nõ potest, quin vnus testis faciat aliqualem præsumptionem, vnde quando non vnum tantum, sed plura extant indicia remota, licet singula non proben-
2 tur per duos testes, sed per vnicum tantum, vt quia plures sint testes singulariter de singulis indicijs deponẽtes, dicuntur tamen esse plures præsumptiones, quæ faciunt vnum indicium ad torturã, ita in puncto decidit Raphael Fulgos. in d. l. fin. quem referunt, & sequuntur Socin. d. consi. 54. sub numero secundo, versi. tertio, & vltimo, lib. tertio, Grammat. consi. crim. 32. num. 10. versiculo ex quibus omnib. & decisione 34. nu. 35. versic. & licet multa. Francis. Brun. vbi sup. nu. 5. versic. sed Raphael Fulgos. Blanc. in tract. de indic. in repetit. l. fi. ff. de quæstio. nu. 367. versic. contrarium sensit Raphael Fulgos. licet postea videatur non simpliciter huic opinioni adhærere, Vulpel. respons. crim. 39. nu. 11. vers. extat etiam extraiudicialis confessio, & respons. 109. num. 3. versiculo maxime quia, & nu. 9. versi. nec aspernendæ, & istud est, quod voluit Marsil. in d. §. diligenter, nu. 11. versic. & teneas tamen menti. quod scilicet illud, quod dicitur quod testes singulares non probant, intel. igitur quo ad plenam probationẽ, non autem quo ad indicium, quia quo ad hoc vna præsumptio iuuat aliam. Pro qua opinione dicit Soc. d. consi. 54. nu. 3. & 4. facere, quod licet plures semiplenæ probationes non coniungantur ad faciendam vnam plenam probationem, tamen coniunguntur ad faciẽdum indicium, & testes singulares si tendunt in eundem rei finem per diuersas coniecturas sibi ad inuicẽ patrocinantes, probãt semiplene, quod dictum ad verbum adducit etiam Brun. d. quæstio. 2. nu. 6. versi. ad hoc optime adduco, & postea Blanc. sub d. nu. 367. & nuper Crauet. consi. 35 sub nu. 6. versi. ex quibus verbis, vbi post multa concludit tandem quod quando agitur de indicijs, ad torturam, facilius fit coniunctio probationum, quam vbi agitur de plena probatione; inferẽs in proposito nostro, quod ideo
3
4 plures probationes semiplenæ, etiam diuersi generis, coniunguntur vt fiat indicium ad torturam, quod ante etiam tenuit Las. in repetit. l. admonendi, sub nu. 213. circa medium, versi. & propterea iuxta hoc vltimum, ff. de iureiuran. & est de mente Salyc. in l. ea quidem, nu. 139. versi. sed tunc oritur dubium, C. de accusatio. & ita practicarem, quãdo indicia essent ad minus tria, licet non valde vrgentia: alias autem etiam vbi duo tantum extarent, & verisimilia viderentur, nec sunt prædicta contemnenda, quoniam sæpe euenire solet in facto, quia non semper singula indicia remota probari possũt per duos testes, sed vt plurimum de eis deponunt testes singulares, quorum depositiones si reijcerentur, infiniti, delinquentes impuniti euaderent, qui tortura mediante eorum crimina confitentes, debitas luunt pœnas. Nec placet contraria opinio, quam tenere videtur Franc. Personalis de Mirandula in tract. de indic. & tortur. nu. 63. versicu. nec obstat, qui pro sententia per me firmata solum Soci. & Gram.
5 adducit, & hunc in vno tantum loco, & si vnũ tantũ indicium remotum per duos testes probatum ad torturam sufficit secundum opinionem a practica, & consuetudine curiarum approbatam vt testatur Clar. post alios per eum relatos in pract. crim. quæst. 64. sub nu. 14. versi. sed quæro, quot indicia requirantur ante finẽ, certe plura indicia, singula per vnicum testem probata, debent idem iudici persuadere, vbi probabilia videantur.

6 Quæ conclusio videtur procedere etiam quod dicti testes singulares sint minus idonei, & repulsati, quia adhuc sufficiunt ad torturam, licet ad condemnationem debeant esse integri, & omni exceptione maiores, ita in indiuiduo dicunt Brun. d. quæst. secunda, primæ partis, sub num. 7. versic. aduerte tamen post principium, Grammat. d. consi. 32. nu. 14. versi. nunc autem dato, & d. decisione 34. nu. 51. versic. nunc autem dato. Socin. d. consi. 54. sub nu. 9. ver. addo aliam responsionem, Rom. consi. 451. quædam mulier, nu. 8. ver. item ad probandum indicia, Marsil. in d. §. diligenter, num. 8. ver. & in hac materia, & Vulpel. d. respon. 39. nu. 12. ver. nec ex leui, dummodo tamẽ sint plures numero duobus secundum ipsum Vulpel. d. respons. 39. in finalibus verbis, in quo tamen multum arbitrio recti Iudicis relinquendũ puto, in cuius facultate est credere, vel non credere testibus, vt intra dicetur.

7 Conclusio autem absque aliqua difficultate procederet, quando iudex haberet arbitriũ, nã tunc posset habere indicium ex dicto vnius testis, etiam quod nõ sit omni exceptione maior, & ex eo reum torquere, ita punctualiter loquentes tamen in iudicio proximo maleficio, quod vnicum testem pœnitus integrum exigit, scripserunt Alex. consi. 65. sub num. 9. ver sic. & attento arbitrio, lib. primo, Dec. consilio 363. in fine, nu. 6. & Menoch. de arbitrar. iudic. lib. primo, quæst. 84. num. 4. versi. hoc tamen in
8 casu, indubitanter autem procederet, quando d. testes essent multum notabiles, & magnæ authoritatis, quia licet testes singulares non probent, tamen si sunt ita notabiles, quod adducant iudicem ad indubitatam fidem, iudex nõ debet curare de illa singularitate, vt est dictũ singulare Castr. in l. Lucius, nu. 4. ff. de infantibus, quod in arbitrio iudicis est sequi dicta testium vel non sequi, quia probationes in lite
9 dependent ab arbitrio iudicis, vt etiam habetur per Gram. cæteros idem volentes referentem d. decisione 34. nu. 47. quod dictũ ad hoc nostrum propositum adducunt Franc. Brun. d.

quæst.

quæstio.secunda, sub numero sexto, ad finem, versiculo, ego puto tanto fortius, & Marc. Anton. Blanc. sub dicto numero 467. ante finem, versiculo subdens etiam, quod est notandum in practica.

EPITOME.

De laico delinquente in Ecclesia cōtra laicum, quod coram seculari iudice conueniri debeat, & quid si non laicum, sed Clericum, seu Sacerdotem ibidem offenderit, & de alijs in hac materia non spernendis.

SUMMARIA.

Laicus in Ecclesia laicum offendens a iudice ecclesiastico puniri debet, nu. 2.
In contrarium est magis communis opinio. 2.
Ecclesia non habet territorium vltra personas clericorum, & eorum, quæ spectant ad forum ecclesiasticum. eod. in fine.
Laicus ecclesiasticum delictum committens ab ipso tātum iudice ecclesiastico puniri debet. 3.
Iudex secularis de crimine ecclesiastico se ipsum intromictere non potest. 4.
Crimina quando dicantur ecclesiastica, secularia, & quando mixta eod.
Iudex ecclesiasticus, & secularis laicum in ecclesia delinquentem, & alium offendentem punire possunt. nu mero 5.
Puniri quis potest varijs pœnis pro eodem delicto, quando ex eo resultant diuersæ species delictorum eod.
Laicus in ecclesia delinquens an, & quando a iudice ecclesiastico puniri possit. nu. 6.
In delictis mixti fori locus est præuentioni. 7. & 8. in fine.
Sacrilegij crimen dicitur mixti fori 8.
Sacrilegium quibus modis committatur remissiue eod. circa medium.
Iudex laicus cognoscere, & punire potest laicum in ecclesia etiam contra Clericum delinquentem. 9.
Etiam stante, remissione partis, vel episcopi eadem, quæ non potest impedire processum.
In delictis mixti fori Iudex Ecclesiasticus, & secularis procedere possunt. 10.
Quomodo hoc procedat eod. in fine, & nu. seq.
Iudex secularis laicum in Ecclesia delinquentem ab ea extrahere non potest, sed ad Ecclesiasticum recurre re debet, numero 12.

CASUS CENTESIMUS NONAGESIMUS QUARTUS.



1 Quæritur, an laicus occidens, vulnerans, vel aliter offendēs laicum in Ecclesia, puniatur a iudice Ecclesiastico, an vero a seculari. Cyn. in l. præsenti C. de his qui ad Eccle. confug. in ea fuit opinione quod laicus delinquēs in Ecclesia non sit puniendus a iudice seculari, sed ab Ecclesiastico ratione loci commissi delicti, qui est de sua iurisdictione, cuius respectu debet sortiri forum ipsius Ecclesiæ, iuxta tex. in auth. qua in prouincia C. vbi de crim. agi
2 oport. Contrarium autem quod talis delinquens a iudice seculari, & non ab Ecclesiastico puniatur, tenuit Bar. in l. si cui §. fin. numero 3. versicu. quæro delictum aliquod est factum in Ecclesia, ff. de accusat. adducens ad hoc l. si quis in hoc genus. C. de Episcop. & cleric. & subdens ad idem optime facere cap. immunitatem, quod est vltimum, extr. de immunit. Eccles. eandem opinionem tenuit Bald. in dicta l. si quis in hoc genus per illum tex. numero 1. versicu. item est notandum quod iudex inquirit, & sequuntur Abb. in d. cap. fin. numero 5. versicu. nota vltimo, & in cap. inter alia, nume. 29. versicu. vlterius quæritur, de immunit. Ecclesiarum, & in cap. cum sit generale, nume. 27. versicu. addo etiam alium casum, de foro compet. inquiens vbique hoc verius esse quā quod dixit Cyn. in dict. l. præsenti, pro vt etiam dixit Salyc. in l. fideli in fine numero 2. C. de his qui ad Eccles. confug. Angel. de Vbald. in authentica vt liceat matri, & auiæ. §. fin. num. 24. versi. & per hoc patet, & dicit ita tenuisse Cyn. in ciuitate Senarum disputando, Angel. Aretin. in tract. de malefic. in verbo, in scalis Sancti Petro nii, numero 1. & ibi etiam August. de Arimin. in addition. Alex. consi. 111. sub nume. 1. post principium lib. primo, Salyc. in auth. seu consti tutione item nulla Communitas, numero 4. versicu. quæro laicus. C. de Episcop. & Cleric. Marsil. in tract. de Bānit. in verbo Ecclesiæ numero 26. versicu. sed succedit dubitatio, Clar. dicens esse magis comunem opinionem, & in statu Mediolani obseruatam, in practica crim. quæst. 38. nu. 18. versi. vidi, Roland. a Valle late insistens consilio 24. num. 1. & pluribus seq. lib. secundo. Couarr. lib. 2. variarum resolution. cap. 20. quod est vltimum sub nu. 18. vers. trigesimo quinto, Vulpel. in tract. de libert. Eccle. in prima parte sub num. 29. versiculo quod absque ratione, Decian. in tract. crim. tom. primo lib. 4. cap. 17. nu. 34. in quarta limitatione, & c. 26. n. 12. versiculo Cynus, inquiens dictum ipsius Cyn. communiter reprobari, pro vt etiam dicit Farinac. his iam scriptis visus lib. primo quæst. crim. tit. de carceribus, & carcerat. quæst. 26. num. 62. versiculo amplia octauo, & nouissime

nouissime Menoch.consilio 1000. quod est vltimum, num.27.versi. ad secundum obiectum, lib.decimo, qui tamen non omnes supra citatos doctores refert, & habet sententia hæc pro se vltra authoritates citatas text.satis Clarum in d. l. si quis in hoc genus, & optimum argumentum in d.cap. fin. & vt ibi dicit Abb. nu.5. quasi casum expressum, dum tex. mandat iudicibus Ecclesiasticis, vt denuncient tales delinquentes in ecclesia non gaudere immunitate Ecclesiastica, non enim mandat illos per ipsos iudices Ecclesiasticos puniri, quod fecisset, si forum illum fortiti fuissent, ut etiam nulla Abbat.facta mentione considerat Roland. d.consi.24.sub num.3.versic.quarto facit, qui antea, nu.2.ad idem allegat tex. bene probantem, in §. quia vero l'vltimo, in Auth. ut liceat matri, & auiæ. Nec obstat consideratio Cyni, quia vt dicit idem Abb.in d.c.inter alia, sub nu.29. & & in d.cum sit generale, sub nu.27. Ecclesia nō habet territorium, nisi respectu clericorum, & eorum, quæ pertinent ad forum Ecclesiasticū, & ideo non impedit se de delictis laicorum etiam in Ecclesia commissi, cui rationi alia addi potest ex Bald. in d.l. si quis in hoc genus, sub nu.2.post versiculum item est notandum, quod iudex inquirit, quod scilicet Ecclesiæ sunt de territorio, in quo sunt situatæ quantū ad protectionem, licet non quantum ad impugnationem, quod etiā patet ex late traditis per Marsil.consi.32. nu.22. & 13. post versicu. prætetea ad corroborationem, & per Roland. d. consi. 24.nu.6.& seq.uersiculo nec obstant quæ ex aduerso adducta fuerunt, ac per Vulpel. in loco citaro d.uersi.quod absque ratione.

Procedit autem conclusio ista in delicto, quod est seculare, ut sunt termini propositæ disputationis, & ut loquuntur doctores citati cō tra Cyn. & specialiter, & expressim Abb. Decian.& Menoch.in locis allegatis, secus autem si delictū esset mere Ecclesiasticum, quia tunc

3 non a Iudice seculari sed ab Ecclesiastico puniendus esset delinquens, ut præfati scribentes sentiunt, & nominatim exprimit Decian.d.ca. 17.sub.d.numero 34.inquiens hoc casu saluari posse dictum Cyn.in dict.l.præsenti, & ante eū Salyc.in d.auth.itē nulla cōmunitas n.3. uersi. quæro an requisitio, & Afflict. lib. ptimo constit.regni. Rubrica quinta de crim. sacrileg. in Constitutione multæ leges sub n.9.in fine, uers. sed si delictum, & est regula generalis, quod de crimine mere Ecclesiastico iudex secularis se

4 intromittere non potest, ut per Abb. in d. cap. cum sit generale nume. 30. & 31. uersiculo sed vt habeatur, ubi etiam declarat, quæ dicantur crimina mere Ecclesiastica, quæ mere secularia, & quæ mixta, & dicit Alberic. de Rosate in tract. de Statutis lib. tertio quæst.43. quod iudex Ecclesiasticus in talibus criminibus Ecclesiasticis potest capere, & punire laicum, quia ratione delicti est effectus de foro Ecclesiæ, & ad hoc inuocare brachium seculare reprobata opinione tenentium, quod solum per censuram Ecclesiasticam possit compellere laicum.

5 Hinc est, quod cum laicus vt supra laicum offendens in Ecclesia dicatur vltra crimen principale cōmittere etiam sacrilegium, eo quod violauerit immunitatem Ecclesiæ delinquendo in ea, & maxime si eam sanguinis effusione polluerit, iudex Ecclesiasticus pro d. sacrilegio eum punire poterit, etiam quod de delicto principali seculari Iudice punitus fuerit, tenetur enim duplici pęna, vna scilicet ciuili pro ipso delicto principali, & hæc imponitur per iudicem laicum, altera Ecclesiastica pro sacrilegio, quæ infligitur per iudicem Ecclesiasticum, nec iuri repugnat, quod quis pro eodem delicto, variis pęnis puniatur, quando ex eo plures diuersæ resultant delictorum species ita punctualiter dicit Abb.in d.cap.inter alia, sub numero 29.versic.ego sic distinguerem, & in d.cap.si.sub num.5.vers. credo tamen & nu. seq.extr.de immunit. eccles. cum quo transeūt Angel.de malefic.in d.verbo, in scalis Sancti Petronii post princip.sub num.primo, vers. & isto casu Conarr.d.cap. 20.d. uers. trigesimoquinto, in fine, Marsil. in d. uerbo, ecclesiæ, sub nu. 26. uersiculo, quod uerum intellige, & est de mente Augustin.de Arimino in addit.ad Ang. loco citato, post principium, dum videtur approbare distinctionem Abbatis in locis relatis & copiose ostendit ita consulendo Roland. dicto consilio 24.nu.9.& seq.uers.uetum pręmissis non obstantibus, lib.secundo, & voluit etiā Alex.d.consi. 111. sub num.primo, circa medi. ver.uel secundo respondetur, lib.primo, & diffuse tradit Afflict. in d.constitutione multæ leges, n.7.& seq.uer.sed iuxta hoc quæro, & noui ter Farinac. sequens Abb. & Didac.d.quæstio. 28.sub d.nu.62.ad finem, uers. bene uerum est, ac Vulpel.in dicto uersic.quod absque ratione, in quo tamen videnda sunt, quę statim dicentur in uersic. Aduerte tamen, & maxime circa præuentionem.

6 Eadem ratione uidetur, quod dictum Cyn. saluari possit, quando laicus delinquit in Ecclesiam, puta ipsam collectando, uel bona ipsius rapiendo, nam tunc ratione sacrilegii punitur a iudice Ecclesiastico, ut inquit Abb. in d.cap.cum sit generaliter, sub numero 27.uer. nec obstat glo.extr.de foro compet. qui ita intelligendam esse ait glo.in Authen.sen in Constitu. item nulla Communitas.C.de episcop.& cleric.quę redacta ad text. inquit, quod in his casibus laicus ratione delicti est de foro Ecclesiæ, & eum uidetur ibi sequi Castr.legens d.anth.cum l.prima sub nu.8. versiculo an auth. itē nulla, & tradit ibidem Salyc.nu.3.versi.quæro, an requisitio, intelligens glos. procedere in delictis Ecclesiasticis, de quibus mentio habetur in illo textu, qui loquitur de imponente collectas bonis Ecclesiarum, vel personarum Ecclesiasticarum, uel earundem bona inuadente, quia propter aliud delictum quis non sortitur

titur forum Ecclesiæ, nisi in subsidium cum actor iustitiam non potest habere in foro seculari iuxta cap. nouit cum ibi notat extra de iudic idem notat Roland.d.consi.24.sub num.8. vers.similiter non obstat, aiens post Salyc.vt supra relatum, quod vel d.gl. vera non est, vel intelligi debet quando quis deliquit in Ecclesiã ipsam collectando, vel aliter bona ipsius rapiendo,pr o vt dicitur in textu, & istud est, qđ voluit Decian. in d. c. 17. limitatione 4 sub nu, 34.ante medium, vbi formaliter dicit,quod illud dictum Cyni in d. l.præsenti. C.de his, qui ad Eccles.confug. potest saluari in delictis Ecclesiasticis, vel quæ fiunt Ecclesiastica ipso facto, vt in furripiente rem sacram,vel aliam e loco sacro,vel etiam in mixtis,si iudex Ecclesiasticus præuenit secularem.

Aduerte tamen quod & in prædictis duo-
7 bus casibus videtur, quod etiam iudex laicus possit procedere, sicut & Ecclesiasticus,& propterea, quod sit inter eos locus præuentioni, quasi quod sint delicta mixti fori, & ita probat meo iudicio satis aperte text.d. constitutionis item nulla cõmunitas,vbi supponuntur transgressores requisitioni Ecclesiæ, vel imperii disiunctiue, & æqualiter per alternatiuam in illis verbis, quod si fecerint, & requisiti ab Ecclesia, vel imperio emendare contempserint, & ita dict. textum ponderare uidetur Salycet. ibi in uersic.quæro, an requisitio,quem etiam adducit Roland.d.consi. 24.num.3. versic. tertio,accedit,idem probat tex. in l.sacrilegii pœnam,ff.ad legem Iul.peculat.ubi quod templa manu facta frangentes,vel dona dei noctu auferentes,tanquam Sacrilegii per iudicem secularem, vel viui exuruntur vel furca suspenduntur,aut ad bestias condemnantur, quem text. ad hoc citauit Roland.d.consilio 24.nu. quarto.uersiculo penultimo, confirmatur, & de eo etiam meminerunt Afflict. in d. constitutione multæ leges,sub numero primo, in fine, ver. facit ad hoc, & Decian.d.cap. 26. sub num. primo,ver.similiter dicimus,& dicit Additio marginalis ad dictam legem in meo libro, hæc formalia verba. Adde quod non tantum proconsuli,idest iudex laicus, sed Ecclesiasticus de sacrilegio cognoscit, & allegat, d.cap. cum sit generale,& d. l. siquis in hoc genus cum vtrobique notatis,& meam hãc senteutiam admittit Decian.d.cap.26.nu.20. versi. contra derobantes, vbi vult utrunque iudicem procedere contra derobantes Ecclesias per tex. cum ibi notat.per scribentes in d. cap. cum sit generale, adque etiam se remittit Castr. sup. citatus in d. Auth. item nulla Communitas, & melius seruit Clar.in pract.crim.quæst.37.nu.6. versic. ulterius quæro, ubi relata opinione tenentiu, quod crimen Sacrilegii sit Ecclesiasticum, & quod propterea eius cognitio, & punitio ad solum Ecclesiasticum pertineat, tandem fir-
8 mat esse mixtum, posseque ideo tam a laico, quam ab Ecclesiastico cognosci, & puniri, & quod plus est testatur in statu Mediolani de consuetudine de eo cognoscere iudices seculares, non autem Ecclesiasticos, refertque Milleum asserentem idem seruari in Regno Franciæ seque fecisse suspendi quendam,qui abstulerat ab Ecclesia uas sacræ Eucarestiæ,memini que ego pluribus uicibus in diuersis Italiæ regionibus fuisse inquisitos, & punitos per iudices seculares eos,qui ab Ecclesiis, vel aliis locis piis furto subtraxerant res sacras,vel alias, cum,&tunc cõmittatur Sacrilegium,pro vt,& multis aliis modis, de quibus plene loquitur. Afflict.in d.constitutione multæ leges in primo not.nu. 3.& seq.versi. sed iuxta hoc vtiliter quæro,non tamen dico, quod seculares tãtum procedant,nec de hac consuetudine attestor,quia cum secundum opinionem meam, & Ecclesiastici possint procedere de iure,placet mihi credere,quod,& ipsi, nisi præueniantur a secularibus procedant, quam considerationem aduersus Clarum inueni post hæc scripta facere Prosper Farinac.lib.primo,quæstion. crim.tit. de inquisit.quæst.8.in 7.limitatione, sub num. 132.ad finem,ver.& licet econtra, vbi amplius inquit Milleum non dicere, quod solus iudex secularis procedat,sed imo.quod & Ecclesiasticus, licet subdat se condemnasse illum furem vasis sacri modo relato per Clarum,quod & Farinac.consentit,& ego pariter,quia cum sit crimen non mere Ecclesiasticum , sed mixti fori, potuit iudex secularis in illo procedere, sicut & potest Ecclesiasticus, & lætatus sum habere in hoc socium nõ leuem, satis autem mihi est, quod vterque iudex procedere possit in hoc sacrilegij crimine,& sic etiam laicus,quod vltra allegatos per Clarum volunt expresse Bald in d.l.siquis in hoc genus,num primo, versi.nota quod potest iudex,& Angel.eius frater in Authen.vt liceat matri,& auiæ,d.§.fin.nu.24.vers. & per hoc patet, Afflict.in d. cõstitutione multæ leges,in 2.not. num.6.versic.secundo noto, in princ.Decian. d. cap.26.in princ.Farinac.d. quæst.8.num. 132.versi.limita septimo,in princip. qui testatur de communi, & Roland.d.cõsi. 24.num.13.& 14.versic.quæ tamen supradicta sunt,vbi propterea tradit, quod ea,quæ dixerat superius,& de quibus nos fuimus loquuti in proximo præcedenti versiculo incipiente hinc est,videlicet de laico in Ecclesia offendẽte laicum,puniendo ab vtroq; iudice,de principali delicto, scilicet a Seculari,& de Sacrilegio ab Ecclesiastico,procedunt, quando secularis procedit de delicto principali tantum, & Ecclesiasticus de sacrilegio, secus autem quando secularis incæpisset procedere, & de offensione, & de Sacrilegio, quia cum Sacrilegium sit mixti fori, & in quo ipse secularis est ita cõpetentes,sicut Ecclesiasticus,fuisset locus præuentioni, & propterea Ecclesiasticus nõ posset procedere cõtra delinquẽtẽ in Ecclesia,& illũ punire de sacrilegio,sequitur Vulpel.sub d.nu. 29.d.ver. quod absq; ratione non dicitur in ff.

An

An autem procedat concl. nostra principa-
lis etiã si laicus in Ecclesia delinquat cõtra cle
9 ricum, maius videtur dubinm. Nam quod hoc
casu Ecclesiasticus tantum procedat, voluit gl.
in d.auth. item nulla communiras, per quã ibi
Castr. eam legendo cum l. prima numero 8. ge-
neraliter, & indistincte dixit, quod laicus de-
linquens in Ecclesiam, vel in Ecclesiasticã per-
sonam efficitur de foro Ecclesiæ, quod dictum
gloss. rationibus corroborat Guido Pap. de-
cis. 562. vtrum officialis, in princip. numero pri
mo. Contrarium tamen, quod adhuc talis deli-
cti cognitio, & punitio ad iudicem secularem
spectet, innuit tex. in d. l. si quis in hoc genus.
C. de Episcop. & Cleric. vbi siue sacerdotibus,
sine alicui loco religioso irrogetur iniuria ali-
qua, præses, & sic iudex secularis capitali sen-
tentia delinquentes puniet, & alius text. in d.
auth. item nulla communitas, eodem titul. vbi
qui illicitam impositionem posuerit aduersus
Ecclesiam, vel Ecclesiasticam personam, vel
bona Ecclesiæ, vel Ecclesiasticæ personæ ra-
puerit, vltra tripli refusionem per iudicem se-
cularem banno imperiali punitur, & hanc sen-
tentiam in indiuiduo tenuit Bald. in d. l. siquis
in hoc genus, numero primo, versic. nota, quod
potest iudex, aiens quod potest iudex secula-
ris inquirere de quolibet sacrilegio, & per hoc
vbicunque offenditur persona Ecclesiastica,
habet locum processus inquisitionis, quod in-
ferius, nu. 7. vers. item ista lex est in argumen-
tum, vult procedere etiam, quod pars remittat
iniuriam, faciẽdo cõcordiam, vel pacem, quia
non per hoc iudex secularis debet desistere, ab
inquisitione, & punitione; subditque ex hoc se
qui, quod iure in præiudicium Reipublicæ of-
fensus non potest renunciare processui inquisi
tionis, & impedire iudicem, quin procedat, &
ad sententiam veniat, quod dictum sequitur
Roland. d. consi 24. num. 11. dicens, generali-
ter, quod iudex laicus punit de delicto in cle-
ricum, vel in Ecclesiam commisso, etiam si Epi
scopus remittat faciendo pacem, uel concor-
diam cum delinquente, eandem conclnsionem
tenuerunt expresse Angel. de malefic. in d. uer-
bo, in Scalis Sancti Petronij, in princip. & Me-
noch d. consi. 100. num. 27. uersi. ad secundum
obiectum, & dicit Thessaur. decis. Pedem. 224.
baculo aliquem percutiens, num. 2. & 3. uer. au
getur tamen hæc pęna, quod cum quidam lai-
cus percussisset baculo quendam Præpositum,
seu Guardianum Monasterii Sancti Francisci
de Ciuitate Cherii in claustro ipsius Monaste-
rii, Senatus illum condẽnauit ad triremes per
quinquennium, & sententia fuit exequuta, &
licet non disputet articulum, illum tamen præ
supponit pro absoluto ad fauorem fori secula-
ris, & allegat simpliciter d. l. si quis in hoc ge-
nus, nec Senatus delinquentem condemnasset;
si cognitio, & punitio ad ipsum non spectasset,
& ego, ut uerum ingenue fatear, uidi multo-
tięs per seculares iudices procedi, & ad senten
tiam condemnatoriam deueniri contra laicos
offensores clericorum etiam in Ecclesia, abs-
que eo quod fuerint per Episcopos, vel eorũ
Vicarios impediti, & ipse etiam non semel ita
seruaui, nec vnquam ab aliquo impeditus ex
titi. Bene verum est, quod cum delictum sit
mixti fori respectu sacrilegii per laicum com-
10 missi tam ratione personæ offensæ, quam lo-
ci commissi delicti, iuxta tradita per Afflict. in
dicta constitutione, multæ leges, in primo no.
sub. nu. 3. & seq. & Ecclesiasticus iudex proce-
dere potest, & punire per ea quæ diximus sup.
versiculo hinc est, & per tex. cum ibi notat. in
d. l. siquis in hoc genus. C. de Episcop. & cleric.
vbi præcipue hoc notat Castr. nu. 4. versi. item
nota, vbi, nec expedit, qui bene loquitur, &
propterea cum vterque iudex procedere pos-
sit, quando agitur ad pœnam corporalem, eam
imponet solus iudex laicus, quia clericus non
potest imponere pœnam sanguinis; quando
vero agitur ad pęnam excommunicationis,
vel similis, solus Ecclesiasticus eam imponet,
cum eius incapax sit laicus, & si agitur de pę-
na pecuniaria, vel alia simili, vterque poterit
11 procedere, & erit in electione accusatoris, co
ram quo accuset, vel alias locus erit pręuentio
ni, ita notauit Decian. d. capitu. 26. nume. 1. in
princip. & ad medium versicu. item si aliqua ir-
rogetur iniuria Sacerdotibus, nec dissentit po
stea nu. 22. versi. item offendens clericos, dum
simpliciter vult offendentes clericos, vel Ec-
clesias, aut Ministros sacros posse per vtrun-
que iudicem puniri per notata in d. l. siquis in
hoc genus, & quod hoc casu vterq; iudex pos-
sit cognoscere, & punire delinquentem, & lo-
cus sit inter eos præuentioni, tenet Guido Pa-
pæ d. decisione 562. nu. 2. & 3. asserens ita ter-
minatum fuisse per Parlamentum Grationopo
lis in præsentia iudicis Ecclesiastici, & hunc re
fert Clar. in pract. crim. quæst. 36. nume 47. ver-
siculo quæro quid si per laicum, vbi etiam ad-
ducit Papo. dicentem ita quoque iudicatum
fuisse in parlamento Gratiano, subdit tamen
Clar. magis sibi placere, quod vterque iudex
procedat, & vterque condemnet, cum vterque
sit offensus, Ecclesiasticus scilicet quo ad pę-
nas spirituales, secularis quo ad temporales
fisco applicandas, quarum vna alteram nõ tol-
lit, secundum quod inquit se obseruasse Ama-
deus in tract. de Sindicatu nu. 179. vers. sed quæ
ro incidenter, vbi hãc partem ruetur multa pro
illa allegans, & aiens esse menti tenendũ, quia
habuit de facto Tuderti, & Asculi, in quibus lo
cis Episcopus processit contra percutientẽ cle
ricum, & ipse etiam ad pęnam fisco applican-
dam, & nuper his scriptis inueni Farinac. d. tit.
de inquisitione d. quæst. 8. nu. 153. simpliciter,
& remissiue in hoc citantem Clarum sup. rela-
tum nec aliud dicentem.

Illud autem sciendum est, quod in casibus,
12 in quibus iudex secularis procedere potest cõ
tra delinquentem in Ecclesia, non licet ipsi iu-
dici

dici talem delinquentem ab ea extrahere, sed ad Episcopum debet recurrere, qui dictum malefactorem capiat, & sibi tradat, vt post Salyc. Angel. de malefic. Augustin. de Arimin. & plures alios tradit Roland. d. consilio 24. ad finem nu. 15. & seq. quibus additur Decian. d. c. 17. sub nu. 34. in quarta limitatione io fine vers. aduertendum tamen.

EPITOME.

Quod iudex accipiens mutuo pecuniam a litigatore incidit in crimen corruptelæ, & de barataria punitur, & idem si eam gratis recipiat a fœneratoribus, vel alijs eam sub vsuris, cambijs vel interesse dare consuetis, & quid si eam sic accipiat ante motam litem, vel post sententiam latam.

SVMMARIA.

IVDEX pecuniam mutuo a litigante recipiens exilij pœna puniri debet nu. 1

Pecunia appellatione omnis vtilitas continetur. 2.

Iudex temporalis pecuniam etiam fœnebrem a suppositis eius iurisdictioni accipere prohibetur. 3.

Iudex a fœneratore gratis pecuniam mutuo recipere prohibetur. 4.

Ampliatur etiam quod non ipse, sed eius familiares de ipsius tamen consensu talia peregissent. 5.

Proceduntq; etiam ante motum iudicium, si tamen prætextu litis futuræ sequantur. 6.

Iudex lata sententia pecuniam a litigante accipiens puniri an possit. 7.

Et vtrum data præsumatur prætextu litis prætensæ nec ne. eod.

Sententia pretio & per pecuniam lata est nulla. 8.

CASVS CENTESIMVS NONAGESIMVS. QVINTVS.

1 IVDEX accipiens pecuniam mutuo ab eo, qui coram ipso litigat, incidit in crimen corruptelæ, & puniri debet pœna exilij vt est tex. in l. quisquis. C. si cert. pet. & ibi scribentes notant, & in specie Bal. in princ. dicens expresse quod in officiali pecuniam recipiente barataria præsumitur licet accipiatur ex titulo mutui, sequitur Amodeus Iustin. in tract. de Syndicat sub nu. 166. ver. item si accepit pecuniam ad finem & nu. 175. in princ. vers. in contractibus autem, & circa medium ver. & ratio quare prohibentur Officiales, idem voluit ipse Bald. in l. prima per illum tex. ff. de calumniat. in quarto not. nu. 4. vbi dici, quod si quis mutuat pecuniã Officiali, dicitur eum corrumpere quia est corruptela quædam, & idem esse inquit in alijs rebus, quia appellatione pecuniæ venit omnis vti-
2 litas, vt probat illa l. 1. §. fin. & ibi etiam notat glo. alia iura adducens in verbo pro pecunia, & Baldũ io vtroque loco sequitur Paris de Puteo in tract. de Syndicat. in verbo Barataria cap. 1. sub nu. 4. in fine vers. in Officiali, & latius & melius in verbo corruptio cap. 3. incipiente an si tempore sententiæ col. 3. nu. 1. vers. an mutuans idem post prædictos sequitur Tho. Gram. cons. crim. 35. nu. 8. ver. item committitur hoc crimẽ & post eum Port. Imolens. cons. 94. viso processu nu. 9. & hoc notandum est, quia vidi Florentiæ extraordinarie puniri quendam, qui ab inquisitis per ipsum pro contrauentione bannimentorum super Annona publicatorum mutuo receperat varias pecuniarum summas, constituendo se eorum debitorem pro quantitatibus receptis per chirographum propria manu confectum, & recte, quia ab huiusmodi mutuo abstinendum est, cum legi adeo suspectum sit,
3 vt generaliter prohibitum sit iudicibus, temporalibus tamen, & non perpetuis mutuo a suppositis iurisditioni eorum pecuniã etiam fœnebrem accipere d. l. quisquis C. si cert. pet & ibi glo. & Bal. in princ. & Amode. Iustin. de Syndicat. nu. 175. in princ. & in d. vers. ratio quare prohibẽtur officiales, Et dicit Paris de Puteo in d. verbo corruptio loco citato idẽ esse, si iudex a
4 fœneratore grati pecuniã mutuo recipiat per l. quin etiã. ff. de calumniat. quæ satis clare id probare videtur, maxime iũctis ibi notatis per glo. & Bal. quod & voluit Amod. Iustin. de Syndicat. sub d. nu. 166. ver. item si accepit pecuniã vbi ait quod hoc casu si sequatur Sentẽtia ad fauorẽ fœneratoris etiam iusta, iudex nihilominus dicitur committere baratariam, quia videtur eam dedisse ob cõmodum, & quia abstinendum est non solũ a malo, sed etiam ab omni suspicione mali, & allegat Bald. in l. venales C. quand. prouocar. non est necess. vbi num. 5. ait, quod iudex dicitur corruptus, si pecuniam mutuo gratis recipiat a fœneratore per d. l. quin etiã. ff. de calumniat. Caueat ergo iudex ne gratis mutuo accipiat pecuniam ab Hebreis litigãtibus, qui eam sub vsuris concedere solent, vel a Campsoribus, seu Bancherijs, qui eam sub cambijs, & recambijs dare consueuerunt, quia puniri posset per prædicta Imo etiam abstineat ab eisdem recipere etiam ad vsuram, vel ad cambia, & recampia, si non sit officialis perpetuus, sed ad tempus taotum per d. l. quisquis & tradita superius.

5 Et procedunt omnia prædicta nedum quando Officialis ipse recipit pecuniam mutuo, vt sup. sed etiam quando non ipse, sed eius vxor, filius, vel alius de eius familia recipit ipso consentiente, quia eodem modo tenetur, ac si ipsemet

ipsemet recepisset vt in d.l.quin etiam in fine, ff.de calumniat.& tradit Port.Imol.conf.94.supra allegato nu.10.

Et non solum habent locum pendente lite,
6 vt dictum est, sed etiam ante motum iudiciū, si prętextu talis futuræ causæ iudex, vel aliquis eius familiaris eo consentiente mutuo pecuniā accipiat a litigāte vt sup. nam adhuc locus est pęnæ prædicte ita tenet Amed.Iustin.sub d.nu.166.vers.item si accipiat pecuniā per tex.in l.1.§.hoc autem iudicium versiculo qui autem ff.de calumniat.vbi et glo.allegat in argumentū l.iurisgentium.§.sed si fraudandi causa.ff.de pact.in dubio autē ad coniecturas erit recurrēdum, ex quibus colligatur an ob futuram litē, au aliter mutuū factū fuerit, vt statim dicam.

Et idem crederem esse etiam post latam sen
7 tētiam, vbi prętextu præteritæ litis id factū diceretur, ꝓpter rationis idētitatē, & ita forsan in dubio præsumeretur, quia negari non potest quin ex hoc magna præcedentis conuentionis oriatur suspicio, a qua, (vt diximus) omnino abstinendum est, in quo tamen contrarium colligitur ex Felyn.in c.tua nos col. 1.sub.nu.5.in secunda limitatione extr.de Simoni. vbi inquit quod si pecunia data sit iudici per litigantem post latā sententiam, si pactum aliquod præcedēs non probetur, sententia non erit nulla, pro
8 vt est omnis sentētia per pecuniam lata iuxta l.venales,& ibi not per Doctor.C.quando prouocar,non est necess. Nec iudex poterit puniri de barataria sed meo iudicio non caret difficultate, quia apud bonos viros non transiret sine suspicione, & propterea hoc totum iudicis arbitrio relinquerem habita ratione summæ mutuatæ, & commodi inde percepti, & qualitatis personarum ac quantitatis tempori post finitā causam decursi.

EPITOME.

De matrimonio inter raptorem & raptam sequuto, an liberet raptorem in terris imperij a pœna iure communi, vel municipali imposita raptoribus, saltem vbi raptum prçcesserint sponsalia per verba de futuro, & quid in simplici stupro, quod minus est raptu, & an super dictis sponsalibus standum sit confessioni ipsorum viri & mulieris, vel aliter de eis sit probandum.

SUMMARIA.

Matrimonium inter raptorem & raptam de iure ciuili contrahi non potest nu.1.

Contrarium disponitur de iure canonico eod.

Ius canonicum vbi agitur de re spirituali, vbiq; locorū seruandum est 2.

Matrimonium cum rapta contractum ita demum valet si ipsa pristinæ, libertati restituta consenserit matrimonio.3.

Statutum in matrimonio per filium familias contrahēdo requirens consensum parentum, vel absque illo nubenti pœnam imponens non valet.4.

Matrimonium inter raptorem, & raptam contractum à pœna raptus liberat.5.

Quomodo procedat hoc nu.6.vbi pulchre.

Raptus pœna de iure ciuili imposita temperari debet, vbi de voluntate mulieris raptæ, ac parentum contrahitur cum raptore matrimonium.7.

Sponsalia raptum præcedētia raptorem a pœna raptus excusant.8.

Raptoris, & raptæ confessioni standum an & quando sit circa sponsalia & tractatum matrimonij ante raptum inter eos inita.9.& 10.

Matrimonia clandestina contrahi nō possunt, & si cōtracta irrita sunt.11.

Stupratoris confessio, ac etiam mulieris aßerentium matrimonium inter eos ante copulam contractum, ipsos à pœna stupri liberat.12.

Sponsalia ante stuprum contracta, matrimonio postea sequuto, ab omni pœna raptus liberāt.13.

Potißimum si adest paritas personarum, alias punitur stuprator ipsius iudicis arbitrio.14.

CASUS CENTESIMUS NONAGESIMUS SEXTUS.

LICET de iure ciuili raptor non possit contrahere matri-
1 monium cum rapta per textum in l.vnica.C.de raptu virgin. & ibi omnes scribentes notant, tamen secus est de iure canonico, secundum quod valet matrimonium contractum inter raptorem, & raptam vt in cap.fin. extra. de raptor. vbi etiam doctores tradunt, & vltra eos Cępol.cons. crimin.56.super quærela raptus nume. 8. versicu. item hoc videtur Marsil. in dicta l. vnica nume. 228.versic.nota etiam ex hac lege Boss. in practica.crimin.titu de rapt mulier.sub nume.17.& 18.post versiculum intellige tamen, Franc. Marc.decisio 2. nume. 3. in prima parte Don Ludouic.de Peguer.in suis decis.seu quæstion.crimin.cap.42.nume.1.2.Afflict.lib primo constitut. regni Rubrica 19 de raptu, & violent. moniali illata in constitutione siquis rapere quæstion.6.nume.14 Clar.dicens ita communiter teneri in §. raptus numero 7.versiculo quæro modo, & expressum est hodie verbis apertissimis per Sacrosanctum Concilium Tridentinum sessione 24.de reformatione Matrimonij capit.6.incipiente decernit Sancta Synodus, quod quidem ius canonicum seruandum

dum etiam in terris quo ad temporalem iurisdictionem suppositis imperio, cum matrimoniu sit vnum de septem sacramentis ecclesiæ,& sic agatur de re spirituali,vt voluit Marsil. Boss. et Afflict.vbi sup.et Cepol.d consilio 56.nu.19. vers.præterea posito,ac Peguer.d.c.42. sub nu. 2.vers.et quamuis et nu.5.vers.sed his non obstantibus,et dicit Boss.quod isto casu vt matrimonium legitime procedat,rapta non est reti-
3 nenda sub potestate & custodia raptoris, sed est restitueda pristinæ libertati,& nedum eius voluntas, sed & parentum concurrere debet quod vltimum etiam voluerunt Castr.in l.raptores sub nu.5.C.de Episc.& cleric.Cepol. sub d.nu.19.& videtur colligi ex verbis d. ca.fin.in vltimis verbis,de quo tamen parentū consensu curandum amplius non videtur,cum habeamus claram Concilij Tridentini dispositionem in d.c.6.de qua meminit Peguer. vbi supra nu. 2.in fine,vers.hæc tamē,vbi formaliter dicitur, quod si rapta a raptore separata,& in loco tuto,& libero cōstituta,illū in virum habere consenserit,eā raptor in vxorē habeat, adeo quod solius mulieris pristinæ libertati restitutæ volūtas sufficere videtur,& maxime quia regulariter non exigitur talis parentum consensus,& si
4 ne eo filia potest matrimonium cōtrahere,nec valer statutū aliter disponens,vel mulieri absq; illo nubenti,pœnam aliquam imponens Alex. cons.primo nu.20.vers.alia ratione lib. 3. Dec. in l.nuptias.nu.9.& 12.ff.de regul.iur. & adest Concilium Tridentinū d.sess.24.de reformat. matrim.c.1.vbi anatemate damnātur,qui falso affirmāt matrimonia a filijs familias sine cōsensu parentū contracta irrita esse, & apparentes ea rata,vel irrita facere posse;

Quod quidem matrimonium, vt supra post
5 raptum inter rapientem & raptam sequutum tantæ est efficaciæ,vt ipsum rapientem ab omni raptus pœna liberet, vt per Castr. in d.l. raptores.num.5.C. de Episc.& cleric.dicentem, quod per hoc sequens matrimonium raptor euitat pœnam legalem seu ciuilem etiā in terris imperij,quia ius canonicum potuit in hoc mitigare pœnam legalem,sicut in multis alijs corrigit ius ciuile,& ita inquit consuluisse, & quod per illud consilium ille euasit mortem in ciuitate Mantuæ, quod dictum refert Cepol. d.cons.56.sub nu.8.post versicu. item hoc videtur, & idem tenuit Augustin. de Arimin.in additione ad Angel. de malefic. in verbo, che hai dulterato la mia donna nu.57. versic.an autem per sequens matrimonium, inquiens esse notandum, quia habuit de facto, & obtinuit, non tamen meminit de Castr. & Cæpol. Clar.in d.§.Raptus nu.8. referens Gomez. attestantem se ita in facto iudicasse, Petr. Garsia a Toleto in suis decisionibus extrauagantibus decisione 96. per totam, qui ex aliorum relatione sic fuisse iudicatū dicit, & post istos Peguer.d.ca. 42.nu.3.& 4.versiculo & raptorē, & versiculo ex quibus infero, & cum his concordat Afflict.in d.constitutione siquis rapere quest.6.nu.14.& 15.ex mente quorundā aliorū doctorum,in terris autem Ecclesiæ in temporalibus subiectis,res omni caret difficultate,quia in illis seruandum est ius canonicū in eo,quod discrepat a ciuili,cui in suo territorio derogare potest,vt per Castr.in d.l.raptores.num. 5.& per Peguer.d.c.42.sub nu 5.post ver.sed hic nō obstātibus,& pulchre per Corn.cons. 80.nu.3. & 4.lib 2.& est de mente aliorū sup. relatorū, & in his propterea nō cadit disputatio nostra, sed tantum in locis imperio,vel alteri domino temporali suppositis.

Sed hoc nō placet Claro in loco citato licet
6 dicat quod quidā Cæsar Moscatus, qui puellā quā violauerat,vxorem duxit, fuit per Senatū Mediolani absolutus,& subdit audiuisse in cōtingentia facti plerunque contrariū iudicatū fuisse,& in Regno Hispaniæ quendā post contractum matrimoniū cū rapta iussu Regis fuisse decapitatum, vt refert Afflict. d.quæst.6. sub nu.15.ante finem vers.ego audiui, dicens tandem Clar.quod quicquid sit de pœna corporali,indubitanter pœna cōfi[...]tionis bonorum, quæ applicatur fisco tēporali,locū haber contra raptorē non obstante matrimonio etiā de iure canonico secundū opinionē glo.in c. cū secundū leges in verbo, certo q; casu de hæretic. in 6.quā cōiter approbatā dicit Franc. Marc. decis.2.sub nu.3.vers.verum tamē adhuc in prima parte quæ etiā ad verbū repetita legitur in 2.parte decis.462.& ratio est,quia cū bona raptoris & cōsortiū acquisita per mulierē raptā matrimonio postea contracto inter ipsam & raptorem amittantur & certo casu ad fiscum deferantur vt in d.c.cum secundum leges,quando scilicet non supersunt mulieris parētes, vel aliquis ex eis vel si supersunt,matrimonio consenserint,vt ibi declarat glo.& habetur in auth.de rapt mulierib.quæ rapt.nub.ad finem.§.sancimus,& pulchre tradit Decian.in tract.crim. li. 8.cap.6.nu.4.ver.non potuit tamen tomo secūdo licet secundum ius canonicū teneat matrimonium,pœna tamen ciuilis legis locum haber,in ijs,quæ non sunt de tēporali iurisdictione Ecclesiæ,cum.n. mulier tractet de lucro captādo,non de diminutione patrimonij sui, & pœna illa per legē sibi obueniat,videtur quod eadem lex eo, quod confert, priuare possit, quasi quod sub conditione dederit, si raptori non nubat,vt in d.glo.habetur, vbi etiam propterea dicitur,quod secus forte in alia pœna, quæ consisteret in alio,quod lex ipsa non contulit,quam opinionem videtur approbare Afflict.d.quæst.6.nu. 15.circa med. vers. reperio Salyc. Et quamuis non desint, qui hoc casu contrarium teneant, & velint pœnam hanc amissionis bonorum per raptam acquisitorum ex lege ciuili impositam iure canonico locum non habere,ne liber mulieris consensus ad matrimonium timore talis amissionis impediatur,vt per Dec in l.nuptias sub num. 12. in fine

ff.de reg.iur.& per alios adductos per Peguer. d.cap. 42.ſub nu. 2. poſt verſ.& quamuis ſuper his,tamen in puncto iuris verior videtur opinio, quod non obſtante matrimonio locum habeant in terris non Eccleſiæ, ſed imperio, vel alij domino temporali ſubiectis omnes pœnæ a ciuili lege,vel locorum ſtatutis impoſitæ contra raptores,vt ex pluribus probat con trarijs etiam reſpondendo Peguer. vbi ſupra ſub nu.5.& ſeq. vſq; ad finem verſ. ſed his non obſtantibus etſi enim matrimoniũ valet de iure canonico,non tamen ius illud excuſat raptores a pœna iure communi vel municipali impoſita in loco imperij,vel alterius Domini temporalis,in quo diſponere non potuit,nec pœnam alterare, cum non concernat matrimonium, ſed modum quo quis illud illicite aucupatus eſt, nec ius ipſum Canonicum prohibet iudicem ſecularem imponere pęnam legis ciuilis, cui non derogat, cum hoc non dicat expreſſe, licet eius pęnam moderet in terris Eccleſiæ, vnde in foro ciuili ſeruanda eſt pęna ciuilis,ex quo nullũ ob eius obſeruantiam inſurgit peccatum, vt dicit Peguer. vbi ſupra poſt Afflict. eaſdem rationes adducentem d.quæſt. 6.& refert Peguer. exemplum a Claro recitatũ loco citato,de eo, qui poſt contractum cum rapta matrimonium fuit decapitatus,quam opinionem exiſtimat in caſibus occurrentibus debere practicari, raptorem ſcilicet non obſtante matrimonio pęna a lege ciuili impoſita puniri debere in terris iuriſdictioni Eccleſię to tẽporalibus non ſuppoſitis,ad quod etiam ponderat Concilium Tridentinum d.ca.6.de refor mat.matrim.ſeſſ. 24. diſponens quod ſequuto matrimonio inter raptorem, & raptam raptor ipſe, & omnes illi conſilium fauorem, & auxilium præbentes ſint ipſo iure excomunicati,ac perpetuo infames, omniumque dignitatum incapaces, & ſi Clerici ſint, de proprio gradu decidant, & propterea teneatur raptor decenter,ac arbitrio iudicis mulierem ipſam dotare,eandem ſententiam tenuit Cępol.dict. conſilio 56.nu. 18. verſ. præterea poſito & reſpondet nu. ſeq. dicto Caſtrenſis in d.l. raptores, quod non habet illud pro firmo, ſubdit nihilominus Peguer. in fine, quod pęnam a lege ciuili impoſitam temperaret, ſeu mitiga
7 ret,quando matrimonium contraheretur non ſolum de voluntate mulieris raptæ, ſed etiam & parentum eius,quibus iniuria illata fuit per dictum Caſtr. in d.l. raptores ſub nu. 5. & Cępol.d.conſ.56.ſub nu. 19.& ſecundum hanc partem alias votaui, & iudicari vidi, mitigando pęnam raptoribus impoſitam a iure communi vel municipali, & maxime quando erat mortis naturalis & aliam mitiorem imponendo arbitrio iudicis perſonarum & facti qualitate attenta,ne matrimonium vix contractum ſtatim diſſoluatur morte viri violenta, & prouiſio iuris Canonici contra ius ciuile fruſtratoria videatur,& friuola permittendo matrimonium illico diſſoluendum,& ſunt rationes palpabiles,quas ponit Afflict.d. q.6. ſub nu. 14.& tranſcribit,eo in hoc non citato,Peguer.nu.4. verſ.ex quibus infero.

Et magis de plano prędicta procedunt quã
8 do ante raptũ præceſſiſſent ſponſalia de futuro, & tractatus matrimonij inter rapiẽtẽ & raptã, ipſaq; raptui conſenſiſſet,nã tunc matrimonio poſtea ſequuto impunibilis eſt raptus c.pen.& ibi Doct.extr.de raptor.& tradit in pũcto Caſt. in d.l.raptores nu.3.verſ.itẽ quæro an habeat locũ in ſponſa ſua per verba de futuro C.de Epiſcop.& cleric.quẽ ſequutus eſt Boſſ.d.tit. de raptu mulier.nu.17.& ſeq.verſ.intellige tamen, & idẽ ſenſit.Alex.d.conſ. pr.nu. 30.& ſeq. verſ. quod autẽ principaliter lib.3.nec videtur diſſentire Marſil. in d. l. vnica nu.90. & plur.ſeq. verſ.modo redeundo C.de rapt.virgin.quia nõ loquitur quando ſequutũ fuit matrimoniũ,optime Afflict.in ſæpe citata quæſt.6.ante nu. 14. verſ.hoc præmiſſo,& poſt cũ Peguer.d.cap.42. ſub.nu.5.verſ.neque etiã obſtat & nuuiter Decian.in tract.crim.lib.8.cap.7.nu. 10.verſ. quæ quidẽ concluſio tomo ſecundo, & ita reperio ego conſuluiſſe Corn.conſ.80. placet mihi nu. 1.cũ plur.ſeq.lib.ſecundo.

De quibus quidẽ ſpõſalibus, & tractatu ma
9 trimonij,quod ante raptũ interuenerint, ſtandũ eſt dicto ipſorum rapientis, & raptæ per d. c.pen.ibi ſi pręceſſiſſe matrimoniũ vel ex probationibus,vel ex mulieris confeſſione claruerit extr.de raptor.& per glo.in l.pen.in prin.in verba confeſſus,C.de fideiuſſor.quã ibi ſequitur Bal.ad finẽ,nu.4.aiens,quod ſi iuuenis ſolutus reperiatur cũ muliere ſoluta,& imputentur de ſtupro,ſi ambo dicant, quod ante complexus cõtraxerant inter ſe matrimoniũ ſecrete,ſtandũ eſt eorum dicto ad pęnam ſtupri euitandã & idem tenuit ſequendo eandẽ glo.in l. eam quã ſub nu.24.ver.adde tamen C.de fidei com & in l.quicunque ſub nu.27.verſ.ſed pone C.de ſeru.fugitiu.in l.prima circa princ.ver.dicit alibi glo.C.de colluſ. detegen. & in l. vnica nu. 17. verſ. quæro fuit quæſtio de facto C.de confeſſ.& in c.primo §.iniuria punitur ſub nu. 18.ad med.verſ.glo.tamen dicit in ſimili caſu de pace iuram. firmand. & ſeruanda Cępol.d. cõſ.56.nu.3.& plur.ſeq.& in tract.cautel.caut. 42. aliquando contingit per totã Afflict.in d. conſt.ſiquis rapere quæſt.5.nu.12. Alex.d. cõſ. primo nu.18.verſ.& pro hoc lib.3.& antea cõſ. 24.ſub nu.15.verſ.pro hoc facit lib.2.Angel.de malefic.in d. verbo che hai adulterato la mia donna.nu.58.verſ.pone quod quidã,& ibi etiã Auguſtin. in addition. Marſil. in d. l. vnica. C. de rapt.virgin. nu. 91. verſ. item deſponſatio, & in ſingul. 22. confeſſio offenſi poſt principiũ verſ. pro quibus facit, Boſſ. d. tit. de rapt. mulier.ad finem nu.21.& 22.verſ.an credatur raptori Vulpei.paucorum authoritate contentus Reſponſ.crim.31.aduerſus Iacobum nu.4. & Decian.itidem paucos allegans d.cap.7.ſub nu.22.

nume.22.post verf. tota ergo vis, faltem concurrentibus aliquibus indicijs Bal. in d.l. pri-
10 ma C.de collus.deteg. dicens ita demum hoc procedere si qualitas personarum, alia indicia patiuntur, alia secus, quod & tradunt Cepol.dicto conf.56.nu.11.Alex.d.conf.24. Marsil.d.fingul.22.Augustin.ad Angel.de malefic. in loco citato ad finem apostillæ, Affict. in d.quæst.5.sub dicto nu.12.& Decian.d.cap.22. post prædictum ver.tota ergo vis.vel nisi appareant signa aliqua in contrarium, vt quia sit inuenta plorans,vel similia Bald.in d.l.pen.C.de fideiussor.Cepol.d.conf.56.nu.11.Alex.d.conf. primo lib.3.Augusti.vbi supra, & Boss d.titu.de rap.mulier.sub d.nu.21.vnde merito dixit idē Bal.in d §.iniuria punitur sub d.num.18.in vsibus feudorum,quod est recurrendum ad coniecturas,& illæ sunt inspiciendæ,quia ficti matrimonij confessio non excusat a pœna, quod dictum sequuti sunt Cepol. d. conf. 56. sub nu. 11.ad finem ver.& idem vult,& in tract.cautel. caut.39.vidimus quamplures casus nu.1.verf. glo.tamen Augustin.in apostilla prædicta circa med.& propterea eleganter dixit idem Bal. in d.l.quicunque.C.de seru.fugitiu. quod Mulier super hoc est torquenda, & quamuis Augustin. in d. addit. putet hanc doctrinam esse periculosam, imo & falsam, nisi sint alia indicia in contrarium,tamen eam approbat Cepol.d.conf.56.nu.12.verf.& propterea dicit, & nu.16.ad finem verf.expositio quod confessio, ne fiat collusio legi,& delicta remaneant impunita,Nec vt idem dicit d.nu.16.in dubio est stādum tali confessioni ad euitandam pœnam cōmissi delicti, quia si hoc esset verum, aperta esset via maleficijs,& daretur occasio delinquendi, & delicta remanerent impunita quia faciliter rapiens faceret millies confiteri puellam raptam,quod prius esset contractum matrimonium, & fieret collusio, & fraus legi,& inuenta esset via, per quam raptores suam impune exercerēt auaritiam,quibus addi potest,quod confessio hæc mulieris post abductionem suspecta est & ad eam faciendam subducta præsumitur mulier vt ait Decian. d. cap.7.sub nu. 22.ad medium versic. & si prædicta vera sunt; Et quamuis hęc hodie superflua videantur quo
11 ad tractationem sponsaliorum de præsenti,seu matrimonij,quod secrete inter virum & Mulierem ante raptum contractum fuisse diceretur ad pœnam raptus euitandam cum ex dispositione Sacri Concilij Tridentini. Sess.24. de reformat.matrim.cap.pr prohibeantur huiusmodi clandestina Matrimonia, nec ipsa Matrimonia contrahi possint, nisi præcedentibus publicis denunciationibus in Ecclesia, vel saltem fine interuentu Parochi, & duorum, vel trium testium, & propterea non sit amplius quærendum,an standum sit viri & mulieris confessioni de ipso antea contracto inter eos secrete matrimonio,cum illud eo modo fieri nō potuerit,& nullū & irritū existat.Nihilominus notanda sunt respectu sponsaliorum de futuro,quæ inter ipsos præcessisse dicerentur, vt secundum prædicta standum sit, vel non standum partium assertioni, cum, vt dictum est, si postea sequatur matrimonium,tollatur omnis pœna iuris communis,vel municipali pro raptu imposita,vel saltē secundum aliā opinionē, quam tenui,minuatur,& alia mitior pro motu iudicis imponatur.

Fortius autē pręmissa locū habent in simpli-
12 ci stupro, quē a raptu differre, & minus delictū esse constat ex dictis per Peguer d.c.42.nu. 6.& 7.post verf. denique non obstat, & vltra eū per alios statim citandos, nam in ipso stupro fine difficultate iuuat confessio viri & mulieris simul repertorum de matrimonio inter eos antea contracto, vt pœnam euitent, & a stupri imputatione absoluantur, quicquid sit in raptu in quo maius est dubium ob ipsius delicti atrocitatem, vt in puncto volunt Bald. in d.l.pen.ad finem.C.de fideiussor.quem sequuntur Cępol.d. conf. 56. sub nu.10.verf. nec possunt excusari August. ad Angel. de malefic. in d additione sub nu.58.in princ. Boss. vbi supra sub d.nu.21.Peguer.d.c.42.sub nu.5.verf.& dato quod illorum iurium dispositio, & ita etiā sentiunt omnes sup.citati in verf.de quibus qui dē sponsalibus,dum super hoc ad pœnam stupri euitandam stari volunt assertioni ipsorum in cōmixtione carnali repertorū,cuius rei Peguer.cam reddit rationem,quod in stupro videtur decēs pœna imposita per iura canonica, quæ vt idem antea dixerat nu.3.verf.& raptorē, hæc est, quod qui virginē corruperit, tenetur eam in vxorem ducere, & dotare, si ea & parentes eius voluerint cum eo contrahere, alias tenetur simpliciter dotare, & si ipse eam in vxorē recipere noluerit, eandem dotabit, & corporaliter etiam punietur vt in cap.1.& 2. de adulter.& stupr.non enim tenetur præcise eā vxorē accipere, sed alternatiue ad illā ducēdam in vxorē, vel condecenter dotandam, & ita quotidie & vbiq; locorū obseruatur in practica, licet de iuris subtilitate dictorum capitulorū dispositio in terris tantum Ecclesiæ locū habeat & non in terris imperij, vt testatur Clar.post plures per ipsum relatos in §. stupri sub nu.3.verf.sed quęro quæ sit pęna stupri,vbi etiā inquit ita quandoq; per Senatum Mediolani vidisse iudicari & postquā vt paulo ante diximus,hodie non potest esse locus d.allegationi contracti antea matrimonij inter repertos simul in commixtione carnali ad pœnam stupri aufugiendā ob decreta Sacri Concilij Tridentini huiusmodi clādestina Matrimonia
13 prohibentia. Proderunt tamen prædicta respectu saltem sponsaliorum de futuro, quæ præcessisse allegarentur, nam si matrimonium postea in faciem Ecclesiæ & seruatis ex forma dicta Concilij Tridentini seruandis sequeretur, nulla vtique imponenda esset pœna, sed locus esset absolutioni per ea, quæ tra-

tradita sunt superius in ver. & magis de plano, quæ cum loquantur in raptu, multo magis procedunt in stupro vt diximus, & ita in proprijs terminis stupri tenet Afflict. in d. constit. siquis rapere quæst. 5. nu. 12. vbi ponit quæstionem de muliere nobili quæ stetit in Monasterio, & nũquam fecit professionem tacitã, vel expressam, imo semper dixit quod volebat se nuptui tradere, & fecit se cognosci carnaliter intra monasterium a quodã nobili, qui fuit a Curia captus in Monasterio, & interrogata Mulier dixit, quod permisit se cognosci in Monasterio ab illo nobili, quia is per prius promisit eam ducere in vxorẽ, nobilis ille examinatus dixit, quod dictam promissionem fecit, sed voluit mulierẽ decipere, sed postquam est captus, vult eam in vxorem, & concludit quod stante confessione ambotum non sit locus pęnæ, quia illud dicitur esse matrimonium, quia licet sit factum per verba de futuro, tamen sequuta copula carnali transit in verum matrimonium, quæ ratio & si hodie non videatur congruẽs propter memoratum Concilium Tridentinum super celebratione matrimonij, satis est, quod vbi præcesserunt sponsalia, de futuro sequens matrimonium liberat a pœna stupri, & ita ego pro absolutione in ipso stupro multoties iudicaui, & per alios iudicari vidi. & hoc nisi magna ad
14 esset disparitas personarum, & mulier esset maioris conditionis, vel respectu diuitiarum, vel nobilitati, quam vir, & alias illi non fuisset nupta, tunc enim non obstante matrimonio sequuto puniendus esset d. vir saltem arbitrio iudicis, si non vera stupri pœna, ne detur masculi occasio delinquendi, & puellas nobiles & diuites via illicita, & modo indirecto vxores habẽdi contra ipsarum puellarum, parentum, & coniunctorum liberum consensum, & quas numquam habuissent, si illas non stuprassent, & ad eorum vota donis, solicitationibus, persuasionibus, seductionibus, blanditijs, & alijs artibus malis non induxissent, est. n. huiusmodi malitijs, & fraudibus obuiandum, maxime quia multa ex illis scandala oriri possent, & ita alias pro viri condemnatione arbitraria in facti cõtingentia votaui, & nunc adduco Afflict. in d. constit. siquis. rapere quæst. 6. ad finem sub nu. 15. vbi ait, quod opinio eorũ, qui volunt, quod non obstante matrimonio inter raptorem, & raptam sequuto teneatur raptor in terris imperij pœna iuris communis vel municipalis cõtra raptores imposita, secundum ipsum seruanda esset inter nobiles, alia autem opinio pro absolutione inter populares accedente consensu parentum, quia qualitas personarum facit in multis diuersificare, & variare eiusdem casus decisionem, vt ibi per eum.

EPITOME.

De statuto quod interficiens, vel præsentans bannitum possit rebanniri facere se ipsum, vel alium bannitum de simili, aut pari, vel minori delicto, non autem maiori, quomodo intelligatur, & an comprehendat bannitum pro homicidio in pœnam capitis, occidentem, vel præsentantem bannitum ad furcas pro furtis, & de alijs ad hanc materiam pertinentibus.

SVMMARIA.

STATVTVM quod occidens bannitum possit alium bannitum pro pari, vel minori delicto eximi facere de banno, locum non habet in occidente bannitum pro simpli homicidio, qui alium pro homicidio cum veneno bannitum re banniri facere velit. nume. 1.

Veneni crimen atrocius est simplici homicidio, eo.

Bannitum pro furtis ad pœnam furcarum occidens, bãnitum pro homicidio in pœnam capitis rebanniri facere non potest stante statuto de quo sup. 2.

Contrarium tenent nonnulli. 3.

Furcarum pœna & maior, & magis ignominiosa dicitur pœna capitis. 4.

Delicti qualitas & grauitas dignoscitur ex qualitate pęna. 5.

Quomodo & quando procedat 6. & 7. circa medium.

Homicidium dicitur maius delictum furto. 7.

Statutum ad publicam vtilitatem inductum late interpretandum est. 8.

Banni causa & pœna consideranda est in statuto liberationem bannito concedente alium modo quo supra bannitum occidente vel præsentante. 9.

Bannitus capitaliter cum bonorum publicatione ob maius delictum bannitus dicitur quam sit capitaliter tantum bannitus. 10.

Confiscatio bonorum in crimine furti, etiam quod pœna sit furcarum, locum non habet, eo.

Bannitus ad pœnam mortis & confiscationis bonorum duplici banno bannitus esse dicitur. 11.

Bannitorum liberationes ad bona publicata non extenduntur 12.

CASVS CENTESIMVS NONAGESIMVS SEPTIMVS.



1 STATVTVM concedens, quod occidens, vel præsentans bannitum possit facere eximi de banno se ipsum, vel alium bannitum pro pari, vel minori delicto, non autem pro maiori, non habet locum in occidẽte, vel præsen-

præsentante bannitum pro homicidio cum armis, qui velit rebanniri facere se ipsum, vel alium bannitum pro homicidio cum veneno, quia delictum hoc eius, quia a banno eximendus est, maius dicitur delicto per bannitum occisum, vel præsentantum commisso cu grauius, & atrocius sit veneno occidere, quam gladio. l. prima. C. de malef. & mathem. per quam legem ita in puncto determinat. Alber. de Rosate de Statutis libro quarto quæst. 99. quem sequitur Dec. consilio 65. pro tenui facultate mea columna prima, versicu. & pro ista conclusione vbi etiam inquit idem voluisse eundem Alber. in d. l. prima, & attestari ita fuisse iudicatum, per quam decisionem in terminis talium statutorum scio fuisse in contingentia facti pluries resecatam nominationem bannitorum in pœnam vitæ pro homicidio ob occisionem, vel præsentationem alterius banniti itidem condemnati in pœnam vitæ ex forma iuris municipalis pro delicto minori, puta pro violentia illata cum armis mulieri illius pudicitiam tentando, vel pro vu neribus alicui priuilegiato illatis cum cicatrice in facie perpetuo duratura, vel cum debilitatione alicuius membri, aut pro aliis criminibus homicidio minoribus, pro quibus ex particularibus quorundam locorum ordinibus imposita est pœna vitæ, quia licet concurrat identitas pænæ, non concurrit paritas causæ, seu delicti, considerata per statutum etiam non habita ratione quod in homicidio adsit confiscatio bonorum, & in alio delicto non, per ea, quæ dicam inferius ad finem huius resolutionis.

Non habebit etiam locum in occidente vel
2 præsentante bannitum condemnatum in pœnam furcarum pro furtis qui velit eximi facere se ipsum, vel alium bannitum condemnatum in pænam capitis pro homicidio, quia is dicitur condemnatus pro maiori delicto licet sit condemnatus in pænam capitis tantum, & occisus, vel præsentatus in pænam furcarum, quæ maior videtur decapitatione, quia ad cognoscendum an vnum delictum sit maius altero non simpliciter inspicitur pena, sed causa & pæna simul, & pæne præponderat causa, ita in terminis statuti Lucensis latissime, & elegâter re ad partes disputata ex pluribus concludit Socin. conf. 157. præsens cõsultatio pulchre est per totum libro secundo, Et quamuis Dec. contrarium in eodem casu consuluerit d. conf. 65.
3 per totum, & cum eadem opinione transeat in cap. at si clerici num. 60. & 61. extr. de iudiciis, vbi etiam inquit secundũ dictum eius consiliũ, & contra Socinum fuisse iudicatum, tamen, vt dicunt. Addẽtes ad ipsum in vtroque loco, male consuluit, & peius secundum eius consilium iudicatum fuit, sed certe opinionẽ Decii optime confirmat Bal. conf. 426. præm ttendum est ad euidentiam libro primo, qui in eisdem terminis consulendo eandem sententiam tenet, quam etiam amplexus est Crauet. in tracta de antiquit. tempor, in quarta parte, §. videamus modo de aliquibus limitationibus sub nume. 28. circa medium ver. & aduertendum quia Socin. & Dec. consuluerunt folio mihi. 208. facie secunda & nouissime eandem sequi videtur Farinac. libro primo quæstio. criminal. tit de delictis & pœnis quæst. 18. nume. 87. vers. vnde secundum Aymonem.

Mouetur Bald. vt ab antiquorum rationibus
4 incipiamus, quia cum statutum in casu suo loquatur de extrahendo bannitum de banno simili, pari, vel minori, & pæna furcarum maior sit pæna decapitationis, licet per vtranque pænam anima separetur a corpore, cum pæna furcarum sit magis realiter, & magis ignominiosa, quia pæna decapitationis est instautanea, pęna vero furcarum habet aliquem temporis tractum, & sic etiam naturaliter, & re ipsa maior est, vtrique videtur quod occidens, vel præsentans bannitum condemnatum ad furcas pro furtis, possit extrahi facere de banno bannitum condemnatum in pænam decapitationis pro homicidio, quod inquit Bal. esse non solum secundum verba & mentem Statuti, sed etiam de rigore iuris, & per punctum rationis, eandem rationem adducit Dec. d. conf. 65. nume. 4. vers. his præmissis, in cuius casu statutum loquitur de eximendo a banno bannitum propter occisionem, vel præsentationem alterius banniti, dummodo talis, qui sit eximendus a banno, non fuerit bannitus pro delicto maiori, quam bannitus occisus, vel præsentatus, & idem repetit in d. c. at si clerici nume. 62. & sequuntur Crauet d. §. videamus modo numero 27. & Farinac d. quæst. 18. numero 85. versicu. item certum est, nec dissentit Socin. d. conf. 157. sub numero 4. versicu. nam pœna lib. secundo & optime probatur ex dictis per Bal. in l. omnes numero secũdo, vers. item facit. C. de delator. lib. 10. vbi si quis fuerit condemnatus pæna furcarum, & pæna amputationis capitis in diuersis sententiis, & non possit constare pro quo delicto prius fuerit condemnatus, in hoc dubio nõ debet suspendi, sed decapitari, quia capitis amputatio mitior est pęna quam furcarum, quod dictum expresse referunt Dec. d. conf. 65. num. 4. & Crauet. vbi sup. num. 27. Ex eo enim quod maior sit pæna infertur quod maius sit delicti
5 illud pro quo ea imponitur, quia ex maioritate pænæ maius delictum arguitur Dec. consil. 65. num. 5. vers. cum ergo, & in d. cap. at si clerici. numero 59. vers. & ideo, & vt dicit Socin. d. conf. 157. num. 5. communis & regularis theorica est, quod ex quantitate, & qualitate pænæ cognoscitur quantitas, & qualitas delicti, & tãto grauius delictum iudicatur, quãto grauior pæna imposita inuenitur, quod aliis verbis notat Farinac. d. quæst. 18. numero 83. versicu. tertia sit conclusio, inquiens, quod grauitas vel leuitas delicti cognoscitur ex qualitate pænæ illi impositæ, vt si pæna leuis sit leue reputetur delictum, si grauis, graue, si grauissima grauissimum,

fimum, Hanc tamen rationem impugnat Soci. d.conf.157.num.14.& 15. verf.secundum punctum, qui dicit nõ esse simpliciter verum, quod pœna furcarum sit maior decapitatione, quia respectu atrocitatis non est maior licet non sit tantum instantanea, quantum decapitatio, quę illo instanti maiorem afferr dolorem, vt a phisicis audiuit, & quod tantum modo dicitur maior respectu ignominia, & sic secũdum quid, & verba in statutis sunt intelligenda simpliciter & non secundum quid, & subdit nu.16.& seq. versic. tertium & vltimum, quod posito, quod maior sit pœna furcatum, quam decapitationis, non propterea sequitur quod maius delictum sit furti pro quo imponitur pæna furcarum, quam delictum homicidii, pro quo imposita est pęna decapitationis, nec valet ista con-
6 sequentia semper, imponitur maior pęna, ergo maius est delictum, nam maius est peccatum, & grauius delictum occidere matrem, quam vxorem, & tamen maior imponitur pæna occidenti vxorem, & dicit tandem, quod in dubio tantum procedit dicta regula cognoscẽdi qualitatem delictis ex qualitate pęnæ, secus autem vbi per alias rationes probetur quod delictum est maius, licet minor pęna imponatur & quod propterea non potest bannitus pro homicidio in pœnam truncationis capitis rebanniri pro-
7 pter occisionem, vel prælentationem bãniti ad furcas pro furto, quia est casus exceptus a statuto, cum homicidium lõge sit maius, & grauius crimẽ quam furtum, vt ibi probat, & antea diffuse ostendit nu 8.& plur. seq. post versiculum quibus tamen non obstantibus, & probat etiã Farinac.d.quæst.18.nume.84.vers.contra hanc conclusionem, & cum Socino in hoc conuenire videtur Crauet. loco citato numero 25. & 26. ver.ex hac declaratione, vbi ait, quod si per statutum vel cõsuetudinem imponitur aliqua magna pęna pro aliquo delicto ratione aliqua puta frequentiæ illius delicti, vel aliter, cum secũdum locorum diuersitatem delictorum eorũdem pænę varientur, non putat legem aut consuetudinem pænalem extendi ad delicta essentialiter, & re ipsa maiora, arguendo a fortiori quia cessat absurdum, modo & ipsum delictum maius impunitum, non maneat, nullum enim absurdum videtur si aliquod delictum, quod minus sit ex aliqua causa acerbius vindicetur, quam aliud crimen, quod grauius videatur, ex quo postea ad propositum nostrum infert numero 28. ibi non placere dictum Decii in locis sup.relatis, quod vbi pro furto maior pæna imponitur, quam pro homicidio, tunc furtum dicatur delictum grauius homicidio, quia cum grauitas delictorum insit ab ipsa natura, non potest lex facere, quod delictum maius, dicatur minus & econtra, nec statutum dicitur facere delictum maius, quod vere minus sit, ob impositionem maioris pœnæ, quia, vt dictum est, potuit imponere maiorem pænam ex aliqua causa, puta obuietur frequentiæ illius delicti, fatetur tamen Crauet. quod vbi cadere posset dubium probabile, an vnum delictum sit maius altero, tunc cognoscetur grauitas delicti ex qualitate pænæ, sed vbi est notorium vnum delictum esse maius altero per rerum naturam, pro vt in homicidio, & furto, non est recurrẽdum ad qualitatem pœnæ maioris, vel minoris, vt ex ea maius, vel minus censeatur delictum, & idem per omnia sequẽdo Crauet. tradit Farinac.d.quæst.18.numero 86.& 87.versi. huius contrarii timore, & versic. seq. Quinimo ipsemet Dec.d.conf.65.num.5.post versiculum cum ergo, fatetur hanc consequentiam nõ semper esse veram, quod scilicet maius dicatur delictum ex eo, quod maior pro eo imponatur pęna, pro vt etiam consensit in d.c.at si clerici, numero 62.& seq. vbi etiam inquit esse maius delictum illud, quod est magis contra naturam, saluat tamen Crauet. sub d.num.28.vers.sed aduerte, opinionem Decii & sententiam Lucæ secundum eius cõsilium latam alia ratione, quia scilicet intentio statuti videtur, quod dummodo quis interficiat, vel præsentet bannitum reũ mortis, & sic purget prouinciam homine scelerato & patibulo digno, is habeat priuilegium liberandi se ipsum, vel alium bannitum a banno, cuius delictum non sit maius delicto eius, qui fuit occisus, vel præsentatus, quasi intentio statuti fuerit quod siquis interficiat bãnitum, qui a pœna mortis defendi posset, tunc nõ possit liberare se ipsum, vel aliũ bannitũ reũ mortis, sed vbi vterque bannitus, idest & occisus, vel præsentatus, & is, de cuius liberatione agitur, mortis rei erant, satisfactum videtur intentioni statuti, & licet vnum delictum videatur maius altero, tamen ex quo in substantia eadẽ est pœna mortis, illud plus & minus, quod pænam in substantia non alterant, non habentur in consideratione, adeo quod iudex in causa illa magis videtur considerasse effectum statuti, quam verba, qui effectus idem videtur, dummodo quis eum interficiat, qui morte sit dignus, addit Crauet. quod aliud concurrit in dicto casu, quia statutum dat illud beneficium ob pu-
8 blicam vtilitatem, vt sic accendantur homines ad extirpandos bannitos, & eos occidendos, vel in manibus curiæ dandos, & ob id extendẽdum videtur, aut large interpretandum, vt etiã Dec. deducit d.conf.65.n.3.ver. & primo quod tale statutum, sed hæc Crauet. saluatio non satisfacit, quia statutum non patitur istam intelligentiam, sed vult, quod rebanniendus non fuerit bannitus & condemnatus pro maiori delicto, & loquitur limitate, dummodo talis, qui de banno eximi debeat, non fuerit bannitus pro delicto maiori quam bannitus occisus, vel præsentatus, adeo quod nullam recipere potest extensionem, sed cessat, quotiescunque eximendus a banno fuerit condemnatus pro delicto maiori, pro vt maius est homicidium, quam furtum, & propterea in dicto casu magis mihi semper placuit opinio Socini per ra-

tiones

tiones per eum adductas, & quia potissimum homicidium non erat simplex, sed qualificatũ, vti commissum in personam patrui, & aliis circunstantiis aggrauatum, vt considerat Socini. d.cons.157.nu.12. vers.postremo delictum, & pro ista opinione contra Decium vidi determinari, & non eximi a banno bannitum in pœnam decapitationis pro homicidio etiam non qualificato ob occisionem, vel præsentationẽ alterius banniti in pęnam furcarum pro furtis, Quinimo in terminis eiusdem statuti præmiũ
9 hoc liberationis concedentis præsentanti, vel occidenti bannitum, cum expressione tamẽ huiusmodi qualitatis, quod liberandus non sit in banno pro maiori delicto, vel quod sit in simili, pari, aut minori banno, vidi recurri & ad pœnam, & ad causam banni & si delictum liberandi sit grauius delicto banniti occisi, vel præsentati, etiam quod pœna sit eadem, puta vtraque furcarum, vel decapitationis, liberationẽ non admitti per decisionem Alberici de Rosate initio præsentis disputationis relatam, vt ibi dixi, cui decisioni non respondet Decius. in d. consi.65. licet eam pro contraria sententia adduxerit, nec vere respondere poterat, quia est in terminis, & multum stringit; considerabat etiam Socin.num.9.10.& 11.vers.tertio eadem conclusio, & vers.tertio ostenditur, quod cum furtum sit crimen priuatum & in eo non cadat confiscatio bonorum, etiam quod pœna esset capitalis ex statuto, vel consuetudine, homicidium autem sit publicum crimen, & iure cõmuni capitale, & ex statuto habeat confiscationem bonorum, ex solo maioritas pœnæ resulta
10 bat, quia licet vterque bannitus esset condemnatus ad mortem, tamen confiscatio bonorum facit, vt maius delictum uideatur illud in quo ea concurrit cum amissione vitæ, quam aliud, in quo cessat, vt ibi per ipsum iura & authoritates ad hoc allegantem, & quod in pœna furcarum ob furta non veniat confiscatio bonorum, cum dicta pœna procedat ex delicto priuato, & non ex publico, tenuit etiam Bal. in terminis illis d.consi.426.ante finem nume. 6. de quo non meminit Socin. cui tamen considerationi potest ad rem nostram respõderi ex dictis per ipsum Baldum in eodem cons.sub num. 5.vers. præterea illa sunt, vbi ait quod quãdo vnus est
11 condemnatus in pœnam mortis, & confiscatio nis bonorum per copulam, &, duo dicuntur esse banna, vnum in persona, alterum in bonis, quia pęna adiuncta per copulam facit duas esse sententias, vnam in personam, alteram in habere, & vtraque per se censetur notabilis.l.3. & ibi scribentes omnes.C.si pendent.appell.mors interuenerit glos. in auth. de armis.§.oportet ergo, in verbo in pecuniis, quæ inquit, quod istud est, quod dicimus in persona & ęre, & quantum ad pœnã capitis sit remissio & ab ea rebanniendus est bannitus ob homicidium in pœnã capitis propter occisionẽ, vel præsentationem banniti ad furcas pro furtis, secus autem respectu bonorum quæ non recuperat eximendus a banno, quia quo ad bona differt pœna homicidii a pœna furti, in quo non venit confiscatio bonorum, vt ibi & supra diximus abunde, & est notabile dictũ, & quotidie practicatur quia hu
12 iusmodi bannitorum liberationes regulariter non extenduntur ad bona publicata, & fisco incorporata, sed restringuntur ad alias pœnas in bãnis appositas, a quibus, vbi adsit similitudo, paritas, vel minoritas delicti iuxta prædicta fit liberatio remanentibus bonis sub condemnatione, nisi aliter ex verbis statuti, vel decreti colligatur, a quibus recedendum non est.

EPITOME.

De pluribus simul delinquentibus ex proposito, quod omnes ad pęnam pro delicto impositam teneantur insolidum nec vnus illam soluens alios liberat, licet respectu interesse partis offensæ vnius solutione cęteri liberentur, & an ijdem vno vel pluribus simul in eodem facto commissis delictis possint duplici pœna puniri, vna scilicet vt principales pro proprio facto, seu delicto, & altera vt opem dantes pro facto, seu delicto socij, de quo aliqua dantur exempla scitu digna, & quomodo ad hoc formanda sit imputatio.

SVMMARIA.

PLVRES eandem rem simul furantes omnes furti insolidum tenentur numero 1. & 34. post principium.

Malefitia tot esse dicuntur, quot sunt personæ delinquentium eod.circa finem.

Solutio vnius ex pluribus ob delictum insolidum condemnatis non liberat.2.

Pœna vnius ex delinquentibus alios non liberat 3.4.et 5. in fine. limitatur quo ad interesse partis 4. & 5. in fine.

Restitutio rei multiplicationem non recipit.5.

Plures album prætoris si corruperint, omnes insolidum tenentur & vno soluente, alij non liberantur.6.

Trabem si plures deyciant, & hominem opprimant, omnes insolidum tenentur 7.vbi ad alia infertur.

Auxiliantes, mandantes, & vnum vulnerantes, vel occidentes, si plures sint, insolidum omnes tenentur.7.

Circa finem & 8.in prin.

Hoc

Hoc autem quo ad occidentes quomodo procedat, eod.

Plures simul delinquentes tenentur omnes insolidum, & vno ipsorum pœnam soluente, alii non liberantur. 9

Duo rei debendi in delictis per plures commissis non sunt. 10.

Delicti pœna ob pluralitatem delinquentium augetur, eod. in princ.

Delicta & pœnæ tot esse censentur, quot sunt delinquẽtes eod. in fine.

Pluribus insimul delinquentibus an & quando insolidum teneantur omnes ad pœnam, & ad interesse partis. 11. 35.

Plures casu delinquentes, si ignoratur a quo commissum sit delictum, omnes insolidum tenentur sed vnica solutio liberat omnes 12.

Plures simul delinquentes tenentur de delicto commisso & de auxilio etiam inuicem præstito. 13.

Contrarium quando sumus in vno tantum delicto tenẽt aliqui 14.

Primum dictum verius, 29. 30. & 31.

Accessoria obligatio in eadem causa extinguitur per principalem. 15.

Occidens alium pluribus vulneribus eodem tempore illatis homicidii pœna solum tenetur. 16.

Plures diuersa maleficia insimul si committant, vnusquisque tenetur vt principalis, & vt auxiliator. 17. 32.

Inquisitio, vt de vtroque quis teneatur, quomodo sit formanda eod. in fine & 32. post principium vsq; ad finem & 33.

Auxilium præstans rumpenti pacem contra eum cum quo, fecit pacem vnica tantũ pœna pacis ruptę, non etiam auxilii tenetur 18.

Pacem vi sup. rumpentes ad pœnam pacis fracta simul tenentur. 19.

Auxilium præstans rumpenti pacem an teneatur ad pœnam pacis ruptæ, & ad pœnam vulneris. 20.

Auxiliator tenetur de pace rupta, sicut & principalis. 21. quomodo procedat. 23.

Parricidio dans opem extraneus eadem pœna tenetur. 22.

Auxilium delinquenti præstans an & quando puniri grauius possit ob qualitatem in principali existentem delictum aggrauantem. 24.

Contrarium in pace rupta tenent aliqui 25.

Auxilium sibi inuicem ad maleficium dantes, quando quilibet possit vt principalis puniri 26. 27.

Mandans & mandatarius tenentur de maleficio commisso. 28.

Pro vno delicto duæ pœnæ inferri possunt. 32.

Declaratur Bar. in l. qui seruo. §. si duo. ff. de furt. 34.

Etiam pro vnico tantum vulnere omnes qui ex proposito interuenerunt, tenentur. 35.

Inquisitio quomodo sit formanda quando non constat quis ex pluribus vulnerauerit. 36.

CASVS CENTESIMVS NONAGESIMVS. OCTAVVS.



1 SI plures simul rem aliquam furantur omnes vt principales insolidum ad pœnam furti tenẽtur, ita est tex. in l. vulgaris 21. §. si duo. ff. de furt. vbi dicitur, quod si duo, pluresue vnũ tignum furati sunt, quod singuli tollere non potuerunt, dicendum est omnes eos furti insolidum teneri, quamuis id vnus nec contrectare, nec tollere solus posset, quia dici non potest pro parte furtum fecisse singulos, sed totius rei vniuersos, & sic fiet singulos furti teneri, & est consimilis text. in l. si ita vulneratus. 52. §. fin. ff. ad leg. aquil. vbi dicitur quod cum plures trabem alienam furandi causa sustulerint, quã singuli ferre non possent, furti actione omnes tenentur, quamuis subtili ratione dici possit neminem eorum teneri, quia neminem verum sit eam sustulisse tenentur autem, vt dicit ibi glos. in verbo existimantur, insolidum, quia tot sunt maleficia, quot delinquentium personæ, vt in l. si plures. 34. ff. de iniur. & famos. libell. & idem probat. l. 1. C. de cõdic. furtiu. ubi dicitur quod plures eandem rem furto subtrahentes, actione furti singuli insolidum tenentur, & patet ex his quæ infra in similibus terminis dicemus de pluribus simul delinquentibus.

Nec vno ipsorum pœnam soluente alii ab ea
2 liberantur sed quisque ad illam tenetur vt dicit glo. in d. §. si duo, in verbo furti insolidum, & in d. l. prima, in verbo teneri, Cum. n. singuli deliquerint, singuli pœnam soluere debent, nec quod quis propter suum delictum soluit, aliis prodesse potest, quia in pœnis vnus soluendo,
3 alterum non liberat. l. siquis id quod. §. fi. cum l. seq. vbi etiam glo. in verbo non sufficiat. ff. de iurisdict. omn. iudic. l. item Mela. 11. §. sed si plures seruum, & ibi etiam late glos. in verbo pœna. ff. ad leg. aquil. l. sẽper. §. si in sepulchro alieno. ff. quod vi aut clam, glos. in l. prima, §. si plures in verbo pœnam. ff. de eo per quem factum erit, & in l. penult. §. hoc iudicium in verbo in singulos, & in l. fi. in verbo soluit. ff. ne quis eũ, qui in ius vocat. est vi eximat, & idem sentire videtur in l. si plures in verbo insolidum, ff. arbo. furtim cæsar. & probatur ex infra dicendis in vers. quæ cõclusio in aliis ẽt terminis procedit.

Licet respectu rei subtractæ satisfactio per
4 vnum tantum domino facta alios liberet, quia ad restitutionem non singuli insolidum, sed omnes simul insolidum vna solutione sufficiente tenentur, ad quam tamen singuli conueniri possunt ad domini electionem, ita probat tex. in d. lege prima, in secundo responso. C. de cõdict. furtiu. & ibi etiam not. glo. in verbo insolidum, & in verbo liberari glos. in d. l. semper

d. §.

d.§. si in sepulchro in verbo ab altero per illũ tex.ff. quod vi aut clam, & melius in d. l. item Mela. d. §. sed si plures seruum in verbo pœna, ff. ad leg. aquil. dum firmat quod respectu interesse partis, vel simpli aut persecutionis vnus ex pluribus insolidum obligatis soluens alios liberat, licet secus respectu pœnæ, idem tenet glo. in d. l. si quis id quod. §. fin. cum l. seq. in glo. in verbo nõ sufficiat. ff. de iurisdict. omn. iudic. & in d. l. pen. d. §. hoc iudicium in verbo in singulos. ff. ne quis eum qui in ius vocat. est vi eximat, & in d. l. si plures. ff. arbor. furtim cæsar. in verbo insolidum, dum vult plures simul delinquentes in eadem re insolidum teneri dũtaxat quo ad pœnam, pulchre Anton. Gomez. tomo 3. variar. resolut. de delict. ca. primo, sub numero 88. vers. item principaliter quæro Cæpol. cõsil. crim. 14. numero 14. versic. & licet plures in fine Ias. in §. pœnales, num. 21. post versic. in eadem glo. instit. de action. Natt. consf. 79. num. 9. lib. primo, & belle Florian. in d. l. item Mela. d. §. sed si plures in secundo notab. sub numero 4. post versiculum ex quo collige, Angel. in tract. de malefic. in verbo & Andream Marci lanificẽ auxiliatorem sub num. 12. versic. si vero est tale delictum, & in interesse, quod quando plures ad illud tenentur, vnius solutio alios liberet, cum nihil actoris intersit magis ab vno, quam ab altero habere, nec amplius eius nõ intersit, cum rem habeat, vel quod sua interest, nec restitutio rei recipiat multiplicationem, est text.
5 in d. l. prima, d. §. si plures. ff. de eo per quẽ fact. erit, & ibi etiam tradit glo. in verbo pœnam, & ita quæstionem hanc in terminis furti decidũt Gandin. in tracta. de malefic. in rubrica de pœnis reorum numero 31. versiculo pone quod plures homines, Boss. in pract. crim. titu. de pœnis sub nume. primo, Florian. in d. l item Mela d. §. sed si plures sub numero primo, versic. nota ergo ex ista litera, & sub numero 4. versic. secus in restitutione, Boer. decisione. 310 num. 6. 7. & 8. versiculo quid dicendum & vers. sequentibus; & Thessaur. decis. pedem. 254. num. 1. 3. & 4. concludentes, quod si plures simul rem aliquam furati sint, omnes vt principales insolidum tenentur ad pœnam, quam non sufficit vnum ipsorum luere, vel soluere, vt alii liberentur, sed omnes eam subire debere, licet respectu restitutionis rei furatæ, seu damni, & interesse furtum palli unica tantum sufficiat satisfactio, & pro inde vno ex eis soluente cæteri liberentur.

Quæ conclusio in aliis etiam terminis procedit, vt iura superius allegata demonstrant,
6 Nam si plures corruperint album prætoris, vel corrumpi mandauerint, omnes insolidum tenentur, nec uno pœnam soluente alii liberantur, d. l. si quis id quod. §. fin. cum l. seq. ff. de iurisdictione omn. iudic. quod in pluribus uocatum in ius vi eximentibus cautum esse constat. d. l. pen. §. hoc iudicium & l. fin. & utrobique glo. ff. ne quis eũ qui in ius vocat. est vi eximat, & in pluribus trabem deiicientibus & hominem opprimentibus d. l. item Mela. §. si plures trabem. ff. ad leg. aquil. & l. prima, §. fin. cum l. seq. ff. de his qui deiecer. vel effuder. & utrobique glo. & scribentes, & in pluribus alienam arborem furtim cedentibus d. l. plures, & ibi glo. & Doct. ff. arbor. furtim cæsar. & in pluribus mãdantibus vel auxiliantibus. l. si plurium seruus, & ibi scribentes. ff. de noxal. action. Angel. de malefic. in d. verbo, & Andream Marci lanificem auxiliatorem numero 15. versicu. quid autem, & numero 17. versic. & aduertas, post Bar. in l. prima, in princ. numero quinto, ff. si famil. furt. feciss. dicat. & in pluribus in sepulchro alieno terram congerentibus. d. l. semper. §. si in sepulchro. ff. quod vi aut clam, Et in pluribus aliquem verberantibus, vel iniuriantibus. d. l. si plures. ff. de iniur. & in pluribus vnum vulne-
8 rantibus Gandin. in d. Rubrica de pœnis reorum numero 31. versiculo pone quod plures homines, Boer. d. decis. 310 numero 8. versicu. sed Albertus de Gãdino, & probat tex. in d. l. si plurium seruus. ff. de noxal. action. & notat etiam Florian. in l. scientiam. §. si cum stramenta in finalibus verbis. ff. ad leg. aquil. in quo tamen videnda sunt inferius dicenda ver. Notandum tamen est, Et in pluribus vnum occidentibus d. l. item Mela. §. sed si plures seruum & ibi glo. & doct. ff. d. ad leg. aquil. Gandin. vbi sup. & tit. de homicidiar. & eorum pęnis num. 12. & 13. vers. pone quæstionem, & Boer. cum sequens d. vers. sed. Albertus de Gandino, quod qualiter intelligatur, quomodo procedat, colligitur ex late congestis per Clar. in §. homicidium nume. 37. & pluribus sequent. versi. alia etiam est defensio, per Petr. a Plaza in Epitome delictor. libro primo, c. 12. per totum, per Anto. Gomez tomo 3. variar. resolut. de delictis cap. tertio. titu. de homicid. numero 36. vers. item quarto principaliter quæro. per Menoch. de arbitr. iudic. lib. secundo cent. quarta casu. 362. per totum, per Thessaur. decisione pedem. 31. in tota, & per antiquos, & modernos addentes ad Alex. consil. 15. libro primo, in pluribus locis, per Angel. in tract. de malefic. in verbo, & Andream Marci lanificem auxiliatorem numero 19. & seq. vers. si vero plures delinquentes, & ibi etiam August. in addition: num. 22. & seq. per Boss. in pract. crim. tit. de homicid. num. 20. & quampluribus seq. versicu. dixi teneri, & per Florian in l. item Mela. §. sed si plures num. 5. vers. in glo. ibi quid si vnus. ff. ad leg. Aquil. Gand in. de malefic. tit. de pœnis reorum num. 31. & latius d. tit. de homicidiar. & eorum pœnis num. 12. & 13. & nos aliqua diximus supra casu. 192.

Et generaliter in pluribus quodcũque aliud
9 delictum publicum, vel priuatum committentibus Boer. d. decisione 310. nu. 4. versiculo vnde si nos loquimur, & latius num. 6. & seq. uers. quid dicendum. Clar. in pract. crim. quæst. 84. nu. 7. vers. vltimo quęro, Hieronim. de Laurent. decisione Auenion. 112. num. 1. 3. & 4. loquens in

in pluribus contrauenientibus Bullæ Pontifi-
ciç punienti contrahentem cum minoribus in
decem pro quolibet cẽtenario ſummæ.de qua
contraheretur. Capol conſ. crim.41. num. 14.
verſ.& licet plures fuerint.& numero 28. verſ.
non obſtat ſecundo loquens in pluribus exi-
mentibus e manu familiæ Curiæ captum pro
debito priuato,Gomez.tom.3.variar. reſolut.
de Delictis cap.primo,nume 88.verſ.item prin
cipaliter quæro.vbi eam reddit rationẽ, quod
ſicut vnuſquiſque principaliter,& de per ſe de
liquit,ita teneri,debet,nec pæna ab vno ſoluta
liberat alios,quia in qualibet perſona cẽſetur
proprium delictum principaliter, & de per ſe,
ob idque ſolutio facta ab vno , aliis, prodeſſe
non poteſt , quia videtur a ſoluẽnte facta pro
ſuo proprio & diſtincto delicto Iaſ.in §.pœna-
les numero 21.verſ.in ead glo.& latius remiſſi-
ue,num.26.verſ.vltra tamen inſt.de action.Iu-
uenal.a coſt.i ſorti in § ex huiuſmodi in fine in
ſtit.de duob.reis,aiens propterea,quod in de-
lictis non dicuntur plures rei debendi , qui ſi-
10 mul idem delictum commiſerũt. cum vnius ſolu
io alios nõ liberet, Floria.in d.§.item ſi plures
in 2.not.num.3 & 4.dicens, quod in pæna , ad
quam plures tenentur vno eorum pariter, uel
diſpariter delinquentium ſoluente, alter non
liberatur & quod ideo in delictis non ſunt pro
prie duo rei ſecundum naturam reorum, quia
unius eorum ſolutio liberat alium,Bart. in d.l.
ſi plures in primo notab.ff.arbor.fur.cæſar. in-
quiens,quod ex pluralitate delinquentium,pę
na delicti multiplicatur,ut etiam dicit Gãdin.
d.tit.de homicidiar.& eorum pænis ſub num.
13.in fine poſt uerſiculum item quia ratio pu-
blica,Boſſ.in practic.crim.tit.de pænis in prin-
cip.Roman.in l.prima. §. ſi plures , quem legit
cum § quod nouiſſime numero quarto,ff.de pu
blican. & vectigal. dicens quod tot cenſentur
delicta, & tot pænæ , quot fuerunt delinquen-
tes.& in l.ex hoc edicto ſub numero primo , ff.
de eo per quem factum erit, vbi latius inſiſtit,
Alberic.de Roſate libro ſecundo,Statut.quęſt.
32.num.6.dicens,quod ſi plures ſunt delinquẽ
tes , plura ſunt delicta & tot ſunt pænæ , quot
ſunt perſonæ,nec vt idem poſtea dicit eod.lib.
quæſt.171.numero 5.in prin.& num.6. poſt me
dium,ſolutio vnius liberat alios , ſed quilibet
delinquentium tenetur ad integram pœnam
Angel.in d.verbo.& Andream Marci lanificem
auxiliatorem numero 11.& ſeq. verſ. quæro an.
Caio principali conuento Natt. aſſerens eſſe
communem regulam conſ.79.numero decimo
libro primo & hoc vltra cõdemnationem, quę
in caſibus prædictis cadere poſſet circa rem ,
ſeu damnum,vel intereſſe partis læſæ, ad quod
itidem omnes inſolidum tenentur.licet per ſo
lutionem vnius alii liberentur per ea , quæ ſu-
pra notauimus in uerſicu.licet reſpectu rei ſub
tractæ.

Intellige tamẽ ſemper præmiſſa procedere,
11 quando plures ſimul delinquentes æqualiter
delinquunt, & vnanimiter, data opera, & ex
propoſito,delictum vnum committunt , tunc
enim omnes vt principales inſolidum ad pœ-
nam tenentur , & ad rem,ſeu damnum,vel in-
tereſſe partis,nec ſolutio per vnum facta alios
liberat a pæna,ſed tantum a re,ſeu damno , vel
intereſſe partis,vt ex iuribus & authoritatibus
ſupra citatis apparet.ſecus autem quando inæ-
qualiter delinquunt,& non conſulto, ſed caſu,
& accidentaliter delicto interueniunt, quia
tunc vnuſquiſque tenetur de eo ſolum , quod
ipſe fecit,non autem de eo,quod alii fecerunt,
nec reſpectu pænæ , nec reſpectu intereſſe par-
tis,quia inſpiciendum eſt factum ſingulorum,
& quilibet de ſuo tantum tenetur , non etiam
de alieno , ita copioſe & notabiliter decidit
Boſſ.d.tit.de pœnis numero ſecundo,& ſeq.ver
ſic. ſed quid ſi plures currunt tumultuario mo-
do,vbi iura & authoritates allegat,quibus ad-
do Boer.d. deciſ. 310. ſub numero 4. antę me-
dium,verſ.hoc intelligitur verum , ita expreſſe
firmauit Bar.in l.ſi in rixa num.9.verſ.quando-
que plures delinquentes. ff. ad leg. Cornel. de
Sycar.quem ſequutus eſt Angel.de maleſi. in d.
verbo,& Andream Marci lanificem auxiliato-
rem nume.12.verſ.& aduerte qualiter punian-
tur,& confirmatur ex his,quæ late poſui ſup.ca
ſu 192.verſ.Procedit autem dicta Concl.vbi vi
deri poſſunt. nec hic repetenda erant. Et hoc
niſi factum vnius non poſſit diſcerni a facto al-
terius,quia tunc quilibet teneretur inſolidum
12 ſed vnius ſolutio omnes alios liberat vt per
Boſſ.vbi ſup.ſub num.2.in fine,& num.3.vbi ad
ducit Alex.conſ.103.col.2.ſub nu.ſecundo verſ.
& plus dicit Innoc.libro primo,quod ante eos
forte ſenſiſſe videtur Bald.in d.l.adeo,numero
4.ff.de iuriſdict.omn.iudic.& aperte dixit Flo-
rian.in d.l.item Mela.§. ſed ſi plures ſub nume.
1.ver.nota ergo.ff.ad leg.Aquil.& ita quotidie
obſeruatur , quando caſus non eſt præmedita-
tus,& neſcitur a quo ex pluribus in eo interue
niẽtibus delictum commiſſum fuerit, quia om
nes inſolidum, ad pœnam pecuniariam , & ad
damna partis inſolidum, vnica tamen ſolutio-
ne ſufficiente condemnantur.

Et aduertas circa præmiſſa , quod licet plu-
res ſimul delinquentes videantur ſe adinuicem
13 auxiliari, & propterea videantur ſinguli tene-
ri & de delicto commiſſo , & de auxilio inui-
cem præſtito per tex.in l.qui ſeruo.36.§.ſi duo.
ff.de furtis,tamen quando plures committunt
vnum maleficium ſolum,vt vnum homicidium,
vel furtum unum , ut omnes ſimul ſubtrahen-
14 do trabem uel tignum,uel ſimile delictum cõ-
mittendo, tunc quilibet tenetur ut principa-
lis,ut in d.l. uulgaris. §. ſi duo.ff. de furtis & in
d.lege,ſi ita uulneratus.§.fin. ff. ad leg. Aquil.
non etiam de auxilio , quia ex quo tenetur ut
principalis,non poteſt teneri acceſſorie pro ut
tenetur opem præſtans ſecundum declaratio-
nem Bartoli in d.l.qui ſeruo.§.itẽ placuit, quia
15 acceſſoria obligatio non poteſt in eadem cau-
ſa

sa concurrere cum principali, sed extinguitur per ipsam principalem, l. generaliter, ff. de fideiussor. per quæ iura ita tradit Barto. in dicto §. si duo in princip. subdens, quod si quis diceret in proposito casu duo esse facta, & homicidium, & auxilium, & ideo de ambobus pœnam statuendam, responderi potest, quod omnia ista tendunt ad vnum effectum, & vna tan-
16 tum pœna puniuntur per l. illud, §. fin. ff. ad legem Aquil. vbi occidens vnum eodem tempore pluribus illatis vulneribus, vna tantum homicidij pœna tenetur, non etiam vulnerum, secus autem inquit Bar. in eodem §. si duo, quando plures insimul committunt maleficia diuersa, puta furantur diuersas res, vel vnus facit
17 vnum vulnus in capite, & alius in brachio, nã tunc quilibet potest teneri vt principalis de furto, vel vulnere suo, & vt opem præstans furto, vel vulneri alterius per illum textum, vbi est casus expressus in furto duorum seruorum, vel diuersarum rerum a pluribus commisso, vt quilibet teneatur non solum respectu proprij facti, sed etiã auxilij alteri præstiti, quasi quod alter alterius nomine opem tulerit, & hoc vltimo casu subijcit Barto. numero secundo, modum formandæ accusationis, vel inquisitionis, vt hęc condemnatio sequi possit contra quemlibet vt principalem, & vt opem præstantem, ne erretur in practica.

Et hanc Bartoli distinctionem in primo capi
18 te de vno tantum delicto a pluribus commisso, sequutus fuit Corn. consilio septimo, incip. circa primum dubium, in primo, & secundo dubiis, lib. 3. per quam præcipue concludit in casu suo, quod si plures inimici vnius partis fecerint pacem cum pluri b. inimicis alterius partis adiecta pęna cẽtum violantib. & Statutum loci mandet præstantem auxilium puniri in medietate pęnæ eius, in qua punitur principalis delinquens, & Titius vnus ex dictis inimicis cum auxilio Seii etiam de dictis inimicis pacem cõtrahẽtibus vulnerauit Sempronium, cum quo facta est pax, quæ ex tali vulnere rupta fuit, Seius, qui propter dictum auxilium rupit pacem, & tenetur vt rumpens pacem principaliter, ex quo tenetur nõ ex sua ope, sed propter vulnus a Titio illatum mediante auxilio suo, non potest teneri accessorie, vt præstans opem Titio, & quod ideo non debet puniri duplici pęna in centum scilicet ex conuentione pacis ruptæ, & in quinquaginta pro medietate secundum statutum, sed in centum tantum, & sic vna tantum pœna fractæ pacis, quæ vna tantum fuit, & vna tantum eius fractura, licet quoad pęnam vulneris aliud sit, & pro eo teneatur Seius in medietate pęnæ, quæ Titio percutienti infertur, quam decisionem Cornei sequi videtur Carer. in pract. crim. §. circa tertium, numero 31. versicu. item an teneatur auxiliator folio mihi. 136. & latius Petrin. Bellus in tract. de re militar. parte 10. tit. 2. numero 118. & seq. vers. tractat Corn. ad cuius consilium simpliciter etiam se remittit Petr. Foller. in pract. crim. in quarta parte principali in verbo pęnis debitis feriantur nu. 71. versic. quid si aliquis pręstitit auxilium, intelligendo tamen ne erres, quod non teneantur Titius, & Seius in integra pęna
19 centum pacis ruptæ pro quolibet, sed solum ad centum ambo simul, vt apertis verbis postea subiicit Corn. ad finem quarti dubii sub n. 7. versicu. esset tamen hic dubitandum, ad quæ possent insolidum condemnari, cum ambo vt principales teneãtur, sed vnica solutio pro omnibus sufficeret per notata per ipsum in dictis primo, & secundo dubiis, & seruiunt dicta superius casu. 102. in pluribus locis.

Si tamen iste Seius non esset de compræhen-
20 sis in pace, & auxilium Titio in ea compræhẽso, & vulneranti compræhensum, & sic eam rumpenti præstitisset, dubium non esset, quod teneretur vigore dicti statuti non solum in medietate pęnæ vulneris, sed etiam in medietate pęnæ pacis ruptæ, quia sustinere deberet pro medietate omnes pęnas, ad quas principalis tenetur, adeo quod iste auxiliator deberet puniri duplici pęna, vulneris scilicet, & pacis ruptæ, sicut, & principalis de vtroque tenetur, vt ex multis resoluit Corn. d. consi. 7. in 3. dubio numero 3. & 4. versicu. deuenio ad Ioannem, ad quem, vt dixi, se simpliciter remittit Foller. vbi sup. formans quæstionem, an præstans auxilium offendenti aliquem, cui offendens præstiterat cautionem sub pæna de illum non offendendo, puniatur pæna iuris pro auxilio, & vltra pęna pecuniaria pacis ruptæ, & Corn. sequi videtur Carer. loco citato, idem etiam te-
21 nere videtur Iulius Ferret. in tract. de re, & disciplin. militar. tit. de feriis, seu induciis militar. treuga, & pace sub numero 62. versicu. pacta, & capitula, aiens quod ruptura pacis extenditur ad dantẽ auxilium, & fauorem, quia qualitas existens in maleficio, & persona committentis aggrauat ipsum maleficium in personam auxiliantis per l. vtrum, ff. ad leg. Pomp. de parric. & optime seruit Marsil. in pract. crim. §. constante nu. 67. versicu. item scias vlterius, & nu. 76. versi. item scias quod auxiliator, dicens ubique, quod præstans opem tenetur de pace rupta, sicut principalis, quod antea sentire visus fuit Alex. ad Bart. in l. is qui opem. 34. ff. de furt. in additione magna ante finem, versicu. an præstans opem teneatur pæna pacis ruptæ, pro vt illum allegant Carer. & Marsil. licet Alex. hoc non dicat, sed tantum afferat videndos esse Ioan. Andr. ad Specul. tit. de treug. & pace in additione finali incipiente conuertitur casus, quæ est sub verbo pottauetat litera F. & Imol. in l. si stipulatus fuero. ex t. ff. de verb. oblig. qui hoc asserunt, & maxime Ioan. Andr. ea ratione, quod extraneus dans opem parri-
22 cidio, tenetur pæna parricidii, qua agens tenetur, & quia fuerunt in culpa, & voluerunt delinquere, & dederunt operam rei illicitæ, & malum animum habuerunt, vnde teneri de-

bent de facto sociorum, & refert ita tenuisse
Hugo.de fin. cuius Ioannis Andreæ dictum his
scriptis reperi sequutum fuisse Octauian. Vul-
pel. in tract. de pace indut. & promiss. de non
offend.quæst. 42.nume. 1.& seq.sed Io.de Imo-
la in d.l.si stipulatus fuero sub nu.2.versicu.fa-
cit etiam tex.iste, refert, & ipse Ioannem An-
dr. vbi sup. dicentem, quod omnis associans
rumpentem pacem licet non sit inclusus in pa-
ce, punietur pęna pacis ruptæ; verum tamen
23 hoc procedere intelligit ipse in pęna statuta-
ria, quia statutum puniat rumpentem pacem
certa pęna, non autem in pæna conuentiona-
li, in qua non videt quomodo non promit-
tens illam, possit conueniri, licet principalis,
quem associauit, conueniri possit, & secun-
dum hanc intelligentiam Imolæ arbitror ego
procedere decisionem Cornei sup.relatam, li-
cet ipse non videatur ita loqui,& Petr. Foller.
Marsil. & Carer. non aduertant, & loquantur
simpliciter, vt sup.retuli,& ita post hæc scripta
inueni ante me tenuisse Franc. Herculan. in
tract.de caut.de non offend.capitu. 26. sub nu.
4.post versic. vnde notandum, vbi quod opem
ferens, vel assistens rumpenti pacem, non te-
netur pęna pacis fractæ, licet contrarium scri-
bat Corn.& post eum Foller. in locis sup. cita-
tis, nisi intelligamus de pæna iuris cōmunis,
vel statuti, non autem de conuentionali, & ita
etiam tenuit Vulpel.dict. quæstion. 42. in fine,
ubi post relatam dictam opinionem Ioan. An-
dreæ, dicit eam esse intelligendam de pęna le-
gali, vel statutaria, non autem de conuentio-
nali, nihil tamen allegat quod vrgeat, nec fa-
cit mentionem de Corneo, & aliis cum eo te-
nentibus, & non parum miror, quod nullus me
minerit de hoc dicto Imolæ, secundum quod
infinitis vicibus practicaui, nec vnquam uidi
prætendi, quod non inclusus in pace, qui da-
ret opem incluso eam rumpenti, teneatur pę-
na conuentionali in pace contenta, sed tātum
vidi talem auxiliatorem condemnari pæna a
iure communi, vel statuto imposita præstanti
auxilium delinquenti, habita etiam ratione
pęnæ maioris quæ ipsi delinquenti principa-
li ob talem pacis rupturam imponeretur, vt
sic hæc qualitas existens in principali, & eius
delictum aggrauans vel aliud delictum indu-
cens, attendatur in dante illi opem, & faciat vt
in plus teneatur, quam si ab alio non incluso in
pace, cui auxilium dedisset, delictum fuisset cō
missum, vt voluit Corn. d. consi. 7. sub eodem.
3.dub.ad finem numero 5.versicu. sed vltra du-
bia de quibus in puncto, qui tamē videtur sen-
tire quod ad hoc requiratur, quod constet de
scientia dantis auxilium quod in principali ad
esset dicta qualitas augens, vel alterans deli-
24 ctum; alias si sit ignorans non teneatur prop-
ter illam, sed solum simpliciter tali qualitate
non considerata secundum dictum Angeli in l.
1. C. de nilij ageribus non rumpend. columna
prima, versiculo videte domini, qui dicit, quod
ad hoc, vt præstans opem puniatur propter ali
quam qualitatem, quam habet principalis de-
linquens, requiritur quod faciens sciret illam
qualitatem, vel scire deberet, puta quia com-
munis erat opinio, quod ille erat nobilis, nam
si hoc ignorabatur communiter, deberet puni
ri tanquam plebeius.& non pęna nobilium, &
subdit, quod cum istam quæstionem haberet
de facto, ita fuit iudicatum in persona cuius-
dam, qui fauit bannito ad maleficium perpe-
trandum, cuius pęna est capitis in Perusio, &
ab illa pęna liberatus fuit fauens, quia non
fuit articulatum neque deductum, quod fauēs
sciuerit, uel scire debuerit principalem esse bā
nitum, & credit recte fuisse iudicatum, & re-
præhendit Bart. aliter dicentem in sua distin-
ctione posita in l.is qui opem, ff. de furt. & di-
cit Corn. quod licet de rigore iuris hoc dictum
Angeli non transeat sine difficultate, tamē cre
deret in practica esse seruandum propter au-
thoritatem Angeli, maxime cum negari non
possit casum esse dubium, & in dubiis melius
sit absoluere, quam condemnare, de qua re vi-
denda sunt dicta per me Casu LVI. vbi late de
hac materia tractaui, & hic tantum contentus
ero dicere, quod contra Angel. tenet Ioan.
25 Andr. in præallegata additione volens, in di-
cto casu ruptæ pacis auxiliatorem de ea tene-
ri, etiam si ignorasset adfuisse pacem, quæ fran
gi potuisset. quem locum non vidit Corn.& cō-
tra Angel. tenet etiam Carer. in practic. crim.§.
circa tertium, nu. 20. versi. limitat tamen folio
136. vbi alios cū ipso tenentes refert, licet Vul
pel.d. quæst. 42. sub nu. 3. videatur in hoc dis-
sentire a Ioan. Andrea.
Eandem Bartoli distinctionem in d. primo
26 capite vnius delicti (vt vnde digressi aliquan-
tulum sumus, reuertamur) sequutus est Bald. in
l.adeo, in fine, sub numero quarto, ff. de iurisd.
omn. iudicum, & latius Angel. de Perus. in eo-
dem.§.si duo, num. 2. versi. est ergo, vbi forma-
liter ait, quod quāuis ibi sit casus in terminis,
quod duo simul delinquentes sibi inuicem, &
vicissim præstare possint auxilium & fauorem,
& sic quilibet eorum puniatur, vt principalis,
27 & etiam vt opem ferens, hoc tamen est verum,
quando in quolibet prædictorum sint malefi-
cia distincta, & separata, secus autem si per om
nes esset commissum vnum delictum numero,
puta vnum furtum, vel homicidium, quia tunc
cum quilibet puniatur, vt principalis, impos-
sibile est de eodem, vt accessorium puniri, quia
principalitas, & accessio respectu eiusdem in-
diuidui non cadunt in eodem. Ad idem facit,
quod cum mandans, & mandatarius teneantur
28 de maleficio commisso, l. si quis id quod, §. fi. ff.
de iurisdict. omnium iudicum, l. non ideo mi-
nus. C. de accusatio.& l. 3. ff. ad legem Iul. de vi
priuat. faciens scilicet immediate, & fieri fa-
ciens propter mandatum Bar. in l. non solum §.
si mandato meo, nu. 9.& seq. & in l. sed si vnius
permissu, §. seruus meus, n. 5. vers. mihi videtur,
ff. de

ff. de iniuriis, nec solutio pœnæ vnius alterum liberat l. adeo quidem, ff. de iurisdict. omn. iudic. & ibi etiam glos. nam vt dicit Bart. in dict. §. seruus meus sub num. 5. versi. secundo modo quo ad hoc non est idem delictum numero, sed sunt duo delicta, & duæ obligationes, tot scilicet quot personæ delinquentium, si mãdo alicui vt immediate occidat Titium, & ipse me præsente exequitur mandatum, non possum teneri de mandato, & de ope, quia licet de vtroque videar teneri, quia mando, & quia præsto opem assistendo, tamen quia inquantum mandator, teneor vt principalis, & opem ferens non intelligitur esse principalis, quia gratia alterius interuenit, ex vno, & eodem facto numero non possum teneri contrariis modis. argumento d. l. generaliter, ff. de fideiussoribus. quod, & sequi videtur Bal. in d. l. adeo ad finem nume. 4. vbi si actus vniuscuiusque mandantis scilicet, & mandatarii non potest per se discerni, mandans non tenetur de mandato, & de facto.

Sed contra primum hoc dictum Bart. tenet Angel. de Perus. in l. reos, sub n. primo versic. in textu ibi vice mutua, ff. de duob. reis, inquiens ibi probari quod vnus, & idem actus propter diuersos effectus obligat vnum vt principalem & vt accessorem, & quod est vtile scire ad hoc, quod propter vnum, & eundem actum percussionis potest obligari percussor vt principalis, & etiam vt opem ferens percussioni consocii, licet Bart. in l. qui seruo §. fin. ff. de furt. dicat contrarium, & non bene, & Angel. sequi videtur ibidem Io. de Imol. ante nume. 1. versic. nota textum ibi, vice mutua. qui tamen postea se remittit ad alibi notata, sed clarius sequutus est Angelum in eodem loco Castr. nu. 3. versicu. item inducit Angel. aiens quod quis potest teneri tanquam fur, & tanquam præstans opem in eodem furto, quando duo furati sunt, quia quilibet est principalis, & quilibet præstat opẽ alteri, nec est inconueniens, quod pro eodem furto teneatur vt principalis, & vt accessorius, & quod ideo quotidie practicatur, quando formatur inquisitio contra plures simul delinquentes, quod iudices in ea ponunt, quod alter alteri præstitit auxilium, & fauorem, quæ verba aggrauant inquisitionem, cum quilibet inquiratur de duplici maleficio, scilicet de suo, & de eo, quod facit socius in præstando illi auxilium, & hoc latius comprobat ibidem Ronchegal. nume. 12. versicu. nunc aggredior alterum dictum.

Idem in propriis terminis homicidii, in quibus loquitur Bart. tenet August. de Arimin. in addit. ad Angel. de malefic. in verbo dicto maleficio semper astitit ante num. 3. vbi quod non discrepat ab Angelo Aretino ibi, inquantum dixit, quod possibile est, quod in vno homicidio, quis teneatur tanquam principalis, & etiã tanquam opem præstans, & aperte hoc tradit Bald. in d. l. non ideo minus, nume. 25. versi. sed iuxta hoc venit quæstio, vbi ait quod in Ci-

30 uitate Perusii fuit hæc ardua quæstio, quia quidam occidit aliquem, & fuit secum eius famulus, qui est forensis, & intulerunt ei duo vulnera, ita quod mortuus est, querebatur an teneretur Dominus tanquam principalis tantum, vel etiam tanquam præstans auxilium, & fauorem, ex quo si teneatur vt principalis tantum, non perderet vitam propter Statutum; si vero teneatur de auxilio, & fauore, amitteret personam, & dicit Bald. quod finaliter fuit determinatum, quod cum vnum vulnus fuerit illatum a Domino, alterum a famulo, ratione sui vulneris tenetur Dominus vt principalis, & ratione vulneris famuli, vt dans opem, quia duplici via tenetur, & ratione diuersorum vulnerum, & si diceretur quod ex istis vulneribus non sequitur nisi vnus effectus scilicet morris, & quod ideo debent dicta duo vulnera vt vnũ reputari, respondet Bald. quod istud est verum, quando illa duo vulnera essent illata ab eadem persona, sed quando duo vulnera mortalia inferuntur a diuersis personis, cuilibet attribuitur mors insolidũ, ac si ista vulnera mortalia essent illata personis diuersorũ, & ita inquit fuisse de facto iudicatum, & credere, quod sententia fuerit iusta, quia inquisitio continebat clare, & distincte, quomodo vnus intulit vnum vulnus mortiferum, & alter intulit vnum aliud vulnus mortiferum, ita quod vnus alteri, & alteri alteri super diuersis potuerunt præstare auxilium, & fauorem, & dicit, quod ita visum fuit Aduocatis, vnde subdit formaliter cõcludendo, constat quem posse teneri, vt principalem, & de auxilio, & fauore diuersis respecti-

31 bus, sed non vno, & eodem respectu, & Baldum sequuti sunt Augustin. ad Angel. de malefic. in loco citato numero 3. versicu. & ideo Bal. multum eleganter, Marsil. in l. nihil interest, nume. 22. versicu. & in materia huius legis, ff. ad leg. Cornel. de sycar. vterque late, Carer. in pract. crim. §. circa secundum in fine numero 25. folio mihi 133. facie secunda, & copiose Ronchegal. in d. l. reos sub d. num. 12. & ita teneo non obstantibus deductis pro opinione Bart. quia Corn. non solũ mouetur ex illa doctrina Bart. sed ex multis aliis rationibus, & argumentum de mandante, & assistente maleficio, non fecit, quia ideo non potest vtroque nomine teneri, quia est eadem persona, & vnus, & idem tantum respectus, vt ex prædictis apparet, & maxime per Bald. qui postquam dixit non posse mandatorem teneri, vt principalem, & vt opem præstantem, immediate subiicit proxime relatam quæstionem, in qua totum contrarium decidit, vnde idem Bald. in dict. l. adeo in fine numero 4 ff. de iurisdict. omn. iudic. dixit, quod si actus vniuscuiusque per se discerni potest, mandans tenetur de mandato, & de facto diuersis respectibus, & idem ait in auxilio vt hoc quoque casu quis possit teneri vt principalis de proprio facto, & de auxilio fa-

cti per socium. Secundum autem dictum Bart. de duobus simul diuersas res furantibus, vel diuersa vulnera inferētibus, quod quilibet dupli ci pœna teneatur, vna vt principalis pro facto proprio, altera vt opem dans pro facto socii, nullum haber dubium, & vltra quod proba tur in d.§. si duo, illud ibi sequitur Angel. de Perus. sub nume. 2. versicu. in textu ibi teneantur. August. de Arimin. in sup. citara addit. nume. 4. versic. sed aduerte, & Corn. d. consi. 7. pluries in discursu primi, & secundi dubii, & est de mente Baldi in d. l. adeo in fine nu. 4. ff. de iurisdict. omn. iudic. & faciunt a fortiori proxime dicta, nam si hoc est, quando vnum rantum resultat delictum numero, multo magis quando plura resultant, & hoc casu vt possit ad talem condemnationem deueniri, seruanda est in accusatione vel inquisitione forma in eodē §. tradita per Bart. nu. 2. vt scilicet post expressionem furti, vel vulneris a quo libet delinquentium facti, non dicatur quod ad prædicta committenda præstiterūt ad inuicem auxilium, & fauorem, quia non posset sequi condemnatio de auxilio, ex quo non exprimitur, qualiter præstiterunt auxilium vel fauorem, & cum verba debeant intelligi in partem benigniorem, intelligeretur imputatio, quod percutiendo præstitisti mihi opem, seu auxilium, & ego tibi præstiti similiter auxilium percutiendo, ita quod actus meus fuit in auxilio tibi, & tuus mihi, de quo actu, cum ego puniar vt principalis non possum puniri tanquam præstans opē; Sed dicatur quod vnus alteri præstitit opem, dicto maleficio semper assistendo, vt facilius & habilius cōmitteretur, quia hoc modo quis potest teneri de facto suo vt principalis, & de facto socii, vt præstans opem, cum eam præstiterit per alium actum, quam per illum, de quo ipse principalis imputatur, scilicet percussionis vt ibi per ipsum Bart. quem sequitur Bald. in dict. l. adeo in finalibus verbis, ff. de iurisdict. omn. iudic. & ita etiam sentire visus est idem Bart. in d. l. si in rixa, sub nu. 10. post versiculum quandoque apparet cuius ictu decesserit, & ibi expresse notat Alex. in addit. in verbo formare inquisitionem, ff. ad leg. Cornel. de sycar. & late tradit Angel. de malefic. in dict. verbo dicto maleficio semper assistit num. 2. versic. ex quo nota, & ibidem Augustin. in addit. nu. 5. versic. adde tamen quod eleganter consuluit Cynus, Carer. in pract. crim. §. circa secundum nu. 19. & 20. versicu. item debet dici folio. 133. Ioan. de Arnono soliloqui. 61. sæpe impetuntur per totum, optime Cepol. consilio crim. primo in 3. dubio sub nume. 16. & 17. versi. præterea hoc potest. Marsil. consi. 81. num. 31. versiculo respondeo etiam aliter, & Clar. in pract. crim. quæst. 90. nu. 5. versi. aduertas etiam. Sed Angel. de Perus. in dict. l. qui seruo d. §. si duo. nu. 3. refert dictum Bart. ibi, dicens eum velle non sufficere quod dicatur, quod inuicem sibi præstiterunt auxilium, & fauorem, vt possit quis teneri de ipso auxilio, & fauore, quia possibile est, quod quilibet alteri præstiterit auxilium per suam percussionem, quam fecit, de qua cum puniatur vt principalis, non est possibile quod puniatur vt opem ferens, sed subdit, quod tali dicto obstar, quia actus sui vulneris, & percussionis fuit ordinatus secundum proposita in accusatione vel inquisitione ad duos distinctos, separatos, & sequestratos effectus inter se contingentiam nullam habentes, primo ad scissionem cutis factā per ipsum vulnerantem; secundo ad scissionem cutis factā per socium ipsius vulnerantis, & ideo cum ex vno facto resultent plura crimina plures tituli criminis, plures agendi formæ, non videt cur de illo eodem vulnere due pęnæ sibi non possint inferri, sicut dicitur in eo, qui commisit simul adulterium cum incestu, vel rapuit cultellum de manu alterius cum sanguinis effusione, quod dictum Angeli late refert Augustin. in d. additione nume. 4. versicu. sed aduerte, dicens esse verius in puncto iuris, & post eum Ronchagal. in d. l. reos sub d. numero 12. Verum tamen non discedas a forma tradita per Bart. quæ tutior est, vt ipsemet Angel. fatetur, & post eum Augustin. vbi supra qui amplius dicit, quod illa seruatur in practica, quod pariter asserit Carer. & attestantur etiam Clarus & Ioāees Ronchagal. in præcitatis locis.

33 Cessaret autem omne dubium si in accusatione, vel inquisitione formata eo modo relato, quem Barto. reprehendit, appositum esset verbum hoc, consilium, dicendo, quod præstiterunt sibi ipsis ad inuicem auxilium consiliū, & fauorem quia tunc propter illud verbum additum, scilicet consilium, quis possit puniri de auxilio, etiam si non fuerit dictum, quod assistendo dicto maleficio vnus alteri præstitit opem, vt habilius committeretur, quia persuadens videtur præstare consilium, quod est præstare opem, & istud cōsilium de necessitate præsupponit alium actum, quam illum, de quo accusatur principalis, idest percussionis, & ideo de eo puniri potest, ita subdit Barrol. in dicto §. si duo, in finalibus uerbis, quem sequitur Alexan. in dicta addirione ad dict. leg. si in rixa, ff. ad leg. Cornel. de sicar. & latius Angel. de malefic. in dicto uerbo, dicto maleficio semper astitit, sub nu. 2. ad finem, uersi. aduertas tamen quod si tu adderes.

34 Notandum tamen est circa pręfatum secundum dictum Barto. in d. l. qui seruo, d. §. si duo, ff. de furtis, quod si non appareret ex processu, quod unus ex pluribus delinquentibus unam rem furatus esset, uel unum vulnus intulisset, & alius aliam rem abstulisset, uel aliud vulnus fecisset clare, & distincte, sed simpliciter constaret, quod furtum, vel vulnus sequutum fuisset in illo facto, in quo plures interuenerūt, tūc non procederet conclusio supra firmata, quod quilibet teneatur duplici pęna, una tanquam principalis pro facto suo, & altera tanquā pręstans

ſtans opem pro facto Socii, quia ad hoc opus eſt, quod ſciantur vniuſcuiuſque delicta diſtincta, & ſeparata, & quid a quolibet factum fuerit, cum alias non poſſit cõſiderari, quis vt principalis in ſuo proprio facto, & ut opem præſtans in facto alieno, ut patet ex uerbis ipſius Barto. & ſequacium, ſed tali caſu quilibet ex ipſis pluribus delinquentibus teneretur inſolidum ad integram pœnam omnium furtorum, vel omnium vulnerum nec uno eam ſoluente alii liberarẽtur, & quilibet pariter teneretur in ſolidum ad intereſſe partis offenſæ, in quo tamen unius ſolutio alios liberaret per ea, quæ ſuperius dicta ſunt in princip. & in uerſic. quæ concluſio in ali is etiam terminis procedit, nã & ſi ex pluribus ſimul delinquere uolentibus, aliqui tantum furati ſint, uel percuſſerint, uel etiam unus tantum, tamen alii non ſurripientes, uel non percutientes, ſurripienti, uel percutienti opem dediſſe dicuntur, ideoque eadem pæna, qua ipſe furans, uel percutiens tenentur, ut patet ex deductis, ſupra. Caſu 192. in princip. quæ licet loquantur in homicidio procedunt tamen, & in aliis delictis, cum nulla ſit diuerſitatis ratio, & indubitanter quando non agitur de pęna vitæ, nã ſi in homicidio illi, qui non percuſſerunt occiſum, pœna mortis tenentur, pro vt ſi occidiſſent ex auxilio occidenti præſtito, multo magis qui non furati ſunt, vel non vulnerauerunt propter opem furanti, vel vulneranti præſtitam pæna mitiori teneri debent, pro vt ſi furati fuiſſent, vel vulnerasſent, quod vltra allegata d. Caſu 192. probatur ex iuribus & authoritatibus ſupr. adductis in princ. & in dicto ver. quæ concluſio, quæ loquuntur & in furto, & in percuſſione, & in quocunque alio delicto publico, vel priuato, & procedunt ſiue ſciatur, ſiue ignoretur, quis ex pluribus fuerit, qui furatus eſt, vel percuſſit, quia adhuc omnes tenentur inſolidum ad pœnam, vt ſupra nec vnius ſolutione alii liberantur, licet ſecus reſpectu intereſſe partis, vt in puncto dicit Gandin. d. tit. de pęnis reorum, num. 31. ver ſi. pone, quod plures homines, quem ſequutus eſt Boer. deciſione 310. num. 8. verſi. ſed Albertus de Gandino, & probant etiam alia in citatis verſiculis præſentis diſputationis adducta, & pariter notata in dicto caſu 192. Vbi. n. ſcitur, qui furtum, vel vulnus fecit, ideo alii tenentur, quia illi auxilium, & fauorem præſtjterũt, vt ibi, ubi uero qui fecit ignoratur, ideo cæteri tenentur, quia omnes deliquerunt, & facienti, quiſquis ille ex ipſis fuerit, non facientes opem dederunt vt ibidem dictum fuit, & propterea etiam pro vna re tantum furata, vel pro
35 vno tantum vulnere illato, omnes, qui facto ex propoſito interuenerunt, puniuntur, & quilibet eorum ad integram pænam inſolidum tenetur etiam ſi, qui rem ſuſtulerit, vel vulnus intulerit ignoretur per ſupradicta, & ita practicatur, & quomodo hoc in caſu, quando ſcilicet
36 ignotatur a quo ex pluribus furtum, uel vulnus factum fuerit, formanda ſit accuſatio, uel inquiſitio ponit Clar. in §. homicidium, nu. 40. verſi. ſed hic incidentet quæro.

EPITOME.

De pœna iure communi impoſita expendẽtibus monetam falſam, & quod non comprehendat expendentem falſitatis ignarum, & qualiter ignorantia hæc oſtendatur, & de aliis in hac materia.

SVMMARIA.

Monetas falſas expendens quando ordinarie puniendus nu. 1.
Et quando pęna extraordinaria. 2.
Salycet. in hoc tenet contra diſtinctionem Bartoli in l. lege cornelia, ff. de falſ. 3.
Illam tamen defendit Cepola, & pro Bart. eſt communis ſententia 4.
Pœna ordinaria falſi l. prima §. fin. ff. de falſis hodie non eſt in vſu. 5.
Monetam falſam ignoranter expendens non punitur. numero 6.
Statuta locorum contra expendentes monetas falſas locum habent ſolum contra ſcienter expendentes. numero 7. 25.
Iudicis arbitrio relinquitur an expendens falſam monetam, fuerit ſciens, vel ignorans. 8.
Et quæ in hoc conſiderare debeat iudex. eod.
Expendens monetam falſam excuſatur ſi doceat a quo illam habuit 9. & 37.
Non docens a quo falſam habuit monetam, cõtra ſe habet iudicium ad torturam. 10.
Quod procedit quando expendentes ſunt malæ vocis, conditionis, & famæ. 11.
Docentes a quibus habuerunt falſam monetam, remouent a ſeſe omnes ſiniſtras ſuſpiciones. 12.
Probatio ſemiplena ad probandum defenſionem ſufficit contra fiſcum. nu. 13.
Inquiſitio exhibenti Curiæ falſas monetas penes ſe repertas, & dicenti habuiſſe ab alijs creditur ſi ſit bonæ conditionis. 14.
Suſpitione caret qui ſolitus eſt quotidie recipere ab alijs magnam pecuniarum quantitatem, ſi eam Curiæ exhibuerit. nu. 15.
Dolus præſumitur in expendẽte magnam quantitatem pecuniarum falſarum. 16.
Quantitas magna, vel parua ex quibus conſideretur. numero 17.
Valor pecuniarũ non autem numerus in quantitate taxanda attenditur. nu. 18.
Statutum etiam generaliter puniens fabricantes falſas monetas, non comprehendit fabricantes monetas minimi valoris. nu. 19.
Lex ſeu ſtatutum puniens tondentes monetas locum nõ habet in tondente monetam modici valoris.

Imputatis de hoc etimine quando credendũ sit ab alijs habuiße.nu.21.
Quicquid diligens homo habet ex suis operibus præsumitur habere.22.
Perquisitio facta sæpius per Curiam in domo imputati multum iuuat, si nihil reperiat contra imputatum, numero 23.
Non inuentio multum iuuat, sicut nocet inuentio facta in domo imputati.nu. 24.
Ignorantia præsumitur, nisi probetur scientia. numero 26.
Ignorantia alicuius proptio eius iuramento probatur, numero 27.
Maxime quando adsunt coniecturæ pro ignorantia, numero 28.
Dolus abesse præsumitur in faciente palam actũ etiam prohibitum.nu.29.
Actus clam, & occulte factus dolosus præsumitur eod.
Male agens præsumitur odire lucem. 30.
Ignorantia vitiorum latentium præsumitur 31.
Et vitia ipsa satis est latere taliter quod dignosci non possint nisi cum magna diligentia, & experientia numero 32.
Quod fit statim, & sine aliquo temporis interuallo præsumitur sine malitia, & dolo procedere. numero 33.
Verisimile quod non est, dicitur quædam falsitatis imago.nu.34.
Verisimile non est quem voluisse ponere personas sibi coniunctas in periculo molestationis. 35.
Verisimile quod nõn est, credi per iudicem de facili nõ debet.nu.36.
Vna præsumptio tollit aliam. 38.
Expendens pecuniam pro pluri quam valeat non punitur numero 39.

CASVS CENTESIMVS NONAGESIMVS NONVS.

Circumscriptis locorum statu-
tis, & iuris communis dispo-
1 sitione attenta. Expendens
monetam falsam, si nummi
sunt plumbei, uel stanei puni
tur pæna ordinaria falsi, de
qua habetur in l.prima, §.fin. ff. ad legem Cor-
nel.de fals.

2 Si uero sunt alterius materiæ, punitur pæna
extraordinaria, ita distinguit Bartol. in l. lege
Cornelia 9.num. 3.uersicu. quæro, utrum, ff.ad
leg.Cornel.de fals.dicens, quod per hoc plures
fecit euadere a pæna legis Corneliæ, de falsis,
idem sensit in l.sacularii, in principio, ff.de ex-
traordinar. crim. quam distinctionem sequun-
tur Abb.in c.quanto, nu. 5. uersic. extra glo.de
iureiur.Alex.consi.121.num.3.uersi.alia ratio-
ne, lib.7.Clar.in §.falsum, ad finem, nu.48.uers.
expendens autem, & præter istos Luc. de Pen.
in l.prima, in uerbo, nihil.C.de ueter. numism.
potest.lib.11.Cuman.consi.139.in secundo du-
bio, num.5.Angel.de malefic, in uerbo, falsatio
nu.30.uers.quæro, an ille, & ibidem August. de
Arimin.in addit.in princ.Boss.in pract.crimin.
titu. de falsa moneta, sub nu.2.Nouell.in pract.
crimin. super inquisitione contra monetarios,
nu.7.uers.quæritur qua pæna, & nu.15.uer.ex-
pendentes insuper fol.mihi 200.& 201.Capol.
consi.crim.77.num.5.& seq.uersi.& primo De-
cian.in tract. crim. tomo 2. libro 7.cap.25.nu.
4.& 5.versic.expendens autem cum uers. seq.&
ita etiam uidetur sentire Bonifac. de Vitalin.
de malefic.tit.de pęn.falsant. monet. sub nu.4.
versic.sed quid de illis.

Et licet Salyc.in l.2.C.de fals.monet.num.5.
3 & 6.versi qualiter autem, dicat se de dicta di-
stinctione dubitare, & indistincte esse impo-
nendam pęnam falsi ordinariam expendenti
monetam falsam cuiuscunque generis, etiam
quod non sit plumbea, vel stanea, sed alterius
materiæ ex identitate rationis, & quia quod
dicitur in d. l. lege Cornelia de nummis plum-
beis, vel staneis, dictum videtur exẽpli gratia,
& non restrictiue ad illam tantum materiã, &
falsitatem, & Salyc.fuerint sequuti Marsil.con-
si.47.nu.11.uersi.sed expendens, & in l.qui fal-
sam, nu.64.versic.viso de fabricante, ff. ad leg.
Cornel.de fals. dicens, quod ista opinio serua-
tur in practica per totam Italiã, & quod ipse eã
tenet tanquam habentem in se maiorem ratio-
nem, quam sententia Bartoli Couar. in tractat.
de veter.collation.numismat.cap.8.num.4. ver
sic.sed quid si quis, & Menoch.in tractat.de ar-
bit.iudiciar. lib.secundo, centuria quarta, casu
316.num.51.& 52.vers.quartum caput est, qui
idem, quod Marsil. aiunt: tamen opinionẽ Bar-
4 toli defendit Cæpol.d.consi.77.num.6.& 7. ea
ratione, quod cum non tanta sit deceptio in a-
lia moneta falsa, quanta vbi datur plũbea, vel
stanea, non debet esse tanta pęna, & dicit Clar.
in loco citato, quod sibi magis placet ista opi-
nio Barto.tanquam mitior, & secundum illam,
si casus contingeret, consuleret, & iudicaret, &
cum eo transit Decian.dicto capi.25. sub num.
quinto, versic.dubitari autem potest, in fi. sub-
dens, quod hanc semper vidit in practica ob-
seruari, & ipse etiam obseruauit, nec negat po
restᵍ, quin ista si recepta doctorum sententia a
qua in terminis iuris communis non esset tutũ
recedere quicquid dicant Salycet.Marsil.& alii
moderniores, supra citati, contra quos longe
plures num. & pondere pugnant, cum quibus
sentire videtur Hieronym.de Laurentijs deci-
sione Auenion.134.Antonius Charet.Carpen-
sis numero 3.versic. expendens autem, vbi ex-
presse vult, quod expendens monetam falsam
sui Principis tenetur falsi pæna extraordinaria
arbitrio iudicis decernenda, & allegat Bar.A-
lex.& Clar.sup. citatos, licet etiam inaduerten
ter adducat Salycet.Marsil.& Couarr.qui vt di
ximus ab ipsa Bart. sententia recedunt, & ma-
le licet hodie parum prodesse possit hæc di-
5 sputatio, quia, & pæna ordinaria falsi, quæ est
deportatio, & omnium bonorum publicatio,
vt in

vt in dict. l. 1. d. §. fin. ff. de fals. non est in vsu, & bona non publicantur, & loco deportationis datur exilium, vel alia similis pęna arbitraria, vt in specie dicunt Bonifac. de Vitalin dict. tit. de pęn. falsant. monet. sub nume. 4. versicu. sed quid de illis, & Cuman. d. consi. 139. in 2. dub. nume. 6. versicu. pęna igitur, & nos alibi latius diximus, Nisi dicamus quod non inutilis sit in dagatio in declaranda ipsa pęna arbitraria, vt scilicet mitior imponatur expendenti falsam monetam non plumbeam, nec stanneam, maior vero ubi ea fit prædictæ materiæ, cum vnũ de lictum ab alio differat, & proinde etiam pœna differens esse debeat, vt ex prædictis apparet.

6 Et prædicta habent locum in expendente scienter monetam falsam, secus autem in expendente ignoranter, quia talis expẽdẽs ignoranter non punitur aliqua pęna, sed ignorantia illum excusat Marsil. in d. l. qui falsam num. 65. & quampluribus seq. versicu. & circa hanc materiam, Nouell. super d. inquisitione contra monetarios nume. 9. ad finem versicu. item excusaretur Crauet. consi. 244. nume. 4. versicu. similiter expendens, Menoch. d. casu. 316. nume. 55. versicu. declaratur primo Decian. dict. cap. 25. nume. 6. versic. ignorans autem, & ante eos Bonifac. de Vitalin. d. tit. de pęna falsant. monet. sub num. 4. versic. sed quid de illis post medium, & sentiunt Dyn. consi. 38. quod contra Beneiuennem num. 7. versicu. præterea illud, & Bald. consi. 155. reperitur in volumine statutorum in princ. lib. 3.

7 Et secundum hoc intelliguntur statuta locorum expendentes monetas falsas puniẽtia, quia procedunt in scienter expendentibus, nõ autem in ignoranter, quia ignorantes non puniuntur, sed excusantur, vt subdit Menoch. loco citato num. 56. & in hoc multum versatur iu

8 dicis arbitrium, qui considerare habet qualitatem, & quantitatem pecuniæ, conditionem, & famam personæ, & alias circunstantias facti, & ex illis talem expendentem scientem, vel ignarum falsitatis nummorum estimare, vt dicit Menoch. dict. casu. 316. numero 61. post Baldum hoc egregie tradentem dict. consi. 155. a medio vsque ad finem lib. tertio, & ita alias consului in patria mea vsque de anno. 1578. quod consilium fuit tunc Mediolani impressum, & secundum illud inquisiti absoluti rebus sic stantibus ex decreto Illustriss. & Excellentiss. Senatus illius Ciuitatis, & totius Mediolanensis Dominii, quod hic placuit inserere tã quam proprium partum in iuuentute editũ, & nunc post uiginti annos, & vltra recognitũ, eum multa ad rem hanc pertinentia cõtineat, & est tenoris infrascripti videlicet.

SPIRITVS SANCTI GRATIA illuminet intellectum meum.

DVo capita continere videtur processus per Curiam Pontremuli fabricatus contra Excellentem Medicum D. Stephanum Cabrielium, & nobilem matronam D. Camiliam eius matrem, quorum vnum monetæ falsæ fabricationem alterum vero expensionem respicit.

9 Quo ad primum nullum pœnitus potest procuria adduci fundamentum, quod faciat contra imputatos, nisi quod non docuerunt a quo habuerũt Cauallotos adulterinos, quos expendere fecerunt, quia expendentes falsam monetam, si non indicant illum, a quo eam habuerunt, præsumuntur eam fabricasse Petr. & Cyn. in l. maiorem C. de fals. Aret. in l. elegante §. qui reprobos, ff. de pignorat. act. Didac. Couar. lib. pract. quæstion. in tract. Monetar. capitu. fin. sub numero 4. Marsil. consi. 52. numero 32. & seq. versicu. restat modo. vbi id pluribus similibus comprobat, & ad torquen

10 dum sufficere affirmat, quibus nunc addunt tur Crauet. consi. 315. in princip. versicu. videretur dicendum, & Franch. decisione Neap. 401. numero secundo 4. & quinta parte secunda.

Sed ad hoc respondetur quod quando dictũ illud verum sit, quod ex pluribus per eum adductis negat Crauet. nuper additus dict. consi. 315. sub num. 2. & 3. id demum locum sibi ven

11 dicat, vbi expendentes sunt malæ conditionis vitæ, & famæ, & assueti similia facere, secus autem ubi sunt bonæ conditionis, vitæ, & famæ, & non soliti similia facere, vt esse imputatos doctum est plene, quia tunc non præsumuntur fabricasse monetam falsam, quam expenderunt, nec possunt torqueri, etiam quod non doceant illum, a quo eam habuerint, ita in terminis tradit Marsil. d. consi. 52. num. 40. & 41. versicu. secundo dico, quod posset ex multis confirmari, quæ consulto omittuntur tum breuitatis gratia, tum etiam ex intentione per speciales tantummodo decisiones respondendi.

12 Præterea dicitur, quod imo doctum fuit per imputatos a quibus fuerint caualloti habiti, quo casu ab omni sinistra suspicione exonerantur, & a quauis pęna excusantur Iacob. Butr. & Cyn. in dict. l. maiorem C. de fals. Marsil. in l. qui falsam nume. 103. versicu. modo sequendo materiam, ff. de fals. & quamuis testes non videantur perfecte, & ad plenum hoc probare, tamen valet eorum dictum ad defensam imputatorum, & satis est, quod ex eorum attestatione possit iudex probabiliter, & cum verisimilitudine induci ad sic credendum, quia ad

13 probãdum defensiones reorum aduersus fiscũ non exiguntur probationes exactæ, & plenæ, sed sufficit minus exacta, & semiplena probatio Ancar. consi. 283. numero 4. Boss. in pract. crim. tit. de conuictis ad finem nu. 62. versic. sed quid iuris, & ante eos Bal. consi. 136. n. 5. in fine lib. 2. Crauet. consilio 2. n. 16. vbi subdit sufficere etiam dubiam, & alias non concludentem probationem, quod late ex mult is docet Ias. in l. non solum, §. sciendum in 2. conclusione

sione Bart.nu.6.& seq.ff.de oper.nou. nunciat. & post eum Boss.vbi sup.n.59.& plur.seq. vers. aduertendum est.

Quinimo cum imputati exhibuerint, curiæ
14 omnem illam cauallotorum quantitatem,quã penes se habebãt, dixerintque eos habuisse ab aliis,ex hoc solo dicũtur excusati a suspicione & pęna, etiam quod aliter eorum dictum non probent, quia in hoc eis creditur absque testibus,cum sint homines bonæ conditionis,vitæ, & famæ Marsil.in d.l.qui falsam nume. 104. & 105.vbi alios citat.

Amplius dicitur, quod cum quotidie fuerit
15 solitus Dominus Stephanus recipere magnam quantitatem pecuniarum diuersarum specierum, & potissimum cauallotorum a variis, & prope infinitis personis tam Pontremulensibus, quam exteris, satis ad eum, & matrem, quæ ab eo monetam illam in parte habuit,exonerandum ab omni suspicione, & pęna fuit ipsam pecuniam curiæ exhibere absque eo,quod nedum doceretur, sed nec allegaretur, quod ea fuisset ab aliis habita, quia vere est impossibile,quod potuerit,aut possit dictus D.Stephanus scire, quinam nominatim fuerint illi, qui ei dederint talem monetam,stante incredibili concursu ad eum habito dietim a tot personis tot regionum ad capienda remedia ad egretudines depellendas, vt tradit Marsil. in d. l. qui falsam sub nu.105.versi.sed mihi videtur.

Et si dicatur procedere dictum hoc, vbi il-
16 lius monetæ quantitas est modica, secus antẽ si sit magna, vt in casu præsenti, in quo agitur de 72. cauallotis , quia tunc, cum præsumatur expendentem esse in dolo,non debet ei credi,quod eam habuerit sine dolo, nisi hoc probet, vt subiungit Marsil. in eadem l. qui falsam numero 106.

Responderi potest, quod imo sumus in modica quantitate,& non magna,quia 72. cauallotti ascendunt ad valorem aureorum trium cum dimidio, & solidorum duodecim monetæ Dominij Mediolani,quæ sane quantitas pecuniarum dicitur esse parua, vel potius minima considerata conditione imputatorum, qui sunt ex nobilioribus,ditioribus, & potentioribus Pontremuli.Nam ad iudicandum an res
17 sit magna vel parua,aut minima inspicitur personarum conditio Alex.de Neuo consi.89. nu. 6. Non potest etiam dici magna quantitas illa trium aureorum cum dimidio in circa, attenta multitudine populi Pontremuli, & amplitudine ipsius oppidi, vbi dicta pecunia expensa fuit, vt in his terminis considerat Marsil.consi.71.nu.9.versi.quia re spondeo . Nec attendi debet numerus ipsorum cauallotorum,
18 qui videtur magnus, sed tantum eorum valor, qui est modicus,vt colligitur ex Mars.d. consi. 71.nu.1.& 9.& ex Alex.consi. 104.nu.7.lib. pr. & in addition.ad Bart.in l. eleganter §. qui reprobos in apostilla magna circa finẽ, ff. de pignorat.action. æstimantibus in istis terminis agi de modica quãtitatẽ monetæ ob exiguum eius valorem, licet denariorum numerus amplus existat.

Et ex hoc , quod simus in parua quantitate monetæ falsæ,dici potest,quod non possent imputati puniri pro dictis cauallotis expensis, etiam quod constaret, quod ipsi eos fabricassent,quia lex vel statutum quantumcunque ge
19 nerale,& amplum puniens fabricantes falsam monetam,non comprænendit fabricantes monetas modici, & uilis ualoris Alex. dict. consi. 104 numero septimo,li.primo,& in additione ad Bart.in dict.§.qui reprobos in apostilla magna prope finem Boss.in pract.crim.tit. de fals. monet.nume.4. Et idem in lege. aut statuto puniente tondentem monetas, quod non habeat
20 locum in tondente monetam ascendentem ad modicum valorem , tradit Marsil. d. consi. 71. nume. 1.& seq.Et ratio est, quia non potest talis moneta afferre magnum præiudicium his, ad quorum manus perueniat, ut per Alex.cõsi. 121.sub nu.5.lib.7.

Vlterius uidetur , quod etiam si essemus in magna quantitate pecuniarum, quod non est,
21 adhuc tamen sit credendum assertioni imputatorum, quod eam habuerint ab aliis , licet aliter hoc non ostendant, ex eo quia stante lucro, quod solet D. Stephanus facere in medendo ægrotis omnem illam pecuniarum quantitatem , quam habere repertus est, pręsumitur habuisse, & acquisiuisse ex dicta eius industria & labore,& non alio modo cum dolo, & fraude l.si defunctus C.arbitr. tutel. Hinc est quod præsumitur diligens homo quæcunque habet,
22 ex suis operibus habere, vt dicit Luc. de Penna in l.quicunque in sexta præsumptione C.de Apoch.public.lib.10.

Additur ad fauorem imputatorum diligẽs
23 & exquisita perquisitio sæpius per Curiam facta in quolibet angulo domus eorum ad perquirendum pecunias falsas vltra exhibitas, & instrumenta ad fabricandum monetas, in qua nil prorsus de eo,quod quærebatur,inuentum fuit, quæ res aperte fauet imputatis, sicut. n. eis nocuisset inuentio iuxta tradita per Marsil. in d.l.qui falsam nume.114.& seq.versic.modo expeditis omnibus . & per Nouell. in pract. crim.in forma inquisit.contra mon etar. n. 11. & seq. versi. indicia, ita eis prodesse debet non
24 inuentio vt contrariorum eadem sit disciplina.§.primo Instit.de his qui sui vel alien.iur.& §.primo Instit.de tutel.& vt idem operetur oppositum in opposito, quod operatur propositum in proposito. l. fin. §. si filius. ff. de legat. tertio .

Et præmissa dicta sunt pro domino Stephano, pro matre autem videntur superflua,quia fabricatio monetarum falsarum non est officium muliebre,sed virile, vltra quod ex eo remanet penitus excusata,quod constat illam habuisse cauallotos illos tum a dicto filio,tum ab aliis per ea,quæ superius allegata sunt.

Quo

Quo ad secundum imprimis considerandū
25 est, quod lex vel statutum puniens expendentem falsam monetam, habet locum in sciente eam esse falsam, non autem in ignorante, qui puniri non potest, vt in specie dicunt Marsil. in d.l. qui falsam, num. 72. & seq. vers. & circa hanc materiam. ff. de fals. Nouell. in pract. crimin. in forma inquisit. contra monetarios, nu. 9. versi. item excusaretur. Crauet. consi. 244. num. 4. versic. similiter expendens, & ante eos Bonifac. de Vitalin. in tract. de malefic. titu. de pœna falsant. monet. sub num. 4.

Et ex hoc resultat totalis excusatio imputatorum, qui ignorarunt nummos expensos, esse adulterinos, & præsumitur talis eorum igno-
26 rantia, cum scientia non sit probata, l. verius, ff. de probat. & cap. præsumitur, de reg. iur. in sexto, & in terminis Barbat. consil. 52. lib. tertio, & vbi etiam non præsumeretur ignorantia, sed probanda esset, satis diceretur de ea constare, ex quo non constat de scientia, quia ignorantia probatur eo ipso, quod cōtrarium non probatur, vt est tex. in l. cum seruis. C. qui militar. poss. lib. 12. & ibi hoc notant Barto. in fine, & Luc. de Penna, columna 1. in verbo, minime probetur, & colum. 3. versi. in prima glo. Diceretur etiam probata ipsa ignorātia ex iu-
27 ramento prælstito per imputatos, quia cum sit de consistentibus in conscientia, & animo eorum, ob idque per testes probari non possit; dicitur merito probari ex eorundem assertione cum iuramento. Anchar. consi. 159. sub num. 4. vers. item scire, vel nescire, & consi. 174. sub nu. 4. versic. iustissima est ergo, Roman. consi. 273. nu. 2. Iason late in §. sed istæ, nu. 88. & seq. versi. in ea gl. ibi per testes, instit. de action. Crau. d. consi. 244. sub nu 4. & in terminis nostris Marsil. in d.l. qui falsam, nu. 96. & seq. vers. & tali casu, & tanto magis procedere hoc deberi in proposito nostro, quia in processu apparent coniecturę plures, ex quibus coloratur ipsa ignoran-
28 tia imputatorum, vt etiam infra aliquantulum dicetur, nam & si dici soleat non probari ignorantiam iuramento eā allegantis, quandu contra eum aliqua scientiæ laborat præsumptio, vt subdit in d.l. qui falsam Marsi. nu. 100. & seq. & habetur per Ias. in d. §. sed istæ, nu. 92. in secunda limitatione, tamen secus est quādo redditur eadem ignorantia verisimilis ex aliquibus coniecturis, quia, & tunc iuramento eam allegantis probatur, vt eleganter tradit Rom. consi. 481. ad finem, nu. 10. & 11. Coniecturę autem arguentes dictam ignoranriam imputatorum de nummorū adulteratione multæ sunt, & earum prima ex eo sumitur, quod de die, & palam, ac publice cauallotos expendere fecerunt, quod nequaquam fecissent, si eos esse falsos sciuissent, quia in faciente actum prohibitum palam præsumitur abesse dolus, sicut in fa-
29 ciente illum clam, fraus adesse arguitur, vt de vtroque est tex. in l. fin. ff. de ritu nupt. Sicut. n. quæ palam fiunt, bonam fidem, & errorem potius, quam dolum in se habere præsumuntur, l. si adulterium cum incestu, §. incestum autē, iuncta ibi gl. ff. de adulter. ita quę occulte fiunt. ab improbitatis probatione aliena non sunt, l. nō existimo ff. de administ. tut. & l. pupillus, §. sane, ff. de auror. tuto. nec solet qui fraudulenter quidpiam attentat, id ita agere, vt sciatur de facili, quia præsumitur odire lucem, qui male
30 agit. c. perniciosam, 18. q. 2.

Secunda clare constat, ex eo, quod dictorū cauallotorum falsitas erat ita latens, & occul-
31 ta, vt cognosci non posset etiam in personis solitis negotiari, & quotidie in pecuniarum receptione, & expensione versari, præsumitur. n. ignorantia vitiorum latentium, l. quæritur, §. si nominatim, & ibi Cæpol. ff. de ædilit. edict. & satis est, quod taliter lateant ipsa vitia, quod
32 non possint cognosci, n. si cum magna diligentia, & experientia, vt tradit idem Cæpoll. in l. prima, §. Labeo scribit, in quinta quæstione, numero 14. eod. tit. quæ res tanto magis procedit in imputatis, quorum vnus est mulier ignara rerum monetæ; alter vero medicus ita parum luminis habens, vt nec personas sibi attinentes a se per brachium distantes discernere, & cognoscere valeat, & cum nominati in processu, qui receperunt dd. cauallotos, & pro eis aliam bonam monetam dederunt, sint mercatores, & artifices in monetis longe peritiores, & cautiores imputatis, & decepti fuerint eos vti bonos recipiendo, multo magis verisimile est ipsos imputatos minus prouidos, & practicos itidem ab alijs deceptos fuisse, eos pro bonis recipiendo. auth. multo magis. C. de sacrosanct. Eccles.

Tertia deducitur ex eo, quod fuerunt ipsi
33 cauallotti expensi omnes statim, & sine aliquo interuallo postquam audiuit D. Camilla a Reuerendo Don Ioannemaria Manganello Montremulense, & Plebano Ecclesiæ Valecchi territorij Florentini, quod in partibus Hætruriæ cauallotti per banna publica erāt prohibiti expendi; timens enim ea ne, & in oppido Pontremuli bannirētur tales monetę, procurauit eas quam primum expendere pro vt effectu aliter expendit omnes, quas habebat, bonas, & adulterinas promiscuè; quod autem fit statim, & sine spatio temporis intermedio, præsumitur sine malitia, & dolo procedere, sicut e conuerso, quod ex interuallo fit, cum machinatione, & fraude factum censetur, vt de vtroque est textus bonus in §. sin autem mulier, in Authen. de equalit. dot.

Quarta deprehenditur ex eo, quod per manus personarum non attinentium imputatis, nec cum eis amicitia, aut familiaritate cōiunctarum fuerunt cauallotti expensi nomine imputatorum, nullus enim esse potest iustus iudex, qui arbitretur verisimile esse, quod scientes adulterationem monetæ tentassent eam expendere medio personarum eis non per val de confidentium, & ideo non est credendum, sed

sed potius contrarium tenendum, quia quod
34 non est verisimile, dicitur quædam falsitatis
imago, ut dicit Bald. in l.1. columna 3. C. de
seru.fugit.

Quinta accipitur ex eo, quod ijdem cauallo-
ti in parte fuerunt expensi per proprios filios,
& fratres respectiue imputatorum; si enim sci-
uissent eos esse falsos, utiq; non transmisissent
eos ad expendendum per tam sibi ipsis con-
iunctas personas, quas non est verisimile vo-
35 luisse ponere in periculo molestationis, quę re
patefacta potuisset eis quoque per Curiam in-
ferri, & nemo sanus hoc probaret, vnde meri-
to admittendum non est vt dicit tex. in l. si ita
quis.ff.de euiction.

Sexta patet ex eo, quod expensi fuerunt Ca
ualloti in patria imputatorum, quod nequa-
quam factum fuisset, si habita per eos esset scię
tia falsitatis, & maxime cum alibi extra iuris-
dictionē magis secreto potuisset id fieri, & abs-
que timore, quod haberetur notitia, quod ta-
lis pecunia processisset ab imputatis; non er-
36 go de facili credendum est per iudicem, quod
non est verisimile, l. non est verisimile, ff. quod
met.caus.

Septima omissis alijs, quæ ex processus le-
37 ctura facile insurgunt, & maxime ex modicita
te pecuniæ, & ex qualitate, & conditione im-
putatorum, apparet ex eo, quod ipsi caualloti
ab aliis habiti per imputatos fuerunt, quo ca-
su præsumuntur ignari falsitatis eos expendis-
se, & expendere fecisse, ita in specie dicit Co-
uar. in citato tract.de monet.c.fi.sub nu.4.in fi
ne, & ex hoc volunt Doctores, quod vbi agitur
de expendente falsam monetam, quis dicitur
excusari penitus ab omni suspicione, & pęna,
si indicat vnde eam habuerit, de quo late dixi
in primo dubio, & hic non repeto.

Et hæ pręsumptiones adeo sunt validę & po
tentes, vt absque controuersia habeant tolle-
re omnes pro curia existentes, si quæ sunt, ar-
38 guentes scientiam imputatorum de adultera-
tione pecuniæ, vti leuiores, nam cum vna præ-
sumptio tollat aliam, iudex habens arbitra-
ri ex coniecturis, debet considerare præsum-
ptiones hinc inde, & iudicare secundum eas,
quæ præponderant, vt ait Cepoll. consi. ciuili,
2.num.12.per tex. in l. diuus, ff.de in integrum
restit.& in l.non solum, §.de vno, ff. de rit.nup.
Nec aliquo modo debet Iudex fidem adhibe-
re iis, quæ arguere videntur prædictam scien-
tiam contra tot non verisimilia sup.relata, ex
quib.indubitanter colligitur manifesta igno-
rantia, vt notat Anchar. consi. 257. sub nume.
quarto, vers.ex quibus infero.

Postremo duxi non omittendum esse, quod
ex quo caualloti expensi sunt eiusdem mate-
riæ cuius sunt illi, qui communiter tamquam
boni expenduntur, licet non sint tanti valo-
ris, quanti sunt ipsi boni, non videtur hic agi
de expendentibus falsam monetam, sed po-
tius agitur de expendentibus pecuniam pro pluri, quam valeat, qui nullo modo debent puniri, pro vt nec vendentes rem pro pluri, quam valeat, vt in terminis tradit Craue t.consi.6.nume.107.versic.quarto respondeo.

EPITOME.

De Incestu, quot modis, & inter quas personas sine colore matrimonij contrahatur, qualiter, & a quibus Iudicibus puniatur, & an excusatio aliqua admittatur.

SVMMARIA.

INcestus crimen quando incurritur. 1.

Incestus committitur quando quis carnaliter cognoscit mulierem sibi agnationis, aut cognationis, vel affinitatis vinculo coniunctam, cum qua matrimonium contrahere non poterat. 2.

Matrimonium inter quas personas sit prohibitum eod. in fine.

Nuptiæ sunt prohibitæ inter ascendentes, & descendentes in infinitum. nu. 3.

Adam si viueret cum aliqua muliere matrimonium cõtrahere non posset. 4. Nec Eua virum habere posset ibidem.

Coitus cum ascendentibus, & descendentibus ex linea recta habitus, dicitur nedum incestuosus, sed, & nepharius. numero 5.

Dicitur etiam crimen contra naturam humanæ societatis eod.

Animalia quedam etiã irrationabilia naturali instinctu se a tali coitu abstinent eod. in fine.

Incestus pœna quæ sit. 6. 15.

Vitricus cum priuigna, vel Socer cum Nuru coeuntibus, qua pœna puniri debeant. 7. 10. in fine. quid de priuigno cum nouerca, & Genero cum Socru ut sup. coeuntes. 8. 10. in fine.

A commixtione non minus abstinendum propter affinitatem ex legittimo matrimonio contractam, quam ob propriam consanguinitatem. nu. 9.

Incestus pœna quæ sit quando committitur cum adulterio vel stupro. 10.

Adulterium, & stuprum cum quibus proprie committantur. nume. 11.

Incestum qui committit, duo committere dicitur delicta, & ideo duplici pœna puniendus. 12.

Et vnum ab altero differt specie, & æque principaliter numero 13.

Sententia absolutoria super vno lata, super alia procedi nihilominus potest 14.

Incestus pœna est eadem quæ, & adulterij, & sic mortis. 16. & ista est communis opinio 17.

Adulterij pęna in muliere adultera Immutata est. numero 18.

Idem etiam in muliere incestum committente 19.

Aequiparatorum idem est iudicium eod.

Incestus pęna secundum nonnullos non est mortis. numero 20.

Incestus

*Fama semiplene probat quando adsunt vrgentes præsumptiones.*123.

Fama per se non est species probationis.eod.

*Dictum personæ offensæ etiam in mortis articulo nõ facit indicium ad torturam.*124.

Limitatur nisi in eo vsque ad mortem perseuerasset 125.

*Reus in delictis,quæ absque socio committi nõ possunt, de socio interrogari potest.*126.

Nominatio socij criminis etiam in criminibus exceptis non facit sufficiens indicium ad torturam. 127.

*Dictum socii criminis fidem,& indicium non facit,nisi confirmetur in tortura.*128.

*Indicium quodlibet a maleficio remotum probari debet per duos testes.*129.

*Indicia a remotis duo ad minus requiruntur ad torturam irrogandam.*130.

Fama legitime & formiter non probata nihil releuat. 131.

*Fama trahens originem a persona offensa attendi non debet.*132.

Fama debet habere originem tempore delicti non post. 133.

*Fama etiam legitime probata non facit indicium ad torturam aliis non concurrentibus.*134.

*Variatio rei,nisi sit circa delictum, vel eius circunstantias non nocet.*135.

Quinimo etiam si esset circa delictum, & eius circunstantias per se non facit indicium ad torturam. 136.

Singula quæ non prosunt, multa collecta iuuant. 137.

Procedit in ciuilibus, non autem in criminalibus. 138.

*Indicia an & quando coniungi possunt ad torquendum reum.*139.

In delictis occultis, & quæ occulte committi solent non exiguntur indicia ita plena, pro vt in aliis. 140.

Iudex in atrocibus, & occultis promptior esse debet ad torturam eod.

Propter enormitatem delicti licitum est iura transgredi eod.in fine.

Quod procedit in puniendo, secus autem in procedendo 141.

*Indicia legittima etiam in occultis torturam præcedere debent.*142.

Indicia ad torquendum sunt iudici arbitraria. 143.

Iudex torquendo debitum modum excedens punitur eod.

Arbitrium iudicis debet regulari secundum leges. 144.

*Iudex in dubio arbitrari debet indicia non esse sufficientia ad torturam.*145.

Opinio mitior & benignior in criminalibus tenenda est eod.

*Fama bona tollit indicia etiam ad torturam sufficiētia contra reum existentia.*146.

*Doctores, & alii in dignitate positi non possunt torqueri.*147.

Procedit siue agatur de torquendo eos tanquam reos & contra se ipsos, siue vti testes contra alios. 148.

Consuetudo quod Doctores torqueantur nõ valet 149. *sed obseruatur*156.

*Doctores,et alij priuilegiati vbi torqueri possent,prius deberent degradari*150. *Sed de consuetudine non seruatur.*157.

Degradatio est tantæ virtutis, quod degradatus ad illam dignitatem amplius aspirare non potest. 151.

*Affinitatis primum genus fit ex persona addita personæ consanguinei per carnis copulam.*152.

Matrimonium hodie inter affines primi gradus tantum prohibetur vsque ad quartum gradum inclusiue. 153.

Matrimonium de iure ciuili est permissum in quarto gradu.eod.

Incestus de iure ciuili incognitus non punitur pœna a iure ciuili pro incestu apposita,sed alia mitiori iudicis arbitrio eod.

*Cognoscens carnaliter Commatrem non potest puniri per iudicem secularem.*154.

*Statuti Villæfranchæ lib.*3.*cap.*29.*sub Rubrica de offensione indeterminat.p.g.n.tenor.*155.

*Doctores & cæteri dignitatem habentes ex consuetudine torquentur.*156.

CASVS DVCENTESIMVS.

1 INCESTVS crimen incurritur quandoque in figura simplicis fornicationis, quandoque sub colore matrimonii vt per Bart. in l. si adulterium cum incestu. ff. de adulter. numero octauo, versicu. & ideo & est communis doctorum distinctio, vt inquit Thesaur. decisione pedem. 100. post principium sub num. 1. nunc autem primo modo, de quo tā tummodo, omisso secundo, acturi sumus, id est in actu simplicis fornicationis, committitur incestus, quando quis carnaliter cogno-
2 scit mulierem sibi agnationis aut cognationis, vel affinitatis vinculo coniunctam, cū qua matrimonium contrahere non poterat, ita probat tex. in l. si quis viduam. ff. de quæstion. qui indeterminate loquitur in cognoscente cognatam nuptam, vel innuptam, cum qua nuptias contrahere non poterat, & in l. si adulterium cum incestu in princ. ff. de adulter. qui loquitur in cognoscente priuignam, nurum, vel nouercam & in l. fin. ff. de ritu nupt. qui loquitur generaliter de omnibus sanguine coniunctis, vel affinibus tam ex linea ascendentium, vel descendentium, quā transuersalium, cū quibus nuptiæ sunt prohibitæ, & probat text. in cap. lex illa. §. cum ergo. 36. quæst. prima dicens, quod incestus est consanguineorum vel affinium abusus, quam diffinitionē sequuntur Ber

mond, Choueronius in tract. de public. concu-
binariis tit. de incestu in princ. Ioan. Bernard.
Diaz. in pract. crim. canon. in verbo incestus ca.
84. in princ. & secundum Alex. cons. 229 nume.
3. versic. quod autem libro 6. incestus est coitus
illicitus interueniẽs inter personas, inter quas
non poterat esse matrimonium ratione impedi
menti consanguinitatis, vel affinitatis, Foller.
in pract. crim. in sexta parte princ. nume. 8. ver.
crimen, Otto de Nicolin. inter consilia crim.
diuers cons. 79. nume. 11. & 12. vers. vnde inue-
nio vol. 2. in primo impressis in parua forma,
Couar. in Epitom. de Sponsal. & matrim. in 2.
parte cap. 6. §. 8. in princ. Conrad. in pract. crim.
tit. de incestuosis & nehpar. num. 10. vers. ince-
stuosos & Summa Armil. in verbo incestus in
princ. quo fit vt ad cognoscendum incestum, ne
cessarium sit cognoscere personas, inter quas
matrimonium prohibetur, quod cum multis
de causis contingat, vt per glo. in §. sunt & aliæ
in verbo enumerari Instit. de nupt. & in ca. vni
co in verbo quandiu extr. de cognat. legali, &
30. quæst. 3. in princ. in verbo quod autem. &
per omnes Summistas in verbo matrimonium,
ideo de singulis agendum est.

Prohibitæ ergo sunt nuptiæ ob cognationẽ
3 carnalem, & in primis inter ascendentes, & de-
scendentes in infinitum & generaliter, & inde-
terminate, nulla graduum distinctione habita,
4 ita vt si hodie Adam viueret, cum nulla mulie-
re matrimonium contrahere posset, nec si sua
in humanis esset, nulli viro eam vxorem habe-
re liceret l. nuptiæ. 53. ff. de ritu nupt. & §. ergo
non omnes instit. de nupt. & vtrobique notant
glo. & Doctores, Alex. d. cons. 229. sub numero
tertio, vers. quo autem ad ascendentes libro 6.
Bermond. d. titu. de incestu numero secundo,
Et dicitur talis coitus habitus cũ matre, Auia,
5 vel aliis ascendentibus ex linea recta, aut cum
filia, nepte, cœterisq; descendentibus ex eadẽ
linea directa non solum incestuosus, sed etiam
nepharius, eo quod nephas sit de eo loqui glo.
in rubr. C. de incest. nupt. & remissiue in auth.
incestas, & in auth. ex complexu eod. titu. & est
tex. in d. § ergo non omnes instit. de nupt. glos.
in l. incestæ. 52. ff. de ritu nuptiar. Grilland. in
tract. de pænis omnifar. coit. quæst. 2. in princi-
pio & numero quarto, in fine vers. de iure au-
tem ciuili Thesaur. d. decisione 100. nu. 4. vers.
ego autem. Boss. in pract. crim. tit. de coitu dam
nato & puni. num. 5. vers. & similiter, Io. Bapti-
sta Plot. inter consilia crim. diuers. cons. 132. nu
mero 15. vers. & auth. & numero 16. vers. textus
etiam tomo primo in vltimis impressis in ma-
gna forma qui etiam inquit dici coitum natu-
re contrarium. Bermond. d. titu. de incest. num.
5. vers sed aduertendum est, Cæpol. cons. crim.
68. numero 2. in fine vers. nam in prima & dici-
tur etiam crimen contra naturam humanæ so-
cietatis & turpissimi exempli, vt ait Grilland.
d. quæst. 2. num. 8. in fine, & sub num. 9. etiam in
fine per tex. in ca. hoc ipsum. §. cum autem 33.

quæst. 2. & post eum Boer. decis. 318. num. 3. qui
etiam antea sub num. 2. pulcherrimo exemplo
docuit hoc non solum homini ratione vetitum
esse, sed & ex instinctu naturæ animalia quædã
irrationalia id abhorrere, & a tali coitu se ab-
stinere, vt ibi per eum.
6 Talium autem delinquentium pæna est mor
tis naturalis tam in masculo, quam in fœmina
iuxta gl. in l. quamuis ia 2. in fine. C. de adulter.
vt in indiuiduo in hoc casu dicit Grilland. d. q.
2. numero 9. ver. secundo vero casu quando per
modum fornicationis, quẽ sequuti sunt Boer.
d. decisione 318. numero 1. 2. & 3. Thesaur. d.
decisione 100. num. 4. vers ego autem, Cuman.
cons. 154 col. 3. in principio vers & si diceretur,
& idem tenuerũt Boss. d. tit. de coitu damn. &
punib. numero 6. versicu. & punitur, dicens ali-
quando parentes propter coitum habitum cũ
eorum filiabus fuisse igne combustos, vel fur-
cis suspensos, Clar. in §. incestus sub numero se
cundo. vers. sed quæro. vbi quod quidam, qui fi
liam annorum sexdecim violauerat, fuit furcis
suspensus. Nec ab hac pæna excusarem Vitri-
7 cum cum priuigna, vel Socerum cum Nuru co-
euntem, cum hæ filiarum loco sint. §. affinitatis
quoque instit. de nupt. Et si aliter in facti con-
tingentia seruatum fuisse dicat Clar. loco cita-
to in quodam Vincentio Malduro, qui priui-
gnam cognouerat, & pęna tantum pecuniaria
punitus fuit; Pro vt nec pariter ab eadem pœ-
8 na excusarem Priuignum cum Nouerca, vel
Generum cum Socru rem carnalem habẽtem,
cum istæ matris loco habeantur. §. Socrum quo
que instit. eod. tit. & de omnibus est tex. in l. nõ
facile. §. affines sunt vers nomina vero, & versi.
hos itaque. ff. de gradibus affinit. Alex. d. cons.
229 nu. 8. in fine vers. & licet doctores, ex cuius
legis dispositione idem dicerem in socero ma-
gno cognoscente pronurum, vel in pro genero
coeunte cum pro socru, cum & isti affinitatis
causa parentum, liberorumque loco habean-
tur vt ibi dicitur, & notat Alex. d. cons. 229 sub
numero septimo, versic. sed ita est, talisque coi-
tus itidem nepharius appelletur, vt probat lite
ra d. §. hos itaque. dum præcise ait nephas esse
hos inter se copulari, & potest in his saltem im
proprie cõsiderari gradus affinitatis ascenden
tium & descendentium, pro vt dicit glo. in d. l.
non facile. §. affines sunt, vers. gradus autem, in
verbo nulli sunt, & in l. iurisconsultus in prin-
cipio in verbo affinium per illum text. eod. tit.
Nec minus abstinendum est a commixtione
9 propter affinitatem mediante legitimo matri-
monio contractam, quam propter propriam,
consanguinitatem c. primo versic. inquisita ve-
ro extr. de consanguin. & affinit. cap. nullum in
fine, & c. æqualiter 35. quæst. 2. & 3. & ita in in-
diuiduo tenet Grilland. in d. tract. quæst. 3. sub
numero 5. post medium vers eadem quoque pę
na puniuntur, vbi loquitur in cognoscẽte Pri-
uignam, Nurum, Nouercam, vel Socrum, quẽ
pæna mortis mulctandum de iure ciuili asse-
rit,

rit, & decisum videtur in d. l. si adulterium cū incestu in principio iuncta glo. in verbo si adulterium ff. de adulter. vbi dicit tex. quod si adulterium vel stuprum cum incestu committatur puta cum priuigna, Noru, vel Nouerca, mulier punietur sicut vir, quam punitionem vult glos. esse mortis, dum ait, quod incestus est eadem
10 pœna, quæ adulterii, quam mortis esse constat ex d. l. quamuis in fine. C. de adulter. immutatam tamen in muliere, vt ibi notatur per auth. sed hodie immediate sequentem, adeo quod glo. illa ad textum redacta vult, quod incestus inter dictas personas affinitate, & non cognatione, seu consanguinitate coniunctas simul cū adulterio, vel stupro commissus morte puniatur, quod etiam tradit Bermond. d. titu. de incestu numero secundo, vbi quod affines & consanguinei in causa fornicationis non iudicantur ad imparia, subdens propterea quod qui fornicatus fuit cum Nouerca, Socru, Nuru, Priuigna, aut similibus incestum committit vere, & ideo, vt subiicit nume. 14. vers. reportetis ergo, pœna mortis tenetur, quod & postea ex vetere, & nouo testamento faciendum esse docet numero 31. vers. de lege autem noui & veteris testamenti.

Et non sine ratione, nam cum adulteriū pro
11 prie cum nupta, committatur, & stuprum cū Virgine, vel Vidua, vt dixi in consilio de quo infra in primo præmisso, & bene probant. l. inter liberas. §. primo, & l stuprum. §. 1. ff. de adulter. l. inter stuprum. 101. ff. de verbor. significa. Angel. in d. l. si adulterium in princ. numero 2. Bonifac. de Vitalin. in tract. de malefic. titu. de adulter. incest. & sodom. num. 1. 2. & 3. & latissime omnium Flam. de Rubeis in tract. de adultere 2 per totum, & omnis concubitus forni-
12 carius vel cum nupta, vel cum Virgine, aut cū Vidua habeatur, necessario consequitur, quod crimen incestus non possit esse solum, sed semper annexum habeat aliud delictum, nempe adulterium, vel stuprum, vt pinctualiter firmat. Grill. d. quæst. 2. numero 10. ad medium versiculo si autem per modum fornicationis, quæstione 3. num. 3. vers. in foro autem contentioso ad finem, & quæst. 5. nu. 3. vers. si vero coitus iste, & est text. quem ipse non allegat, in l. si quis viduam. ff. de quæstion. vbi quod duplex committitur delictum incestus scilicet ratione consanguinitatis, vel affinitatis, & adulterii, si mulier erat nupta, vel stupri, si erat Virgo, vel Vidua, vnde pro duplici crimine pœna imponēda est, & non pro vno tantum, etiam quod ex vnico concubitu vtrunque ortum sit, cum vnum ab al
13 tero differat specie & æque principale existat Angel. in d. l. si adulterium cum incestu numero secundo, & melius & copiosius Bart. nume. 3. 4. vers. vlterius quæro, Cuman. d. cons. 154. col. 2. in fine, vers. hoc autem admisso, Grill. vbi sup. quæst. prima, num. 12. & 13. versiculo & ex præmissis. Nec inutile videtur, quod de vtroque crimine delinquens teneatur, etiam quod pro quolibet pœna mortis, quæ reiterari non potest, imponeretur, vt in adulterio, & incestu, imo prodest in pluribus, primo quia si sit lata sententia absolutoria super vno, poterit super 14 alio molestari ab alio accusatore, secundo
14 quia si sequatur cōdemnatoria, poterit haberi ratio incestus, quando ex statuto adulterii pœna minorata est, & etiā pecuniaria, itē quia vnius delicti pœna augetur propter aliud, vt grauius puniatur, ita inquit Bart. in d. l. si adulterium cum incestu numero 5. vers. quæro quid releuat, & post eum Grillan. d. quæst. prima, num. 15. & 16. versicu. sed quæro quæ vtilitas est, Cuman. d. cons. 154 col. 2. in fine, vers. item si sequatur & Ang. in d. l. si adulterium. §. stuprum sub num. 2. vers. in glo. quarta.

Quinimo Doctores qui sequuntur d. glos. in
15 d. leg. si adulterium cum incestu videntur firmare generaliter, & indistincte incestus pœnā esse mortis, & in specie Bart. in eadem. l. si adulterium cum incestu in principio nume. 2. versi. quærit glo. & nume. 5. vers. quæro quid releuat, Grillaud. vbi sup. quæst. 1. num. 15. vers. sed quæro & num. 18. vers. secundo vero casu in fine, d. quæst. 2. num. 9. vers. secundo vero casu quando per modum fornicationis, quæst. 3. nu. 5. versi. de iure autem ciuili pro isto crimine incestus, & vers. eadem quoque pœna puniūtur, quæstione 4. num. 4. uers. unde sequitur, & quæst. 5. sub num. 3. vers. de iure autem ciuili, Corn. cōs. 19. num. 1. lib. 4. Conrad. d. titu. de incestu os. & nephar. nume. 15. uers. pœna, Boss. d. titu. de coitu damn. & punib. num. 4. uers. de incestu etiam, & sub nu. 79. uers. item adulter, Foller. in d. sexta parte princip. sub nu. 9. uers. de iure ciuili, Boer. d. decisione 318. in principio, & alibi per discursum totius quæstionis, Marc. Anton. Bauer. cōsil. 100. diuers. crim. tomo primo in ultimis impressis in magna forma numero primo. Clar. in d. §. incestus nu. 2. uers. sed quæro quæ sit pœna incestus, attestans esse communem opinionē, quando committitur incestus cum aliqua alia specie fornicationis, puta adulterii uel stupri, ubi etiam subdit ita tenere Bermond. d. tit. de incestu num. 14. uers. sum modo & uers. reportetis ergo, qui tamen postea uariat, ut paulo inferius dicemus, & Clar. referunt Vincen. de Franc. decisione Neapolit. 378 quidam scelestus sub num. 1. & Thesaur. d. decisione 100. nu. 3. vers. doctores vero, & dixi late in cons. inferius primo loco registrando in 3. & 6. præmissis, idem voluit Bonif. de Vitalin in tract. de malefic. titu. de adulter. incestu, & Sodom. numero 13. vers. incestus vero, ubi ait, quod incestus committitur cum Priuigna, Nuru, Nouerca, consanguinea, & simili coniuncta persona, & punitur eadem pœna, qua adulterium ut in d. l. si adulterium cum incestu in princ. & tradunt etiam Petr. de Exio inter consilia crim. diuers. cons. 81. numero primo, vol. 2. in prioribus impressis in parua forma, Cuman. conf. 154. colum. prima uersic. sed & si pœna, & alibi sæpe

discursu totius consilii, Couaru. dicens esse cō
munem opinionem in Epitome de sponsal. &
matrim. in 2. parte cap. 6. §. 8. de contrahenti-
bus incest. nupt. numero secundo, vers. incestus
autem, Thesaur. d. decisione 100. in princ. & po
nit etiam Bal. cons. 429. super eo libro quinto,
Bertaz. nuper visus, & paucis se expediens cōs.
crim. 261. num. 4. vers. tertio est etiam lib. 2. de
quo videtur tex. apertus in l. miles qui x1. §. mi
litem. ff. de adulter. vbi quod qui sororis filiam
in contubernio habuit, licet non in matrimo-
nium, pœna adulterii tenetur, & quamuis non
dicat litera, quod sit incestus, tamen constat
quod vere incestus est ex supra allegatis, & ex
d. l. si adulterium cum incestu, §. stuprum. ff. de
adulter. vbi punctualiter agitur de stupro in so
roris filiam commisso (quem incestum glo. ap
pellat) pœna adulterii puniendo, & a fortiori
ex l. sororis. 39. in principio iuncto. §. siquis. ff.
de ritu nupt. vbi expresse dicitur, quod incestū
committit, qui sororis proneptem cognoscit
cum qua matrimonium contrahere non pote-
rat, quia illi loco parentis erat, & sic patet verā
esse conclusionem, quod eadem sit pœna ince-
16 stus, quæ est adulterii, & proinde mortis, cum
in adulterio pœna mortis imposita sit d. l. quam
uis in fine la 2. C. de adulter. & ibi scribentes, &
§. si quando vero & ibi pariter Doctor. in Auth.
vt nulli iudic. Grillan. in d. tract. de pœn. omni-
far. coitu. quæst. 1. sub numero 18. vers. de iure
autem ciuili Couar. de Sponsal. & matrim. in 2.
parte cap. 7. §. 7. numero 17. versiculo mortis er
go, Corn. dicto consilio 19. numero primo, Vi-
talin. d. titu. de adulter. incest. & sodom. nume-
ro sexto, vers. pœna adulterantis, Angel. in d. l.
si adulterium cum incestu in principio nu. 3. &
hanc esse communem, & omnium scribentium
17 consensu approbatam sententiam dicit Clar.
multos allegans in §. adulterium sub numer. 7.
post versiculum sed quæro quæ sit pœna, & idē
longe plures adducens firmat nouissime Flam.
de Rubeis in tract. de adulter. cap. 16. vers. tri-
gesima tertia adulterii pœna, & late etiam pro
bat Vinc. de Franch. decis. 240. dum esset num.
quinto, & multis seq. vbi tandem ita iudicatum
fuisse refert, Quæ tamen in muliere propter se
18 xus fragilitatem immutata est, non enim mor
te punitur adultera, sed virgis, ceditur deinde
in monasterium detruditur, & si intra bienniū
maritus illam ad se non reuocet, habitum mo-
nachalem suscipere, & ibi perpetuo viuere cō-
pellitur, iuxta text. in authen. sed hodie. C. de
adulter. & in auth. vt nulli iudicum. §. adulterā
vero, tradunt Vitalin. vbi supra num. 6. ver. pe
na adulterātis Couar. d. c. 7. §. 7. sub nu. 17. post
vers. mortis ergo, Ange. in d. l. si adulterium cū
incestu in princ. numero 3. Clar. dicens esse cō-
munem omnium opinionem in d. §. adulteriū
sub numero 7 post dictum vers. sed quæro quæ
sit pœna, & Flamin. de Rubeis d. cap. 16. versic.
trigesima quarta pœna, qui infinitis eā probat
authoritatibus, variasque penas ex variarū pro
uinciarum moribus, aut Constitutionibus hu-
iusmodi adulteris mulieribus dari solitas re-
censet, de qua re etiam Clar. loco citato nō nul
la refert, quæ apud eum videri possunt, & dixi
d. cons. vt supra registrando in d. 3. præmisso, &
ex hoc & in incestu immutatā esse penā in mu-
liere dixit Grillan. Si enim incestus pœna eadē
est, quæ adulterii, & in adulterio mutata repe-
19 ritur in femina, vtique & in incestu commuta-
ta intelligitur, vt æquiparatorum idem sit iudi
cium, pro vt ita arguēdo voluit in pūcto Gril-
land. d. quæst. 2. sub numero nono, post vers. se-
cundo vero casu circa medium, & d. quæst. 3.
sub numero 5. post vers de iure autem ciuili iti
dem circa mediū, & ad finem, late Petr. Foller.
inter cons. crim. diuers. cons. 79. sub num. 1. & 3.
tom. secundo in vltimis impressis in magna for
ma, Conrad. d. titu. de incestuos. & nephar. sub
numero 15. ad finem, vers. ibi tamen, Foller. in
pract. crimin. in 6. parte princ. sub nume. 9. post
vers. sed de iure ciuili, & non absurdum, vide-
tur, nec ab æquitate alienum, licet mero iure
in contrarium faciant dicta inferius in versic.
Nec omittendum est ad finem, ibi bene verum
est, & statim dicenda proximo versiculo.
20 Cui tamen generali conclusioni multi con-
tradicunt, negantes incestus pœnam esse mor-
tis, nam licet pœna incestus sit eadē, quæ adul-
terii vt in d. l. miles qui. §. militem. ff. de adult. ta
men in adulterio tantum pœna est aucta iure
Codicis per dictam l. quamuis. la 2. in fine. C. de
adulter. imponentem penam mortis modera-
tam tamen postea nouissimo iure authentico-
rum in muliere per dictam auth. sed hodie eod.
tit. cum iure digestorum esset minor pœna Bar.
in l. inter liberas in prin. & in d. l. si adulterium
cum incestu in prin. numero 5. vers. quæro quid
releuat. ff. de adulter. & in l qui cum vno. §. adul
terii vbi etiam glo. in verbo recipiendi. ff. de re
militar. Imponebatur enim pena deportatio-
nis secundum vnam opinionem, quam com-
munem dicunt Clar. in §. adulterium sub nume.
7. vers. de iure autem ciuili, Flamin. de Rubeis
in tract. de adulter. ca. 16. vers. vigesima tertia,
adulterii pœna in fine, Foller. d. cons. 79. sub nu.
1. & ante eos Cuman. cons. 154. colum. 2. versic.
considerandum quæ olim fuit, Couar. de Spon-
sal. & matrim. in 2. parte cap. 7. §. 7. numero 16.
vers. verum præmissa, copiose Franc. d. decisio-
ne 240. sub numero 5. & seq. vers pro eo diceba
tur, de qua meminit Bart. post glo. in d. l. siquis
viduam. ff. de quæstion. & in l. Claudius in pri-
ma opposit. ff. de his quibus vt indign. & remis-
siue in l. 2. §. miles in princ. num. 1. ff. de his qui
nor. infam.
In incestu autem nō reperitur pœna expres-
21 se aucta, vnde veluti non alterata remanet ea-
dem quæ erat iure digestorum introducta per
text. in d. l. siquis viduam. ff. de quæstion. qui
loquitur de deportatione, ita in specie dicit,
Ange. in d. l. si adulterium cum incestu in prin.
nume. tertio, ad finem, & post eum Alex. consil.

229.nume.4.& 5.uerſ.præſuppono enim lib.6. quos ſequitur Vinc.de Franch.d.deciſ.378.ſub numero primo,in fine,& ſeq.vſque ad finem,& late probant Cuman.d.conſ.154.col.2. & 3.& Foller.d.conſ.79.ſub nume.1.& 2.& reſpondet Franch.ad argumentum æquiparationis pœnæ inceſtus ad pęnam adulterii ſecundum glo. & doctores ſup.citatos, quod dicta æquiparatio intelligitur de iure Digeſtorum, adeo quod ve rũ eſt,quod inceſtus punitur hodie pro vt olim puniebatur adulterium, non autem intelligitur de iure Codicis, quo adulterii pœna aucta fuit,quia odia ſunt reſtringenda,& vbi agitur de correctione iuris, non fit extenſio per ſub auditos intellectus de caſu expreſſo ad caſum non expreſſum,& ſi eadem adſit,vel alia ratio, inquitque hanc eſſe veriorem,& æquiorem opi nionem,ſecundum quã in caſu ſuo concludit, quod cum quidam commiſiſſet ſtuprum cum inceſtu in duas ſorores virgines quę erant eidẽ ſorores conſobrinæ, quia ille & ſtuprator ortum habebant ex duabus ſororibus vterinis,& Magna Curia Vicariæ illum condemnaſſet ad pœnam vltimi ſupplicii,interpoſita appellatione ad Sacrum Conſilium ſententia fuit reformata,& ſtuprator deportatus, & mulieres detruſæ in monaſterium,idem poſt Ange.& Alex. tenet Bermon.vbi ſup.num.15.& 16.ver.aduer tendum eſt,vbi ait credere eſſe veriorem, & æquiorem opinionem, cum qua etiam tranſit Theſaur.d.Deciſione 100.ſub numero quinto, ad finem,& ſeruiunt dicta inferius in verſ.Nec omittendum eſt,& ſeq.adeo quod cõcludi poteſt cum præfatis Doctoribus quod hodie pœna inceſtus ſit deportatio, pro vt olim erat de iure Digeſtorum, non autem vltimum ſupplicium,licet alias contrarium firmauerim in dicto conſilio infra primo loco regiſtrãdo in ter tio & ſexto præmiſſis. Quod magis de plano procederet, ſi admitteremus opinionem corũ, qui volunt, quod etiam hodie pœna adulterii
22 non ſit de iure Codicis pœna mortis,ſed arbitraria ſecundum conditionem perſonarum, vt per Bart.poſt gl.in d.l.ſiquis viduam.ff.de quæſtion.in d.l. Claudius in prima oppoſitione. ff. de his quibus vt indign.& remiſſiue in d.l. 2.§. miles in princ.ff.de his qui not.infam.vt conſiderat Alex.d.conſ.229.num.5.in fi.verſ.hoc tãto magis,& meminit etiam Cuman.d.cõſ.154. col.3.verſ.fuit alia opinio,& Franch.d. deciſio ne 240.ſub num.5. & ſeq. verſ pro reo diceba tur, quam opinionem tamen ſup.reiecimus, te nentes hodie pœnam adulterii eſſe mortis naturalis iure Codicis tam in maſculo, quam in fœmina,ſed in ea iure authenticorum fuiſſe po ſtea moderatam.

Et hac opinione attenta,quod ſcilicet ince-
23 ſtus pœna non ſit mors naturalis,ſed deportatio,ſequitur quod vbi nõ adſunt inſulæ, vel de portatio non ſit in vſu, alia eius loco imponen da erit pœna arbitrio Iudicis, vt in puncto tradit Alex.d.cõſ.229.nu.13.ver.ex quibus,& nos late diximus ſup.caſu 8. ſed. conſ. primo loco regiſtrando in 7.præmiſſ. & alibi ſæpe, Quod tamen intelligendum eſt locum habere eo ſolum caſu,quo inceſtus commiſſus eſt cum ſtu-
24 pro tantum,nam tunc bene poſſet admitti pœna deportationis in inſulam,excipiendo tamẽ ſemper caſum nepharii coitus inter aſcendentes,& deſcendentes,in quo eſt pœna mortis na turalis,vt ſup.diximus,deportatio enim ſecum trahit confiſcationem omnium bonorum.§.itẽ lex cornelia de falſis cum glo. in verbo deportatio inſtit.de public.iudic.& l.1.§.fi.ff. ad leg. Cornel.de falſ.& proinde maior eſt, quam pœna ſtupri ſimplicis, pro quo impoſita eſt tantũ
25 pœna publicationis dimidiæ partis bonorum, ſi ſtuprator ſit honeſtus, & coërtio corporis cum relegatione,ſi ſit humilis.§.eadem lege Iu lia,inſtit.eod.tit.& ibi gl.& ſcribentes omnes, Clar.in §.ſtuprum ſub nu.3.verſ.ſed quæro quæ ſit pœna in fine,& ita videtur eſſe mens glo. in d.l. ſi quis viduã in verbo deportandus in principio.ff.de quæſtionibus.

Secus autem erit dicendum, quando cum
26 adulterio commiſſum eſt crimen inceſtus etiã inter alios,quam inter aſcendentes, & deſcendentes, quia tunc non poterit procedere prædicta opinio deportationis,cum ſola adulterii pœna mortis naturalis ſit, vt ſupra diximus & præterea ſit adiũctum aliud delictum inceſtus, quod eſt maius adulterio Cuman. d.conſ.154. colum.1.verſ.ſed & ſi pœna,Conrad.d.tit.de in ceſtuoſ. & nephar.num.13.verſ.eſtque crimen iſtud,Corn.d.conſ.19.nu. 1. lib.4.& Bermond. d.tit.de inceſtu ſub num.14.poſt verſiculũ ſim modo in 2.membro, de quo etiam puniendus eſſet delinquens, ſi adulterii pœna per ſe non eſſet talis, quæ reiterari non poſſet, vt itidem diximus poſt verſ.talium autem,& eſt dictum veriſſimum, licet ab aliis, quod viderim, non ponderatum, & notandum eſt, ne erretur in practica.

Inter trãſuerſa'es autem hac carnali cogna
27 tione vel affinitate coniunctos vſque ad quartum tantummodo gradum incluſiue, & non vl tra, prohibitæ ſunt nuptiæ de iure canonico gradum ipſorum computatione ſecundum idẽ ius pontificium facienda, vt ex tex.in c. non de bet.§. prohibitio quoque extr. de conſanguin. & affinit. Alex.d.conſ.229. nu. 3. ad finem verſ. ſi etiam conſideremus lib.6.Bermond.d.tit.de inceſtu nu.2.Reiecta in hoc iuris ciuilis diſpo-
28 ſitione, quo iure in Collateralibus æqualibus contrahi poteſt matrimoniũ inter exiſtẽtes in quarto gradu,vt ſunt filii duorũ fratrum.§.duo rũ inſtit.de nupt.Licet,ſecus in his qui ſunt ſu-
29 fra,vt in fratris,vel ſororis nepte, quã quis vxo rẽ ducere non poteſt,quamuis in quarto gradu ſint inter ſe.§.fratris vero eod.tit.& pariter in his,qui ſunt ſupra,vt in Amita vel Mater ter ra magna, quam itidem quis habere vxorem non poteſt, etſi in quarto gradu exiſtant. §. item Amitam in fine eodem titu. cum enim

ordo transuersalium in tres diuidatur partes,
scilicet, supra, infra & ex larere, maior est absti
nētia versus superiores, & inferiores, qui parē-
tū, & filiorū respectiue loco habentur, quam er
ga transuersales, vt in dictis locis notatur.
Concubitus itaque inter tales transuersales
30 inter quos matrimonium contrahi nō porest,
incestus proprie dicitur glo. in rub. C. de incest.
nup. & remissiue in Auth. incestas. & in auth. ex
complexu eod. titu. glo. in l. incestæ. 52. ff. de ti-
tu nupt. Conrad. d. titu. de incestuos. & nephar.
numero 10. vers. incestuosos proprie, Bermōd.
d. tit. de incestu sub num. 1. & 2. & rursus nume.
5. versic. aduertendum est, scribentes in §. ergo
non omnes, & in §. si aduersus instit. de nupt. in
l. qui contra, & in l. fin. C. de incest. nupt. & dixi
d. consil. primo loco registrando in secundo
præmisso.
Quia in concernentibus matrimonia, & eo-
31 rum prohibitionem, vel permissionem lex ciui
uilis sequitur canones, nec illos imitari dedi-
gnatur, vnde ius canonicum vbique locorum
etiam in terris imperii seruatur, cap. pen. & fin.
de secund nupt. c. Euphemium. §. hinc colligi-
tur vers. quod etiam, & versiculo de ea vero 2.
q 3. & vbique glos. & doctores, & in aliis locis
vulgaribus, de quibus memini d. cons. in quar-
to præmisso.
Et horum transuersalium consanguineorum
32 & affinium incestus punitur pæna mortis natu
ralis tam in masculo, quam in fæmina, licet in
ea nouissimo authenticorum iure immutata
sit pro vt pæna adulterii, vt in indiuiduo tradit
Grilland. d. quæst. 3. num. 5. vers. de iure autem
ciuili, & vers. eadem quoque pæna puniuntur,
& dicit de hoc esse glo. communiter approba-
tam in d. l. si adulterium, cum incestu in verbo
si adulterium pro qua opinionem faciunt di-
cta superius post versiculum Talium autem &
versicu. seq. incipiente Quinimo Doctores, &
d. cons. primo loco registrando in tertio & 6.
præmissis, & Grilland. sequutus est Boer. d. de-
cisione 318. sub numero tertio, ad finem versic.
tamen eadem pæna, Cuman. d. cons. 154. col.
3. in principio vers. & si diceretur. qui loquitur
quando committitur cum Sorore, accedunt
plura relata per Bermon. d. titu. de incestu nu-
mero 31. vers. de lege autem, vbi ostendit apud
Sanctos patres dignos morte habitos fuisse fra
tres, qui proprias stuprauerant Sorores; Sed
in contrarium faciunt quæ diximus in vers. cui
tamen generali conclusioni, & infra, vbi firma
uimus, quod pęna incestus est deportatio sal-
33 tem quando commissus fuit cum stupro licet
aliud sit, vbi concurrit Adulterium cum hoc
per se solum pænam mortis contineat, & pro-
pterea dicit Thesaur. dicta decisione 100. nu-
mero quinto, vers. in trāsuersalibus vero, quod
in collateralibus etiam si sint frater, & Soror,
nimis dura sibi videtur opinio Grillan. & Boer.
cum prohibitio matrimonii inter eos non sit
de iure gentium, & ob id aliquando apud mul-
tas gentes, & magnas personas licita fuerit ta-
lis coniunctio, vnde referr quod in contingen-
tia facti in quadam causa vertente in Curia Fos
sani Senatus Pedemontanus iuxta votum Vi-
carii censuit marem, & feminam fratres verbe-
randos, deinde fratrem ad triremes mitten-
dum perpetuo, Mulierem vero in exilium pu-
34 blicatis bonis, quatenus non extarent agnati
iuxta dispositionem auth. bona damnatorum.
C. de bonis proscript. Alex. etiam d. cons. 229.
loquens in eo, qui filiam sororis vxoris sue stu
prauerat, vult dictum delinquentem non vlti-
mo supplicio, sed deportatione tantum, & pro
inde pæna arbitraria iudici citra mortem natu
ralem puniendum, sic & Vinc. de Franch. d. de-
cisione 178. testatur eum, qui duas Sorores ipsi
consobrinas violauerat, ex sententia Sacri con
silii fuisse solummodo deportatum, reuocata
priori Sententia, quæ illum ad mortem damna
bat, Clar. etiam in d. §. incestus sub numero se-
cundo, versiculo sed quæro quæ sit pæna ad fi-
nem, refert vidisse per Senatum Mediolani di-
uersimode puniri incestuosos, sed in transuer-
salibus non ponit pænam datam masculis, sed
tantum feminis, inquiens quod quædam Mar-
garita Cella pro incestu commisso cum Soro-
rio suo fuit fustigata; Ego sane in casu adulte-
35 rii cum incestu sequerer opinionem Grillan.
& Boer. condemnando Virum pœna mortis,
Mulierem vero fustigationis, exilij, detrusio-
nis in Monasterium, si in vsu esset, vel alia, mar
remitiori, & maxime si essent frater & Soror
in quibus tanto atrocior esse debet pæna, quā
to maior est proximitas, & coniunctio sangui-
nis, cuius naturale fædus nihil turpe considera
ri aut excogitari permittit iuxta l. eum qui pro
babilē. C. de Episc. & cleric. & notata per Crau.
cōs. 321. colum. prima, Si enim de iure commu
ni solum adulterium pæna mortis dignū est,
vt supra probatum fuit, multo magis vnitum
cum incestu, quia duplex admissum est, & non
vnum, & vtrunque punitione dignum, vt ait iu-
reconsultus in d. l. si adulterium cum incestu. §.
stuprum. ff. de adulter.
Quod si essemus in casu stupri cum incestu,
in quo loquuntur præcitati doctores facile in
eorum opinionem condescēderē, vt citra mor
tem etiam masculus puniatur cum Stuprum
sit minus adulterio, & maxime si non essent
frater, & soror, quod & dudum tenui d. cons.
vt supra primo loco registrando in 7. præmis-
so, vbi dixi, quod licet pro stupro cum ince-
stu imposita sit iure ciuili pæna mortis, tamen
de consuetudine non irrogatur, quando delin
quētes sunt in grauibus remotioribus, sed alia
mitior imponitur, Et hoc vbi nulla vis inter-
36 uenisset, nam ea concurrente pænam mortis
huiusmodi stupratori inferrem, quia talis est
solius stupri violenti pœna Alex. d. cons. 229. in
princ. num. 1. & ad fin. sub nume. 11. versicu. nec
prædictis obstat, & probatur in leg. 1. §. fin. ff.
de extraordin. crimin. cum ibi not. per Bart. &
ponit

ponit glo. in d. §. eadem lege Iulia in verbo sine vi, & in §. item lex Iulia de vi, ver. sin autem per vim in glo. prima instit. de public. iudic. & vtrobique notant cæteri scribentes & propterea alias votaui fratrem, qui vi adhibita sororem stuprauerat, esse furcis suspendendum & postea igne comburendum.

Quę tamen incestus pœna locum habere in-
37 telligitur solum quo ad personas, inter quas prohibitæ sunt nuptiæ de iure ciuili ratione consanguinitatis, vel affinitatis, non autem quo ad personas, inter quas ex dispositione iuris canonici tantum, essent prohibitæ nuptiæ, quia iura ciuilia imponentia pœnam committentibus incestum, videntur habuisse respectū ad casus ab ipso iure ciuili tantum prouisos, & proinde intelligenda videntur secundum alias leges ciuiles declarantes, quid sit incestus, & in quibus casibus committatur, cum a talibus legibus dependentiam habeant dictæ aliæ leges pœnam incestus imponentes, ita in puncto tradit Alex. d. conf. 229. num. 6. vers. & tanto magis qui loquitur in eo, qui filiam sororis vxoris suæ stuprauerat, aiens eum non teneri pœna incestus de iure ciuili, cum eo iure inter stuprantem, & stupratam non esset prohibitum matrimonium, vt probat nu. 7. sed iure tantum canonico, de quo non intellexit ius ciuile pœnam pro incestu imponens, vt ibi per ipsum, & latius per Vincent. de Franch. d. decisione 240. sub nu. 15. & seq. vers. pro inquisito dicebatur pœnam, pro quo optime facit Io. Calderi. conf. 2. titu. de consanguin. & affinit. vbi quærit, an qui scienter contraxit matrimonium cum coniuncta in quarto gradu consanguinitatis prohibito a iure canonico, sed non a iure ciuili, incurrat pœnam legalem, de qua habetur in l. si quis incesti, & in Auth. incestas nuptias C. de incest. nupt. & post multa in vtrāque partem adducta concludit, quod non, quia lex ciuilis dicitur imponere pœnam contrahenti nuptias contra ipsam legem ciuilem tantum, & in casibus solum, in quibus incestæ in sunt nuptiæ secundum eandem legem ciuilem, non autem etiam secundum ius canonicum, & maxime cum illud non statuat hoc casu locum habere pęnam legalem, nec refert secundum ipsum Calderin. quod lex ciuilis in materia prohibitionis, vel permissionis nuptiarum sequatur Canones, & proinde nuptiæ videantur prohibitæ ab ipso iure ciuili in eisdē casibus, in quibus a iure canonico vetitæ reperiuntur, quia respondetur quod licet in his ciuilis lex generaliter velit sequi Canones, pę-
38 na tamen in vno casu nuptiarum prohibitarum ab ipsa lege ciuili apposita non habet ptopterea locum in alio casu non expresso in ipso iure ciuili, imo permisso, cum illa pęna in suo casu specialis sit determinata, & ideo generis determinationem non faciat, nec ad generalē prorogationem ipsius generis intelligatur repetita, sed restringitur ad suum proprium casum incestuosum, non simpliciter, & absolute, sed de iure ciuili, nec extenditur ad casum ex eodem iure permissum, & Calderin. se-
39 quutus fuit Domin. de sancto Gemin. consilio 71. in vltimo dubio per totum, Ad idem facit Anchar. conf. 391. vbi consuluit eum, qui duxit in matrimonium sororem, aut Consanguineam eius, cum qua alias rem carnalem habuit, non puniri pęna incestus a iure ciuili statuta, ex quo inter has personas iure tantum canonico prohibitæ erant nuptię, & non iure ciuili, & propterea pęna ipsius iuris ciuilis, quæ de canonica prohibitione non cogitauit, ad talem casum non extenditur Nec de mente iuris canonici etiam videtur in prohibitionibus matrimoniorum nouiter introductis cogitatum fuisse de pęnis iuris ciuilis, sed tantum habitam rationem impediendi matrimonij ex dicta illicita fornicatione præcedente, quod ideo dirimendum in casu prædicto putat, absque eo, quod alia incestarum nuptiarum pęna contrahenti imponatur, Quod dictum Anchar. sequuti sunt Marsil. Singul. 254. ex illicito coitu, Augustin. de Arimin. in addit. ad Angel. de malefic. in verbo che hai adulterato la mia donna nu. 68. in fine, vers. & inde pulchrum consilium Boss. d. titu. de coitu damn. & punib. nu. 73. & 74. vers. & incestuosus coitus, Foller. in pract. crim. canon. in verbo accusatione porrecta cap. quarto sub nu. 92. ad finem vers. aduerte tamen, Thesaur. d. decisione 100. in fine nume. 7. vers. in consanguinea vero, qui tamen ad hoc solum adducit Marsil. loco cit. Marc. Ant. Bauer. inter conf. crim. diuers. conf. 100. nu. 2. tom. primo in vltimis impressis in magna forma, Boer. decisione 318 nu. 5. vers. & quo ad Virum, Anton. de Butr. Ruyn. Curt. Iun. Paris. Paleot. Alciat. & Cephal. relati per Franch. d. decisione 240. sub nu. 15. Bertaz. solum Ancar. Calde. Alex. & Clar. adducens dict. consilio crim. 261. nu. 3. vers. secundo animaduertendum lib. 2. & Petr. Anton. Angussol. consilio 7. per totum lib. primo vbi ex professo opinionem hanc defendit, licet pro ea valde paucas authoritates adducat, cum qua opinione etiam transit Bermond. neminem adducens dicto titu. de incestu nu. 32. vers. ex prædictis ergo, & generaliter & indistincte quod dispositio d. l. si quis incesti, & dict. auth. incestas
40 nuptias. C. de incest. nupt. habeat tantummodo locum in nuptijs, quæ sunt incestæ secundum ius ciuile, non autem etiam in his, quæ incestæ sunt secundum ius canonicum tantū, sequendo Anchar in tenuerunt Dec. conf. 268. col. fin. nu. 4. & ibi addent. ad eum, & antea conf. 158. contra ipsum Decium variantem, Foller. d. cap. 4. nu. 92. & pluribus seq. probans esse opinionem probabiliorem, veriorem, & cōmuniorem, eamq; ab argumentis contradicentium defendens, & Bellon. conf. 84. sub nu. 4. & 5. vbi etiam refert alios, & de magis cōmuni testatur Bonacoss. in secunda parte comm.

Opin.

opin. crimin. in verbo statutum loquens de sacrilegio, vers. sic & statutum de incestu, qui allegat Mazol. cons. 19. Clar. d. §. incestus. nu. 4. vers. quæro nunquid dispositio, qui sola authoritate, & relatione Follerij contentus inquit, quod licet negari non possit, quin magnæ sint authoritates hinc inde, ipse si casus cótingeret libentius adhæreret huic opinioni, quæ etiam mitior est, & benignior, & quam etiam credit in puncto iuris veriorem, licet postea subdat in similibus in quibus sunt varietates opinionum, & ex vtroque parte Doctores attestantes de communi, ante omnia recurrendum esse ad consuetudinem, & videndum secundum quam opinionem solitum sit iudicari, & eam seruari tanquam optimam legum interpretem.

Contrarium tamen quod pęna iuris ciuilis 41 pro incestu locum habeat etiam si nuptiæ sint incestæ solum de iure canonico, & non de iure ciuili tenuit Abb. in cap. & si necesse ad fin. nu. 10. & 11. de donat. inter vir. & vxor. cuius opinionem tenetur & communem dicit Dec. cons. 158. per totum, quem sequitur Io. Bapt. Plot. d. cons. 132. nu. 17. vers. & pœna dictæ. Authé. idem voluerunt Signorol. de Homodeis Præposit. Cardin. & Platea relati per Bellon. dicto cons. 84 nu. 5. vers. nec obstat. Conrad. dicens esse communem in pract. crimi. tit. de incestuosis, & nepharijs nu. 9. fol. mihi 376. Diaz. in pract. crim. canon. in verbo incestus cap. 84. sub on. 3. vers. contrarium tamen crederem, & ibi addent. ad eum sub litera D. Couarr. in I pi tome d. Sponsal & Matrimon. in 2. parte cap. 6. §. 8. nu. 18. vers. cœterum, qui ait esse communem, & veriorem de iure, Dec. in l. si autæ ad fin. sub nu. 14. vers. vnde interebam C. de successor. edict. & in l. 1. sub nu. 20. vers. ex quo inferri videtur C. de secund. nupt. & in cap. 2. nu. 7. vers. & per hoc interebam extr. de testib. & latius in l. fin. nu. 7. vers. sed pulchra est dubitatio C. vnd. legitim. & quidam alij relati per Franch. d. decisione 240. nu. 15. vers. super qua vltima difficultate, licet ipse postea videatur inclinare in aliam opinionem, qui omnes reprobant dicta cons. Calderin. Geminiani, & Ancharani, quorum rationibus, & fundamentis respondet Dec. d. cons. 158. & in d. l. fin. nu. 7. C. vnd. legit. ad quem lectorem remittere satis esse mihi videtur; Hoc solummodo eius dictis addens, quod minime inconueniens est, 42 legis ciuilis pœnam de incestu trahi ad casum qui incestuosus sit de iure canonico tantum, & non secundum ipsam ciuilem legem, cum in his proprijs terminis nephariarum & incestarũ nuptiarum canones expresse approbent pœnas a iure ciuili impositas, vt in cap. cum secũdum leges de hæretic. lib. 6. quicquid in hoc dicat. Cuman. d. consil. 154 col. prima versi. nec ex eo. & hanc sententiam videtur præsupponere Vinc. de Franc. d. decisione 378. in qua incestus non erat de iure ciuili, sed tantum de iure canonico, quia mulieres cognitæ carnaliter erant in quarto gradu æquali cum stupratore, qui est permissus a lege ciuili, & affinitas ex illicito, & fornicario coitu contracta per carnalem coniunctionem cum vtraque earum, quæ erant ad inuicem sorores, non est cognita a iure ciuili, sed a Canonico tantum, si credimus Calder. Gemin. & Anchar. in consilijs relatis, & nihilominus dicitur stupratorem teneri pęna incestus a iure ciuili imposita, est verum, quod Franch. nõ adducit prædicta cós. & non disputat expresse de hoc, sed satis est quod conclusio sua est contra dictos patres, & eorum sequaces, & puto quod ista opinio sit vera, secundum quam etiam aliquando, si recte memini, iudicatum vidi, quæ etiam probatur ex inferius dicendis in vers. & non solum procedunt cum seq. & eam nunc, teneo, licet alias vsque de anno. 1580. in allegato cons. in fine præsentis casus primo loco subijciendo decisiue consulens, fuerim sequutus sententiam Anchar. vt patet ex allegatis ibi in sexto præmisso vers. quæ quidem communis sententia, & in fine, & rursus de anno. 1581. in alio cons. etiam subijciendo & secundo loco registrando ad finem vers. quo autem ad Mariam.

Nec omittenda est in hac doctorum varie-43 tate conciliatio cõsiderata per Bellon. d. cós. 84. nu. 6. vers. vel aliter possum respondere, vbi distinguendo dicit, quod aut loquimur de pęna contrahentis incestas nuptias in gradibus prohibitis a iure canonico ratione consanguinitatis, vel affinitatis vltra gradus a iure ciuili prohibitos, & tunc procedit opinio Abb. Decij, & sequacium, quia hę nuptiæ sunt incestæ, & in eis conueniunt verba legis ciuilis, Aut loquimur de nuptijs prohibitis iure tantum canonico, & non iure ciuili, quæ tamen non sunt incestæ, vt si contrahatur cum Commatre, vel alia persona cognatione spirituali coniuncta, & hoc casu locum habet sententia Calderin. Anchar. & aliorum, quia cum nuptiæ non sint incestæ non conueniunt verba legis ciuilis de incestis loquẽtis; vt ibi per ipsum Bellon.

Cuius distinctio vel ex eo reprobatur, 44 quod Calderin. cuius opinionem vult ipse procedere in secũdo casu, loquitur pręcise in primo, quãdo quis contraxit cum coniuncta in quarto gradu consanguinitatis, vel affinitatis prohibitio iure canonico, & permisso iure ciuili, & Calderinũ sequutus est Geminian. vt sup. retuli, et contra secũdum casum faciunt dicta inferius in vers. militant insuper cum seq. vbi videndum est, quia ibi dicta hic addi possunt.

Et non solum procedunt præmissa, quan-45 do coniunctio sanguinis, vel affinitatis matrimonium impediens prouenit ex illis nuptijs secundum ea, quæ dicta sunt tam in ascendentibus, et descendentibus, quam in collatera-

libus

ſibus, ſed etiam quando ex illicita coniunctione, et fornicario coitu procedit, nam et nunc cognoſcens carnaliter mulierem, cum qua ex talis illiciti coitus cauſa matrimonium contrahere non poterat, inceſtum committit, pro vt committeret, ſi ex licita matrimonali coniunct. oue impedimentum orietur l & nihil. 54. ff. de ritu nupt. vbi formaliter dicitur, quod nihil intereſt ex iuſtis nuptijs cognatio deſcendat, an vero non, idemque ſubditur, quod vulgo quæſitam ſororem quis vetatur vxorem ducere, quod antea in patre, vt filiam vulgo quæſitam vxorem non poſſit habere dixerat tex. in l. adoptiuus 14. §. ſeruiles ad fin. eod. tit. vbi etiam id aliter probatur, dum ratione ſeruilis cognationis nuptiæ inter certas prohibentur perſonas, etiam ſi manumiſſio ſubſequuta fuerit, & in affinitate eſt tex. in d. l. adoptiuus. §. inde tamen, vbi traditur quod id quod eſt ſtatutum in ſeruilibus cognationibus, obtinere etiam debet in ſimilibus affinitatibus, & in l. etiam ſi. 56. eod. titu. vbi habetur, quod qui concubinam ſororis filiam, licet libertinam habuerit, inceſtum committit, & in l. liberi. 4. C. de nupt. vbi quod liberi concubinas parentum ſuorum vxores habere nō poſſunt, alias crimen ſtupri, idest inceſtus committunt, & hoc vt inquit ibi glo. propter illicitam coniunctionem ex qua oritur impedi-
46 mentum matrimonij quaſi ex affinitate contracta, quod apertius dixit Bal. ſummans illū tex. hoc modo, Per concubinatum, & illicitū coitum contrahitur affinitas, vnde eius affines prohibentur matrimonio copulari, & ſubdit quod alias committitur non ſolum ſtuprū, vt dicit litera textus, ſed etiam inceſtus, & ante eum hoc tenuit gloſſ. in l. non facile. §. affines, in verbo per nuptias in fine ff. de gradibus affinit. quæ cum Azone tenet, quod etiam de iure ciuili contrahitur affinitas quo ad impediendum matrimonium ſine nuptijs per fornicationem, licet alij aliter velint, & planius hoc procedit attento iure canonico, ſecūdum
47 quod per illicitam commixtionem contrahitur affinitas, quæ impedit matrimonium, & pro inde etiam inducit inceſtum cap. ſuper eo circa medium cap. diſcretionem in fine, & cap. pen pariter in fine extr. de eo qui cognou. con ſanguin. vxor. ſuæ cap. per tuas ad finem ext. de probation. cap. 2. extr. de conſanguin. & affinit. c. in literis extr. de teſtibus cap. de inceſtis cum glo. in verbo concubitu, & ca. nec eam. 35. quæſtione 2. & 3. tradunt Grilland. in dicto tract. de pœn. omnifar. coit. quæſt. 4. num. 3. verſiculo nota tamen hoc dictum perpetuo, Diaz, d. ca. 84. poſt principium & ibi etiam Apoſtilla, in verbo contrarium tamen crederem ſub littera D. dicens eſſe communem opinionem Anchar. dicto conſilio 391. in princ. Marſil. Sing. 254 in princ. Conrad. in pract. crimin. d. titu. de inceſtuos. & nephari js nu. 8. Foller. in pract. crim. ca non. d. ca. 4. nu. 91. verſ. an autem contrahatur, Couar. teſtans de communi in Epitome de Spōſal. & matrim. in 2. parte cap. 6. § 7. nu. 3. verſ. atque etiam, Marc. Antonius Bauer. conſ. 100. nu. 2. inter conſilia crim. diuerſ. tomo primo in vltimis impreſſis in magna forma, inquiens,
48 quod affinitas contrahitur inter fornicarios, & eorum affines vſque ad quartum gradum ſicut inter legitimis nuptijs coniunctos, quod & tradit expreſſe Bermond. d. tit. de inceſtu ſub nu. 3. verſ. notent perpetuo canoniſte.

Licet hodie ex diſpoſitione Sacro Sācti Concilij Tridentini hæc affinitas ex illicito coitu proueniens vltra ſecundum gradum non extendatur vt in c. 4. incipiente præterea Sancta Sinodus de reformat. matrim. Seſſ. 24. de quo meminit Couar. d. titu de Sponſal. & matrim. in 2. parte c. 6. §. primo ſub nu. 1. verſ. ſed ex Tridentina Siuodo, quod capitulum quamuis ſolum loquatur quo ad matrimonium iam contractum in vlterioribus gradibus non dirimendum, tamen idem iudicandum eſt quo ad illud contrahendum, vt ex hac cauſa impedimentū reſtringatur ad exiſtentes tātum in primo, vel ſecundo gradu, vt punctualiter tradit Apoſtilla ad Diaz. d. c. 84. in verbo contrarium tamen crederem in litera D. ad fin. verſ. hodie vero, quæ dicit ita declaratum fuiſſe nouiſſima Conſtitutione Pij Quinti Pontificis maximi, quæ vulgo circunfertur vna cum ipſo Concilio, & incipit, ad Romanum Pontificem ædita anno. 1566. decimo ſeptimo Calend. Nouembris, & ſubdit eadem Apoſtill. quod propterea inceſtus vltra illum gradum amplius non commit-
49 titur & recte, cum affinitas vltra eundem gradum hodie quo ad nullum iuris effectum conſiderari poſſit.

Eſt autem pœna huius inceſtuoſi coitus ha-
50 biti non in figura matrimonij, ſed in actu fornicario eadem, quæ eſt in proprio inceſtu propter fornicationem habitam cum vera, & legitima conſanguinea, ſiue affine, & ſic eſt pœna capitis, ita in indiuiduo dicit Grilland. d. quæſt. 4. nu. 4. verſ. vnde ſequitur nec diſſentit Boer. d. Deciſione 318. ante finem ſub nu. 5. ver. licet Grillandus, & idem voluit Diaz. d. ca 84. poſt principium nu. 3. verſ. ſi autem Clericus, vbi quod ſi quis primo fornicatus ſit cum aliqua muliere, & poſtea cum eius conſanguinea
51 intra quartum gradum, debet puniri pœna inceſtus a iure ciuili impoſita, quem ſequitur Couar. in d. 2 parte cap. 6. §. 8. ſub nu. 3. verſiculo quod ſi Clericus ad finem, aiens, quod pœna inceſtus punitur, qui carnaliter cognoſcit feminam intra quartum gradum conſanguineam eius, quam antea cognouerat, & communem dicit Conrad. d. titu. de inceſtuos. & nephar. nu. 9. facit Bermond. dict. tit. de inceſtu nu. 3. ver. notent perpetuo canoniſtæ, vbi quod ſi cognouero aliquam mulierem carnaliter, & poſtea fornicatus fuerim cum eius conſanguinea vſque in quartum gradum, ſine dubio incido in crimen inceſtus, quicquid in contra

rium

52 tium in hoc puncto specialiter consuluerit Anchar. d. consilio 391. quem etsi multi sequuntur alii tamen reprobant, & rectius vt supra, ostendi ver. quæ tamen incestus pœna, & ibi dictis addo, quod non est vera assertio Anchar. in d consilio sub nu. 2. quod de iure ciuili non contrahitur affinitas ex illicito coitu, & quod solum eo iure prohibitum reperitur, quod filius contrahat cum patris concubina ex d. l. liberti. C. de nuptijs, quia contrarium est verum, vt patet ex proxime allegatis iuribus, & authoritatibus, & secundum hanc opinionem iudicatum fuisse reperio, si credimus Claro in dicto §. incestus sub nu. 2. vers. sed quæro quæ sit pœna incestus, qui refert Papo. attestantem, quod
53 per Parlamentũ Tolosæ vltimo supplicio fuit affectus quidam Notarius, qui carnaliter cognouerat matrem, & filiam, & alius ad perpetuas Triremes condemnatus, qui in Vxorem duxerat quandam mulierem, cuius neptem prius grauidam reddiderat, & in eodem casu, de eo qui matrem & filiam cognouit, loquitur Iacob. de Bellouisu in pract. crimin. titu. de Lenonib. in fine nu. 51. vers. quod si quis, licet Boer. d. decisione 318. in princ. sub nu. pr. illum alleget ad probandum, quod inter ascendentes, & descendentes ex legitimis nuptijs, incestus punitur pœna mortis, iura. enim adducta per ipsum Iacob. aperte ostendunt, quod intelligendus est de coniunctis ex illicito, & fornicario coitu, facit tamen ad propositum Boerij, quia si pœna mortis est propter coitum ex fornicatione prouenientem, multo magis propter legitimam, & matrimonialem coniunctionem, & quidem si casus contingeret in primo gradu, non excusarem Virum a tali pœna, in se
54 cundo autem sic, sed illum tamen acriter puniremu, vel pœna Triremium, vel alia graui Iudicis arbitrio secundum personarum, & facti qualitatẽ per antea dicta in vers. & horũ transuersalium consanguineorum.

Prohibentur præterea nuptiæ ob aliud iuris
55 impedimentum a carnali cognatione non procedens, sed quandam legalem cognationem inducens, puta propter arrogationem, vel adoptionem, qua mediante inter adoptantem, & adoptatum, & filios ac nepotes, ac alios descendentes adoptati, inter adoptatum, & filios adoptantis, inter Vxorem adoptantis, & adoptatum, & inter Vxorem adoptati, & adoptãtem prohibitum est matrimonium iuxta. l. adoptiuus. 14. in princ. l. per adoptionem 17. & l. quinetiam. 55. ff. de ritu nupt. cap. vnicum extr. de cognat. legali. cap. 1. & ca. pen. 30. quæst. 3. & tradita per Couar. d. cap. 6. §. 5. de cognatione legali per totum, & per Summam Armil. in d. verbo matrimonium nu. 16. & seq. vers. cognatio legalis, & propterea qui mulierem, cum qua matrimonium ex tali impedimento contrahere non poterat, carnaliter cognouit, incestum committere dicitur, est enim hæc cognatio legalis, per quam quis
56 fit filius, vel nepos, vel deinceps, vel frater vel affinis, qui non est, naturam imitans, vt dicit glo. in Rubr. extra de cognat. legal & 30. quæst. 3. in princ. in verbo quod autem ad finem, vers. legalis cognatio, & quod incestus committatur aperte probat dicta l. quoetiam iuncta l. seq. incip. etiam si in fine ff. de ritu nup. saltem largo modo cum & hoc casu si inter personas prohibitas matrimonium de facto contraheretur, incestus committi diceretur, vt probat glo. in auth. incestas nuptias C. de incest. nupt. in glo. prima quæ dicit auth. illam contra contrahentes incestas nuptias locum habere non solum in vetitis ratione sanguinis, sed etiam in aliter quocunque modo pro
57 hibitis, sequitur Anchar. d. cons. 391. nu. 2. loquens, incestum committi qualitercunque illicitum matrimonium contrahatur, & admittit. Foller. in pract. crim. in 6. parte princ. sub nu. 8. post versiculum crimen enim incestus, ad quod adduco ego textum ab alijs non ponderatum in l. si qua mihi. 12. ff. de ritu nupt. vbi quod si vxor quondam mea a me repudiata nupsit Seio, quem postea arrogaui, non sunt nuptiæ incestæ, nam a contrario sensu, si antea Seium arrogassem, incestæ essent nuptiæ, quod ibi sensit glo. ateos quod incestæ videbantur, quia res peruenit ad eum casum, a quo incipere non posset. & seruit alius tex. similiter ab alijs non adductus in d. l. sororis. 39. §. si quis. ff. de ritu nupt. vbi generaliter dicitur, quod si quis ex his, quas legibus aut moribus prohibemur vxores habere, duxerit, incestum dicitur committere, licet secundum glo. in l. incestæ. 52. eod. tit. proprie loquendo potius inutiles nuptiæ, quam incestæ diceretur, nec dissentire videtur glos. in d. auth. incestas, si bene consideretur dum large dictum illud supra relatum intelligit, & non proprie, & optime facit tex. in d. l. non facile. 9. in adoptionem. ff. de gradibus affinitat. vbi quod in familia, in
58 qua quis adoptatur, nemo illi est cognatus præter patrem, eosue, quibus agnascitur, affinis autem nullus omnino, & quamuis secundũ gloss. ibi, in verbo, nemo est, videatur & ratione affinitatis in his nuptias prohiberi, vt in d. l. adoptiuus in princ. non est tamen hoc, quia vere adsit affinitas, sed qua affinitatis locum obtinet, & ita intelligenda est glo. in ca lex illa. §. cum ergo in verbo abusus. 36. quæst. prima quæ vult incestum oriri ex illicito coitu inter eos, cum quibus matrimonium prohibitum erat publicæ honestatis iustitia, nam. hoc pro
59 cedit ex impropria significatione, quæ in pœnis admittenda non est, vt punctualiter adnotat Addit. ad Diaz. d. c. 84. in Apostilla, in verbo, deponatur sub litera B. vers. si vero quis, & suo loco dicetur inferius in vers. postremo prohibitũ est; Incestus enim vere & proprie
60 loquendo est consanguineorum, vel affinium abusus d. §. cum ergo, & tradit Diaz. d. cap. 84. nu. 1. & nos sup. diximus initio præsentis dispu tationis.

tationis & propterea non inconuenienter concluditur quod cum incestus iste proueniens ex alia causa, quam coniunctionis consanguinitatis, vel affinitatis non sit propriè, & verè incestus, sed largo tantum modo, & impropriè, non sit puniendus pœna ordinaria incestus, sed alia arbitraria, vt colligitur ex traditis per Decis. d. consil. 158. post principium versiculo & hoc confirmatur ex eo, & per Plot. dicto cons. 132. num. 17. vers. & pœna in fine, & clarius ponit Anchar. d. consil. 391. nu. 5. vers. & ad euitationē pœnæ, qui etiam subdit quod licet hoc impedimentum sit efficax ad impediendum matrimoniū tamē esset rigorosū sentire, quod cōtra illud cōtrahētes veniāt puniēdi pœna, qua puniūtur cōtrahētes incestas nuptias, maximè quia vulgaribus dictum impedimentū, vt plurimū non est notum, & Anchar. sequitur Bellon. d. consil. 84. sub nu. 6. vers. nec potest etiam fieri extensio, & secundum Clar. in dicto §. incestus nu. 4. vers. item quæro, communis est doctorū opinio, quod d. auth. incestas, habet locum in nuptijs tantummodo propriè incestis ratione consanguinitatis, vel affinitatis, non autem in nuptijs largo modo & impropriè incestis, quæ alia ratione sunt inutiles & illicitæ, & bene etiam facit Petr. Foller. consil. 79. sub nu. 1. vers. secundo casu inter cons. crimin. diuers. in vltimis impressis in magna forma, vbi dicit quod incestus commissus de iure tantum ciuili, idest cum prohibita, alia ratione, quam consanguinitatis, vel affinitatis, punitur arbitrariè, maiori tamen pœna, quam simplicis stupri propter admixtionem incestus, licet quandoque pœna specialis statuta reperiatur vt in l. prima. C. si quis eam cuius tut. fuer. stuprau. vbi Tutor committens stuprum cum quondam pupilla sua deportatur, et omnia eius bona confiscantur, & bene, quia datur loco patris, personę principaliter ad illam nutriendum, & bonis, & honestis moribus instruendum, non autem ad stuprandum vt ait Grillan. in d. tract. de pœn. omnifar. coit. quæstione 7. in fine num. 7 vers. sexto etiam fallit, quæ decisio a fortiori seruit casui nostro, in quo ciuilis legis prohibitio a canonica dispositione est approbata vt in præcitatis capitalis habetur, & notat Couar. d. §. 5. nu. primo circ. finem; Et notandum est, quod oportet, vt adoptio, vel arrogatio valida fuerit, & seruatis seruandis facta, alias non impedit matrimonium contrahi, nec contractum dirimeret, ita in puncto decidit Foller. in pract. crim. canon. d. cap. 4. nu. 89. vers. aduerte tamen, loquens in patre in sanctis & in filium, vel filiam in sanctis, quando vulgares in Ecclesia cum celebratione Missæ cupiunt aliquam in filiam siue deb'tis solemnitatibus, quibus cessantibus non contrahitur filiatio, & subdit nu. 90. idem esse in contrahentibus adinuicem fraternitatem iuratam, quæ nihil iuris tribuit, vt ideo nec in his cadat incestus, cum matrimonij impedimentum non existat. Non crederem tamen, quod in dicto casu Follerij d. cons. 79. posset considerari aliquo modo incestus verus, & proprius, quia licet iure ciuili prohibitum sit matrimonium inter Tutorem vel Curatorem, eiusque filios, aut nepotes & pupillam, vel adultam l. Tutor vel Curator cum l. seq. & l. a diuo pio, l. seq. ff. de ritu nuptiar. nihilominus iure canonico huiusmodi prohibitio non reperitur comprobata, & ideo non cadit incestus, qui tantummodo consideratur vbi matrimonia vetantur ex canonibus, quorum dispositio, & non Cæsarei iuris in hac materia attenditur vt iam diximus, & quod non adsit in illo casu matrimonij interdicto de iure pontificio, patet ex notatis per omnes summistas in verbo matrimonium, per gloss. 30. quæst. 3. in princ. in verbo quod autem, & in ca. vnico de cognat. legal. in verbo quamdiu, & & in §. sunt & aliæ, in verbo enumerari instit. de nupt. qui inter ea impedimenta, quæ matrimonium impediunt contrahendum, & contractum dirimunt, vel contrahendum solum impediunt, & contractum non dirimunt, non ponunt illud de tutore, vel curatore, vt ideo dicendum sit valere matrimonium, & proinde cessare incestum, quod expressè sensit Salyc. in l fin. nume. 2. C. de interdict. matrim. inter pupil. & tutor. inquiens iure canonico non esse interdictum matrimonium, sed valere inter Tutorem, & eius filium, & libertum, & pupillam, quicquid ius ciuile in contrarium disponat, erit reperio Boss. d. tit. de coitu damnato & punibili sub nu. 41. vers. & sunt pauci dies, dicentem quod Senatus Mediolani fecit
64 poni ad catenam & fustigari quendā Tutorē, qui cum pupilla matrimonium cōtraxerat ad eo quod inconueniens non videtur, quod matrimonium valeat, & tamen contrahens puniatur arbitrariè, vt puto, propter contemptū legis ciuilis illud prohibentis aliqua ratione, quæ non sit approbata per ius canonicum, vt in prædicto casu, Hinc dicit Couar. d. cap. 6. d. §. 8. sub nu. 1. in fine damnatas eas nuptias dici, quæ a iure vetantur inter Tutorem, & pupillam, libertum, & patronam, seruum, & Dominam Quibus casibus alij forte addi possunt, & potissimum ille de administrante officium in aliqua Prouincia, in qua Vxorem
65 ducere non potest administratione durante, nec etiam filio, vt eam ducat, consentire l. si quis officium. 38. & l. qui in prouincia 57. ff. de ritu nupt. Paris. de Puteo in tract. de syndicat. in verbo contrahere cap. pr. nu. 4. & 11. Nam & impedimētum hoc iure canonico approbatum non inuenio, nec a Summistis, et
66 alijs vt sup. adductis positum, imo illud reprobatum dicit Paris de Puteo in d. verbo contrahere cap. primo sub d. nu. 4. et ante eum Salyc. in l fin. nu. 2. C. de interdict. matrim. inter pupil. & Tutor vbi postquam dixit, quod iure canonico non est interdictum matrimonium inter

ter tutorem eiusque filium,& libertum, & pu-
pillam, sed valet subdit generaliter idem esse
in quolibet alio casu in quo lege ciuili, matri-
monium prohibetur ad tempus vt ideo matri
monium cõtrahi possit canone non repugnan
te, etsi ius ciuile contradicat, quod & in practi
ca seruari omnes sciunt, Officialesque etiam
temporales, seu ad tempus, & non perpetuos
quotidie in prouinciis, quas regunt, matrimo
nia cum mulieribus de ea prouincia contrahe-
re ante officij finem, nec hoc casu auderẽ dice-
re, quod contrahentes punirentur tãquã prohi
bitionis huius ciuilis legis contemptores, cum
neminem vnquam viderim condemnari, nec ẽt
inquietari.
67 Prohibẽtur insuper nuptiæ inter personas,
quæ ad inuicem, coniunctæ sunt cognatione
spirituali mediantibus Sacramentis Baptisma
tis, vel Chrismatis cum quibus ob tale sacrum
vinculum non licet contrahere matrimonium
iuxta cap. 1. & sequentia in toto tit. extra de co
gnat. spiritual. c. 1. 2. & 3. 30. quæst. 3. cap. pen.
incipiente si quis cum 31. quæst. 2. Bermond. d.
tit. de incest. nu. 3. vers. & ista decisio, & latius
nu. 24. & 25. vers. dubitatur, Bellon. cons. 74.
nu. 2. Couar. d. cap. 6. §. 4. de cognat. spirit. nu.
1. & seq. & Foller. in pract. crim. d. 6. parte prin.
sub nu. 8. vers. crimen. Quod impedimentum
hodie ex dispositione Sacrosancti concilij Tri
68 dentini Sess. 24. de reformat. matrim. cap. 2. in
Baptismo compræhendit tantum suscipientẽ,
& susceptum ipsum, & illius patrem, & matrem
nec non baptizantem, & baptizatum ipsiusque
baptizati patrem, & matrem inter quos so-
lummodo spiritualis hæc cognatio contrahi-
tur quod & seruandum esse in cognatione, quę
ex confirmationis sacramento oritur, statuit
in eodem c. 2 §. ea quoque cognatio, vt opti-
me aduertit Couar. d. §. 4. in finalibus verbis,
vers. verum Tridentina Synodus quæ disposi-
tio etiã confirmata apparet ex Bulla Pij Quin-
ti Pontificis maximi, incip. cum illius vicem,
ædita anno. 1596. quarto Calend. Decembris,
quæ legitur in libro ipso d. Tridentini Conci-
lij, quo fit, vt si inter has personas inter quas
matrimonium sequi non poterat, carnalis co-
pula sequatur, incestus committatur vt in pro
posito dicit Grilland. in d. tract. de pœn. om-
nifar. coit. quæst. 3. sub nu. 1. vers. & hæc non so-
lum, & sub nu. 5. vers. eadem quoque & quæst.
5. in prin. num. 1. Foller. in d. 6. parte princ. sub
nu. 8. ad medium, qui quidem incestus punitur
sine figura matrimonij commissus pœna mor-
tis tanquam verus, & proprius incestus tam in
mare, quam in fœmina, in qua tamen immu-
tata est per Auth. sed hodie C. de adulter. ita
in indiuiduo tradit Grillan. d. quæst. 3. sub nu.
5. vers. eadem quoque pœna puniuntur, & dict.
quæst. 5. ad finem iuncto princ. sequitur Boer.
d. decisione 318 sub nu. 3. vers. tamen eadem
pœna, & sensit Conrad. d. tit. de incestuos. &
nephar. sub nu. 10. vers. incestum proprie dici,

& Foller. d. 6. parte princ. sub nu. 9. vers. sed de
iure ciuili, & expressius Bermond. loco sæpius
citato sub nu. 14. vers. reportetis ergo, licet po
stea variare videatur, Anchar. autem d. cons.
391. ad finem nu. 5. vers. & ad euitationem pę-
nę, existimat non esse locum d. pęnæ ince-
stus, sed mitiori, quia licet cognationis huius
spiritualis impedimentum sit sufficiens ad im-
pediendum contrahi matrimonium, & ad di-
rimendum contractum, tamen quod contra-
hentes venirent puniendi pęna, qua puniun-
tur contrahentes incestas nuptias, rigorosum
66 esset sentire, maxime quia vulgaribus hoc im-
pedimentum, vt plurimum, est parum notum,
quod dictum sequitur Bellon. cons. 84. sub nu.
6. circa finem, vers. nec potest etiam fieri ex-
tensio, sentit Clar. in d. §. incestus nu. 5. vers.
item quæro, vbi quod secundum communem
doctorum sententiam dispositio dicta Auth. in
cestas non habet locum in nuptijs largo modo
incestis, exemplificando in contractis cum
cognata spirituali, idem apertius voluit Apo-
stillator ad Dec. in l. fin. C. vnde legitim. sub
num. 7. in verbo requisitus, sub litera C. in fine,
dicens, quod quando incestus non est secun-
dum ius ciuile sed secundum ius canonicũ tan
tum, pęna est extraordinaria & non ea, quæ
a lege ciuili pro incestu est constituta, idem in
puncto vult Bermond. vbi sup. sub nu. 3. versi-
culo sed quia, aiens quod cum in hac cogna-
tione spirituali, delictum non sit tam graue,
pro vt in carnali, iudex erga incestuosum po-
test esse mitior, quod & deinde notat sub nu.
14. post versiculum reportetis ergo, nisi etiam
adsit adiunctum crimen adulterij. quia tunc,
vt subdit nu. 15. ex quo delictum est qualifica-
tum, & duplex, pęna grauior est imponen-
da, & quidem mortis etiam in fœmina, nec
detruderetur in monasterium, nisi esset mi-
nor. 25. annis, cui ratione iuuenilis ætatis mi-
tiganda esset pœna & ita resoluit Franciscus,
Marc. decisione 152. quæritur an adulterium
nu. 3. in 2. parte quem locum voluit ipse allega
re, licet citet decision. 50. quod mihi non
placet, pro vt nec maiori parti Dominorum
curiæ supremæ Delphinalis, qui longe mino-
rem pęnam mulieri maritatæ, quæ cum com-
patre suo rem habuerat carnalem, imposue-
runt, vt ibi subijcit nu. 8. & 9. & refert etiam
Bermond. vbi sup. nam & quando non admit-
teremus, quod pęna incestus in muliere esset
immutata, pro vt in adulterio iuxta dicta su-
perius in vers. Cui tamen, & infra ver. nec omit
tendum, & seq. tamen videretur locus pœnæ
tantum extraordinariæ, cum iure ciuili cogna
tio hæc incognita, sit, & a canone tantum con-
siderata, vt dicit Franc. Marc. d. decis. 152. nu.
4. vers nec obstat præmissis in 2. parte post
glo. instit. de nupt. §. sunt & alię in verbo, enu
merati in fine decimi casus, ex qua ratione Pa
ris de Puteo in tract. de sindicat. in verbo
Adulterium nu. 8. & seq. vers. & circa prædicta
in

in eandem inclinans sententiam voluit, quod Iudex secularis non possit se intromittere de eo, nec punire delinquentem, sed cognitio, &
70 punitio spectet ad iudicem Ecclesiasticum tantum, nisi admixtum cum tali incestu esset crimen stupri, vel adulterij, qui tunc iudex secularis procederet, & puniret, & crimen stupri, vel adulterii aggrauaretur ex dicta compaternitate, & grauius castigaretur, quam simplex stuprum, vel adulterium, quod dictum expresse sequitur Franc. Marc. dicta decisione 152. numero quarto, versic. nec obstat præmissis, & illud etiam sequi videtur Boss. tit. de coitu damn. & pnnib. num. 41. dum simpliciter citat ipsum Parid. vbi sup. loquentem in commatre, de quo etiam meminit Thessaur. d. decisione 100. nu. 6. versic. in consanguinitate spirituali, aiens solã quod iudex laicus non potest imponere pœnã, nisi concurrat adulterium, vel stuptum, quo casu delictum grauius redditur ex compaternitate, vnde fere semper procedet secularis iudex, quia raro datur incestus sine adulterio, vel stupro, vt dicam in versic. Nunc superest cum seq. Nec tamen omittendum duxi, quod d. impedimentum absolute dici non potest a lege ciuili incognitum, cum text. sit apertus in l. si quis alumnam. C. de nuptiis, quo cauetur eum non posse ad nuptias venire cum ea persona, quam a Sacro sancto suscepit baptismate, eo quod nihil aliud sic inducere potest paternam affectionem, & iustam nuptiarum prohibitionem, quam huiusmodi nexus, per quem Deo mediante animæ eorum copulatæ sunt, & notant ibi omnes scribentes, præsertim vero Bald. & Salycet. gloss. in §. sunt & aliæ personæ, Instit. de nupt. in gloss. magna, in uersic. decimus est, quæ inquit idem seruari in commatre, licet eo iure cautum non reperiatur, de qua re etiam meminit Paris de Puteo in d. verbo, adulteriũ, sub nu. 8. ad medium.

Alius est casus, in quo committitur incestus ratione cognationis spiritualis, diuersæ tamen a præcedente, nam si quis carnaliter cognoscit
71 monialem, dicitur committere incestum secundum communem doctorum opinionem, de qua testatur Clar. in d. §. incestus, sub nu. 1. versic. sed nunquid, & idem tenet Boss. d. tit. de coitu damn. & punibili. num. 79. & sequen. versic. coitus cum moniali, qui inquit, quod committit etiam adulterium; immo dicas quod quattuor simul committit crimina, primo Sacrilegiũ, quia persona sacra læsa reperitur propter violationem, secundo incestum, quia sponsam Dei violauit, qui est Pater noster, & illa coniuncta est nobis in Christo per affinitatem secundum spiritum, tertio adulterium, quia sposam alterius violauit, quia monialis sponsa est Christi, quarto Stuprum, quia Virginem honeste viuentem stuprauit, vt tradit Grilland. in d. trac. de pęn. omnifar. coit. quæst. pr. nu. 10. & seq. versic. Quæro quot crimina, quem sequuntur Menoch. de arbitr. iudic. lib. 2. centur. 4. casu 389. nu. 22. & seq. ver. septimus est casus, & Cacher. decis. Pedemont. 103. quæritur in iure, num. 5. versic. prædictis tamen non obstantibus, & de adulterio, incestu, & sacrilegio ponunt Summa Armil. in verbo incestus, sub nu. 2. in fine. versi. accessus ad Monialem, & Franc. Marc. decisio. 964. incipiente quæritur de pœna, num. 3. in 1.
72 par. & punitur talis cognoscens pęna mortis naturalis, vt subdit Grillan. d. quæst. pr. nu. 17. & seq. versic. quibus sic declaratis, sequitur Menoch. d. casu 389. sub num. 24. uersic. iure ciuili, Franc. Marcus d. decis. 964. in princ. num. 1. in 1. par. & tenet etiam Boss. d. nu. 79. & seq. volẽs hoc procedere etiam quod monialis non esset Virgo, sed ab aliis cognita fuisset, ut ibi peñ, cuius dictis addi põt, quod licet hoc casu cessaret stuprum propter impudicitiam, non tamen cessarent sacrilegium, incestus, & adulterium, vt dicemus post versicu. nunc superest, ibi. Quod intantum est verum, propter quæ sola eadem pęna imponenda est, & dicit Boss. d. tit. num. 17. uersic. aut vero committitur, quod quando committitur stuprum, vel adulterium, vel incestus, vel sacrilegium, vel similia etiam secundum ius ciuile, est de vtroque foro, & vtraque lex, & ciuilis, & canonica punit, & quod ideo videmus quotidie laicos habentes rẽ cum monialibus puniri a iudicibus secularibus, li-
73 cet delictum in ecclesiasticam personam commissum sit, quod etiam tradiderunt Menoch. d. casu 389. sub num. 24. in fine, & Cachet. dicta decis. Pedemon. 103. qui quæstionem ad partes disputat, & ita tandem resoluit, volens nihilominus, quod non obstante sententia iudicis secularis potest Ecclesiasticus procedere pro sacrilegio ad excommunicationem, & ad alias pęnas spirituales; fatetur tamen quod etiam Ecclesiasticus quoad temporales pænas potuisset procedere, si non fuisset præuentus a laico, cum sit delictum mixti fori, quod alii non negant. bene facit Bermond. dict. titul. de incestu, nu. 33. versi. super ut uideamus, dicens generaliter, & indistincte, quod ubi agitur de punitione criminis incestus, tunc absolute cognitio spectat ad iudicem temporalem, & non ad Ecclesiasticum, ex quo non habet pęnam sanguinis c. sententiam sanguinis, extr. ne clerici vel monac. aliter incurreret irregularitatem, nisi committens incestum esset persona Ecclesiastica, quia tunc punitio deberet fieri per suum iudicem competentem, & pauci sunt dies, quod ita Florentiæ practicatum fuit, vbi quidam Medicus de Doctis a Burgo Sancti Sepulchri, qui quãdam monialem Cortonii carnaliter cognouerat, & grauidam reddiderat, decapitatus fuit, & bona eius omnia ex particulari lege in Florentino Dominio vigente confiscata fuerunt ex sententia lata per d. Franc. Boninsineum Collensem a Secretis Magistratus Dominorum Octo virorum Guardiæ, & Baliæ Doctorem insignem, & sani iudicii, & in Criminalibus maxime versatum, & p

me iudices in dicta causa Delegatos.

Postremo prohibitum est matrimonium ob
74 impedimentum iustitiæ publicæ honestatis,
quod oritur ex sponsalibus de futuro, vel de
præsenti ante sequutam copulam carnalẽ Co-
uar.d.rit.de sponsal.& in matrim.in 2.parte,ca
pit.6.§.secundo,de impedim.public. honestat.
in princip.& §.7. de affinit. impedim. sub nu.3.
versic. vnde constat,& sub nu.4.& 5.versi. illud
tamen,Summa Armil.in verbo,matrimonium,
in 10.impedimento,nu.46.& de eo fit mentio,
in §.si vxor tua, Instit. de nupt. in l.si qua mihi,
12.§.inter me,& §.si vxor.ff.de ritu nupt.in qui
bus locis habetur, quod non licet vxorem du-
cere filiam vxoris natam post diuortium ex a-
lio,licet non sit priuigna, sicut nec sponsam pa
tris,aut filij,licet nõ sic nouerca,aut Nurus,&
hoc honestatis causa,qa vt inquit tex.in l.sem-
per 42.ff.de ritu nupt. in coniunctionibus non
solum quod liceat considerandum est, sed &
75 quod honestum sit.& propter hoc impedimen
tum cõsanguinei intra quartum gradum pro-
hibentur matrimonium contrahere cum spon
sa cognati etiam præmortui,vt ex recepta om-
nium Doctorum sententia not. in cap.sponsam
e xt.de sponsal.& matrimon.& tradit Couar.d.
tit.de sponsal.& matrimon. in 2.par.c.6.§.2.de
impedimento publicæ honestatis,sub nu.1. vbi
subdit hoc procedere siue spõsalia sint valida,
siue nulla, dummodo consensus legitimis in-
teruenerit,& siue consanguinei sint legitimi,si
ue illegitimi, sed nouissimo iure Pontificio ex
Decreto Sacrosancti concilii Tridẽtini sess.24.
de reformat.matrimon.c.3.impedimentũ hoc,
76 vbi sponsalia quacunque ratione valida non
sunt,sublatum est prorsus,vbi autẽ valida sunt,
primum gradum nõ excedit, vt & aduertit Co
uar.d.§.secundo,sub nu.secundo, versi.hæc ve-
ro cessant, & post eum Apostillator ad Diaz d.
c.84.in additione in verbo, deponatur, sub li-
tera B.versi. hodie autem, & hæc dispositio in-
telligitur in sponsalibus de futuro duntaxat,
77 non autem in matrimonio per verba, de præ-
senti contracto, licet non consummato, quia
tunc durat impedimentum in omnibus casib.
& gradibus,in quibus iura vetera ante d.Con-
cilium disponebant,quæ in hoc remanent inta
cta,vt habetur in Bulla Pii Quinti Põtificis ma
ximi,incipiente ad Romanum spectat Pontifi-
cem ædita anno 1568. Calendis Iulii,quæ cum
dicto Concilio impressa reperitur,vt subiungit
dictus Apostillator loco citato in versicu. quæ
decis. Adeo quod contracto matrimonio per
verba de præsenti, si carnaliter non sit cognita
vxor, adest impedimentum,propter quod vno
mortuo nun potest superuiuens contrahere cũ
attinentibus prẽmortui vsque ad quartum gra
dum inclusiue prout ante d. Concilium statu-
tum erat, vt punctualiter tradit Otto de Nic-
colin.consi.79.nu.9.versic.vbi autem, vol.2.di-
uers. in prioribus impressis in parua forma, &
ante eum Summa Armil.ubi supra non quidem

propter affinitatem, vt dictus Otto Niccolin.
tenet, sed propter iustitiam publicæ honesta-
tis, vt Couar. & Summa Armil.dicunt in locis
citatis, & ex subiiciẽdis statim patebit, vbi igi
tur, quis rem carnalem in actu fornicario ha-
buerit cum ea, cum qua ex dicto iustitiæ publi
cæ honestatis impedimento matrimonium cõ
trahere non poterat secundum dispositionem
prædicti Concilij Tridentini in sponsalibus de
futuro, vel secundum iura vetera in matrimo-
nio per verba de præsenti non consumato, in-
cestum committere dicitur, in eoque pęna le-
gis de incestu loquentis locũ habet, ita in ter-
minis dicit Abb.in d.c.& si necesse in finalibus
verbis extra de donat.inter vir.& vxor.&idem
colligitur ex glo. in cap. lex illa,§.cum ergo,in
verbo, abusus, 36.quæstio. 1.quæ vult incestum
oriri ex illicito hoc coitu inter eos, cum qui-
bus matrimonium erat prohibitum iustitia pu
blicæ honestatis, & sentit Otto de Niccolin.d.
consi.79.num.8. verum quod in hoc casu delin-
quens non puniatur pęna incestus, sed alia ex-
traordinaria arbitrio iudicis renuit Couar.d.
cap.6.§. 8.de contrahentibus incestas nuptias,
nu.4. versicu.si vero, vbi formaliter ait,quod si-
quis fornicetur cum ea fœmina,cum qua habet
publicæ honestatis iustitiæ impedimentum,
quippe, qui eius consanguineam intra quartũ
gradum desponsauerat absque carnali com-
mixtione, punietur arbitrio iudicis,nõ autem
his pęnis,quæ pro incestu statuũtur subdit,& sub
dit, quod licet glo.in d.cap.lex illa, de qua sta-
tim mentionem feci,existim et hãc fornicatio-
nem posse incestum dici, id procedit ex impro
pria dictionis significatione, quæ in pœnis ad-
mittenda non est,& Couar. in omnibus sequi-
tur Apostillator ad Diaz.vbi supra in d.uerbo,
deponatur, versic. si vero quis antequam,& cũ
eadem sententia transit postea idem Couar.in
ipsomet.§.8.num.10.uersi.tertio,leges ciuiles,
vbi quod ad hoc vt locus sit pęnæ legis ciuilis
de incestu, opus est, quod sit contractum ma-
trimonium per uerba de præsenti, illudque co
pula carnali consumatum, quia non sequuta
78 copula incestus committi non potest, eandem
opinionem inuenio tenuisse Anch.d.consi.391.
ad finem, nu. 5.vers. & ad euitationem pęnæ &
ita in hoc tenendum puto.

79 Nunc superest, vt pro complemento mate-
riæ istius videamus, an a prænarratis incestus
pęnis possit,quis prætextu ignorantiæ excusa-
ri, in qua re quicquid sit in casu, in quo quis
incestas contrahit nuptias, de quo non loqui-
mur,& qui magis excusabilis est,& minus gra
uis,quam noster de incestu in actu fornicatio-
nis, & citra colorem matrimonij commisso,
vt per Thessaur.d.decis.100. sub n.3.post vers.
Doctores vero, quicquid inaduertenter dixe-
rit Petr.Foller.consi.79.sub num.1. versic.nam
pulchre,tom.2.diuers. crim.in vltimis impres-
sis in magna forma. Si quidem quando in actu
fornicario sine colore matrimonii incestum
quis

quis committit, contumacia iutis, & contume
lia ſanguinis concurrunt, cum rei ſe delinque
re ſciant, nec matrimonium contrahere ve-
lint: quando vero ſub velamine matrimonii
quis illum committit, iuris tantum error in
matrimonio illicite contracto conſideratur,
vt in d.l. ſi adulterium cum inceſtu, §. ſtuprum,
ff. de adulter. vnde ſubditur, in uerſic. nonnun-
quam, quod quamquam inceſtus crimina na-
tura grauiora ſint ſtupro, & adulterio, huma-
nius tamen tractantur ſi ſub colore matrimo-
nii contrahãtur, & in §. inceſtum autem, quod
ideo excuſari ſolent, Sexu, ætate, & puniuen-
di cohertione; Dicendum uidetur quod in
nullo ex caſibus propoſitis in præſenti diſpu-
80 tatione admittatur excuſatio ignorantiæ, du
plici ratione, prima quia quis præſumitur ſci-
re cognationem quancunque, quam cum alio
habet, argumento l. de tutela. C. de in integrũ
reſtitut. minor. & l. octaui, §. fratris, ff. unde co
gnat. maxime uero, quando ſumus in cogna-
tione carnali, & in gradibus non remotis, &
fortius inter aſcendentes, & deſcendẽtes quoſ
cunque, ut per glo. in l. fin. in gloſſ. prima, ff. de
riptu nupr. Cuman. dicto conſil. 154 in 3. co-
lumna, in princip. uerſic. nec poſſet, ubi quod
inceſtus commiſſus cum matre, uel ſorore, nul
lo uelamine poteſt palliari, ubi enim iure & na
turali, & diuino prohibitæ ſunt nuptiæ, nulla
videtur admittenda ignorantiæ excuſatio. An
char. d. conſi. 391. nu. quarto, uerſic. poſtremo
in iſta quæſtione & eſt de mente Couar. d. ca.
6. §. 8. de contrahentibus inceſtas nuptias, ſub
numero primo, licet ſi eſſent prohibitæ iure
poſitiuo tantum, poſſet forte excuſatio aliqua
admitti, ſaltem ut non ſit locus pœnæ ordina-
riæ, ut ibi ſubdit Anchar. contra quem tamen
facit Bartol. in d.l. ſi adulterium cum inceſtu,
ſub num. 7. uerſiculo oppono de l. qui contra,
ubi quod non admittitur ignorantiæ excuſa-
tio, quando inceſtus committitur de iure
gentium quod eſt cum committitur cum con-
iuncta ratione conſanguinitatis, vel affinita-
tis, licet ſecus quando committitur de iure ci-
uili, quod fit, quando committitur, cum non
coniuncta, ſed prohibita tantum de iure ciui-
li propter aliam cauſam, quod dictum Bart. ſe
quuntur Petr. Foller. d. conſilio 79. numero 1.
tom. ſecundo diuerſ. crimin. in vltimis im-
preſſis in magna forma, & Otto de Nicolin. d.
conſilio 79. num. 39. & 40. uerſicu. uenio ergo
ad ultimum uol. 2. in prioribus impreſſis in
patua foma. facilius autem in cognatione le-
gali, & ſpirituali poſſent idiotæ excuſari, eo
quod hæ cognationes ſint eis parum notæ ut
dicit Anchar. d. conſilio 391. ad finem numero
5. idem ſentiens in impedimento iuſtitiæ pu-
blicæ honeſtatis; Secunda quia quãdo inceſtus
committitur ſine colore matrimonii, punitur
indiſtincte talis coitus ſecundum quod eſt in
ueritate, & non ſecundum quod putabant de-
linquentes qui propterea punientur de ince-
81 ſtu, & adulterio, ſi erat nupta mulier, uel de
inceſtu, & ſtupro ſi erat Virgo, uel Vidua, nec
prætextu ignorantiæ excuſantur, quia dabãt
operam rei illicitæ ab initio, & erant in dolo
adulterando, uel ſtuprando, ita in puncto no-
tat Bart. in dict. l. ſi adulterium cum inceſtu in
prin. ſub n. 8. uerſi. & ideo pro declarãda illa
materia, Bermond. d. tit. de inceſtu circa finem
poſt uerſiculum ultimo quia, n. 35. Grillan. ſe-
quens Bart. in d. tract. de pœn. omnifar. coit.
quæſt. 2. nu. 10. & 11. uerſi. ſed quid ſi iſte con-
cubitus, quæſt. 3. ſub nu. 6. ad finẽ verſi. ſecun-
do uero caſu, quæſt. 5. ſub nu. 3. circa finẽ uerſi.
aut ſe commiſcuerunt, quæſt. 6. n. 13. uerſ. ſi ue
ro illam cognouit, & quæſt. 9. nu. 5. uerſi. quan
do uero a princ. ſequuntur Foller. in d. 6. par-
te princ. ſub nu. 9. uerſi. & eſt notandum, & Cõ
rad. d. tit. de inceſtuoſ. & nephar. ſub nu. 15. in
fine, & n. 16. uerſi. ſubditq; Paulus, quicquid di
cant Bertaz. conſi. crim. 261 num. 1. 2. lib. 2. &
ultra eum Crau. conſi. 244. nu. 7. uerſi. amplius
etiam, poſt Federic. de Senis conſi. 167. ſub nu.
4. Quod intantum eſt uerum, vt procedat etiã
ſi mulier ſit inhoneſta, & meretrix publica, in
82 qua ceſſat adulterium, & ſtuprum, & acceſſus
ad eam eſt impunibilis de iure ciuili, nam, &
tunc pęna inceſtus locum habet, & ignoran-
tia non excuſat, quia licet turpitudo illæ mu
lieris coeuntem a pœna adulterii uel ſtupri ex
cuſet, non tamen excuſat a pæna inceſtus, quæ
infertur ratione ſanguinis, cuius iura per tur-
pitudinem illam non tolluntur, & iure canoni
co omnis concubitus præter vxorium, eſt dam
83 natus, & reprobatus, adeo quod ratione pecca
ti, & hoc caſu incumbebat delinquens rei ab
inicio illicitæ, vt in terminis decidit Grilland.
d. quæſt. 9. nume. 5. verſic. quando vero a princ.
& antea ſenſit quæſt. 6. ſub numero 13. ad fi-
nem, verſi. de iure autem canonico, Cuius ta-
men ſententiam non probo, quia contrarium
videtur tenere Salyc. in l. quæ adulterium nu.
4. verſicu. quæro extra C. ad leg. iul. de adulter.
vbi dicit, quod qui fornicatus fuit cum mere-
trice ſibi coniuncta in gradu, infra quem erat
84 prohibitum matrimonium, teneatur de ince-
ſtu ſi ſciẽs fuerit, quia ius illud agnationis tol
li non potuit: ſecus autem ſi ignorans fuerit,
quia tunc non tenetur, & ratio eſt, quia vir nõ
dabat operam rei illicitę ab initio, ſed permiſ-
ſæ, cum iure ciuili acceſſus ad meretricem, &
eius concubitus ſit impunibilis, ideoq; iſto ca-
ſu attẽditur potius illud, quod erat in opinio-
85 ne, quam id quod eſt in veritate, & hanc Sa-
lyc. ſententiam vt ſup. declaratam tenet ipſe-
met Grilland in eadem quæſt 9 n. 4. poſt verſi.
de iure vero ciuili, & antea quæſt. 2. ſub nu. 11.
verſic. quod tamen limitandum puto, & latius
quæſt. 3. in fine n. 7. verſi. ſi vero erat meretrix,
& quæſt. 4. ſub n. 4. & 5. verſic. ſi vero coitus hu-
iuſmodi inceſtuoſus, idem vult Bermondus d.
tit. de inceſt. n. 4. verſ. & ſic cum affine inquiens
ſimpliciter, quod affinem meretricem ſcien-

ter cognoſcens committit inceſtum, & Gril-
land. in vno tantum ex locis citatis refert, &
ſequitur Foller. in d. 6. parte princip. ſub nu. 9.
& eſt notandum, & ita intelligitur, quod dixi
d. conſi. primo loco deſcribendo, in 2. præmiſ-
ſo, dum dictum illud Salyc. adduxi, quod vt pu
to voluit allegare Boſſ. d. tit. de coitu damn. &
punib. ſub num. 79. poſt verſic. coitus cum Mo-
niali, licet adducat eũ in alio loco, vbi de hoc
non loquitur, & facit idem Grilland. quęſt. 6.
ſub num. 13. circa finem, verſi. prædicta tamen
limitanda ſunt, & cum eodem dicto Salyc. tran
ſit Boer. d. deciſ. 318. in finalibus verbis, & Cõ
rad. loco citato, num. 16. verſic. limitat tamen.
Nec obſtat, quod iure canonico omnis coitus
præter uxorium ſit reprobatus, c. meretrices,
32. quæſt. 4. quia hoc uerum eſt reſpectu pecca
ti, & in foro poli, non autem reſpectu pœnæ in
foro fori imponedæ, quia etiam in temporali-
bus Eccleſiæ ſuppoſitis impunibilis eſt concu-
bitus cum publicis meretricibus, vt omnes
ſciunt, quod, & de cõcubinatu in foro ſeculari
non puniendo, licet iure canonico prohibitus
ſit, dixit Franch. d. deciſ. 240. nu. 17. verſ. & pro
hac opinione; Et in omnem caſum mitius agen
dũ eſt in inferenda pęna cum ignorante, quam
cum ſciente, vt notat idem Grilland. d. quæſt. 5.
in fine ſub nu. 3. poſt verſicu. aut ſe commiſcue-
runt, quod & ante ſenſiſſe videtur quæſt. 4. nu.
4 verſi. vnde ſequitur, & generaliter, & indiſtin
cte in quolibet caſu procedere intelligitur pro
vt ipſe loquitur, & ponit etiam nouiſſime Do-
minus Bertaz. d. conſi. crim. 261. ſub nume. 2. in
fine verſi. & quicquid ſit, & ante eum Foller. in
d 6 parte princ. nu. 7. verſi. ille autem qui igno
ranter. Imo, & ſciens iſto particulari caſu non
punitur pęna ordinaria inceſtus, ſed alia mitio
ri arbitraria propter turpitudinem vitæ mulie
ris, quæ impunitatem præſtat ratione adulte-
rii, vel ſtupri, licet non reſpectu conſanguini-
tatis, vel affinitatis, & ſic inceſtus, cuius pœna
videtur conſideranda in mulieribus honeſtis
dumtaxat, non autem in impudicis ſecundum
eundem Grilland. d. quæſt. 4. ſub nu. 4. verſic. ſi
vero coitus huiuſmodi, & expreſſius, & clarius
ſub n. 5. verſi. ſi vero ſcienter fornicatus fuerit,
vbi tamen nihil vrgens ad hoc allegat, & ma-
gna eſſet deciſio, ſi vera eſſet, ſed ea non parum
dubito per allegata ſup. & potiſſimum per di-
ctum Salyc. ab aliis ſequutum.

Nec omittendum eſt, quod ſi ex ſtatutis par
86 ticularibus locorum pœna adulterii vel ſtupri
minorata eſſet, & ex eiſdem ſtatutis diſponere
tur, quod in non particulariter deciſis proce-
datur de ſimilibus ad ſimilia, ſi vna cum adul-
terio vel ſtupro committatur inceſtus, poterit
iudex pro inceſtu imponere pœnam pro ipſo
adulterio vel ſtupro indictam, vt ſi pro adul-
terio vel ſtupro ſit pœna. 25. Florenorum, pro
inceſtu pariter imponatur in aliis. 25. & ſic in
totum ſit quamquaginta, duplicando pęnam
pro duplicitate delictorum, ſiue dicamus quod
inceſtus puniatur, pro vt adulterium ſiue quod
caſus ſit omiſſus, & ex arbitrio puniendus,
quia erit arbitrium iuſtum, ſi eo modo reus
condemnetur, vel alia pęna citra mortem, &
mutilationem membrorum, ita in puncto de-
cidit Bald. conſi. 429. ſuper eo lib. 5. & ita etiã
voluit Corn. conſi. 19. conſtat per totum lib. 4.
vbi conſuluit, quod licet ſtatutum minuens pœ
nam adulterii a iure communi impoſitam,
quæ in maſculo eſt mortis, reducendo illam ad
pecuniariam non habeat locum in inceſtu,
cuius pæna de iure communi eſt pariter mor-
tis, & maxime ſi cum adulterio cõcurrat, quia
ſtatutum loquens in ſimplici adulterio non
87 procedit in adulterio, cui inhæreat qualitas in
ceſtus nec remiſſio pænæ in caſu ſimplici tra-
hitur ad caſum mixtum, quando qualitas ad-
iuncta inducit aliam ſpeciem delicti, vt in hoc
caſu: tamen ſtante altero ſtatuto quod vbi ſta-
tuta non loquuntur circa impoſitionem pęna-
narum, pænæ imponantur ſecundum deter-
minationem Domini Poteſtatis, & iudicis ma-
leficiorum cum deliberatione Syndici, ſi ex-
tat, vel eo non exiſtente, Dominorum Priorũ,
& alio ſtatuto, quod in non ſpecialiter deciſis
per ipſa ſtatuta procedatur de ſimilibus ad ſi-
88 milia, tunc. Dom. Poteſtas cum deliberatione
Dominorum Priorum, ſi non extat Syndicus,
debet determinare dictam pęnam, quæ non
debet eſſe capitalis, ſecundum ius commune,
ſed pecuniaria, ex quo pęna adulterii de iure
communi fuit moderata, & ad pecuniariam re
dacta per ſtatutum ita vt ſit æqualis pænæ ad-
ulterii, vel paulo maior, ſi inceſtus crimen re
putetur grauius adulterio, vel adſint aliæ cir-
cunſtantiæ delictum aggrauantes, vt ibi per ip-
ſum Corn. ad quẽ ſimpliciter ſe remittit Boſſ.
dict. tit. de coitu damn. & punibil. numero 61.
verſicu. & an ſtatutum noſtrum, & ita alias me-
mini allegaſſe in terminis ſtatutorum Patriæ
meæ Pontremuli lib. 3. ſub rubrica 44. de pæ-
89 na adulteri, vel per vim aliquam mulierem car
naliter cognoſcentis, & ſub rubrica 173. de
eo, quod vbi pæna non eſt determinata per
ſtatuta, imponatur arbitrio Poteſtatis, & quat
tuor condemnatorum, quæ in omnibus conue
niunt cum ſtatutis de quibus loquitur Corn.
qui ſingula eorum verba declarat, & loquitur
ſubtiliter, tangendo etiam an loquantur per
verba iuris, an vero per verba factum deno-
tantia, non tamen adducit Bald. ſup. citatum,
pro vt nec de eo meminit Boſſ. licet in termi-
nis eam opinionem iuribus & rationibus pro-
bet; Bene verum eſt, quod ſi non extarent alia
ſtatuta de procedendo in non deciſis ex-
preſſe de ſimilibus ad ſimilia, non poſſent ex
ſtatuto minorante pœnam adulterii infer-
ri ad pænam inceſtus, vt is pro ut adulterium
90 puniatur, quia eſſet caſus omiſſus remanens
ſub diſpoſitione iuris communis, vt Bald. &
Corn. dicunt licet contrarium velit Bertaz.
quem non videram, dum prædicta ſcriberem

d. conſi.

d.conf.261.num.4.& feq.verfi.tertio. eft etiam animaduertendum, putans quod cum fecundum iura vetera pęna inceftus fit eadem, quæ adulterii, minoratio facta per legem nouam adulterio locũ habeat in inceftu per regulam æquiparatorum, quod falfum ex prædictis decifionibus apparet, & quia inceftus eft deliċtũ maius adulterio, vt fup. diximus, nec procedit argumentum æquiparatorum in minora-
91 tione veteris pęnæ, prout nec in augumento vt in his terminis probaui fup. in verficu. cui tamen generali conclufioni, & dicto confi. ftatim primo loco defcribendo in tertio pręmiffo, licet in contrariũ faciant dicta fup. in verfi. & ex hoc, qui immediate antecedit prædictũ verficu. cui tamen; Confilia autem fupta memorata, & in iuuenili ætate a me reddita in Patria in dictis annis 1580. & 1581. infra fcripti funt tenoris ad litteram nihil pœnitus addito uel diminuto videlicet.

SPIRITVS SANCTI GRATIA illuminet intellectum meum.

IN caufa proceffus fabricati per Curiam Podenzanæ contra Gregorium Ioannettoni, & Margaritam Sapotiti confanguinitate coniunctos, qui in fimul rem carnalem habuerunt, vt clarius appareat qua pęna puniri debeant, plura præmittenda cenfeo.

92 Et primo præmitto quod ftuprum proprie committitur cum Virgine, vel Vidua l. inter liberas. §. 1. & l. ftuprum §. 1. ff. ad leg. Iul. de adulter. & ftupr. l. inter ftuprum in princip. ff. de verb. fignificat. & §. fed eadem lege. inftit. de publ. iudic. Bart. in l. fi adulterium cum inceftu nume. 4. ff. ad leg. Iul. de adulter. & ftupr. Bonifac. de Vitalin. in tract. de malefi. tit. de adulter. inceft. & fodom. n. 3. Paul. Grillãd. in tract. de pœn. omnifar. coit. quæft. 7. in princip. Et
93 hoc dummodo talis Virgo vel Vidua honefte viuat, ut dicit tex. expreffus in d. §. fed eadem lege, & notat glof. in iuribus fup. citatis, & habetur etiã per Alex. confi. 13. fub nu. 3. & quarto lib. 7. & per Caccialup. in repetit. l. fiqua illuftris num. 22. verfi. ftuprum autem C. ad Senat. conful. Orfician. ubi etiam videtur exigere, quod non fit talis Virgo, vel Vidua humilis, & vilis conditionis, vt etiam clare voluit Crauet. confi. 166. licet plurimum num. 6. verfic. tertio refpondeo.
94 Secundo præmitto quod inceftus proprie committitur cum coniuncta ex lineat trãfuerfali Caccialup. in repetit. d. l. fi qua illuftris nu. 21. verfi. inceftuofus autẽ coitus, Boff. in pract. crim. tit. de coitu damn. & punibil. nu. 5. verfic. nam inceftus, Cepol. confi. crim. 68. contra Bartolomeum de Gobiis fub nume. 2. in fine, Bonifac. de Vitalin. in tract. de malefic. tit. de adulter. inceft. & Sodom. nu. 3. verf. inceftus, & Paul. Grilland. in tract. de pœn. omnifar. coit. quæftione 3. in princ. intelligens id procedere in coniuncta tranfuerfali tam per confanguinitatem, quam per affinitatem, cum qua non liceat contrahere matrimonium, quod idem tradit Alex. confi. 229. ponderatis his nume. 3. verfic. quod autem lib. 6. & fentit Goffred. in fumma de Confanguin. & affinit. num. 7. dum vult non
95 committi inceftum inter coniunctos in quinto gradu confanguinitatis, vel affinitatis, ex quo in tali gradu nõ prohibetur matrimoniũ. Quinimo Salyc. in l. quæ adulterium nume. 4. verficu. quæro extra C. ad leg. Iul. de adulter. & ftupr. vult teneri inceftu eum, qui fornicatus eft cum meretrice fibi coniuncta infra gradum infra quem prohibetur eum ea contrahere matrimonium.
96 Tertio præmitto quod pœna ftupri eum inceftu, & fic inceftuofi coitus cum foluta habiti, eft de iure ciuili tam in mare, quam in fœmina pœna adulterij, l. fi adulterium cum inceftu, in principio, §. ftuprum, & ibi gloff. & Barto. numero fecundo, verficu. quæro, glofſ. ff. ad legem Iuliam, de adulter. & ftupr. Caccialup. in repetit. d. l. fi qua illuftris, numero vigefimo primo, verficu. inceftuofus autem coitus, Boff. in pract. crimin. tit. de coitu damn. & punib. numero quarto, verfic. de inceftu etiam. Bonifac. de Vitalin. in Tract. de malefic. tit. de adulter. inceft. & Sodom. fub numero 13. Paul. Grillan. in tract. de pęn. omnifar. coit. quæft. 2. fub numero 9. verficu. fecundo vero cafu, & quæft. 3. num. 5. verfic. de iure autem ciuili, dicens vtrobique, ideo effe pęnam mortis, ex quo talis eft pæna adulterii, vt etiam ait Alex. d. confi. 229. fub num. 2. in fine, & verum dicit. Nam de iure ciuili pęna adulterij eft pęna mortis tam in mare, quam in fœmina. l. quamuis, la fecunda, in fine, & ibi gloff. & fcrib. & maxime Salyc. nume. 17. uerficulo, extra gl. C. ad legem Iul. de adulter. & ftupr. & §. item lex Iulia de adulteriis, Inftit. de public. iudic. & ibi glo. & fcrib. & præfertim Ioan. Fab. circa principium, & licet hodie fit correcta in muliere, quæ verberata in
97 Monafterium detruditur iuxta Authent. fed hodie. C. eodem, & fic mitius punitur mulier, quam Vir, in quo pęna mortis non eft mutata, vt firmat Salyc. in d. l. quamuis, fub nume. decimoquinto, ad finem, & in d. Auth. fed hodie in finalibus verbis, poft Bart. in eadem l. quãuis, in fine, & habetur per Caccialup. in repet. d. l. fiqua illuftris, num. 20. uerficulo adulterinus coitus, per Ioan. Fab. in d. Authen. fed hodie, fub num. 12. uerficulo, fed dicta pęna adulterantis, dicẽtem ita tenere omnes, & per eundem Fabr. in §. item lex Iulia, fub num. primo, inftitu. de public. iudic. per Boff. d. tit. de coit. damn. & punibil. nu. fecundo, per Bonifac. de Vitalin. d. tit. de adulter. inceft. & fodom. num. 9. & per alios fcribentes paffim, tamen quãdo
98 cum adulterio adeft inceftus in muliere, eft etiam pęna mortis, quia correctio talis pœnæ

antiquę est facta in simplici adulterio, & ideo
non procedit in committente adulterium cum
incestu Bart. in d. l. si adulterium cum incestu
n. 1. versic. oppono ad primam partem, Caccia
lup. in repet. d. l. si qua illustris sub nu. 20. Boss.
d. tit. de coit. damn. & punib. sub num. 2. Paul.
Grilland. in d. tract. de pęn. omnifar. coit. dict.
quæst. 2. sub nu. 9. versi. nec est hodie, quicquid
idem dicat inaduertenter d. quæst. 3. sub nu. 5.
volens pęnam incestus esse mutatam hodie in
muliere, sicut pœna adulterii, secundum quam
punitur incestus ipse, vt æquiparatorum idem
sit iudicium. Nam correctio pœnæ in muliere
est facta in simplici adulterio, vnde non proce-
dit adulterio qualificato cum incestu, vt idem
alio loco citato rectius sentit pęnam incestuo-
si coitus esse indifferenter pęnam mortis tenet
idem Paul. Grilland. in eodem tract. quæst. 4.
numero 4. versicu. vnde sequitur & dicit Clar.
lib. 5. recept. sent. §. incestus versicu. sed quæro
post ipsum Paul. Grilland. d. quæst. 3. numero
5. & alios per eum relatos, quod est commu-
nis opinio quod de iure ciuili pro incestu im-
ponitur pęna mortis, quando committitur
cum adulterio, vel stupro aut aliqua specie for
nicationis.

99 Quarto præmitto quod de iure canonico,
quod in materia matrimonii est attendendum
etiam in terris non subiectis Ecclesiæ, sed sup-
positis imperio iuxta notata in l. priuilegia C.
de Sacrosanct. Eccles. & habetur in terminis
per Dec. in l. prima sub nu. 20 C. de secund. nu-
pt. in l. fin. sub nume. 7. C. vnd. legitt. in l. si auiæ
sub nu. 14. C. de success. edict. & consi. 158. pro
tenui sub nu. 2. non potest contrahi matrimo-
nium inter coniunctos consanguinitate, vel
affinitate vsque ad quartum gradū quoad tran
suersales c. non debet de consanguin. & affinit.
Alex. d. consi. 229. sub nu. 3. post verisiculum si
etiam consideremus li. sexto. Goffred. in summ.
de Consanguin. & affinit. nu. 3. versic. item quæ
ritur an matrimonium, & sub nu. 6. versic. item
quæritur an hodie, de iure autem ciuili idem
est in coniunctis consanguinitate per lineam
transuersalem, inter quos pariter prohibentur
nuptiæ vsque ad quartum gradum, nam non li
cet accipere in vxorem fratris, vel sororis fi-
liam §. fratris vero, instit. de nupt. quamuis ea
sit patruo, vel auunculo in tertio gradu §. ter-
tio gradu instit. de gradibus cognat. Filii au-
tem fratrum vel sororum possunt simul contra
here matrimonium. §. duorum, instit. de nupt.
& l. celebrandis C. de nupt. quia sunt in quarto
gradu §. quarto gradu, instit. de gradibus co-
gnat. In coniunctis autem per affinitatem non
est tam arcta prohibitio, sed quædam tantum
personæ prohibentur simul contrahere matri-
monium, quæ enumerantur in §. affinitatis, &
in §. Socrum instit. de nupt. & tradit Alex. dict.
consi. 229. nu. 7. versi. sed ita est.

Quinto præmitto quod Antonia Mater di
dictæ Margaritæ, & dictus Gregorius sunt nati
ex fratribus, uidelicet dicta Antonia ex Ioan
ne Antonio, & dictus Gregorius ex Ioannetto
no fratribus, & filiis quondam Dominichini
Zānetti, adeo quod de iure ciuili sunt idē Gre
gorius, & Margharita in quinto gradu consan
guinitatis §. quinto gradu Instit. de gradibus
cognat. & per consequens tali iure ciuili atten
to inter se matrimonium contrahere possunt
iuxta dicta in quarto premisso.

De iure autē canonico prædicti Gregorius,
& Margharita sunt in secundo, & tertio gradu
100 consanguinitatis, quia quot sunt personę col
lateraliter a cōmuni stipite descendentes præ-
ter ipsum stipitem, tot sunt gradus inter extre
mos, de quorum attinentia quæritur, vt decla
rat Goffred. in summa de Consanguin. & affi-
nit. sub nu. 9. ad finem versic. quot sunt perso-
næ, & per consequens inter se tali iure canoni-
co matrimonium cōtrahere non possunt, quā-
uis cum sint in linea inęquali intelligantur esse
in tertio gradu inter se, pro vt tali gradu Mar
garita remotior distat a Dominichino commu
ni stipite, vt declarat idē Goffred. vbi sup. sub
nu. 2. in 4 reg. & sub nu. 6. versicu. item quæri-
tur pone quod distem, quia tali gradu coniun-
cti non contrahunt inter se nuptias, vt dictum
est in quarto premisso.

101 Sexto præmitto quod non defuerunt, qui te
nuerunt pænam stupri, & incestus simul de iu-
re communi non esse pęnam mortis, sed depor
tationis, vt est tex. clarus in l si quis viduam, ff.
de quæstion. qui idem dicit in adulterio cum
incestu, & licet hodie tale ius sit correctum in
adulterio, & imposita sit pęna vltimi supplicii
per dictam l. quamuis la 2. in fine, C. ad leg. iul.
de adulter. & stupr. vt notat Bart. in dict. l. si
quis viduam in princip. & voluit etiam Io. Fab.
in d. Auth. sed hodie sub n. 12. post versi. sed pę
na adulterantis, & in §. item lex iulia nu. 1. In-
stit. de public. iudic. tamen in stupro, & incestu
102 non reperitur mutatum ius antiquum, ideo
remanet incorrectum vt ex prædictis rationi-
bus punctualiter post alios, quos citat, conclu
dit consulendo Alex. d. consi. 229. nume. 4. & 5.
versi. tamen præmissis non obstantibus. vbi sub
dit hoc potissimum procedere si teneamus,
quod hodie pęna adulterii non sit pęna mor-
tis, sed varietur secundum conditionem per-
sonarum, & si persona sit nobilis, vel in digni-
tate constituta, sufficiat deportatio, vt tenuit
glos. in dict. l. si quis viduam, & post eam Cin. in
d. l. quamuis, pro vt illum refert Bart. in ea-
dem l. si quis viduam in fine, Verum huic opi-
nioni adherendum non censeo, quia in adulte
rio correctum est ius digestorum per l. Codic.
imponentem pænam mortis, vt dictum est,
& Alex. ipse non audet ab ista opinione rece-
dere, & pęna stupri cum incestu est pęna mor-
tis, vt late dictum est sup. in tertio premisso
ex communi Doctorum sententia, quæ qui-
dem communis sententia quod de iure ciuili
pro stupro, & incestu simul sit pęna mortis, in-
telligenda

103 telligenda videtur in casu, in quo eodem iure ciuili prohiberentur inter se cōtrahere matrimonium illæ personæ, quæ insimul rem carnalem habuerunt, & successiue incestum commiserunt, tunc.n. subiacent pœnis a tali iure impositis pro stupro, & incestu, secus autem si pro hiberentur inter se nuptias inire ex dispositione iuris Canonici tantum, vt in casu præsenti euenit, quia tunc non tenerentur pœnis statutis pro incestu a iure ciuili, quod non videtur habuisse respectum nisi ad casus perse prouisos. ita dicit Alexan. d. consi. 229. numero 6. versic. & tanto magis, & habetur per Ioann. Fab. in §. pen ad finem, vers. sed an pœnæ legis, Institu. de nupt. & dicit se de hoc dixisse in authen. incestas. C. de incest. nup. vbi tamen videtur potius recedere a tali opinione primo loco relata, & posteriorem contrariam amplecti, vt patet in versic. item an hæc Auth. & supradictam Alex. opinionem consulendo etiam tenet Anch. con sil. 391. videtur prima facie dicendum, sub nu. 3. versic. item aduertendum, quem ipse in libro meo, corruptè allegat consi. 39. & licet contrarium teneat Dec. in l. prima, sub num. 20. in fine post versic. vltimo nota, C. de secund. nup. & in l. fina. num. 7. sed pulchra est dubitatio. C. vnde legit. & in l. si auiæ, numero 14. versicu. vltimo, Bar. C. de successor. edict. & eandem opinionē contra Anchara. consulendo sequatur consilio 158. pro tenui facultate mea, vbi latissime eam tuetur, tamen male loquitur, & reprehenditur per doctissimum eius additiona. vbique, & potissimum, d. consi. 158. & latius, in d. l. si. C. vnde legit. vbi alios idem tenentes, & iura, & rationes pro hac parte citat, & tandem concludit esse locum pœnę extraordinarię, seu arbitrarię, & non legali, quando non sumus in gradibus a lege ciuili vetitis, & miror, quod pro ista opinione non allegetur Alex. d. consi. 229. ab ipso additionario, eandem etiam opinionem contra Dec. nulla Alexan. facta mentione sequitur vti communiorem, & veriorem Clar. d. §. incestus, versi. quæro nunquid.

Septimo præmitto, quod licet de iure ciuili imposita sit pœna mortis pro stupro cum in-
104 cestu, de consuetudine tamen non irrogatur talis pœna, quando delinquentes sunt in gradibus remotioribus, sed alia mitior imponitur, vt seruatum esse pluries in Senatu Mediolani attestatur Clar. dicto §. incestus post versicul. sed quæro, quæ sit pœna incestus: Similiter pœna deportationis, quæ secundum aliquos est de iure ciuili pœna talis criminis, ut
105 dictum est in sexto præmisso, hodie non est in vsu. pro ut nec pœna damnationis in metallum, ut dicit gloss. in uerbo, in metallum in §. pœnæ, inst. quibus modis, ius patriæ potest. sol-
106 ui. ideo, iudex in casibus, in quibus talis pœna deportationis, uel damnationis in metallū imponebatur, potest hodie aliam pœnam imponere iuxta suum arbitrium secundum Ioan. de Imol. in l. publicorum, sub numero secundo, versic. & aduerte, quia pęna, ff. de public. iudic. quem sequitur Alex. d. consi. 229. nu. 13. uers. ex quibus omnibus.

His igitur pręmissis, & bene cōsiderato processu causæ, & attenta contumacia Gregorii, quæ pro legitima confessione habetur ex statuto loci, & considerata confessione per Margheritam facta, & perpensis attestationibus testium examinatorum, inferendo ad decisionem propositi casus, dicitur quod licet cōmissum sit crimen stupri cum incestu, stante consanguinitate existēte inter Gregorium & Margaritam, de qua erant conscii, & quæ eos impediebat contrahere in simul matrimonium de iure canonico ubique locorum obseruando, & stante conditione eiusdem Margaritæ viduæ honestæ familiæ, & castè per prius viuentis, tamen ex quo de iure ciuili non dicitur cōmissus incestus, cum eodem iure inter eos ce-
107 lebrari potuissent nuptiæ, non tenentur d. delinquentes pœna eiusdem iuris ciuilis pro crimine stupri, & incestus simul ordinata, & sic pęna mortis secundum communem, vel deportationis secundum aliquos, sed alia mitiori Iudicis arbitrio statuenda, & maxime cum ex consuetudine videatur derogatum tali pœnæ iuris ciuilis in gradibus remotioribus, in quibus nos versamur, & propterea iustitię satis actum esse in præsenti casu arbitrarer, si dictus Gregorius condemnetur in scutis sexaginta auri Cameræ Marchionali applicandis, & vlterius
108 banniatur à terra, & iurisdictione, ac territorio Podenzanæ per triennium continuum; dicta vero Margarita cum qua mitius agendum est, condemnetur in scutis triginta auri præfatæ Cameræ applicandis, & præterea banniatur a dicta terra, iurisdictione, & territorio Podenzanæ per biennium continuum, & ita de iure faciendum, & sententiandum esse per Magnificum Dominum Potestatem, prædictæ terræ Podenzanæ dico, consulo, & refero, & in fidem propria manu præsens consi. subscripsi, & meo solito paruo sigillo signaui anno 1580. Pontremuli. Hactenus primum consilium, sequitur secundum.

SPIRITVS SANCTI GRATIA illuminet intellectum meum.

IN causa agitata per Magnificum Potestatē Ville Franche cōtra D. Franciscum Campū, & Mariam Bussoni sub prætextu stupri cum incestu per eos commissi ex carnali copula inter eos sequuta, & mihi commissa, vt referam, quid iure in ea pronunciandum sit, Retuli, visis videndis, partes ipsius magnifici Dom. Potestatis esse in absoluendo, & vlterius non molestando dictum D. Franciscum rebus sic stantibus, & ex hactenus deductis in processu contra eum formato, condemnando nihilominus prædictam Mariam in scutis vigintiquinque auri applicandis Cameræ Marchionali Illustrium

ſtrium Dominorum Villæ Franchæ, eandem-
que banniendo a dicto loco iuriſdictione, &
Territorio Villæ Franchæ ad arbitrium volun-
tatem & beneplacitum præfatorum Illuſt.DD.
109 Marchionum nobiliſſimæ familiæ de Male-
ſpinis Agri Lunenſis.

Moueor autem ad ita referendum ex infra-
ſcriptis, & primo, quia cum dictus Dom. Fran
110 ciſcus non ſit ſponte confeſſus, nec per teſtes
concludentes, nec per indicia violenta, & in-
dubitata conuictus non poteſt condemnari,
quamuis contra eum adeſſent aliquæ præſum-
ptiones, ſeu ſuſpiciones, vt eleganter oſtendit
Caſtr. conſilio 299. viſa inquiſitione ſupraſcri-
pta, in princ. nu. 1. lib. 2.

111 Et quando delictum non eſt probatum, im-
putatus ſemper abſoluitur per regulam, l. qui
accuſare. C. de eden. & aliorum iurium ad hoc
deductorum per Alexand. conſi. 64 viſo thema
te in princip. lib. primo, quæ procedit etiam iu
dice procedente ex officio per viam inquiſitio
112 nis, quia intelligitur ſuccedere in locum ac-
cuſatoris, & ideo idem tunc ſeruandum eſt, quod
exiſtēte accuſatore ſeruari deberet per ea, quæ
notat Bar. in l. 2. §. ſi publico. numero 13. verſic.
tertio, quæro, nu. 14. uerſi. quæritur utrum con-
tra iudicem inquirentem, & nu. 16. uerſi. ulte-
rius quæro, ff. ad leg. Iul. de adulter. quem ſequi
tur Alex. d. conſi. 64. nu. 3. & in terminis, quod
quando proceditur ex officio per Inquiſitionē
curia non probante delictum, abſoluendus ſit
inquiſitus, habetur per Caſtren. d. conſi. 299. in
princ. nu. primo. Nec dici poteſt conſtare ip-
ſum D. Frāciſcum deliquiſſe ex dicto dictæ Ma
riæ aſſerentis ſe ab eo tantum carnaliter cogni
tam, & prægnantem effectam fuiſſe, & ex eo fi-
liam nomine Magdalenam genuiſſe, quia ei in
113 hoc non creditur Franc. Bald. inter conſi. ip-
ſius Bal. conſi. 377. ſi mulier, nu. 1. lib. 2. & Bald.
ipſe conſi. 437. Titius habebat Seiam in vxorē,
num. 8. lib. 5. Cotta memorabili, uerbo, hæres
ſuus, circa medium, uerſic. & ſubdit, late Boer.
deciſione 299. nu. 1. 2. 3. & 12. Alexan. conſi. 157.
circa primum dubium, num. 1. & 2. lib. quinto,
poſt Anchar. ab eo relatum conſi. 225. videtur
prima facie dicendum dictum ſpurium, nu. 6.
verſi. ſuper alio dubio, Crau. conſi. 41. venera-
rabilis, nu. 2. & idem volunt Boer. deciſ. 319. nu.
7. & Gram. conſi. crim. 45. in cauſa Sanctilli, nu.
1. loquentes in muliere dicente, ſe ab aliquo
fuiſſe cognitam.

114 Et quidem cum offenſa ſit mulier, valde con
uenit, quod ei non credatur in præiudicium e-
ius, ex quo grauidam ſe fuiſſe redditam aſſerit
quia etiam Papa non poteſt facere, quod cre-
115 datur uni parti in præiudicium alterius Fely.
in cap. veniens, il primo, ſub num. 20. in fine de
teſtibus, & in cap. conſtitutus, ſub nu. 16. uerſi.
nec dicas hoc eſſe clarum, de reſcript. & in c. cū
olim, ſub nu. 12. uerſic. & ad hoc bonus tex. de
ſent. & re iudica, vbi idem dicit in Imperatore
Marſil. conſi. 33. in cauſa accuſationum, nu. 35.
116 verſi. item pro hac parte, quod tamen verum
eſſe intelligitur de poteſtate ordinaria ipſius
Papæ, vt idem Felin. tradit in c. ſicut circa prin
cipium, verſi. & hoc eſt adeo verum de ſent. ex-
commu. quem ſequitur & ita intelligit in aliis
locis, ſup. citatis Brunor. a Sole in eius conſ. cri
mi. nu. 46. ſubdens hoc procedere etiam quod
ipſe Papa, aut Imperator id faceret ex iuſta
cauſa, vnde etiam non valere ſtatutum, quo ca
117 ueatur credendum eſt vni parti in præiudi-
cium alterius, uoluit Marſil. d. conſil. 33. ſub d.
nu. 35. quem ſequutus eſt Brunor. loco citato,
nu. 47. Nec ex eo quod aliqui teſtes videantur
deponere de aliquibus actibus ſequutis inter
dictos D. Franciſcum, & Mariam dicitur inſur
gere probatio coitus inter eoſdem, licet is ex
118 præſumptionibus, & coniecturis probetur, vt
habetur per Franc. Bald. d. conſi. 377. ad finem,
& per Caſtr. conſi. 45. licet per ſupraſcriptum,
num. 4. lib. primo, quia tales præſumptiones, &
119 coniecturæ debent eſſe valde vrgentes, & vio
lentæ, & a lege approbatę, ut ſi ambo probarē-
tur ſtetiſſe, & iacuiſſe in eodem lecto, tūc enim
bene argueretur coitus, ut dicit Caſtr. d. conſi.
45. d. nume. 4. ſecus autem ſi præſumptiones, &
coniecturæ ſunt leues, & remotæ ab actu copu-
læ carnalis, quia tunc ex eis nō infereretur coi
tus, vt colligitur ex Franc. Baldi ubi ſupra con-
cludente inculpatum a muliere, quod eam præ
gnāte reddidiſſet, non eſſe rebus ſic ſe habenti
bus inquietandum, etiam quod cum dicto mu-
lieris concurrat probatio conuerſationis ad e-
iuſdem domum.

120 Præterea ſunt iidem teſtes unici & ſingula-
res in eorum dictis, qui ideo non probant. l. iu-
riſiurandi, in fine. C. de teſtibus, & ubi eſt ſingu
laritas, ibi eſt uarietas, & unitas, quia quilibet
eſt ſolus, & contra ius diuinum, & humanum
eſt, quod credatur dicto unius tantum Bal. con
ſi. 406. in cauſa Vincentii numero primo, li. pri
121 mo, & ſingularitas teſtium diuidit teſtimo-
nia, & lacerat ea, quia omne diuiſum laceratū,
eſt, & ideo teſtes ſingulares tanquam diuiſi, &
lacerati non probant Bal. conſi. 25 punctus in-
fraſcripti cōſilii, ſub nu. 2. ver. ſed ſi factū lib. 3.
quem in utroque loco ſequitur Crauet. d. conſ.
41. num. 7. Nec ad effectum probationis deli-
cti prędicti videtur poſſe fieri aliquod funda-
mentum in fama exiſtente contra ipſum Dom.
Franciſcum, quod grauidam reddiderit. d. Ma-
riam, quia vltra quod ea non eſt formiter, & le
gitime probata, vt inferius dicetur, non facit
122 probationem plenam, vel ſemiplenam, ſed ſo
lum probationes factas coadiuuat Caſtr. d. cō
ſi. 299 nu. 2. lib. 2. Clar. lib. 5. recept. ſent. §. fin.
quæſt. 21. poſt principium ibi, fama enim in cri
minalibus, Alexand. de Neuo conſi. 6. in cauſa
matrimoniali, n. 9. & 10. vbi limitat niſi habeat
vrgentes præſumptiones, quia tunc ſemiplene
123 probaret, & propterea dicit Bal. conſi. 447. ad
euidentiam præmittendū eſt, n. 12. lib. 5. quod
fama per ſe non eſt ſpecies probationis, ſed

eget

eget adminiculis, & substantia veri, & sufficit ad inquirendum duntaxat, & circa præparatoria, & introductoria iudicij, non autem ad cõdemnandum, & circa decisoria, quod dictum sequitur Crau.consi. 41. venerabilis, sub nu.6. & in his iudicio meo, non cadit difficultas, vnde circa ea vlterius non insistam.

Sed quia non inepte dubitari poterat, an locus esse debuisset torturæ contra dictũ Dom. Franciscum ex tot, & tantis præsumptionibus, & indiciis, quæ aduersus ipsum militare videbantur, non ab re duxi de hoc differere, & ostendere non fuisse eum tormentis subiiciendum.

Et imprimis dico quod assertio illa Mariæ,
124 quod ab eo cognita, & prægnas effecta fuerit, tanquam dictum personæ offensæ non facit indicium sufficiens ad torquendum inculpatum, etiam quod in mortis articulo constituta id dicta Maria asseruisset late Alexan.consi.14. Ponderatis, numero 3.4.& 5. ver.quod autem nullum sit indicium, lib.3.quem sequuntur ibi addentes ad eum, dicentes hoc esse verum, Ias.in l.de die, columna fin.sub nu. secundo, versic.ad istam regulam, ff.qui satisdar. cogan. & in l.1. num.8.ver.imo fortius, ff. de eo per quem fact. erit, Marsil.consi.20. mature, num.14. Gomez. lib.variar.resolutio.tomo tertio Delictorum, cap.13.sub rub.de Tortur. & qualit.ad eam sit deuen.sub num.16.versic.item etiam, vbi dicit hanc opinionem esse verissimam, & tenendam, & quod ab ea non recederet in iudicando, & consulendo, Clar.lib.5. recept. sentent.§.fin.q. 21.ver.assertio vulnerati, dicens hanc esse communem sententiam scribentium ex mente eorum, quos citat, & hanc opinionem videtur etiam tenere Bal.consi.515.Quidam fuit interfectus, sub numero primo, versic.alius testis dicit, lib.quinto, quæ opinio absq; scrupulo procedit, postquam dicta Maria viuit, & euasit periculum uitæ, in quo aliquando constituta tẽpore dolorum partus nominauit D.Franciscũ in stupratorem eo modo quo nonnulli asserũt testes, tunc enim indubitanter talis assertio personæ offensę non facit indicium ad torturam contra inculpatum, licet ex stilo communi, si non de iure, si mortua fuisset dicta Maria, & in tali dicto continue vsque ad mortem per-
125 seuerasset, illud satis ad inculpatum torquendum fuisset ut tradit Clar. d.uersic.assertio vulnerati. Præterea ex boc dicto Maria facit se sociam, & participem criminis, & licet delictum hoc non possit committi sine socio, & ideo de
126 eo interrogari potuerit, Gomez.d.tomo tertio, delictorum, capit.12. sub Rubr.de probat. delict.sub nu.16. versi.adde tamen in fine, Clar. d.quæst.21.vers.dictum socii, ibi alia fuit opinio Saliceti, non tamen ex hoc potest deueniri ad inferendam Torturam d. Francisco, quia est communis, indubitata conclusio, quod in criminibus etiam exceptis, & in quibus, quis
127 potest interrogari de sociis, nominatio facta per socium criminis non facit sufficiens indicium ad torturam, contra nominatum. Rolan. à Vall.alios citans consi.76.videtur dicendum nu.17.& consi.73.in causa inquisitionis, nu.20. lib.pr.Boss.in pract. crim.tit. de indic.& considerat.ante tort.nu.149.Clar.d.quæst.21.versi. sed quid in criminibus exceptis, & vbi ex hoc dicto concurrentibus aliis deueniendum fuisset ad torturam contra d.Franciscum, prius ego torqueri fecissem Mariam, vt viderem, an hanc nominationem confirmasset in tortura,
128 quia ad hoc vt dictum socij criminis faciat fidem, & indicium contra consocium nominatum, opus est, quod in tormentis confirmetur per eum, Rolan.a Vall.d.consi.73.nu.22.& 23. Clar.d.quæst.21.vers. scias etiam quod dictum socii criminis, & nouissime Cacher.decis.pedemon.79.quoniam in hac causa, nu.38.vers.tertio, opponitur, sed quia, vt ex infra dicẽdis apparebit, non fuit visus locus torturæ contra d. Franciscum, ideo Mariam quoque non esse frustratoriè, & sine aliquo effectu iuris in tormentis cruciandam existimaui.

Depositiones autem eorum testium, qui videntur deponere de couersatione Mariæ in domo D. Francisci de colloquiis inter eos habitis, de datione prunorum, & occulari inspectione amoris gratia, non sufficiunt ad torturam inferendam eidem D.Francisco, quia bæc sunt multum remota ab actu venereo, & singula non probantur per duos testes contestes, vt o-
129 pus erat, nam quodlibet indicium remotum a maleficio, debet de necessitate probari per duos testes contestes, gl.in l. fin. C.fam.ercisc. in verbo, indiciis, & in Authent. de testam.imperfect. circa principium, in uerbo, derelinquant, & ibidem Angel.de Perus.nu.4.versi. in glo.Barto. in l.fin.num.7.ff. de quæstion.Bald. consi.515.quidam fuit interfectus, nu.2.lib.5. Alex.consi 5.in causa inquisitionis, nu.4.consi. 13.ex his, nu.18.consi. 18. viso processu, sub nu. 6.vers.secundo, & fortius, lib.1.& consi.180.in causa Angelorum, sub nu.2. versi. capio secundum textum, lib.secundo, consi.150.in causa & lite, nu.27.lib.5.& consi.216.ponderatis, nu.8. lib.6.Alex. de Neuo consi.64.vacante certa capella, nume.4.Marsil.consi.8.in causa magistri Ioannis, nu.9.consil.18.lectis, nu.11.consil.20. Mature, nu.44.& consi.59. in causa inquisitionis, nu.6.Cępol.consi. crim.32.quidam rustici, nu.10.& consi.39.Lucius nu.39.Clar.d.§. fi.q. 21.in principio, & in versic. aut vero testis, dicens post Alciatum per eum relatum han copinionem esse canonizatam in iudiciis, & in Scolis, prout etiam dicit Brunor.a Sole in eius consi. crim.nu.81.uers.quia ad vnumquodque, & sub nu.111.vers.aut non deponit, & latius, n. 128. & 129.uersicu.nam indicium, Bursat.consi.30. Gaspar num.23.dicens, quod est communis, & canonizata opinio a scribentibus, Cacher d. decis.pedem.79. num.16.& 29. Alba consi.56. quamuis dubitationes, nu.28. vbi etiam vult,

quod

quod tunc testes debeant esse omni exceptione maiores, licet contrarium velit Craue.cõsi. 6.plura nu.13.consi.35.ex pluribus nume. 19. post Bal.consi.327.quædam mulier nu.6.lib.5. & Soci. per eum relatum, & vbi etiam si vnum ex dictis indiciis legittime probatum esset, nõ tamen ad torquendum sufficeret, quia in re-
130 motis duo ad minus indicia requiruntur ad irrogãdum torturam.Boss.in pract.crimin. tit. de indic.& considerat.ante tortur. numero 71. dicens hanc esse doctrinam Bart. com. approbatam in l.fin.nu.6.ff.de quæstion. & ita etiam communiter teneri dicit Clar. dict. §. fin. quæst. 64.versic.sed quæro quot indicia, vbi tamẽ subdit de consuetudine seruari contrarium, vt ex vnico indicio remotò legittime probato deueniatur ad torturam.

Nec fama laborans contra D. Franciscum de qua quamplures deponunt testes, operari potest effectum torturæ, quia non est formi-
131 ter,& legitime probata, vt diligenter parebit intuenti dicta illorum testium, & congesta per Clar.d.§.fin.quæst. 6. uersicu. illud tamen, cum quinque seq.versicul. per Bursat. d. consi. 20. nu.30.per Boui.in tract.de statu.Vrb. præscript.glo.8.nu.1.2.& 3.& per Hercul. in tract. de probat.negat.nu.312.& 313. versic. quoad probationem, Imo ex processu per Curiam facto satis constat illam originem traxisse ex di-
132 cto ipsius Mariæ offensæ, quo fit vt ea attendi non debeat.Boui.d.glos.8.nu. 1. Hercul. sub d.nu.312.circa medium, & Bursat. d. consi. 20. n. 25. & licet etiam ex nonnullis testibus ad defensam examinatis pro D·Frãcisco de dicta fama deponatur, ea tamen pariter non obstat,
133 cum non tempore delicti, sed post detentum & relaxatum d.D.Franciscum, & post inchoatum, & perfectum processum offensiuum orta sit,cum tamen præcedere debuisset Hercul. loco citato d.nu. 313.Bursat.d.consi.20.nu. 27.& vbi etiam legittime probata esset fama, non fa-
134 ceret indicium ad torturam aliis non concurrentibus.Bald consi.364.quia quæstio nu. 6. li. tertio,& est communis opinio doctorum, vt dicunt Crauer.d.consi.43.nu.6.consi. 260. ad dubia n.8.versi.quinto respõdeo, Clarus d. quæst. 21. in principio,& Bursat.d.consi.20.nu.32.

135 Variatio etiam D.Francisci in eius examine non nocet ei, cum in parte tangente delictum, aut eius circunstantias non sit, nam variatio inculpati nõ tangens delictum, aut eius circunstantias principales,& essentiales,& immediate ipsum delictum tangentes non est cõsiderabilis.Brunor.d.consi.crim.sub nume. 78. versic. & demum, & habetur etiam per Marsil. consi.15 Magnifice sub num.15.vers. præterea etiam respondeo aliter, & per Bursat. d. consi. 20.n.21.vbi de comuni opinione testatur, Crauet.consi.260.ad dubia sub nu.5.versi. secundo responsum fuit; Quinimo,& circa circunstan-
136 tias, & qualitates delicti nullo modo facit variatio indicium ad torturam, nec etiam si sit circa ipsum delictum, nisi iunctis aliis indiciis secundum cõmunem opinionem doctorum, de qua attestatur Cacher. dict. decis. pedemont. 79. nu.17.quem sequitur Brunor. vbi sup. cum qua opinione tãquam cõmuni transeunt etiã Plot. in l.si quãdo.§.4.qui est finalis n. 11. versi. octauum erit indicium C. vnde vi, & Bursat. consi.79.quæsitum fuit nu. 15. & eam etiã amplecti videtur Clar.d.quæst.21. versic. Mendacium, ita etiam tenet Crau.d.consi. 260. sub n. 6.versi.quarto etiam.

Nec dici potest, quod licet vnumquodque indicium de per se sufficiens non sit ad torturam inculpati, tamen omnia simul iuncta sufficere debent per regulam, quod quæ non pro
137 sunt singula, multa collecta iuuant, de qua habetur per glos.in l.cum scimus, in verbo, adiutorium C.de agricol.& censit.lib.11.& in l.2. §.etas autem, in verbo, legittimis, ff.de excusa. tutor. & in l.instrumenta, in verbo, aliis, C.de probat.& per Marsil.consi.20.Mature, numero 47.& per Brunor.vbi sup.nume.6.& 7. alios allegantes, & per Crau. dict.consi. 260. sub num. 8.uersic.non obstat.

138 Quia respondetur dictam regulam procedere in causis ciuilibus, non autem in Criminalibus. Marsi.d.consi.20.num.48.& est communis opinio Brunor.loco cit.sub nu.79.versic. vlterius obiectum; Præterea dicitur quod quan-
139 do singula indicia de per se essent in suo genere perfecta, licet ad torquendum non sufficientia, tunc simul collecta sufficere possunt ad torquendum reum, secus autem quando singula indicia sunt imperfecta in genere suo, vt in casu præsenti, quia tunc non possunt coniungi, & simul vniri ad faciendum vnum indicium perfectum sufficiens ad torturam. Alex. consi. 13.& his nume.19.versicu. & ideo lib.pr. consi. 180.in causa Angelorum nu.6.versicu.ergo lib. 2.consi.11.sentio in dubium reuocari nu.5.7.& 8.& consi.21.repetitio nu.3.& plur. seq. lib. 4. & consi.150.in causa,& lite sub num. 27.& 28. lib.5.& in propriis terminis late Marsi.d.consi. 20.nu.50.51.& 52.& Brunor.d.consi.crim. nu. 80.& 81.& Crauett.d.consi.260. post d. versic. non obstat.

140 Nec dicendum est, quod ex quo sumus in delicto satis enormi, & quod solet occulte committi, possit ad eruendam veritatem imputatus subiici tormentis, etiam quod contra eum non extent indicia ita plena, prout in aliis delictis exiguntur, cum tali casu licitum sit iura transgredi, promptiorq; debeat esse iudex ad torturam, vt in terminis tradunt Rol. a vall. consi.7.in causa Antonii Brunelli n.5.6.& 7.li. primo. Brunor. loco cit. sub n.1.versi.de secũdo patet,& latius in 8.uersi.5.patet.& Cacher. de decis.79.n.10.& propter enormitatẽ delicti licitũ esse iura transgredi, pro regula tradit Marsi. vers.121.in causa capturæ n.18.vers.attẽta ergo.

Quia respondetur quod licet in atrocioribus quæ occulte fiunt, iudex debeat esse promptior

141 promptior ad torturam, non tamen debet eam inferre non extantibus legitimis indiciis ut colligitur ex Rol.a Val.d.consi.7.nu.38.39. 40.& 41.& habetur etiam per Cacher. d. dec. 79.num.56.versi. nec obstat. Nec verum videtur quod tunc iura transgredi possint vt idem Rol.dicit d.cõsi.7.nu.45.post alios quos citat.
142 Et vbi etiam verum esset, id procederet in puniendo, quando constaret inculpatum esse deliquentem, non autem in procedendo, quãdo non constat imputatum deliquisse Marsil. consil. 74. in Causa Hyeronimi Pellizzari sub numero 34.& quamplur.seq.versi. restat respõdere vltimo dicto, Roland.d.consi.7.nu. 42. & Brunor.vbi sup.n.87.versi.ad quintum, & Bursat.d.consi.20.num. 37. & propterea videmus, quod etiam in crimine lęsæ maiestatis non debet procedi ad torturam, nisi præcedentibus legitimis indiciis Cacher. alios citans d. decis.79.nu.14.Brunor.loco cit. sub d.num.87. & dato quod etiam in procedendo locum haberet dictum illud, posset id procedere in maioribus magistratibus, non autem in minoribus, vt sunt Potestates Terrarum, qui non possunt transgredi leges, nec statuta, nec Consuetudines Roland.d.consi.7.nu. 44. & posset hoc militare in causis arduis, in quibus agatur de statu Reipublicæ, non autem in aliis Rol.d. consi. 7.nu.44.
143 Et quamuis indicia ad torquendum sint arbitraria in quocunque iudice Bart.in l.fin. nu. 5.ff.de quæstion.Bald.consi.95.reg.iuris est nu. 6.lib.primo, & alii relati per Brunor. vbi sup. nu.9.in fine, & præter eum Bal.consi. 427. quædam mulier nu. 9.& consi. 515. quidam fuit interfectus num.6.lib.quinto Roman. consi.451. quædam mulier n.10.& 11.Cepol.consil. crim. 39.lucius num.41. Alex. consi. 77. in causa accusationis sub n.4.versi. ex his igitur ii. primo Marsi.consi.15.Magnifice sub nu.16.versi.vlterius dico, & consi.20.mature nu. 53.versic. nec etiam habet obstare, Crau. consi. 35. ex pluribus nu. 20.& Cacher.d decis. 79. nu. 57. Clar. de cõmuni attestãs d.§.fin.quæst.64. post versi. dixi quoque nõ sufficere, ibi in hoc autem; Sic & quæstionis modus iudicis arbitrio committitur Castr.d.consi. 299.ad fin.nume. 5. lib. 2. Roman.d.consi.451.sub nu.11.versic.præterea Iudices, & ante eos Bald.d.consi.427.n.10.lib. 5. & propterea si nimis rigide reum torqueat, & debitũ modum excedat iudex punitur Bal. consi.61. factum sic proponitur. n. primo eod. lib.5. Attamen tale iudicis arbitrium debet re
144 gulari secundum leges, & debet esse iuri, rationi, & equitati consonum Roman.consi. 376. quæstio est n.7.Alex.consi.217. visis verbis nu. 5.lib.secundo, & in terminis Marsil.dict.consi. 15.nu.17.& d.consi.20.num.54.& 55. Brunor. loco sæpius citato num.130. & quamplur. seq. versic. prætcrea licet, & Cacher.dict. decisione 79.nu.57.& 58. Et in dubio debet esse iudex ar
145 bitrari indicia non esse sufficiẽtia ad torturã Cacher.d.decisione 79.sub n. 58. & 59. & præter eum Boss.in pract.crim.tit.de indic. & considerat. ante tortur. nu. 72. quia in criminalibus ea semper tenenda est opinio, quæ in mitiorem, & benigniorem partem cedit l. interpretatione, ff.de pœn.l.factum cuique suum §.in pœnalibus ff.de regul.iur.Ias.in l.2. sub nume. 40. in fine, ff.siquis in ius vocat.non ier. & Cacher. vbi sup.& decisione 80.absoluto nu.8.

Et tanto magis inclinari potest ad fauorem D.Francisci vt non torqueatur, cum in eius defensionibus probata fuerit eius bona fama,
146 quæ tollit indicia contra eum existẽtia, etiã quod essent ad torturam sufficientia vt latissime docet Brunor. vbi sup. nu. 148. & pluribus seq.versi. imo fortius, & habetur etiã per Rol. a Vall.d consi.16.num.24. 25. & 26. lib. primo quicquid dicat Clar.d.dict.§.fin.quæst.60.versic. frequens etiam, volens eam non tollere nisi in dicium famæ cõtra reum probatę, & ideo posse reum torqueri, tali probatione bonæ famæ non obstante, vbi aliud quam solius famæ indicium contra eum adesset.

Et vbi præmissa cessarent, & locus esset torturæ de iure ex indiciis contra D. Franciscum militantibus, cum tamen ipse sit Doctoratus in Philosophia, & Medicina, secus dicendum
147 est, quia personæ positæ in dignitate nõ possunt torqueri Bart.in l. omnes iudices per illũ tex.in primo not.C.de decurion.& eor.filiis li. decimo, & est alius tex. in l.& si excepta in principio.& ibi hoc not.glos.C. de malefic.& mathemat.Boss.dict.tit. de indic. & considerat. ante tortur.nu.110.& tit.de tortur.test.num.7.vbi dicit esse communem opinionem, siue agatur de
148 torquendo eos, vt reos contra se ipsos, siue vti testes contra alios, & eum sequitur Clar.d. §. fin. quæst. 64. versicu. item quæro nec valet consuetudo contraria quod torquerãtur Bart. in dict.l.omnes iudices in 2.not. & ibi Alex. in addit. ad eum, & in specie quod Doctores legum, & aliarum scientiarum non torqueãtur, vult Bart.in l.prima nu.2.C.de dignitat.li. 12. & tradunt Alex. in additione ad ipsum Bart. in l.Medicos.C.de professor.& Medic.lib. decimo in secunda apostilla, Paris de Puteo in tract.de Syndic.in verbo, an Doctor num.1. 3. & 8.Boss.dict. tit. de indic. & considerat. ante tort.nu.111.Gomez.d.tom. tertio delictorum cap.13.sub rubrica de tortur.& qualit. ad eam sit deuen. sub nu.3.versi. item reperitur prohibitus Doctor, Clar.d.quæst. 64. versicu. quæro an Doctores, vbi ex aliorum mente ita communiter teneri attestatur, Brunor. alios idem tenentes referens loco relato nu.180.versi. & in toto, Nec valet consuetudo in contrarium
149 quod torqueantur Alex.in addit. ad Bart. in d.l.medicos in d.2. apostilla per dictã l.omnes iudices, & in additione ad eundem Bart. in d. l.prima C. de dignitat. Paris de Puteo vbi sup. sub d.nu.3.in fine, & sub nu.9.versic.cum ergo vbi etiam miratur de Bartolo dicente de consuetudine

suetudine seruari quod torqueantur, & dicit
contra eum omnes tenere, & nõ valere talem
consuetudinem, volunt etiam Boss. dict. tit. de
indic & considerat. ante tort. sub d. nume. 111.
in fine Clar. d. quæst. 64 d. versic. quæro an Do-
ctores, & Brunot. vbi sup. nu. 181. versiculo non
obstat, in quibus locis adducentes attestantur
hanc esse communem doctorum sententiam.
150 Sane vbi torqueri possent Doctores, aut
alii priuilegiati, & in dignitate positi, prius
essent degradandi. Alex. in addit. ad Bart. in
d. l. medicos in d. 2. additione, & in addit. ad
eundem Bart. in d. l. omnes iudices per tex. io
l. & si exempta, ibi præsidio dignitatis exu-
tus cruciatus, & tormenta nõ fugiat. C. de ma
lefic. & mathemar. Brunor. vbi sup. nume. 147.
versicu. vnde videmus, & subdit Alex. ad Bart.
in d. l. omnes iudices, quod talis, & tantæ virtu
tis est dicta degradatio, quod nũquam ad ean-
151 dem dignitatem aspirare possunt personæ de
gradatæ, & loquitur in Doctore, & Milite, &
hæc respectu Domini Francisci sufficiant.

Quo antem ad Mariam, quæ est in casu con
demnationis, motus sum ad referendũ vt sup.
quia, & si agatur de stupro cum incestu, quia
ea fuit secundo loco vxor Ioannis, qui erat cõ
sanguinitate coniunctus Dom. Francisco in se-
cundo, & tertio gradu secundum computatio
nem iuris canonici, & per consequens ea in eo
dem gradu affinitatis primi generis attinet
ipsi Dom. Francisco, quia ex persona addita
152 personæ alicuius consanguinei per carnis co
pulam fit primum affinitatis genus Steph. co-
sta in tract de affinit. sub num. 6. versicu. regula
autem, & quoto gradu consanguinitatis quis
mihi attinet, eodem gradu affinitatis attinet
mihi mulier a meo consanguineo cognita. Ste-
ph. costa vbi sup. sub nu. 5. versi. ad primum; Et
quicquid olim esset de iure antiquo in hoc pri
mo genere, & in aliis affinitatis generibus, ho
153 die inter affines primi generis tantum prohi
betur contrahi matrimonium vsque ad quar-
tum gradum inclusiue vt probat Costa loco ci
tato num. 12. tamẽ ex quo de iure ciuili dictus
Ioannes erat coniunctus D. Francisco in quin-
to gradu consanguinitatis, & eodem gradu af-
finitatis eisdem attinebat Maria, & de iure ci-
uili est permissum matrimoniũ in quarto gra-
du. §. duorum autem fratrum, instit. de nupt. &
propterea talis incestus est incognitus de iure
ciuili, & per consequens non potest puniri pœ
na ab eo de iure ciuili pro incestu apposita,
sed alia mitiori extraordinaria, & iudici Arbi
traria Anch. consi. 391. videtur prima facie di-
cendum sub nu. 3. versi. item aduertendũ. Alex.
consi. 229. ponderatis. nu. 6. versic. & tanto ma-
gis lib. sexto. Addit. ad Dec. consil. 158. pro te-
nui, & latius in l. fin. C. vnd. legitt. in apostil-
la, in verbo requisitus, Clar. lib. 5. recept. sent.
§. incestus. versiculo quæro nunquid, vbi sequi-
tur hanc opinionem vti communiorem, & ve-
riorem, & idẽ reperio tenere Parid. de Puteo
in tract. de Syndic. in verbo Adulterium sub n.
8. 9. 10. & 11. versic. & circa prædicta vbi quod
cognoscens carnaliter commatrem, non po-
154 test puniri per iudicem secularem pœna ince
stus cũ adulterio, vel stupro de iure ciuili, quia
est crimen ab eo incognitum, & mere Eccle-
siasticum ob cognationem spiritualem impe-
dientem matrimonium, sed puniendus est pę-
na canonica, & hoc dictum sequitur Natta in
addit. ad Alex. consi. 157. circa primũ, in verbo,
compatrem lib. quinto, & ex quo etiam ea-
dem Maria, tanquam mulier, & satis iuuenis
facile potuit non scire affinitatem, qua respe-
ctu dicti Ioannis olim sui secundi viri coniun-
cta erat D. Francisco, pro vt se non sciuisse as-
serit, & quia etiam est de domo, & familia nõ
vulgari, & ex principalioribus loci, non vide-
batur contra eam esse procedendum ad aliquã
pœnam, quæ ei, & agnationi maius dedecus
afferret, & satis condigna visa fuit arbitratio
prædicta, cum maxime ex statutis loci Villæ
155 Franchæ li. 3. cap. 29. sub Rubrica de offens.
indeterminat. pęn. cautum sit, quod in deli-
ctis, in quibus non est determinata pœna per
illa statuta, Potestas, vel Vicarius debeat pœ-
nam imponere arbitrio suo, vel Marchionum,
vel de consilio alicuius prudentis vel de con-
sensu aliquorum de Vicinia vel Cõmunitate.
& ex his omnibus visum est pro vt supra de
iure concludendum esse Anno. 1581. Pontre-
muli.

Scio aũtem in hoc postremo consilio mul-
ta maxime circa torturam dicta esse quæ in
praxi non recipiuntur, & quæ nunc ipse non
attenderem, nec Medicus ille effugeret rigo-
rosum examen, quia inditia plusquam sufficiẽ
tia videntur ad illum torquendum, nec excu-
satio propter doctoralem dignitatem recipi-
tur in practica, imo nedum Medici, sed, & le-
gum, & aliarum scientiarum Doctores, & alii
in dignitatibus constituti, & Milites, seu Equi
tes torquentur, & quampluribus vicibus ita
156 in variis Italiæ partibus obseruari vidi, & ip
se etiam sæpius seruaui, ubi agitur de crimine
graui, etiam quod non sit de exceptis, vt per
Vulpel. respons. crim. 141. in fine, & ante eum
per Grammat. voto crimi. 25. nu. 4. versicu. re-
perio tamen, per Francisc. Marc. decis. 707. nu.
1. & 2. parte prima per Augustin. de Arimin.
in addit. ad Angel. de malefic. in verbo quod
fama publica sub nu. 102. in addit. ad versi. sex
to quæro quæ personæ, per Guidon. de Suzar.
in tract. de indic. & tortur. nu. 108. versic. quid
de iudicibus in fine, per Franc. Cason. de tor-
ment. cap. 10. nu. 14. versicu. decuriones, vbi lo-
quens in decurionibus, militibus, doctoribus,
& aduocatis, qui propter dignitatem non tor
quentur, ait quod hodie per Illustrissimos Ve-
netos, & per totam Italiam prædicta priuile-
gia non obseruantur, & consueuit aliter iudi-
cari, per Albert. de Gandin. in tract. malefi-
cior. in rubrica de quæstionibus, & torment. n.
38.

38. versic. quid de aduocatis, vbi pariter loquitur in decurionibus, & consiliatiis ciuitatum, militibus, doctoribus, & aduocatis, & inquit, quod licet de subtilitate iuris nõ possint torqueri, tamen de consuetudine generali contrarium seruatur, & quod ita uidit consuli per sapientes, & etiam obseruari consuetudinis authoritate, cum pro lege sit seruanda cõsuetudo, & optima legum sit interpres; & p Odotred. & Paul. de Leaz. & alios, quos refert Franc. Brun. in tract. de iudic. & tortu. in 4. quæstione secundæ partis nume. 22. & seq. quicquid ipse teneat contra hanc consuetudinem, præterquam in certis tantum casibus, de quibus ibi per ipsum, cum quibus nouissime conuenit Farinac. lib. secundo quęst. crim. quęstione 41. in secunda sublimitatione nu. 54. ubi loquẽs de doctoribus ait quod quicquid sit de iure, de consuetudine, & de facto torquẽtur, & quãuis nu. 56. referat multos hanc consuetudinem impugnantes, & in ualidã esse asserentes, fatetur tamẽ nu. 57. quod in vrbe & toto Ecclesiastico statu ea seruat, & quod si iudex aliter faceret, erraret pręter tintin delictis enormibus, & multo magis in crimine læsæ maiestatis diuinæ, vel humanæ priuati carceris, & falsi, in quibus etiã circunscripta dicta cõsuetudine nullum de iure habent priuilegiũ, prout latius inferius demonstrat nu. 100. in eisdem doctoribus, & quibuscunque alijs, qui propter dignitatem torqueri non possunt, vbi tamen plura, quam priore loco enumerat delicta, in quibus prædictæ personæ priuilegium illud non habẽt a iure; Et dictis per Farinac. addi potest Cæpol. cõs. crim. 39. nu. 15. & seq. qui generaliter attestatur de vniuersali consuetudine torquẽdi Decuriones & cõsiliatios ciuitatis in criminali
157 bus contra dispositionem legis communis; Nec aliqua degradatione doctoralis dignitatis est opus, vt idem Farin. testatur vbi supra ex consuetudine seruari nu. 45. in secũda ampliatione in fine.

Reliquum mihi est, vt gratias reddam sanctissimę & Indiuiduæ Trinitati, ac Beatissimę & Gloriosissimæ Virgini Matri Mariæ totiq; cælesti Curiæ, quod præter spem has duas cẽturias ad finem perduxerim, in quibus elaborandis fateor, quam oportebat, nõ adhibuisse diligentiam, ob varias, continuas, & immẽsas publicas occupationes, quarum causa vtinam ad aliarum perfectionẽ peruenire possim, interim beneuole Lector his vtere.

LAVS DEO ET VIRGINI.

Petrus Caballus Doctor Pontremulensis.



Ego Horatius Quaratesius præsentem librum resolutionum criminalium perlegi atq; consideraui, nihilq; in eo fidei contrarium, nec non Ecclesiasticis constitutionibus bonisq; moribus repugnans, reperisse fateor. In quorum fidem subscripsi.

Hac opus, Librumq; Resolutionum Criminalium in duas Centurias distinctum Excellentissimi Domini Petri Caballi Licentiam imprimendi concedimus, Accendente Consensu Reuerendi Patris Inquisitoris Florentiæ. Hac die 1. July. 1603.

Cosmus Anitellensis Vicarius Generali, Florentinus,

Ego Syluius Spannocchius I. V. D. ac Patritius Senensis. Auditor Sereniss. Magni Ducis Etruriæ & Aduocat. Florentinus suprascriptas duas centurias resolutionum Criminalium Excellentiss. D. Petri Caballi de mandato Reuerendissimi D. P. Magistri Dyonisij Costacciarij Inquisitoris generalis Florentiæ, & vidi & perlegi, & cum in eis nihil inuenerim quod sacris Concilijs Romanorumque Pontificum constitutionibus uel etiam honestati publicæ aduersetur, libenti animo & subscripsi & meo nomine firmaui Florentiæ Cal. Sex. 1603.

Idem Syluius Spannochius. m. p.

Frater Matthæus de Sanmathæis a Costaccciario Vicarius Sanctæ Inquisitionis Florentiæ, Concedit, vt imprimantur, hæ duæ Centuriæ Resolutionum Criminalium D. Petri Caballi. Die 19. Augusti 1603.

Nos Ioannes Baptista Concinius ex Comitibus Pennæ Auditor, & primus Secretarius Sereniss. Magni Ducis Etruriæ Harum vigore in executionem Rescripti præfati Serenissimi Magni Ducis stante licentia prius obtenta, a Reuerendissimo Domino Vicario Florentino & a multum Reuerendo Domino Inquisitore huius Ciuitatis concedimus facultatem Michaeli Angelo de Sermartellis, quam primum imprimendi, seu imprimi faciendi Doctissimas, & Vtilissimas Duas Centurias Resolutionum Criminalium, compositas per admodum Illustrem & Eccellentissimum I. C. Dominum Petrum Caballum Nobilem Pontremolensem, & prælibati Serenissimi Magni Ducis Auditorem. In quorum fidem has præsentes manu nostra firmatas fieri, & nostro solito sigillo impræssione communiri iussimus. Datum Florentiæ die 16. mensis. Septembris. 1603.

Ioannes Baptista Concinius.

Iosephus Barnius Canc. de Mandato sub.

INDEX

INDEX OMNIVM VERBORVM,

RERVM, ET SENTENTIARVM

INSIGNIVM, QVAE IN HIS DVABVS Centurijs Criminalibus PETRI CABALLI Pontremolensis Continentur, Locupletissimus Quidem, & Ordine Alphabetico Digestus.



Admissus

B

C

Concilium

illis

D

Delicta

Dictio,

Duplicatio

Fiscus

Frequentia

G

H

I

verisi-

L

M

Malefactori

iusta

lictum

non

rum-

cepiis

Offensi

P

Pœna

Pęna

Probare

Promissio

Q.

R

Recursus

tudine

S

lebit

Sodomitę

Statutum

pite

T

T

Testificari

V

Valor

men

Claudius



Finis Indicis Verbor. & Sentent.



